IO. BAPTISTÆ
VENTRIGLIA
PRAXIS
RERVM NOTABILIVM.
In Duos Tomos divisa.



IO. BAPTISTÆ

VENTRIGLIA

Olim Vicarij Generalis Capuani, & deinde

CASERTANI EPISCOPI,

PRAXIS RERVM NOTABILIVM

Præsertim Fori Ecclesiastici,

IN QVA EX VTRIVSQVE IVRIS FONTIBVS
Frequentiores, & vtiliores Materiæ in varijs Textibus Canonicis, ac Bullis Pontificijs, iuxta Decreta Sac. Conc. Tridentini, & Decisiones diuersorum Tribunalium, veridicè annotantur.

OPVS PRAELATIS, IVDICIBVS, CAVSARVM PATRONIS, cunctisque Leges profitentibus; necnon Regularibus, & Confessarijs in instituendis, ac peragendis negotijs, atque ad comperiendam veritatem in plerisque Controuersijs, apprimè vtile, & necessarium.

TOMVS PRIMVS.

Cum nouissimis Obseruationibus D. CAROLI ANTONII DE LVCA I. C. Melphictensis, ad singulas Annotationes nunc primùm editis,

ET INDICIBVS IVRIVM, MATERIARVM, AC RERVM NOTABILIVM.



VENETIIS, M.DC.XCIV.

Apud Paulum Balleonium.

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIIS.



Illustrissimo, ac Reverendissimo D.

FRANCISCO MARTELLO

ARCHIEPISCOPO CORINTHI,

SS. D. N. Papæ Prælato Domestico, & Assistenti.

SI quis à me scitetur, PRÆSTANTISSIME ANTISTES, cur è tot illustribus Hierarchidûm nominibus tuum præ cunctis excerpserim, cui Joannis Baptistæ Ventrigliæ au-

ctas, & recusas de re Canonicâ, & præsertim de Ecclesiasticâ Immunitate lucubrationes nuncuparim; ea erit non incongrua, sed nec potissima responsio: quòd scilicet à sacræ Immunitatis secretis optimè extiteris: nam si id genus argumenti prærogativam constituat; plura se offerent Auctorum Opera Tibi pariter inscribenda; non enim uni Te muneri impendisti, &, cùm impenderis, inter cæteros effulsisti. At me, ne singula enumerem, quibus admonitus Te unum selegerim, tua me cohibet modestia, & meum non æquum viribus deterret onus; nam & Tu meritis inniti, quàm laudibus, gaudes, commendari, & me, si inclytæ Gentis tuæ Proceres, utriusque Palladis cimelliis instructissimos, non solùm primis Patriæ magistratibus, sed ad Reges, ipsosque etiam Summos Pontifices Legationibus perfunctos, atque ideò sacris hinc Infulis decoratos, primoribus inde Militiæ ordinibus non semel præfectos, quin Matronas ipsas virtute præstantes, & Principum conjugio dignatas; Te verò tam multiplici, & tam

diviti

diviti politiorum etiam Litterarum ſupellectile refertum, expedire contendam, longiùs à propoſito deducet ſeries, atque impar humeros opprimet ſarcina. Omnia tamen præterire; atque aliquid ſaltem non delibare, nefas ſit, & piaculum. Verùm, quod ex Te rara eſt racematio, integra ex aliis foret vindemia. Satis hoc, apertéque demonſtrat Poloniæ Legatio, una quidem illa; ſed labor ingens, & numeroſus, morarum diuturnitate, impenſarum immanitate, modò Regum inauguratione, Regii modò Infantis ad ſalutare Lavacrum, pro Summo Pontifice, oblatu; & periculorum in circumfuſæ luis ludificatione, & effugio, magnitudine, & frequentiâ. Sed largitati hæc, longanimitati, & ſolertiæ imputentur. Illud profectò ſingulare, & ſincerum virtutis opus: iniquam, ſed recentem, cum Turcâ pacem ita convellere, & ancipites animos, nec adhuc à cladibus collectos, eò perducere, ut toti Chriſtianæ Reipublicæ, obſeſsâ in Viennâ periclitanti, ſucceſſore tuo præſtantiſſimo in quod ipſe digeſſeras, ſtrenuè, & feliciter

incum-

incumbente, opportunis auxiliis ipſo cum Rege adfuerint Sarmatæ, nutantemque ſalutem reſtituerint. Hæc me totum in Tui venerationem rapuerunt, & hæc præcipuè in cauſa fuere, ut chalcographicos labores meos ad tanti Nominis decora inclareſcere, meque Tibi obſequii, & clientelæ votis ſiſtere præoptarim. Vale.

Ill.^mæ ac Rev.^mæ D. Tuæ

Humillimus, & Addictiſſimus
Paulus Balleonius.

D. CAROLI ANTONII DE LVCA MELPHICTENSIS

Epiſtola ad Lectorem.



CANDIDO LECTORI.



VTraque manu amplexanda, Candide Lector, & ob oculos habenda Praxis Illuſtriſs. Ventrigliæ Epiſcopi Caſertani ſatis commendata, potiſſimum ab Eminentiſs. Cardinali de Luca *lib. Paroch. diſcurſ.* 1. *num.* 13. his verbis: *Omnium melius id explicat Ventriglia Epiſcopus Caſertanus, cuius iudicio deferendum eſſe dicebam, vtpotè ſpatio annorum triginta, & vltrà antequam promoueretur ad Epiſcopatum, in quo ſatis breuem vitam habuit, verſatus in pluribus Vicariatibus magnarum Diœceſum, præſertim plurium annorum ſpatio in illo Diœceſis Capuanæ, in qua magnus eſt numerus Parochiarum, abſente Archiepiſcopo Meltio in Nunciaturis Florentiæ, ac Germaniæ, deinde in Vrbe in munere Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium vnde aſſumptus fuit ad Purpuram, ita vt expleuerit partes Archiepiſcopi*. Vnde loca dictæ Praxis colere ſategi, & meas Obſeruationes in lucem edere, fruere igitur Lector, & lapſus meos condona. Vale.



IVRIVM LOCA,

Ad quæ in hoc Primo Tomo notatur.

Decreti.

Decretalium.

VI. Decretalium.

Clementin.

Extrauag.


INDEX MATERIARVM,

Quæ in hoc Primo Tomo notantur.



ANNO-

ANNOTATIO PRAEAMBVLA.



COPIOSA multitudo Scribentium vix vnum reliquit scribendi locum Posteritati, ita vt ferè in ore omnium hominum sit nihil dictum, quod non fuerit alias scriptum, testatur Corbul. *de iur. emphyt. in princip. tract. in Epist. ad Vrbini Ducem*, quod si tunc dici poterat per Corbulum, quid dicendum hodie tam aucta multitudine prædicta? Quapropter cùm nouum dici non possit, superuacaneum, & frustratorium videtur certè huic professioni incumbere, hisque proculdubio expauescerem, immò ab incœpto labore me subtraherem, nisi considerarem verba sacri Text. Ecclesiast. *cap. 12. in fin.* ibi, *Faciendi plures libros nullus est finis*, relata per Speculator. *in proœm. num.* 18. ac ponderata per Reuer. D. Paulum Vecchi, Canonicum, Theologum Cathedralis Capuanæ, Virum diuersarum scientiarum ornatum, in suis eruditissimis Obseruationibus omnigenæ eruditionis in Diuinam Scripturam, in scopo, & idea Operis in *princip.* 1. *lib.* His ergo animatus, vt veritas, quæ vt plurimum ex prolixitate Scribentium minus elucet, clariùs compareat, ea quæ sunt varijs dispersa locis, & diuersis ab Auctoribus conscripta, quæque frequentiora, & practicabiliora, & vsu approbata in Curijs Ecclesiasticis vt plurimum, pro regimine personarum, rerum, & locorum Ecclesiasticorum, eorumque iurium, & iurisdictionis in vnum quasi locum redigam, eaque breuiter pro veritate digesta, & examinata in lucem prodibunt. Et hæc sub nomine, & vocabulo Annotationum, multis rationibus; & ea potissimum, quia in illis Disputationum anfractus, varietatum, ac diuersitatum opinionum cumulus non habebunt locum, solum quæ veritati, & integritati nituntur, notare conabor, & quæ seruat Praxis, cum simplicitate obseruabo; tum etiam vt communes titulos in Iure vtroque quasi infinitos effugiam, non vt alios doctissimos viros imitari, & sequi pigeat, sed vt meum teneam; sunt enim qui protulerunt in Iure suo labores sub vocabulo, & nomine Quæstionum, Allegationum, Consultationum, Variarum lectionum, Obseruationum, Legalium Sententiarum, Iuris Conclusionum, Controuersiarum, Emendationum, Variarum Iuris, Argumentorum, Selectarum Interpretationum, Declarationum, Determinationum, Animaduersionum, Resolutionum, Votorum, Memorabilium, Supputationum, Ambiguitatum, Quisquiliarum, Disceptationum, Rerum iudicatarum, Decisionum, Responsorum, Consiliorum, Allegationum, Singularium, Syntagmatorum, Rerum quotidianarum, Interpretationum, Variarum Iuris Commentariorum, Disquisitionum, Notabiliorum, Practicarum, Practicabilium, Racemationum, Soliloquiorum, Diuersorij Iuris, Paradoxorum, Dialecticæ Legalis, Dialogi, Dictorum, Differentiarum, Cautelarum, Clypei, Opinionum, Apologiæ, Ambiguitatum, Thesauri, Topicæ, Clypei, Collectaneæ, Pugnæ DD. & similium. Ego verò contentus sum Titulo particulari Annotationum, quasi quod hic Titulus quid humilitatis contineat, & dictis correspondeat, in quibus propositi Textus Canonici, non ad literam interpretari conabor, cùm id scolasticum sit, sed materias vsuales ad proprias sedes, & loca Canonica annotare, & reducere studebo, & hoc modo sumitur verbum, *annotare, in l. cum mater, ff. de inoffic. testam. vbi gloss. in verb. annotandum.*

Habet quoque hoc vocabulum, *annotatio*, alias suas significationes in Iure; ponitur enim pro Principis Rescripto, paucis adhibitis facto, in *l. iubemus, C. de sacros. Eccles.* Secundò ponitur Annotatio pro scriptura priuata, seu actu facto sine testibus, vel tabellione, ita in *l. instrumenta, C. de probat. vbi gloss. in l. instrumenta domestica, & in l.* 1. *C. de precib. Imperat. offer.* Tertiò sumitur quandoque Annotatio pro annotatione, seu description. bonorum, *vt in ff. de requir. re per tot. & in l. eius, qui, C. si pend. appell. mors interuenier.* vel prò sequestratione bonorum, *l. res, ff. de solut.* Quartò sumitur etiam Annotatio pro Priuilege- motu proprio Principis concesso, *vt in l. non aliter, C. de Palatin. sacrar. largit. & rerum priuatio lib. 12. ar.*

lib. 12. *& in l.vlt. C.de diuerſ. Reſcript. & Pragmat. Sanctionib.* Quintò ſumitur Annotatio pro notatione, ſeu literis ſuo ſanguine rutilantibus, ita *in l.milites, C. de teſtam. milit.* Sextò Annotatio idem eſt, ac allegatio, vnde annotatus dicitur, ideſt glebæ ſeruus effectus, vt de ea cenſum ſoluat annuum, ita in *l.quiſquis cenſibus, C.de Epiſcop.& Cler. vbi gloſſ. ver. annotatus.* Septimò, annotare idem eſt, ac repręhendere, *l.ſi verò, §.de viro, ff.ſolut.matr.l.debitor.ff.de legat.*2. His omnibus ſignificationibus prætermiſſis, hic ſumitur annotare, pro notare, ſeu obſeruare, vt dictum eſt *ex cit.l.cum mater.*

Notes velim, quæſo Lector humaniſſime, Scriptores noſtrates diuerſimodè deſcribere verbum, *annotare;* Leges enim ſupracitatas, ac multos DD. præſertim Addent. ad Ludouiſium *in deciſ. Cur. Rom.* illud deſcribere cum duplici N videlicet, annotare, Alberic. *verò in ſuo Iuris Dictionario eod.verb.* illud deſcribere communiter cum D, videlicet Adnotationes, eumdemque modum ſequi Addent. ad Bart. Grammaticos quoque vtroque modo illud deſcribere, vt videre eſt apud Calepin. & Galeſin. Paulum quoque Manutium Aldi filium in ſuo Calepino diligenter excuſſo, vſum eſſe duplici NN. Ego verò ſentio vtrumque modum ſcribendi poſſe ſine offenſione amplecti.

His meis Annotationibus poſſet facilè Momus obijcere, cur dum Textus obſeruantur, illorum ordinem non ſequitur, ſed huc illucque ſaltitando progreditur? Cui reſpondeo, principale illarum deſiderium non eſſe Textus ad literam explicare, vt dictum eſt, ſed materias ad proprias ſedes annotare; ſi ergo Textus principaliter non explicantur, cur illorum ordo ſequendus? & cùm in his ordo non ſit de forma, nec vitiet actum, iuxta dicta per Honded. *conſ.27.num.30.lib.*1. Bart. *conſ.74.num.52. lib.*1. cur calumniandus qui illum non ſeruat? prædicta enim præpoſteratio pendet à ſola propria affectione, ea ducta ratione, vt annotentur quæ frequentiora poſſunt eſſe in praxi. Hoc tamen teneas, materias omnes Canonicas, ſaltem practicabiliores habebis, ſi hanc Primam Partem benignè recipias, Diuino fauente auxilio; iam enim illas habeo in promptu, expecto quam Mundus de his primis ſententiam det.

Cognoſco opus hoc non eſſe meis humeris, maximè poſt tot ingenioſiſſimos Scriptores conſiderans præceptum Venuſini Poetæ;

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, aquam
Viribus; & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri ———

& conſilium D.Hieronymi in epiſt. contra Vigilantium, in illis verbis, *Qui ſcribit, multos ſumit Iudices;* expaueſco, & ab hoc periculoſiſſimo ſcribendi munere retrahere, & penitus diuertere merito deberem, niſi Plinij ſententia, quod nullus ſit liber tam malus, qui aliqua ex parte non proſit, conſiderarem, & opinionem Bald. *in proœm. Decretalium, in princ. num.*3. quod laudandus ſit Scriptoris cuiuſque conatus, quoniam leuius in addiſcendo paſſurus ſit onus, qui collectas in vnum materias lectitabit, ſicut è conuerſo reprehendendus qui poſſit, & nolit Poſteris ſtudioſis quidquam ſcriptum relinquere. Confiſus igitur non in meo tenui ſenſu, ſed in eius auxilio, qui cunctarum eſt Auctor ſcientiarum quique ſapientiam præſtat paruulis, & intellectum, & dat omnibus affluenter; rem inſtitutam aggredior, in qua receptas Doctorum ſententias, & veram praxim ſequendo, & eorum doctrinas fideliter allegando, inſectando ſemper communes, & deciſas opiniones, eaſdemque DD. ſententias, quantum in me fuerit, obſcuras illuſtrando, & definiendo, deprecor Lectorem, quod ſi id non aſſequor, erit tamen æqui, bonique conſulendum; nam inquit Ariſtot. in Metaphyſic. Non ijs modo, quorum ſententiæ accedimus, ſed & illis, qui veritatem non omninò attigerunt, teſtari gratias decet. Hi enim aliquid contulerunt, nos ſiquidem excitarunt, acueruntque etenim ſi Timotheus non fuiſſet, tantam non haberemus canendi artem, quod ſi nec fuiſſet Phrynis, minor apparuiſſet; Timotheus, ita Gratian. *diſcept. forenſ. in præfat. ad fin.* & ſi quid erroris fuerit, corrigat, non immemor, nihil perfectum in humanis rebus inueniri.

Breuitate quantumcumque (qua gaudent Moderni, vt ait *gloſs. in l.*1. *ff. de eo, quod met. cauſ.* in hoc Opere vtar, iuxta text. *in l.*2. *§. contrarium, C. de vet. iur. enuclen.* vbi legitur, quod melius eſt pauca idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauare; & vt Doctoris eſt non ſuperflua, nec verboſa Commentaria facere, vt in *l.*1. *ff. de orig. iur.* ſolet

enim

enim prolixitas, seu superfluitas confusionem, & difficultatem generate, ad disposita *in text. in §. sanè*, & ibi *gloss. in proœm. Gregor.* Et frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora, *l. fin. C. de donat.* Hinc breuitatem satis extollit Ausonius in Epist. ad Paulinum suum:

Est enim comis breuitas: sic fama renatum
Pythagoram docuisse refert, cum multa loquaces
Ambiguis sererent verbis, contra omnia solum
Est, respondebat, vel non, ò certa loquendi
Regula, nam breuius nihil est, aut plenius istis.
Quæ firmata probant, aut infirmata reclinant,
Nemo silens placuit, multi breuitate loquendi.

Et vulgò dici solet:

Omnia longa solent cunctis fastidia ferre:
Quæ comprehensa breui sunt, benè culta placent.

Non tamen sequar breuitatem, de qua dixit Horatius: *Dum breuis esse volo obscurus fio*, cum *gloss. in verb. summoueri, in l. cum maritus, §. Titius, ff. de pact. dotalib.* repræhendat Scæuolam Iurisconsultum, ex quo plerumque non respondet quæstioni propositæ, vel si respondet, minus clarè respondit.

Habebit hoc Opus in sua fronte inscriptum, *Praxis*, ea ratione; nam vt vtiliorem me efficiam, solum quæ in practicis congressibus, & frequentiora in Foro, præsertim Ecclesiastico, iuxta quod magis communiter seruatur, diligam; & vt non solus vtilis sim in Foro, sed etiam in Gymnasijs versantibus, id ad nonnullos Textus Canonicos, & Bullas Pontificias reducam, vt ex dictis, si non ad literam, saltem argumento, Textus clariores appareant; quod si nec vni vtilis fuero, mihi tamen maximè prodesse spero, dum otium malorum omnium originem fugiam, sequendo D. Hieronym. dicentem: *Semper facito aliquid boni operis, vt te diabolus occupatum inueniat*, de quo *in cap. numquam de consecrat. dist. 5.* & ibid. *Scribantur & libri, & manus operetur cibos, & anima saturetur lectione, in desiderijs autem est omnis otiosus*, & non damnabor ab Auson. sic pigrum in suis Epigramm. increpante:

Sanus piger febricitante multo est nequior,
Potat duplum, dapesque duplices deuorat.

Hæc est mearum lucubationum prima pars, non solum quia ante eam alias Lectori exhibeo, sed verè prima mei calami scripta; primi enim partus semper solent esse informes, vel quia concepti iuuenili ætate, vel quia nimis festinanter in lucem prodire solent: qui sequuntur, Deo dante, quia exercitatione perficitur ingenium, virtus studiorum augetur, & per exercitium lectionis quis reperit scientiæ margaritam, iuxta text. *in cap. post translationem, §. verum, vers. item si quis, de renunc.* & omne artificium per exercitium recipit incrementum, *l. legatis seruis, §. ornatricibus, ff. de legat. 3. l. miles, C. de re milit. lib. 12.* supplebunt defectus primorum. Interim benigne Lector suspende iudicium, retarda sententiam, ijs fruere; & si quid boni inuenies, da laudem Deo summo Bono; si verò aliquid mali, humanam fragilitatem damna.

AD LECTOREM.



QVIBVS rationibus, quibuſque partium ſtudijs huius Operis auctor ducatur, vbicumque de Fori competentia Eccleſiaſtici cum ſæculari, ſeu de Eccleſiaſtica immunitate, & illuc ſpectantibus ſcribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. *Facillimè etenim id ex lectura animaduertes, & ni fallor tam ſcribentis genium, & ſtatum, quàm temporum neceſsitatem, ſeu mauis corruptelam agnoſces; Caterùm ne imprimendi operis permiſſu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo exiſtimares, permittendum fuit eò impreſſorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuiſſe, ac ſi id ageretur non deeſſe celeberrimos Doctores, ſolidaſque doctrinas, quibus Principibus, & Magiſtratibus, contra nouarum opinionum ſectatores, ſua iura probè conſtent.*



D. 10.



D. IO. BAPTISTÆ VENTRIGLIA I. C. CAPVANI PRACTICÆ ANNOTATIONES

Ad nonnullos Textus Canonicos, & Constitutiones Pontificias, continentes Materias ad vsum frequentiores, & quotidianas.

Cum Obseruationibus D. CAROLI ANTONII DE LVCA I.C. Melphictensis.

Tomus Primus.

ANNOTATIO I.

De Alienatione Bonorum Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Notatur §. 1. Quid veniat nomine Ecclesiæ, & quid nomine alienationis. Quæ dicatur res solita concedi, & quomodo permittatur iterum concedi.

§. 2. Quæ Bona, fructus, & actiones Ecclesiæ non possint, & quæ permittantur alienari.

§. 3. In quo casu permittatur alienatio, & de causa, & solemnitate requisita.

§. 4. De ordine alienandi Bona Regularium, & quomodo reuocetur alienatio malè facta, integrè, & breuiter discutitur tota materia.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ nomine quid contineatur in prohibitione alienationis bonorum.*

2 *Locus pius quando præsumatur fundatus auctoritate Episcopi.*

3 *Confraternitates quando sint iudicandæ pia loca ad finem prohibitæ alienationis bonorum.*

4 *Commendæ bona non possunt alienari sine solemnitate.*

5 *Alienationis verbum quid contineat in terminis* Extrauag. Ambitiosæ.

6 *Bona Ecclesiæ nec specialiter, nec generaliter hypothecari possunt.*

7 *Locatio rei Ecclesiæ vltra triennium non valet, & quando, & an vitietur in totum, vel quoad excessum, num.8. Et an durante primo triennio possit prorogari, num.9.*

10 *Locatio rei Ecclesiæ per nouennium facta eodem die tribus personis, cuilibet per triennium, est nulla.*

11 *Locatio rei Ecclesiæ facta de triennio in triennium non valet, nec si facta sit cum obligatione renouandi finito triennio.*

12 *Locatio fructuum bonorum Ecclesiæ, nec valet vltra triennium, etiam iuramento firmata, nec contra iurantem, num.13.*

14 *Successor beneficij quando teneatur stare locationi factæ à prædecessore. Et quid si prædecessor successorem obligauerit. Quid pro anno, quo conductor terras laborauit, num.15.*

16 *Conductor cogitur ad continuandam locationem in casu, quo successor illi stare tenetur, & in casu, quo in prima locatione multum lucratus est, cogitur reconducere, num.17.*

18 *Conductor primus, an præferatur secundo pro eadem pensione in rebus Ecclesiæ.*

19 *Locatio rei Ecclesiæ anticipata solutione non valet, & quid si facta est pro necessitate Ecclesiæ.*

20 *Infeudatio, vel in emphyteusim datio rei Ecclesiasticæ, quando prohibeatur, & quando dicatur res solita concedi. Et quæ requirantur, vt res solita concedi, possit iterum reconcedi sine solemnitatibus, n.21. & seqq. vsque ad 27.*

23 *Res Ecclesiæ solita concedi, non potest iterum concedi, si sit deuolutio, si non accedat vtilitas tempore secundæ concessionis. Et quomodo debeat esse hæc vtilis.*

24 *Consuetudo quid operetur circa alienationem rei Ecclesiasticæ.*

25 *Res solita concedi, non potest iterum concedi, si alteretur solitum. Et quid si per duos actus præcedentes fuit alteratum solitum. Et an solita concedi in emphyteusim, possit concedi in feudum, num.26.*

28 *Res solita concedi, si alteretur solitum in concedendo,*

an concessio vitietur in totum. Et an possit per Prælatum concedi consanguineis, num. 29. Et quid si concessio rei soluta concedi, sit Ecclesiæ damnosa, num. 30.

ANNOTATIO I.

§. I.

Ad Textum in Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.

TRactant hic communiter DD. materiam alienationis prohibitæ rerum Ecclesiasticarum, de qua prohibitione tractatur etiam in *lib. Decreti per tot. 12. qu. 2.* & particulariter in *cap. sine exceptione, & in lib. Decretal. sub tit. de reb. Eccles. alien. vel non*, & signanter in *cap. nulli, in lib. Sexto, in Clem. eod. tit.* Concil. Trident. *sess. 25. cap. 11. de reform.* De eadem materia disposuit etiam ius ciuile in *l. iubemus la 2. & in aut. hoc ius porrectum* cum multis *authent. seqq. C. de sacros. Eccles. & in lib. auth. in tit. de alienat. & emphyt.* & in *alio tit.* clariori, *de non alienand. nec permut. reb. Eccles.* Canonistæ omnes in supracitatis iuribus, Martin. Nauar. Petr. Rebuf. Alphons. Villag. *de reb. Eccles. non ritè alien. recuper. & in integr. restit.* Redoan. solemni *tractat. de reb. Eccles. alien.* Couar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 12.* Sarmient. *de reddit. Eccles. part. 1. cap. 2.* Summistæ *in verb. alienatio*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. cum seqq.* Villalob. Bonacos. & Suar. *tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 1.* Quarant. *Sum. Bulla verb. alienatio*, Rebell. *de oblig. instit. part. 2. lib. 14. quæst. 5. à num. 4.* Camil. Borrell. *in summ. decis. tom. 1. tit. 15.* Molina *de iustit. tract. 2. disp. 465. cum seqq.* Leo *in thes. for. Eccles. part. 1. cap. 15.* Vgol. *de potestat. Episcop. cap. 14. §. 4. cum seqq.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. cap. 52. & pract. lib. 1. quæst. 8.* Nouar. *in summ. Bullar. tit. de alien. rer. Eccles.* Bonac. *tom. 1. tract. variar. disp. 2. de alienat. bon. Eccles.* Ricc. *in prax. tom. 1. in princ. & collect. 46. part. 1. & collect. 511. part. 3.* Donat. Anton. de Marin. *quotid. resolut. cap. 6. & seqq.* Ciarlin. *controuers. forens. lib. 1. cap. 105.* Thor. *in compend. decis. verbo alienat. rer. Eccles.* Castro Palaus *in opere moral. tom. 2. tract. 12. quæst. vnic. punct. 14. & 15.* Lezan. *in sum. quæst. regul. tom. 1. cap. 10. & tom. 3. verb. alienatio*, Marcell. Vulpe *in prax. cap. 6.* Nouar. *Lucer. Regul. verb. alienatio*, Barbos. *de iur. Ecclesiast. tom. 2. lib. 3. cap. 30. & in sum. Apost. dec. verb. alienare*, extant de eadem materia Bullæ Pontificiæ omnes redactæ ad terminos iuris communis, vt testatur Quarant. *sum. Bullar. verb. alienatio, in princip.* inter Regulares habetur *Sacr. Congregat. Concil. decretum editum iussu Vrbani VIII. anno 1624.* relatum per Io. Mar. Nouar. *in conclus. iur. Pontific. tit. de alienat. rer. Eccles. conclus. 2.* & quia materia est satis vulgaris, obseruabo nonnulla breuiter ad vsum frequentiora; & proinde.

1 Obserua primò, ex hac *Extrauag.* prohiberi alienationem bonorum Ecclesiæ, Monasteriorum, ac piorum locorum, vt in principio illius, & nomen Ecclesiæ, vel Monasterij communiter intelligitur sub lata significatione, ita vt comprehendatur non solùm ipsa Ecclesia, sed etiam capella, & non solum Monasterium principale, sed Grancia, & Hospitium, & aliud annexum Monasterio, vel ab illo dependens; sub nomine pij loci intelligitur communiter omne locum pium fundatum authoritate Episcopi, ideòque prohibetur alienatio bonorum Hospitalium, Confraternitatum, Collegiorum, & Congregationum authoritate Episcopi fundatarum, & erectarum, est commune apud omnes, vide Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio, num. 28.* sequitur ad literam Nouar. *nou. iur. Pontific. pract. conclus. 1. alias 23. verbo alienatione rer. Eccles.* qui id etiam dicunt in bonis Extauritarum, quæ sub appellatione piorum locorum veniunt, si Episcopi authoritate fundatæ sint, Donat. Anton. de Marin. *quotid. resolut. cap. 6. num. 8.* & est indubitatum apud omnes, ex quibus colligitur apertè, quod quando pius locus non est erectus Episcopi auctoritate, bona illius non cadunt sub prohibitione alienationis vigore huius *Extrauagantis*, etiam si in eodem loco exerceantur opera pietatis, & concernant pium vsum, ita Quarant. *cit. loc.* qui alios citat.

Solet hic controuerti, quid dicendum in dubio, 2
quando non apparet de erectione, & fundatione loci; & tunc recurrendum est ad signa, ex quibus cognoscitur locum fuisse erectum authoritate Episcopi. Signa enim hæc sunt. Primò, si locus est ædificatus in forma Ecclesiæ. Secundò, si in eo fuerit campanile erectum cum campana, ibique celebrentur diuina. Tertiò, si locus appelletur aliquo nomine alicuius Sancti. Quartò, si per antiquissimum tempus in eo loco fuerit hospitalitas seruata. Quintò, si in dicto loco esset erectum Cœmeterium, vel fundatæ sepulturæ. Sextò, si ibidem esset erectus fons baptismalis. Septimò, si locus reciperet decimas. Octauò, si esset immunis à collectis. Ex his signis probari Hospitale esse erectum Episcopi authoritate, docet nouissimè post alios Ricc. *in prax. 1. part. resolut. 37. num. 2.* vbi concludit, quod non existentibus his signis, Hospitale in dubio præsumitur profanum, quamvis in illo pium opus exerceatur, & proinde bona illius non comprehenduntur sub dispositione huius *Extrauagantis*, docet etiam Bonacin. *tom. 1. tit. de alienat. bonor. Eccles. disput. 2. quæst. vnic. punct. 2. num. 11.*

In Confraternitatibus verò dicendum est, quòd si in 3
illarum erectione Episcopi authoritas non interuenerit, adhuc erunt iudicanda loca pia, & religiosa, ac bona illarum non posse alienari absque solemnitate requisita in alienatione bonorum Ecclesiæ, si bona in dicta Confraternitate sint congesta eo animo, vt ad opera Ecclesiæ, seu Oratorij necessaria, & ad diuinum cultum, nec non ad sacros apparatus, & alia Ecclesiæ ornamenta, atque ad pauperes sublenandos, & puellas nubendas, nec non pro eleemosynis erogandis sacerdotibus, vel Rectori ordinario eiusdem Ecclesiæ, atque pro fabrica, ornamentis, & alijs oneribus, quæ diuino cultui deseruiunt, ita expresse tenet Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. num. 36.* & alij, quos refert, & sequitur Ricc. *in prax. part. 1. resol. 45. num. 6. vers. tertia sit conclusio.*

Vlterius dicuntur Ecclesiastica, & prohibita alienari 4
sine solemnitatibus bona spectantia ad Commendam, siue S. Ioannis Hierosolymitani, siue alterius Commendæ, ita Couar. *2. variar. cap. 16. num. 3.* Bonac. *tom. 1. tract. var. disput. 2. quæst. vnic. punct. 2. num. 13.*

Nota secundò, in hac *Extrauaganti* prohiberi gene- 5
raliter omnem alienationem bonorum Ecclesiasticorum, & omne pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, & deinde in particulari prohiberi concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à iure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, ex quibus primis verbis generalibus in *textu* positis colligunt communiter Doctores, verbum, *alienationis*, in hac re latè accipi, ita vt contineat omnem contractum gratuitum, vel onerosum, quo rei dominium in alterum transfertur, vt indicant expressa verba *text.* hinc continer non solum contractus in *text.* specificatos, sed alios similes, vt est venditio, donatio, permutatio, & omnis actus, per quem dominium transfertur, *l. alienationis verbo, ff. de verb. significat.* Tusc. *pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 257.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 30. num. 2.* Bonac. *cit. loc. num. 1.* Nouar. *nou. iur. Pontific. conclus. tit. de alienat. rer. Eccles. conclus. 1. num. 6.*

Hypotheca bonorum Ecclesiæ, quæ prohibetur in hoc 6
text. non solum est specialis, sed etiam generalis; non possunt enim bona Ecclesiæ hypothecari, nec specialiter, nec generaliter, quia *textus* simpliciter prohibet hypothecam, ita docet Quarant. *in sum. bullar. verb. alienatio, num. 17.* & dicemus latiùs §. *seq.*

Locatio etiam, & conductio bonorum Ecclesiæ prohi- 7
betur in hoc *textu* vltra triennium, quod communiter intelligunt DD. in illis rebus, quæ quolibet anno fructificant; vnde est, quod si bona Ecclesiæ quolibet biennio fructificant, possunt locari ad sex annos, & sic de singulis, Quarant. *cit. loc. num. 18.* Barbos. *cit. loc. num. 30. in fin.* Gratian. *discept. forens. cap. 238. num. 9.*

Quod

8 Quod controuertitur in hac materia est, si locatio sit facta vltra triennium, vitietur in totum, an verò sit valida pro triennio, in qua controuersia DD. diuisi sunt pro vtraque sententia, ita vt vtraque opinio sit communis, vt videre est apud Ricc. *in prax. 1. part. resolut.* 117. Ciarlin. *controuers. forens. cap.* 105. *num.* 127. *& seqq.* Barbos. *de potest. Episcop.* 3. *part. allegat.* 95. *à num.* 19. & licet æquior iudicetur opinio illorum, qui tenent saltem locationem prædictam sustineri pro triennio, vt defendit Donat. Anton. de Marin. *quotidian. resolut. cap.* 6. *num.* 7. tamen negari non potest, probabiliorem esse contrariam sententiam, nempè vitiari, & annullari locationem in totum etiam pro triennio, & in hoc casu vitiari vtile per inutile, quia iura prohibendo actum sub pœna nullitatis, & caducitatis, inducunt formam, qua non seruata, actus omninò corruit: nam ratione formæ actus est indiuiduus, & consequenter vtile per inutile vitiatur, ita in proprijs terminis argumentatur Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 13. & hanc opinionem vltra DD. relatos per Ricc. *cit. loc.* sequuta est pluries Rot. Rom. vt refert ipse Ricc. & Gratian. *discept. forens. cap.* 715. *num.* 16. testans his verbis, *Ista est communis opinio, & pluries per Rotam approbata*, vt latissimè testatur *R. P. D. Penia Brixien. locationis* 10. *Decemb.* 1594. id etiam confirmans *cap.* 905. *num.* 10. *& cap.* 162. *num.* 22. hanc quæstionem fusè tractat Garz. *de benefic. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *à num.* 48. vbi relatis pro prima opinione vsque ad *num.* 54. *à num.* 55. probat pro secunda, cui adhæret.

9 Vlterius ita, & taliter non valet locatio rei Ecclesiæ vltra triennium, vt si fuerit locata per triennium, quo durante sit locata per aliud triennium, ita quod incipiat à die primæ locationis finitæ, adhuc censetur facta in fraudem huius *Extrauag.* & non valet, ita tenet Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 470. vbi vlterius dicit, quod si prorogatio, seu relocatio addat nonnulla alia bona, & augeat mercedem, cessante fraude, valebit prorogatio absque dubio quoad bona superaddita.

10 Dubitatur quid dicendum, si res Ecclesiæ eodem die locetur tribus personis cuilibet per triennium, ita quod post finitum tempus locationis factæ vni, habeat locum conductio alterius, & successiuè, an contractus sit nullus, & contrahentes incidant in prohibitionem huius *Extrauag.* & dicendum est, locationem prædictam esse omninò contra *Extrauag.* & proinde nullam, ne per indirectum concedatur, quod pro directo prohibetur, argumento *cap. cum quid vna via, de regul. iur. in* 6. ita probat Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 354.

11 Aduerte, quod quando locatur res Ecclesiæ ad sex, vel nouem annos cum hac clausula, vt tot sint locationes, quot triennio, & finito primo triennio, tunc facta sit noua locatio, tunc locatio est etiam nulla quoad excessum triennij, licet sustineatur quoad triennium, ita Couar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 4. sequitur Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 25. *vbi num.* 19. *&* 21. tenet, quod si locatio est facta per tres annos cum obligatione renouandi finito triennio, valet quoad primum triennium, quia ex hoc pacto inducitur tantum obligatio personalis ad renouandum, non autem quæritur ius in re; tamen pactum renouandi reijcitur tamquam à iure reprobatum, & in fraudem legis, Card. *in clem.* 1. *§. fin. quæst. vlt. de reb. Eccles. non alien.*

12 Diximus non valere locationem bonorum Ecclesiæ vltra triennium. Quid dicendum de locatione fructuum bonorum Ecclesiæ, an possit fieri vltra triennium; & respondetur nec locationem fructuum prædictorum valere vltra triennium, aliàs si contrarium admitteretur, posset fieri fraus huic *Extrauag.* ita Gratian. *disceptat. forens. cap.* 238. *num.* 29. post Boer. *dec.* 224. *num.* 2. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambiguit. conuent. lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 33. verùm Quarant. *sum. bull. verb. alienatio, n.* 18. *vers. tertio declaratur*, dat cautelam vt possit talis locatio fructuum valere, & est, vt beneficiatus obliget se actione personali ad dandam commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus tanto tempore, vltra triennium, etiam vita beneficiati durante, quia tunc non transfert aliquod ius in re, sed tantum tenetur exhibere conductori commoditatem percipiendi fructus, ad quod citat Rebuff. & Molin. contra principalem sententiam, nempè quod possint fructus beneficij locari vltra triennium tenent multi, quos refert Garz. *de benefic.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 22. *& seqq.* at ipse *num.* 32. tenet pro opinione per nos adducta, ad quod citat multos.

Ampliantur supradicta, vt etiam si locatio vltra triennium bonorum, vel fructuum Ecclesiæ firmetur iuramento, adhuc non tenet, & beneficiatus, qui iurauit non contrauenire, potest liberè contrauenire, & agere contra talem locationem, etiam ad sui fauorem, & commodum, ita probat fusè Garz. *de benefic. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 84. *& seqq.* contrarijs respondens, quem refert, & sequitur Ricc. *in prax. part.* 1. *resolut.* 118. 13

Hic obiter obserua, quod locationi bonorum Ecclesiæ factæ à prædecessore non tenetur stare successor, etiam si fuerit facta per triennium, nisi locatio facta fuerit nomine Ecclesiæ, vel pro eius vtilitate, quia tunc obseruanda est à successore, ita tenuit Rota *in vna Auximana locationis die* 24. *Ianuarij* 1590. *coram Orano*, per *glos.* Butr. Abb. & alios *in cap. fin. ne Prælat. vices suas*, Alex. *cons.* 160. *num.* 4. *& seq. lib.* 6. Couar. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. *in fin.* & ratio est, quia contractus factus nomine Ecclesiæ non extinguitur per mortem prædecessoris; nam licet prædecessor possit locare ad modicum tempus, tamen cum ius non habeat in fructibus, nisi vita sua durante, non potest per huiusmodi locationem successori præiudicare, *l. si quis domum, ff. locat.* Rota *decis.* 1. *de loc. in nouis*. Bald. *cons.* 255. *lib.* 1. quando verò dicatur locatio facta nomine Ecclesiæ, vel pro eius vtilitate, vide Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 138. qui eandem tenet sententiam. Ad quod aduerte etiam, quod etsi Prælatus obligauerit successorem, adhuc non dicitur contraxisse nomine Ecclesiæ, Mobedan. *dec.* 271. *in fin.* neque enim prædecessor potest obligare successorem, ex quo actio personalis in eum non transit, Put. *dec.* 181. *lib.* 1. nec successor ius aliquod prædecessore recipit, Rot. *d. dec.* 1. *de loc. in nouis*. 14

Et quod successor non teneatur stare locationi per prædecessorem factæ nomine proprio, fallit pro illo anno, quo mortuus est Prælatus, & conductor terras laborauit, vt post Pedem. *dec.* 82. *num.* 10. consuluit Menoch. *cons.* 181. *volum.* 2. & sequitur Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 119. *in notab. vers. successor Prælatus*. 15

Nota ad supradicta, quod quando locatio est facta nomine Ecclesiæ, & generaliter in omni alio casu, quo successor locationi stare tenetur, conductor quoque ad illius continuationem cogi potest, *l. qui fundum, ff. locat.* Bursat. *cons.* 101. *n.* 8. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 255. *n.* 25. Gabr. *cons.* 68. *n.* 4. *lib.* 1. & ratio est, quia locator, & conductor sunt correlatiua, ideò dispositum in vno, habet etiam locum in alio, latè Becc. *cons.* 45. *num.* 23. cum alijs per Surd. *dec.* 62. *n.* 5. 16

Hac occasione dicendum est etiam, quod conductor rerum Ecclesiæ, qui multum lucratus fuit in primo triennio, potest compelli ad reconducendum pro alio triennio, quod probatur; nam Ecclesia gaudet omnibus priuilegijs fisci, *l. fin.* vbi DD. *C. de sacrosanct. Eccles.* latè Dec. *in cap.* 1. *de probat.* sed fiscus gaudet prædicto priuilegio contra suum conductorem, *l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de publicanis*, Afflict. *in cap.* 1. *num.* 27. *de fratrib. de nouo benefic. inuest.* ergo 17

In terminis locationis rerum Ecclesiarum disceptant DD. an antiquus conductor præferatur nouo pro eodem pretio, & pensione; & pro vtraque sententia potest adduci cumulus authoritatum, verum fauore Ecclesiæ securior est opinio, antiquum conductorem non esse præferendum, ne onus imponatur in re Ecclesiæ, quæ, si alias diceremus, sequeretur, quod semel locando, numquam posset expellere colonum offerendo tantundem, & ita decisum refert de Franch. *dec.* 406. *de anno* 1588. licet pro contraria opinione fortiter vrgeat dispositio *l. congruit, C. de locat. prædior. ciuil. lib.* 10. vbi disponitur, quod in rebus fiscalibus præferatur antiquus colonus nouo pro eadem pensione, & Fiscus cum Ecclesia in priuilegijs pari passu soleant procedere, vnde Gratian. *discept. forens. cap.* 357. *num.* 42. dicit hanc opinionem maximam continere æquitatem, quam administratores Ecclesiæ semper debent habere præ oculis, cum Ecclesia nullum patiatur damnum præferendo primum con- 18

conductorem ſecundo pro eodem pretio, vide DD. pro vtraque ſententia apud Ceuall. *comm. opin. quæſt.*756. ſed pro prima, & veriori opinione, vide etiam Ricc. *deciſ. Cur. Archiepiſc. Neap.* 1.*part. deciſ.*181.

19 Vltimo, in hac materia locationis bonorum Eccleſiæ aduerte *Concil. Trident. ſeſſ.*25. *de reform. cap.*11. inualidaſſe locationes rerum Eccleſiaſticarum factas anticipatis ſolutionibus, in præiudicium tamen ſucceſſorum in beneficio, non tamen ad commodum locatorum, obſeruant etiam Ricc. *in prax.* 1.*part. reſol.*119. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.*30. *num.*31. & alij, in quibus terminis poſſet dubitari, an valeat locatio anticipata ſolutione, ita vt afficiat ſucceſſorem, ſi penſio ſoluta verſa eſt in vtilitatem Eccleſiæ, in qua dubitatione Genuenſ. *pract. Eccleſ. quæſt.*167. tenet, quando notoria eſſet neceſſitas Eccleſiæ, vt ſi rueret, niſi pecunia pro reparatioñe inueniretur, valere locationem anticipata ſolutione, & affici ſucceſſorem, nam in hoc caſu ſi contraheret debitum, ſucceſſor teneretur, quia verba Concil. Trident. ſunt clara contra hanc locationem, merito ipſe Genuenſ. videtur deſiderare declarationem Sacr. Congregat.

20 Prohibetur etiam in hac *Extrauag.* infeudatio, vel in emphyteuſim datio bonorum Eccleſiaſticorum, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, pro quorum verborum declaratione dicendum eſt adhoc, vt dicantur bona ab antiquo concedi ſolita ſufficere vnicam conceſſionem, & lapſum quadraginta annorum, ſecundum opinionem Barboſ. & aliorum apud eum *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.* 30. *num.* 21. ſecundùm verò opinionem Genuenſ. *in prax. Cur. Archiepiſc. Neap. cap.*75. *num.*5. & Rot. *deciſ.*160. *num.*5. *part.*2. *diuerſ.* & in alijs relatis à Barboſa *cit. loc.* tunc dicitur res ſolita concedi, quando ſolitum probatur, vel per duas alienationes cum curſu quadraginta annorum, vel per vnicam conceſſionem ſolemniter factam, quibus in caſibus poſſe iterùm liberè rem concedi, & alienari, eſt commune, etiam abſque ſolemnitate, dummodò tamen concurrant nonnulla requiſita.

21 Primò, quòd res ſolita concedi, & deuoluta non ſit facta de menſa Eccleſiæ, & incorporata menſæ, in quo caſu non poteſt res ſolita concedi iterùm reconcedi, eſt indubitatum apud omnes; quod verò diſcutitur in hoc caſu, eſt, quando dicatur res incorporata, & effecta de menſa Eccleſiæ, in qua diſcuſſione variæ ſunt Doctorum opiniones, prout omnes collectæ videri poſſunt apud Genuenſ. *pract. Eccleſ. quæſt.*12. inter quas varietates illa videtur tutior opinio, quod ſi appareat de expreſſa declaratione Prælati, an velit, vel nolit rem deuolutam incorporare, illi ſtandum eſt; ſi verò de illa non appareat, & tunc ſi magis vtile ſit Eccleſiæ rem deuolutam incorporare, quam iterum concedere, ſtatim quod res eſt deuoluta, & reuerſa ad Eccleſiam abſque aliquo temporis interuallo cenſetur effecta de menſa, & incorporata, & proinde non poteſt iterùm reconcedi; quod ſi ſumus in dubio, an ſit vtilior incorporare, quam reconcedere, & tunc ſi poſt deuolutionem ſunt elapſi quadraginta anni, præſumitur incorporatio; ſi verò incorporatio eſt damnoſa, tunc quia Prælatus non poteſt, nec expreſsè, nec tacitè præiudicare Eccleſiæ, merito vllo vmquam tempore præſumitur incorporatio, ita colligitur ex diuerſis opinionibus DD.

22 Secundò requiritur ad hoc, vt res ſolita concedi, poſſit ab Eccleſia iterùm reconcedi ſine ſolemnitatibus, quod prima cauſa non ceſſauerit; prima cauſa conceſſionis fuit, vt res melioraretur, ſi iam eſt meliorata, ceſſat prima cauſa, & non poteſt iterùm reconcedi, & ſemper dicitur mutata prima cauſa, quando res eſt mutata, & non perſeuerat in ſtatu priſtino, eſt commune apud omnes, vide Quaran. *in ſumm. bull. verb. alienatio*, *n.*39. Cæſar de Graſſ. *deciſ.*4. *num.*17. *de reb. Eccleſ. non alien.* Seraph. *deciſ.*1490. *num.*7. Genuenſ. *in prax. Cur. Archiepiſc. Neap. cap.*75. intra *num.*6. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.*30. *num.*20. *in fin.* vbi plures citat.

23 Tertiò, adhoc, vt res Eccleſiæ ſolita concedi, poſſit iterùm reconcedi ſine ſolemnitatibus, requiritur, vt noua conceſſio ſit euidenter vtilis Eccleſiæ, probant illa expreſſa verba in *text. Extrauagantis* poſita, *Et tunc Eccleſiarum euidenti vtilitate*, vnde ex dictione illa, *tunc*, quæ denotat extremitatem temporis, *l.* 4. *ff. de condit. & demonſtrat.* deducunt DD. non ſufficere adfuiſſe vtilitatem in prima conceſſione, ſed requiri euidentem vtilitatem in noua conceſſione, ita Genuenſ. *in prax. Cur. Archiepiſc. Neap. cap.*75. *num.*6. *ad fin.* docet apertè Leo Theſ. *for. Eccleſ. part.*1. *cap.*15. *num.*42. vbi dicit, quod ſi Prælatus rem deuolutam Eccleſiæ vult iterùm concedere pro eodem canone, ſeu etiam cum aliquo augmento eiuſdem canonis, vel ſeruitutis Epiſcopo præſtandæ, non tenet inueſtitura, niſi tunc fiat cum Eccleſiarum euidenti vtilitate; ita quod ſi Eccleſia tempore deuolutionis potuiſſet percipere centum ducatos annuos, dentur centum, & vltra; non autem ſi à defuncto vltimo inueſtito percipiebat ducatum vnum, dentur Prælato, & menſæ Eccleſiæ duo ducati; ita Leo *loc. cit.* hæc opinio probatur, etiam validè ex *text. in cap.*2. *de feud.* vbi conſultus Summus Pontifex, an feudum per mortem vaſſalli ad Eccleſiam Mediolanenſem reuerſum, poſſet per Archiepiſcopum alteri concedi; reſpondit dicto Archiepiſcopo conſulenti affirmatiuè, his verbis, videlicet, *Si videris expedire*, ex quibus verbis determinant Scribentes, quod ſi Eccleſia maiorem ſenſerit vtilitatem retinendo, quàm de nouo concedendo rem ad ſe deuolutam, non poteſt denuò concedere, quia conceſſio non eſt ei expediens iuxta diſpoſitionem prædicti *cap.*2. docet etiam Ricc. *in prax. reſolut.*5. *part.*1. qui adducit plures Rot. deciſiones, Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.*30. *n.*17. Quæ reſolutio ampliatur procedere etiam ſi fuerit data Prælato magna quantitas pecuniarum pro huiuſmodi noua conceſſione, cum hoc non redundet in commodum, & euidentem vtilitatem Eccleſiæ, ſed ipſius Prælati, quod non attenditur, ita declaraſſe Rot. *in vna Peruſina Molendini* 23. *Maij* 1567. *coram D. Cotta, & coram D. de Graſſis Bononienſ. de Pipinis* 9. *Decembris* 1577. *& coram D. Brauo Caſtri Montis Portij* 9. *Martij* 1580. teſtatur Honded. *conſ.*51. *in fin. num.*60. *&* 61. *lib.*1. & refert Gratian. *diſcept. for. cap.*379. *num.*22.

Sed quia vidi paſſim in quadam Eccleſia Cathedrali bona emphyteutica notabilis redditus ad illam deuoluta, iterùm concedi ſine ſolemnitatibus cum augumento antiqui canonis modicæ quantitatis, recepta pecuniarum ſumma in beneficium beneficiatorum, contra ſupradicta. Quæro, an poſſint prædictæ reconceſſiones ſaluari ſaltem conſuetudine? Reſpondeo, quod hæc conſuetudo licet ſit vtilis beneficiato, quia eſt damnoſa Eccleſiæ, non eſt admittenda, ita Rot. *dec.*10. *de conſuet. in antiq.* Abb. *in cap. clerici, de iudic.* Rolan. *conſ.*23. *num.*9. *lib.*2. Soc. *in cap. ſi quis clericus, fol.*19. *de for. comp.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*340. *num.*26. & in terminis noſtris regulare eſt, quod conſuetudo non poteſt diminuere ſolemnitates requiſitas à canone in alienatione rei Eccleſiaſticæ, per *text. cum gloſ. in cap. cum cauſa, de ſent. & re iudic. & in cap.*1. *de conſuet. & in cap. quæ in Eccleſiarum, de Conſtitut.* Abb. *in cap. nonnulli, de reb. Eccleſ. non alien.* vbi etiam Imol. 2.*col.* Bald. *in auth. hoc ius*, 4.*col. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Felin. *in cit. cap. cum cauſa*, *num.*11. qui *num ſeqq.* ponit huius regulæ duodecim fallentias, Io. Andr. *in cit. cap. nulli*, Benintend. *deciſ.*13. *num.*7. Honded. *conſ.*55. *num.*30. *lib.*1. plenè Laurent. de Rodulph. *in ſua diſp.* quæ incipit, *Quæſtio trimembris*, *verſ. contrarium*, Soc. Sen. *conſ.*29. *viſo quoddam themate*, *num.*26. *lib.*1. Ferret. *conſ.*248. *num.*30. *lib.*2. Mareſcot. *var. reſolut. lib.*1. *cap.*95. *num.*25. Quarant. *ſumm. bullar. verb. alienatio*, *num.*30. 24

Quartò res Eccleſiaſtica ſolita concedi, ſi ad Eccleſiam deuoluatur, poteſt iterùm concedi ſine ſolemnitatibus, dummodò non alteretur ſolitum, DD. communiter in *cap.*1. *qui feud. dare poſſ.* Clar. *in §. feudum*, *q.*15. Genuenſ. *in prax. cap.*75. *intra num.*6. Nouar. *non. iur. Pontific. concluſ. tit. de alienat. rer. Eccleſ. concluſ.* 1. *alias* 23. *ſub num.*16. exemplificatur hæc alteratio in emphyteuſi, vel feudo ſolito concedi pro maſculis, in quo caſu ſi occurrit noua conceſſio, non poteſt concedi maſculis, & fœminis, quia alteratur ſolitum, quod exemplum limitatur, vt emphyteuſis, vel feudum ſolitum concedi pro maſculis, poſſit reconcedi etiam pro fœmininis ob meri- 25

merita inuestiti, quia expedit Ecclesiæ benemeritos ad bona, quæ sunt solita concedi, admittere, vt alij eorum exemplo ad seruitia præstanda Ecclesiæ alliciantur, Mantic. *de tacit. & ambig. conuen. lib.* 23. *tit.* 20. *num.* 28. post Card. Zabar. *in cap. ex parte, de feud.* Ias. *in l. ex hoc iure, num.* 61. *ff. de iust. & iur.* Curt. *de feud. part.* 2. *q.* 6. *num.* 5. Sed his non obstantibus in terminis huius Extrauag. ambitiosæ, hodie neque ob remunerationem seruitiorum potest alterari solitum aliarum concessionum, nec admitti fœminæ ad emphyteusim, vel feudum solitum concedi masculis sine assensu Apostolico, ita Genuens. *in prax. Eccles. quæst.* 14. *num.* 4. licet in *prax. supra cit. loc.* concurrat indistinctè cum prima opinione; emphyteusis verò solita concedi masculis, si deinde per quadraginta annos per binos actus reperiatur etiam concessa fœminis, poterit liberè concedi fœminis, nec diceretur alterari solitum, ita idem Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 107.

26 Dubitatur, an Prælatus possit bona Ecclesiæ solita concedi in emphyteusim, concedere in feudum sine solemnitatibus. Respondeo non posse, ita tenet Alexand. *cons.* 9. *num.* 1. & 2. *lib.* 3. & ratio est, quia alteraretur substantialis forma contractus, & deterioraretur conditio Ecclesiæ, nam emphyteuta Ecclesiæ cessando à solutione canonis per biennium, cadit à iure suo, *cap. potuit, de locat. l.* 2. *C. de iur. emphyt.* sed feudatarius Ecclesiæ etiam si non solueret censum per mille annos, non cadit à iure suo, ita Speculat. *de locat.* §. *nunc aliqua, vers.* 75. Imol. *in cap.* 2. *de feud.* Gemin. *in cap. ad Apostolica,* §. *sed licet, de re iud. in* 6.

27 Quintò, res Ecclesiæ solita concedi in feudum, vel in emphyteusim, si ad Ecclesiam deuoluit, potest reconcedi sine solemnitatibus, dummodò consuetudo concedendi non fuerit inducta per vim, vel res non fuerit data Ecclesiæ cum conditione, & pacto, quod non possit alienari, DD. *in cap.* 1. *qui feud. dar. poss.* refert Genuens. *in prax. cap.* 75. *sub num.* 6. qui addunt etiam aliud requisitum in hac concessione rei solitæ concedi, & est dummodò Ecclesia tempore primæ concessionis non fuerit diues, & tempore secundæ depauperata, Redoan. *de reb. Eccles. quæst.* 61.

28 Quæstio est solemnis inter DD. in hac materia, an si res solita concedi, fuerit concessa cum pactis, & nouis conuentionibus, nunquid pacta reijciantur, & remaneat in reliquis valida concessio, in qua quæstione vtraque pars est disputabilis; & proinde tenent multi, quod concessio valeat reiectis pactis inutilibus, & insolitis, ita Bald. *in cap.* 1. §. 1. *de his, qui feud. dare poss.* vbi Martin. Laudens. Fulgos. *cons.* 220. Io. de Imola *in cap. ex parte, num.* 30. *de feud.* Iacob. de Sancto Geor. *in sua Inuest. in verb. in feudum, col.* 12. Glos. Paris. damnati Auctoris §. 41. *num.* 45. vbi alios cumulat Tiraq. *in tract. retract. conuent. ad fin. num.* 144. & alij. Contrariam sententiam, quod concessio vitietur in totum, & annulletur, voluerunt Bart. *in auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.* Bald. *in l. quæcumque C. de bon. quæ liber.* Lup. *alleg.* 50. Calcan. *consil.* 129. Alex. *cons.* 17. *lib.* 4. Crot. *in repert. l.* 1. §. *sed si mihi, de verb. oblig.* Couar. *variar. resol.* 2. *cap.* 16. & alij. Prima opinio iudicatur communis. Secunda verior, & probabilior, ea potissimum ratione, quod in his, quæ dependent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si actus non valet, vt fit, non valebit, vt fieri potest, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam in *l.* 1. §. *si quis ita, de verbor. oblig. per text. in l.* 1. §. *eum, qui, de constit. pecun.* & pro hac secunda opinione est *decis.* Afflict. 107. vbi emphyteusis Ecclesiæ solita concedi ad secundam generationem, quia fuit concessa in perpetuum, fuit iudicata nulla concessio perpetua etiam quoad secundam generationem, voluit etiam cum hac secunda sententia Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 6. *de locat. rer. Eccles.* tradit Camer. *in cap. Imperialem, cart.* 32. *lit. N.*

29 Controuersum est etiam, an Prælatus possit rem solitam concedi in feudum, vel emphyteusim, concedere suis agnatis, & cognatis, aut affinibus; in qua controuersia verior est opinio affirmatiua, quando prædicti idonei sunt, & concessio fit palam, bona fide, & sine Ecclesiæ læsione, iuxta *glos. in cap.* 1. *in glos. fin. si de inuestit. inter dom. & vass. orit.* Capyc. qui multa in hoc ponit in *sua inuest. in verb. Prælati Ecclesiarum,* 4. *col. vers. nona conclusio,* Redoan. qui fusè agit articulum *in tract. de reb. Eccles. non alien. quæst.* 2. *carta mihi* 29. contrariam opinionem defendunt Classici, & graues DD. vt videre est apud Redoan. ita, & taliter, vt aliqui cognoscentes primam sententiam veriorem, adhuc consuluerunt, vt Prælati se abstineant à prædictis concessionibus, ita Camill. de Curte *diuers. iur. feud. fol. mihi* 14. *num.* 57. *in fin.* Et quando talis concessio præsumeretur in fraudem, latè Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 16.

Quando verò concessio est damnosa Ecclesiæ, etiam quod aliàs res fuisset millies concessa, non valet; nam Paulus IV. *in sua Constit.* 2. *incip. Iniunctum nobis,* apud Laert. Cherubin. *tom.* 1. *pag.* 729. quam Constit. innouauit Pius IV. Const. *incip. Prouida,* apud eundem Laert. *tom.* 2. *pag.* 21. generaliter irritas declarauit omnes alienationes rerum Ecclesiasticarum in damnum Ecclesiarum, vel non seruatis iuris solemnitatibus. 30

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *IVra Canonica approbarunt Ciuilia de prohibitione alienationis bonorum Ecclesiæ.*
2 *Rigorosa est* Extrauagans *fel. mem. Pauli II.*
3 *Explicatur dispositio S. C. Trid. prohibentis locationem Iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
4 *Iurisdictio an locari possit. Et an Cancellariæ emolumenta? adducitur æquiuocatio.*
5 *Rubrica de reb. Eccles. non alien. an concordet cum nigro.*
6 *Qualitates Ecclesiasticæ an tribuant opera pietatis.*
7 *Notatur varius Ventriglia.*
8 *Locus pius quando arguatur laicalis.*
9 *Hypotheca generalis bonorum Ecclesiæ an sit permissa, & qualiter differat à speciali? Ventrigliæ lapsus.*
10 *Locatio bonorum Ecclesiæ vltra triennium an vitietur in totum?*
11 *Beneficiatus an possit cedere commoditatem fructuum sua vita durante?*
12 *In beneficialibus an successor teneatur stare locationi.*
13 *Conductor bonorum Ecclesiæ quando continuare cogatur? An arguatur à fisco ad Ecclesiam.*
14 *Anticipatè soluens colonus bonorum Ecclesiæ an sit tutus.*
15 *Quid si conductor anticipatè soluat resignanti?*
16 *Res solita concedi an possit iterum sine assensu alienari?*

TEmporis successu varia bonorum Ecclesiæ prohibentia alienationem iura Ciuilia, & Canonica fuerunt condita, quæ Ventriglia in principio cumulatur, *l. iubemus, & Auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles. & Auth. de non alien. coll.* 2. 1

Quo ad ius ciuile de eius validitate dubitant nonnulli ob defectum potestatis Imperatorum statuentium circa res Ecclesiasticas, ob quam leges nihil habere auctoritatis, dixit Abb. *in cap. præsentia num.* 28. *de reb. Eccl. alien. vel non,* & sic ponunt falcem in messem alienam. Quæstio autem ista cessat dum concurrunt approbationes saltem tacitæ Summorum Pontificum, Sanchez *ad decalog. lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 4. Pacion. *de locat. cap.* 14. *num.* 2.

Plenius, & cum rigore prouidit Paulus II. circa dictam alienationem. Quia priùs iura canonica locationem bonorum Ecclesiasticorum per decennium, & ad vitam prohibebant. At deinde Paulina locationem ad triennium permisit, vt Molin. *de contract. disp.* 466. *n.* 10. Garzias *de benef. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Pacion. *vbi supra n.* 4. & 5. 2

Aliquid etiam ordinauit Sacrum Concil. Tridentinum sess. 25. cap. 11. de reformat. prohibet enim locari iurisdictio- 3

ctiones Ecclesiasticas, seu facultates deputandi, seu nominandi Vicarios in spiritualibus, & esse vnum ex nouatis in materia locationis, notat Ricc. *part.* 1. *resol.* 108. *num.*2. Pacion. *cap.* 11. *num.* 31. vbi quod omnes actus iurisdictionis, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sint materia Simoniæ.

4 Iurisdictiones locari nec posse ad vitandum infinita mala, quæ resultant ex eo, quod iudicaturæ dentur pro pecunia, *vt tex. in auth. vt Iudic. sine quoq. suffrag.* ex Carocc. tradit Pacion. *d. c.* 11. *n.*32.

Verùm enim verò cum aliquo æquiuoco circa prouentus iurisdictionis procedi solet. Alij enim sunt prouentus resultantes à mulctis, & compositionibus, & illi applicari debent pijs vsibus, nec possunt applicari ipsi Episcopo. Alij prouentus in emolumentis Cancellariæ ratione actorum iudicialium, & aliquæ resolutiones Sacræ Congregationis emanarunt prohibentes Episcopis locare Cancellariam, & in ipsis non intrat obligatio applicandi ad pios vsus, sed principaliter introducti fuerunt pro sustentatione Vicarij generalis, & Notarij, aliorumq; seruientium Tribunalis. Ideòque si ob amplitudinem diœcesis, vel multiplicitatem causarum, casus præbeat, quod supportatis dictis oneribus aliquid supersit. Aliud est in Baronijs, in quibus compositiones sunt fructus feudi. At de his latè Card. de Luca *de beneficijs disc.* 90. *num.*74. vbi de vsu in aliquibus locis dandi in appaltum Cancellariam, & Cameræ Apostolicæ, Sede Episcopali vacante in numerando fructus iurisdictionales.

5 Animaduertendum in materia *textus Extrauag. Ambitiosa de rebus Ecclesiæ non alien.* quod Rubrica non conuenit cum procemio, neque dispositiua ipsius prohibitionis cum eo. Nam Rubrica, sub qua ponitur *d. Extrauagans* est de rebus Ecclesiæ. Nigrum autem in principio, & exordio, seu procemio etiam videtur loqui de bonis locorum piorum ibi, *Quibus Ecclesiam, Monasteria, ac pia loca reguntur*. Denique dispositiua prohibitionis restringitur ad bona Ecclesiastica ibi, *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem*.

Ideò vt intret prohibitio requiri videtur omnium qualitas illa Ecclesiastica. Procemium enim constitutionis non facit ius, sed illud quod sequitur, Rota *decis.*36. *num.* 16. *& decis.*444. *num.*35. *par.*5. *recent.* Et quamuis procemium inseruiat pro declaratione dispositiuæ, tamen quando verba constitutionis sunt clara non recipiunt interpretationem à procemio, Gratian. *discept.*350. *num.*39. Rota *d. decis.*36. *num.*8. ita in specie aduertit Pacion. *de locat. cap.*14. §.6. *num.* 27. *& seq.*

6 Qualitas Ecclesiastica non tribuitur per sola opera pietatis, nam in Hospitalibus, Confraternitatibus, Montibus Pietatis, vel Misericordiæ semper exercentur opera pietatis, & adhuc sunt laicales, quoties non sunt erectæ auctoritate Ordinarij, vel Apostolica, vt latè Rota *decis.* 313. *num.*9. *part.*10. *recent.* Alphons. de Leon. *de offic. Capellan. q.* 5. *sect.* 10. *n.*169. Pacion. *vbi sup. n.* 31. Consiliarius Rosa *consult.*10.

Conueniunt verba *Extrauag.* ibi, *Immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata*, ex quibus verbis infertur quod bona essent principaliter, & immediatè Deo dicata, ad hoc vt essent Ecclesiastica, & subiaceant *d. Extrauaganti Ambitiosa*.

Præterea Bald. ab omnibus receptus *in l. si quis ad declinandam §. in omnibus num.*19. *C. de Episcopis, & cleric.* tractat quæstionem; an ex legato relicto Fraternitati debeatur quarta Episcopo, & pro vtraque parte discurrens sic loquitur: *Quemadmodum enim Episcopus non debet habere quartam de eo, quod relinquitur Vniuersitati Scholarium, vel collegio Mercatorum, ita eodem modo non debet habere si relinquatur collegio Fraternitatum, vel Iuuantium oppressos. Nulla enim est coniunctio spiritualis inter eos, & Episcopum.*

Magna est differentia inter bona Ecclesiastica, & ea quæ, & si ratione operum, quæ exercent, piorum nomen, seu titulum habent, quandam Ecclesiasticam imaginem retinent siue figuram faciunt, vt sunt e. g. Infirmorum Hospitalia, Mulierum Conseruatoria, Sæcularium Congregationes, vel Confraternitates, ità Cardin. de Luca *de iurisdict. discurs.* 60. *num.* 3. vbi quod aliud sit locum esse Ecclesiasticum, aliud verò pium, & posita qualitate loci pij, remaneat adunantia laicorum quo ad bona temporalia subiecta foro laicali, ac etiam non subiecta prohibitioni alienationis bonorum Ecclesiasticorum. Quidquid cum Diana confundat Antonell. *de regim. Ecclesiæ lib.*1. §. 4. *num.*6. *& seq.*

7 Pariter varios videtur Ventriglia dum num.2. in fine tradit Hospitale in dubio præsumi prosanum, quamuis in illo pia opera exerceantur, & proindè bona illius non comprehendi sub prohibitione *d. Extrauagantis*, cum Bonac. *tom.* 1. *tit. de alienat. bonorum Eccl. disp.* 2. *q. vnica puncto* 2. *num.* 11. Et posteà idem Ventriglia in Confraternitatibus concludit quod si in illarum erectione Episcopi Authoritas non interuenerit, adhuc erunt loca pia, & Religiosa, & bona illarum non posse alienari absque solemnitate requisita in alienatione bonorum Ecclesiæ, si bona in d. Confraternitate sint congesta eo animo, vt ad opera Ecclesiæ, seu Oratorij necessaria, & ad Diuinum cultum, & ad pauperes subleuandos, & puellas nubendas, nec non pro eleemosynis erogandis Sacerdotibus, vel Rectori ordinario eiusdem Ecclesiæ, & pro fabricę ornamentis, & alijs oneribus, quę diuino cultui deseruiunt, ex Menoch. *recup. possess. remed.* 15. *num.*36. Ricc. *in praxi part.*1. *resol.*45. *num.*6. Etenim diuersum esse bona aliqua esse Ecclesiæ, & esse locorum piorum, ità de rigore tenet Pacion. *de locat. cap.* 14. §. 6. *num.*27. Benè verùm erit, bona locorum piorum, vel legatorum, cum onere missarum, & similia consideranda esse ad instar bonorum dotalium, & minorum, & sine decreto, & sine alijs solemnitatibus alienari nequibunt, & bona Administratorum erunt tacitè hypothecata prout dixi in *discept.* Gratiani 802. & Card. de Luca *de credit. discurs.* 36. *&* 39.

8 Probat Reg. Merlin. *contr.*65. *num.* 12. *lib.* 1. locum esse laicalem, quando deputatio Rectoris non esset facta ab Ordinario loci, & dixi in Gratian. *discept.* 577. *num.*7.

Ad hæc si rationes reddantur eiusdem loci pij, vel Montis Gubernatoribus, non Ordinario loci Cafar. *Peregr. q.* 50. *num.* 29. Cason. *discept.*14. *num.*158. scripsi ad Gratian. *discept.*481. *num.*8.

Accedit, quod si fundatores sint nobiles, & per Nobiles exerceatur gubernium, non sit verisimile, quod illi velint se subijcere pęnæ Extrauag. Felin. *in cap. de quarta num.*3. *de præscript.* Insuper bona ad alimoniam pauperum, & alia pia opera deputata merentur, vt cedant in pia opera sumptus qui forent pluries erogandi pro beneplacitis, Felin. *in d. cap. de quarta num.* 3. *& num.* 4. *de præscript.*

Loquens Rota Rom. *in decis.*725. *num.*11. *part.*1. *in nouiss.* de Hospitalibus, de quibus in Clem. 1. per litteras q. 15. *in fin.* tradit quod *Hospitalia in quibus præficiuntur laici non possunt dari in titulum beneficij. Ratio cur laici Hospitalibus præfici possunt, est, quia licet habeant curam pauperum, non tamen habent potestatem clauium, vt inquit Gloss. in d. Clem. quia contingit §. vt autem num.* 4. *dicit istos Hospitalarios non conferre Sacramenta, nec diuina celebrare, sed tantum dispensare prouentus in vsum pauperum.*

Ab Ecclesia, quæ sit in Monte non potest argui ad Montem, qui censetur quid separatum ab Ecclesia, vt in specie Petrus de Vbald. *de Canon. & Episcop. num.*9. *&* 22. Bich. *decis.*100. *num.*8.

9 Maiori animaduersione digna est conclusio Ventrigliæ num.6. asserentis per *textum d. Extrauag.* prohibitam esse tam specialem, quam generalem hypothecam bonorum Ecclesiæ, quia textus probibet simpliciter hypothecam. At verius dic generalem hypothecam non esse prohibitam afficientem non substantiam rei, sed solum commoditatem, donec res maneat in dominio Ecclesiæ, ita vt si cum assensu distrahatur, emptor erit tutus, sin autem exercibilis erit hypotheca quoad commoditatem, & fructus, sed non poterit deueniri ad alienationem sine assenso Apostolico, Rota coram Royas *decis.*261. *num.*6. Pariterque habens generalem non poterit concurrere cum specialem habente cum assensu Apostolico, Card. de Luca *vbi sup. discurs.* 13. *num.* 17. Pacion. *cap.*40. *num.*71.

Hypotheca specialis poterit opponi in bonis quærendis,

vt

vt quia accipiat mutuo Ecclesia, vt ex pecunia emat prædium, vel domum, & obliget rem emendam in specie, vel Ecclesia emat rem, & pro resta pretij venditor sibi consulat speciali hypotheca. Quia in querendis, & Ecclesiæ non incorporatis non requiritur beneplacitum, Clarus *in §. feudum quæst.* 13. *num.* 3. Molina *de contractibus disp.* 468. *num.* 17. Bichius *decis.* 502. *num.* 7.

10 Locatio bonorum Ecclesiæ vltra triennium, an vitietur in totum, an verò valeat pro triennio, probabiliorem primam partem firmat Ventriglia *num.* 8. cum Gratian. *disceptat.* 715. *n.* 16. *& discept.* 905. *num.* 10. quamuis contrarium teneat Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 6. *num.* 7. Genuens. *in praxi c.* 61. *num.* 6. & pluries canonizasse opinionem pro nullitate, ait Ciarlin. *controu.* 105. *n.* 127. & in praxi amplexendam ait Ricc. *resol.* 102. *&* 106. *part.* 5.

Nouiter Pacionus *cap.* 14. §. 7. tenet hanc opinionem quoties concurrant coniecturæ, quod Partes pro tempore permisso non contraxissent, aliàs contrarium sensit Bald. *con.* 475. *num.* 8. *lib.* 1. Carocc. & Donat. *de Regular. tom.* 1. *tract.* 14. *quæst.* 42. *num.* 2. Altograd. *con.* 28. *num.* 44. *lib.* 1. Et cum hac distinctione resoluit Pacion. *num.* 8.

Difficultas est in cognoscendo, an Partes pro triennio contraxissent? distingue, vt si primò expressum sit triennium, & posteà maius tempus cum pacto renouandi, & valebit pro triennio. Aut à principio fit expressum maius tempus, & deindè adiectum triennium, vt si locatio sit facta ad nouennium cum pacto renouandi de triennio ad triennium, vel cum pacto, quod tot sint locationes, quot triennia, & tunc secus.

Pro coniectura addit Pacion. *num.* 54. quod Partes non contraxissent pro solo triennio, si pensio non fuisset constituta æqualis respectu primi, & secundi triennij ex Rota coram Penia reijciens Garziam *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 64. *& seq.* retorquentem dictam coniecturam, vt ex diuersitate pretij inducatur pluralitas locationum.

Eodem die si locetur res Ecclesiæ tribus personis cuilibet per triennium, ità quod post finitum tempus locationis factæ vni habeat locum conductio alterius, an contractus sit nullus? Ventriglia *num.* 10. affirmat cum Genuensi *practic. quæst.* 354. Donat. *de regul. tom.* 1. *tract.* 14. *quæst.* 40. *num.* 1. Rota coram Penia *decis.* 414. Securè procedit d. opinio, quando locatio concepta sit ab initio simul pro toto tempore, vt si dictum sit locauit Titio, & Caio per sex annos continuos etiam si additum sit, *Titio ad triennium proximum, & Caio ad subsequens.* Si autem locatio facta esset Titio ad triennium proximum, & Caio ad subsequens, tunc contrarium esset tenendum. Garzias *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 65. Pacion. *num.* 33. nisi coniecturæ sint in contrarium, vt si vnicus sit datus fideiussor ab omnibus pro toto tempore, vel pensio vna sit minor altera.

11 Beneficiatus an possit cedere creditori suo commoditatem fructum beneficij sua vita durante? Ventriglia *n.* 12. affirmat docens cautelam, vt Beneficiatus obliget se actione personali ad dandam vtilitatem percipiendi fructus vita sua durante, vel vltra triennium, & hanc cautelam sequuntur Cenc. Durand. Donat. de regular. quos congerit Pacion. §. 5. *num.* 7. *&* 8. vbi quod tutiùs sit procedere per viam obligationis personalis, vel constitutionis procuratoris irreuocabilis ad percipiendum fructus, vel pensionem, & expressim cauere, quod dominium non transeat in conductorem, quamuis Carocc. & alij censeant hanc cautelam etiam suffragari ad effectum locandi ad longum tempus, vt Pacion. *vbi supra* §. 5. *num.* 10.

12 In beneficialibus, & alijs Ecclesiasticis successor non tenetur stare locationi etiam per triennium factæ. Quia isti successores non succedunt per viam transmissionis, sed priuationis, Ventriglia num. 14. Fallit si Prælatus locauerit nomine Ecclesiæ, & simul ad illius vtilitatem, & non propriam, vt ob augmentum pensionis ad Ecclesiæ beneficium, vel pro anno cæpto, Bich. *decis.* 437. *&* 452. Pacion. *cap.* 61. *num.* 212. quidquid tradat Riccius *resol.* 97. *part.* 1.

13 Conductor rerum Ecclesiæ, qui multum lucratus est in primo triennio, an possit cogi ad reconducendum pro alio triennio? Ventriglia num. 17. probat, quod sic, arguens à fisco ad Ecclesiam. At numquam vidi id practicatum, nec excitatum in controuersiam, vt idem tradit Reg. constant. *in l.* 1. *C. de vendit. rerum fiscalium n.* 26. *& seqq.* negans argumentum à fisco ad Ecclesiam, nisi in casibus à iure expressis.

Prout in simili licet antiquus conductor præfertur nouo pro eodem pretio in rebus fiscalibus, vt in *l. congruit C. de locat. præd. fiscal. lib.* 10. Nihilominus colonus antiquus rerum Ecclesiæ non præfertur nouo pro eodem pretio, vt decisum refert Præs. de Franch. *decis.* 406. & de veriori scribit Ventriglia num. 18. & vide, quę scripsi in *obseru.* 406. ad Franch. *& discept.* 357. Gratiani.

Conductor bonorum Ecclesiæ si anticipatè soluat Rectori eiusdem, & interim superueniat alius, poterit compelli iterum soluere, nisi pecuniæ solutæ versæ fuerint in vtilitatem Ecclesiæ, vt quia res minabatur ruinam, vel si ægrotabat Rector, aut simili necessitate pręmebatur, & exemplificat Pacion. *cap.* 37. *num.* 54. *&* 59. 14

Resignans, si anticipatè exegerit pensionem, an resignatarius possit cogere ad iteratam solutionem? Pacion. vbi sup. affirmat, reijciens Amat. *resol.* 29. *num.* 2. 15

Res solita locari vltra triennium, vel in emphyteusim ab Ecclesia concedi, potest denuò locari, vel concedi sine beneplacito Apostolico, & ad hoc vt dicatur ab antiquo concedi solita, sufficit vnica concessio solemniter facta, vel duæ sufficiunt cum cursu 40. annorum iuxta Ventrigl. *num.* 20. Ricc. Durand. & alios refert, & sequitur Pacion. *cap.* 14. §. 4. *num.* 5. *& seqq.* 16

Fallit si alteratur solitum in præiudicium Ecclesiæ, licet possit ad eius commodum, Merlin. *decis.* 656. latè Pacion. *cap.* 14. §. 4. *per tot.*

Rursus fallit si res sit incorporata Ecclesiæ, Merlin. *decis.* 756. si adsit expressa declaratio administratorum incorporandi Ecclesiæ, ac commensandi, si autem desit, tunc in dubio non arguitur animus commensandi, vt Menoch. *de arbitr. cap.* 433. & videndus Pacionus *vbi supra.*

Alterato solito, an concessio corruat in totum? Afflictus *decis.* 107. testatur decisum affirmatiuè de concessione solita ad secundam generationem, quod fuerit iudicata nulla concessio perpetua, etiam quo ad secundam generationem, vt Ventriglia *num.* 28. & stant Ciarlin. *contr.* 105. *num.* 132. Rota *decis.* 176. *num.* 44. *part.* 1. *recent.* Verùm negant Riccius *resol.* 104. *part.* 1. Altograd. *cons.* 28. *num.* 24. *lib.* 1. Quos nihilominus reijcit Pacion. *d.* §. 4. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesiæ modici valoris quomodo alienari possint. Et quæ requirantur, & quæ dicatur res modici valoris, num.* 2. *Quid in Episcopo, qui iurat non alienare inconsulto Summo Pontifice, num.* 3. *Et quid de modica parte magni prædij, num.* 4. *Cuius Episcopi requiratur licentia, & an Vicarij, num.* 5.

6 *Alienari non possunt annui redditus Ecclesiæ, & an minus, vulgo dictum,* calare, *nec etiam hypothecari, num.* 7. *Nec pignorari, num.* 8. *Nec censum imponi super bonis illius, num.* 9.

10 *Alienari non possunt actiones, iura nomina debitorum, & similia Ecclesiæ, & an transigi, num.* 11. *Et actionem cedere, num.* 12. *Vel compromitti, num.* 13. *Quid de bonis per alium possessis, num.* 14. *&* 15. *Quid de confessione, & recognitione, num.* 16.

17 *Seruitus non potest imponi super rebus Ecclesiæ.*

18 *Permutari bona Ecclesiæ non possunt. Et quid de permutatione inter duas Ecclesias.*

19 *Arbores quando euelli possint, vel incidi in fundo Ecclesiæ. Et quid veniat nomine arborum, num.* 20.

21 *Fructus bonorum Ecclesiæ non possunt dismembrari.*

22 *Alienari non possunt bona mobilia pretiosa, & quæ, & an pecunia, num.* 23.

24 *Retrouenditio an possit fieri ab Ecclesia sine solemnitatibus.*

25 *Capellæ, & sepulturæ an possint concedi sine assensu Apo-*

Apoſtulico, & quid de iure patronatus, num.26.

27 *Reliquia Sanctorum an poſsint concedi ſine licentia.*

28 *Oblationes facta alicui Imagini an poſsint alienari ſine aſſenſu Apoſtolico.*

29 *Penſiones an puſſint vendi, vel locari vltra triennium, & an mandatum procura vltra triennium ad locandum teneat, num.30.*

31 *Alienari an poſsit res data Eccleſia cum licentia alienandi, & quid ſi cum prohibitione alienandi, & quid de re data Religioſis incapacibus, num.32.*

33 *Bona Eccleſia non poſſunt concedi ad beneplacitum.*

ANNOTATIO I.

§. II.

1 NOta prohiberi in hoc *tex. Etrauag. Ambitioſa* alienationem bonorum Eccleſiaſticorum immobilium, & mobilium pretioſorum, & quoad immobilia generaliter *textus* loquitur, ita vt quomodocumque ſint talia bona, alienari non poſſunt ſioe ſolemnitate; excipiunt tantum DD. bona immobilia exigui valoris, quæ alienari poſſunt ſine aſſenſu Apoſtolico, ſed ſolum cum licentia Epiſcopi, iuxta diſpoſioonem *cap. terrulas* 12. *quæſt.* 2. latè Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 51. *cap.* 20. *num.*6. *& in rubr. de rer. exiguar. immob. Eccleſ. alienat. quæſt.* 13. *num.* 19. in qua re Scribentes aliqui permittunt hanc alienationem ſine aſſenſu Apoſtolico in terrolis Eccleſiæ modici valoris tantum, vt loquitur Ricc. *in prax.* 1. *par. reſul.*36. & alij apud eum. Verum dicendum eſt ſecundum alios, & melius, non tantum ſufficere, vt res ſit modici valoris, ſed etiam requiri copulaoóè, quod non ſit vtilis Eccleſiæ, & quod alienatio fiat ex neceſſitate, ita diſponunt aperta verba prædicti *cap. terrulas*, hoc modo, *Terrulas, aut vineolas exiguas, & Eccleſia minus vtiles, aut longè poſitas paruas Epiſcopus ſine conſilio Fratrum, ſi neceſsitas fuerit, diſtrahendi habeat poteſtatem.* Ex quibus verbis colligitur deſiderari ad hanc alienationem res exiguas eſſe minus vtiles, vel longè poſitas, & neceſſitatem, docet Mareſ. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 25. *num.* 13. Quarant. *in ſum. bul. verb. alienatio, num.*41. Genuenſ. *in prax. cap.* 75. *num.* 3. & aduerte, quod concurrit hic neceſſitas, quaodo adeſt euidens vtilitas, Redoan. *vbi ſupra, rubr. de cauſis, propter quas fiunt alienationes, &c. num.*28. *fol.*113. vbi nomine neceſſitatis in hac materia venit, & intelligitur omnis iuſta cauſa.

2 Quæritur in his teroinis, quæ dicatur res exigua, & modici valoris. In qua re reſpondent nonnulli rem immobilem, cuius valor non excedit viginti ſolidos, ideſt viginti aureos, dici exiguam, & modici valoris, ita DD. relati per Genuenſ. *in prax. cap.* 75. *ſub num.* 4. & à Ricc. *in prax. cit. loc. reſul.* 36. *verſ. ſed quæſtionis eſt*; Alij dicunt rem modicam iudicandam iuxta mentem Prouincialium, & Synodalium decretorum cuiuſcumque patriæ, cum in his attendatur loci conſuetudo, ita Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part.*1. *cap.*15. *num.* 7. & alij apud eum. Cæteri, & melius hoc totum remittunt arbitrio boni viri, & prudentis Iudicis, qui attendere debet conſuetudinem terræ, temporum, locorumque qualitatem, & conditionem Eccleſiæ, an paoper ſit, vel diues, ita Redoan. *cit. tract. quæſt.*10. Quarant. *cit. loc. num.*41. *in fin.* Genuenſ. & Ricc. *loc. cit.* & alij. Regulariter verò dicit Genuenſ. *eod. loc.* quem ſequitur Bonacin. *tom.*1. *tit. de alienat. bon. Eccleſ. diſp.*2. *quæſt. vnic. punct.* 4. *num.*3. *verſ. ad cognuſcendum*, Terrulam minimi valoris aſcendentem ad valorem ducatorum decem. Hæc opinio Genuenſ. habet quid rigoris contra facultatem *cap. Terrulas*, quam ampliat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*452. *num.*10. vbi tenet modicum eſſe prædium in hoc propoſito, cuius valor aſcendit ad ſummam ſcutorum quadraginta, qui loqoitur de moneta Romana, vbi ipſe ſcribit, quæ quantitas aſcendit ad ducatos 44. Regni; Inter hos adeſt opinio mediam viam tenens, rem dici modici valoris, ſi non excedat 25. ſcuta monetæ Romanæ, & ita declaraſſe Sacr. Congreg. refert P. Theſaur. *pract. Eccleſ. part.*2. *verb. alienatio, cap.*1. *verſic. & quidem in fin.*

3 Ampliatur diſpoſitio *cap. Terrulas*, vt illa procedat; & poſſit Prælatus res, de quibus in eo concedere ſine aſſenſu Apoſtolico, etiam ſi iurauerit non alienare inconſulto Summo Pontifice, vt hodie iurant omnes Epiſcopi: quia dicto iuramento oon obſtanre, poteſt concedere res modicas, & Eccleſiæ inutiles, Card. Tuſch. *concluſ.* 275. *in verb. alienatio bonorum, num.* 14. *fol.* 248. *part.* 1. Guid. Pap. *deciſ.*256. qui teſtatur diſpoſitionem *cap. Terrulas*, procedere tantum in re modici valoris, non verò in alijs rebus etiam infructuoſis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*252. *num.* 5.

4 Limitatur tamen diſpoſitio *cit. cap. Terrulas*, vt illius vigore non poſſit alienari modica pars magni prædij Eccleſiæ, quia ſi hoc permitteretur, paulatim poſſet alienari omnia prædia Eccleſiæ, contra, & in fraudem *Extrauag.* ita optimè aduertit Genuenſ. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.*75. *num.*6. *in fin.* & patet ad ſenſum.

5 Nota, quòd licet io alienatione rei Eccleſiæ modici valoris facienda, iuxta *cap. Terrulas* non requiratur aſſenſus Apoſtolicus, eſt tamen neceſſaria licentia Epiſcopi concedenda præuia cauſæ cognitione ſuper requiſitis *d. cap. Terrulas*, quam licentiam non poteſt dare Epiſcopus illius Diœceſis, in qua ſita eſt res alienanda, ſed debet eſſe Epiſcopi, cui beneficium, ad quod eadem res ſpectat, ſubiectum eſt; ita vt Epiſcopus Eccleſiæ, non Epiſcopus rei debeat interponere talem authoritatem, probatur in *auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ita Innoc. *in cap. Paſtoralis, col.*2. *de priuileg.* Schrader. *de feud.* 2. *par.* 9. *par. princ. ſect.*3. *num.* 161. Manóc. *de tacit. & ambig. conuent. tit.*7. *lib.* 4. *num.* 37. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*452. *num.*7. *&* 8. Nec facultatem prædictam poteſt concedere Vicarius Generalis, niſi ſpecialiter ab Epiſcopo fuerit illi demandata, *cap. alienationes* 12. *quæſt.* 1. Caualc. *deciſ.*45. *num.*40. *part.* 1. quia cum iura in hoc caſu expreſsè nominent Epiſcopum, eius induſtria eſt electa, & conſequenter excluditur Vicarius, ita in ſpecie Redoan. *de reb. Eccl. non alien. rub. de aut. Prælati in alien. interp. num.*60. *fol.*206. & ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*379. *à num.* 10. *vſque ad* 16.

6 Appellatione immobilium, quæ prohibentur alienari in hac *Extrauag.* veniunt etiam annui redditus Eccleſiæ, qui alienari non poſſunt ſine ſolemnitatibus, eſt commune, probatur ex *l. iubemus nulli, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* docet Redoan. *citat. tract. quæſt.* 14. ſequitur Ricc. *in prax.* 1. *part. reſul.*41. quod etiam probat exemplo Ciuitatis, cuius annui redditus alienari non poſſunt ſine ſolemnitate reſiquiſita in venditione rerum immobilium, ex *l. fin.* & ibi Bart. & alij, *C. de vendit. rer. ciuit. lib.*10. & non ſolum non poſſunt in totum alienari, ſed nec etiam minui, vt vulgò dicimus, *calare*. Quod intellige, quando contractus annui redditus ſtat in ſua firmitate, & non eſt reſciſſus, Redoan. *cit. tract. quæſt.* 2. *cap.*16. *& cap.*44. *& quæſt.*14. *num.* 22. quod ſi contractus eſt reſciſſus, & pecunia eſt penes depoſitarium, vel alias quomodocumque in cenſu facto cum pacto de retrouendendo, eſt facta reemptio, & tunc cum dicatur oouus contractus, & ſit in libera facultate Eccleſiæ, vel Clericorum, quem velint de dicta pecunia inueſtire: proinde ſi non inueniantur tot redditus, vt ex ſoluebantur per primum debitorem, poteſt dicta pecunia reinueſtiri pro quantitate redditus, quæ reperitur, ita poſt multos diſtinguit Ricc. *deciſ. Cur. Archiep.* 134. 1. *par. per tot.* & ſequitur Nouat. *non. iur. Pontific. pract. concluſ.*1. *de alien. rer. Eccleſ. num.*9. & Donat. Anton. de Marin. *quotid. reſolut. cap.*6. *num.*11. qui omnes dicunt, quod in hoc ſecundo caſu diſtinctionis non requiritur aſſenſus Apoſtolicus.

7 Non ſolum vendi, ſed nec etiam hypothecari poſſunt bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate, de quia in *Extrauag.* probatur ex *cap. nulli, de reb. Eccl. alienan.* & expreſsè in hac *Extrauag.* Redoan. *quæſt.*2. *cap.*6. *& quæſt.*51. *cap.*29. Verùm quia hypotheca eſt generalis, & ſpecialis; dubitatur inter DD. an etiam generalis hypotheca bonorum Eccleſiæ ſit prohibita, & quidem in terminis *cit. cap. nulli*, cuius hæc ſunt verba, *Neque ſpecialis hypotheca titulo obligare*, tenent nonnulli generalem non eſſe prohibitam; ſed per *Extrauag.* omninò dicendum eſt prohiberi etiam generalem, qoia *textus* illius loquitur generaliter,

& ſim-

& simpliciter de hypotheca, & quando prohibetur alienatio simpliciter, videtur prohibitus omnis actus, per quem alteri quæritur ius aliquod in re, *l. vlt. C. de reb. Eccles. non alien.* & ita tenet, & probat Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio, n.* 17. ex opinione Nauar. & aliorum, & quoad inualiditatem actus, probat latè Loter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 35. *n.* 13. *& seqq.* qui quoad pœnam aliter sentit, sed de pœna dicemus inferiùs.

9 Ex dictis collige primò, bona Ecclesiastica non posse nec etiam pignori dari, nisi in extrema, & vrgenti necessitate, *cap.* 1. vbi Abb. *de pignor.* Couar. *var. resol. cap.* 16. *num.* 8. *vers. hactenus, de locat.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 2. *cap.* 6. Bellet. *disquis. clerical. par.* 2. *de pæn. cler.* §. 34. *n.* 2.

9 Collige secundò; super bonis Ecclesiæ, sicut & in bonis minorum, non potest imponi census sine causa, & absque legitimis solemnitatibus, Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 6. Roland. *cons.* 59. *num.* 9. *& sequ. & num.* 28. *lib.* 2. Ricc. *in prax.* 1. *p. resol.* 46. Rota *in Romana census* 17. *Martij* 1600. *coram D. Iusto*, relata apud Cenc. *de censib. decis.* 40. *num.* 5. Aduertendum, quod quandocumque reperiretur contractus censualis nullus ob defectum solemnitatis, Ecclesia teneretur restituere sortem principalem, vt testatur Ricc. fuisse decisum per Rot. Roman. *resol.* 68. *num.* 6. *in prax.* 1. *par.* Quod intellige, quando sors principalis reperiretur penes ipsam Ecclesiam, vel esset versa in vtilitatem illius, & hoc probatur ex ratione adducta per eundem Ricc. ne Ecclesia locupletaretur cum aliena iactura, ergo quando non est facta locupletior, non tenetur. Amplia supradicta, etiam si census impositio fieret pro extinguendo alio censu, per quem maiori interesse grauatur Ecclesia, quia adhuc requiritur assensus Apostolicus, habetur ex *decis.* Seraph. 1109. vbi fuit iudicatus validus talis census, ex quo concurrebat cum vtilitate solemnitas.

10 Veniunt etiam appellatione immobilium bonorum Ecclesiæ, & consequenter comprehenduntur sub prohibitione alienationis actiones, iura, nomina debitorum, & similia, ita Abb. *in cap. nulli, de reb. Eccles. alien.* Quarant. *sum. Bullar. verb. alienatio, num.* 26. Viu. *decis.* 138. *num.* 46. Pereira *de empt. cap.* 13. *num.* 12. Menoch. *de præsumpt. q.* 142. *num.* 16. *lib.* 4. Valasc. *decis.* 77. Nouar. *non. iur. Pontific. prax. conclus.* 1. *tit. de alien. rer. Eccles. n.* 9.

11 Vnde transactio non potest fieri ab Ecclesia sine debitis solemnitatibus, quia in ea interuenit cessio iurium, Verall. *dec.* 106. *par.* 1. *&* 314. *part.* 3. Borell. *in sum. dec. tit.* 15. *num.* 24. *tom.* 1. Filiuc. *de stat. cler. tract.* 44. *cap.* 3. *num.* 25. Nouar. *vbi supra n.* 13. Et hæc de transactione procedunt non solum quando fit transactio de rebus per Ecclesiam possessis, sed etiam quando fit de rebus possessis per alium, in qua transactione licet verè non interueniat translatio dominij, tamen non potest negari, quod non sit species alienationis, propter perpetuam exceptionem, quæ paratur possessori, *l.* 1. §. *at qui transigit, ff. si quid in fraud. patr.* ideò erit necessaria solemnitas, cum in prohibitione alienationis rerum Ecclesiæ non solum veniat alienatio strictè sumpta, prout est illa, per quam transfertur dominium, sed etiam omnis alienatio largissimè accepta, per quam ius aliquod aufertur, *glos. in cap. nulli,* vbi Butr. *de reb. Eccles. non alienan.* Bart. *in l. nulli, ff. de transact.* Salic. *in l. non solum, C. de prad. minor.* & ita seruat Rota, de qua per Caputaq. *decis.* 106. *part.* 1. vbi quod cessio iuris, litis, & causæ, & transactio super re Ecclesiæ non est valida, si non interueniat solemnitas, cum quodammodo sit alienatio, & sufficit, quod actio competat ad rem Ecclesiæ, adhoc, vt transigens debeat adhibere solemnitates, Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *de pos.*

12 Et passim prohibetur remissio actionis transigendo absque solemnitatibus, si fiat per beneficiatum, seu administratorem, quia sicut habens actionem, videtur rem ipsam habere, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* ita qui remittit actionem, videtur remittere ipsam rem, & qui possidenti rem dimittit, dicitur illam alienare, ideò requiritur solemnitas adhibenda per beneficiatum, vel administratorem, Tiraquell. Dec. Pinell. & alij, de quibus per Surd. *cons.* 451. *num.* 4. *& seqq. & vers.* 25. *vers. non ignoro, lib.* 3. Ricc. *in prax.* 1. *par. resol.* 42.

13 Vnde nec etiam Compromissum de rebus Ecclesiasticis absque consensu Episcopi, & Papæ, potest fieri, & si Laudum fuerit secutum ex tali Compromisso sine assensu prædicto, numquam præiudicare successoribus, Caputaq. *decis.* 165. *par.* 1. cum ex eo possit sequi alienatio, Abb. *in cap. cum tempore num.* 3. *de arbit.* Lup. *alleg.* 102. quæ alienatio non potest fieri, etiam per Episcopum, absque consensu Superioris, DD. *cap.* 2. *de transact.* ideò non præiudicat successori, Butr. Abb. & Imol. *in cap. cum tempore de arbitr.*

Limita prædicta; vt tunc non valeat Transactio, vel Compromissum de rebus Ecclesiasticis, quando res Ecclesiæ per Beneficiatum, vel Administratorem, alijs dantur, vel alienantur, secus est, si Ecclesia retineat, licet aliquid det, vel faciat, ità post Bart. Ias. Pinell. Ruin. & Roland. docet Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 43. Barbos. *de iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 40. quod intellige si non det rem alienari prohibitam. Admittit *eod. loc.* Ricc. *n.* 3. Transactionem sine solemnitate in rebus Ecclesiæ, nondum incorporatis, cuius opinio est contra supra firmata, nec est omninò tuta; nam licet in tali casu Ecclesia non alienet rem, dum illam non tenet, nec tenuit, cedit tamen actionem, quam habet ad illam, quam cessionem etiam prohiberi firmauimus supra. 14

Contra supradicta de Transactione rerum nondum incorporatum obstat fortiter in contrarium communis regula, quod Prælatus, seu Beneficiatus potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis, de qua apud Quarant. *sum. Bullar. verb. alienatio, num.* 43. & Barbos. *cit. loc. num.* 42. quam omnes admittunt. Cui regulæ respondetur, illam procedere in acquisitione legati, & hæreditatis, & quoad euitationem pœnæ extrinsecæ, de qua in hac *Extrauag.* non tamen intrinsecæ nullitatis, contractus; vnde Ecclesia grauata in transactione rei, nondum incorporatæ, vel in repudiatione hæreditatis, aut legati, quia Rectores illius debent facere vtilia; prætermissis inutilibus potest agere contra Rectores, qui illi præiudicauerunt in acquirendis, & contra partes ad rescissionem contractus, quia nunquam præcluditur via Ecclesiæ aduersus remissionem, seu repudiationem rei non incorporatæ hæreditatis, vel legati factam in damnum ipsius per remedium restitutionis in integrum, ita Quarant. *cit. loc. num.* 43. *ante fin. vers. aduerte, quia tam per nouam,* quem sequitur Gratian. *disceptat. forens. cap.* 674. *num.* 20. *&* 21. ex adductis per Rimin. Sen. *cons.* 315. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. iuxta doctrinam Bald. *in l. pupilli, de repud. hæred.* 15

Confessio quoque, & recognitio iuris alterius facta per Beneficiatum, vel Administratorem sine solemnitatibus, non valet in præiudicium Ecclesiæ, & successorum quando recognitio, vel confessio est facta spontè, & voluntariè, vel in iudicio ex abrupto, & absque interrogatione, ita docet Gratian. *discept. forens. cap.* 674. *num.* 18. *&* 19. ratio est, quia Prælatus, vel Administrator non potest præiudicare Ecclesiæ, Alex. *in l. legatum, num.* 2. *ff. de legat.* 1. Caputaq. *dec.* 106. *in fin. lib.* 1. 16

Seruitus etiam quæcumque prohibetur imponi super rebus Ecclesiæ sine solemnitatibus; est enim generale super prohibito alienari, non posse vsumfructum, vel seruitutem realem constitui, ita Barbos. *in l. vsufructu* 58. *ff. solut. matrim. num.* 15. *vers. item, & iuxta,* tenent in nostris terminis Rebuff. *in comp. alienat. num.* 4. *&* 6. *in fin.* Nouar. *non. iur. Pontific. conclus. de alienat. rer. Eccles. conclus.* 1. *num.* 7. & Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 6. *num.* 13. vbi defendit constituentem seruitutem aquæductus prædio Ecclesiæ ad beneficium prædij cuiusdam Confraternitatis sine assensu Apostolico incidisse in pœnas *Extrauag.* 17

Permutare res Ecclesiæ est prohibitum, nemo est, qui dubitet: quia permutatio dicitur alienatio propriè, *cap. nulli, de reb. Eccles. non alien.* vbi Abb. *num.* 1. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 2. *cap.* 4. & transfert dominium *l.* 1. *ff. de rer. permut.* eandem *Extrauag.* comprehendere permutationem probat Marescot. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 50. *num.* 44. Quod controuertitur in his terminis est, an permutatio sit valida sine solemnitate inter duas Ecclesias, Ricc. *in prax.* 1. *par. resol.* 71. probat de iure *Extrauag.* procedere tantum in permutationibus faciendis cum sæcularibus, ne bona Ecclesiæ profanis vsibus applicentur, & inter duas Ecclesias non requiri assensum Apo- 18

stolicum, idque tenuit etiam Treuis. *decis.56.part.2.* ea ratione, quia finis prohibitionis de non alienandis bonis Ecclesiæ in *Extrauag.* fuit in consulendo Ecclesiæ indemnitati, quæ Ecclesia ibi in vniuersali accipitur, non autem pro vnaquaque particulari, ergo semper quod res remanet penes vnam Ecclesiam, non contrariatur fini prohibitionis. Et opinio apertè posset probari per *cap.1. de reb. Eccles. non alien.* vbi permittitur Episcopo permutare bona duarum Ecclesiarum, accedente consensu ambarum partium. Verùm contraria sententia, quod in tali permutatione requiratur assensus Apostolicus, & seruari in praxi, defendit Quarant. *sum. Bullar. verb. alienatio, num.15.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.2. cap.20. & quæst.12. num.28.* Gratian. *discept. forens. cap. 624. n.3. & seqq.* Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.6. n.14. vers. cæterum,* Barbos. *de iur. Eccl. lib.3. cap. 30. num.28.* & ita vsu receptum esse, refert Ric. *cit. resol. 71. in fin.* & ad contraria respondet de Marin. *cit. loc.*

19 Prohibitio huius *Extrauag.* non solum procedit in rebus immobilibus, sed etiam in rebus solo cohærentibus, vt sunt arbores, quæ si radices egerint, solo cedunt, & iure soli iudicantur, *l. adeo, §. si alienam, ff. de acquir. rer. dom.* Hinc Beneficiatus, aut alius Administrator bonorum Ecclesiæ non potest incidere arbores in fundo Ecclesiæ, & contrafaciendo incideret in pœnam *Extrauag.* quia talis incisio est species alienationis, est commune, docet Nauar. *cons.6. & 7. num.2. de reb. Eccles. alien.* idque extendit Quarant. *in sum. Bullar. ver. alienatio etiam ad arbores infructiferas,* Nouar. *nou. iur. Pontific. prax. conclus. de alienat. rer. Eccles. num.8.* Ricc. *in prax. 1. part. resol.50.* vbi plures citat Lotter. *de re benef. lib.3. quæst.25. num.26. & seqq.* qui dicit eam incisionem arborum esse contra *Extrauag.* quæ facta est mala intentione, ad minuendum in perpetuum redditum Ecclesiæ pro implenda alienantis crumena, in præiudicium successorum, non tamen illa, quæ facta est bona intentione, puta substituendi alias arbores meliores, & simili; vnde diceretur incisio facta bona intentione, & permissa illa, quæ facta est ad tollendam nimiam densitatem fructibus nociuam, & ad reddendum fundum fructuosiorem, ita Quarant. Ricc. & alij *loc. cit.* Similiter permittitur incisio in sylua cædua, nemore, arundineto, & alijs arboribus cæduis, quarum incisio fructus est, *l. sylua cædua, ff. de verbor. signific.* latiùs Ricc. & alij *cit. loc.* quod intellige, dummodò non mutetur tempus incisionis, ita vt noceat successoribus, vel Ecclesiæ, nec alteretur modus.

20 Quæro, appellatione Arborum quid contineatur in hac materia? Respondetur nomine arborum, eas intelligi, quæ radices solo egerunt, & durioris ligni sunt, vt plantæ, vites, oleæ, hederæ; secus dic de ligno, quod solo infixum radices non egit, vel de herba, vel alio simili, quod tenerum est, nec lignum coalescit, *l. vitem, ff. arbor. furt. cæs.* ita declarat Bonac. *tom.1. tit. de alienat. bonor. Eccles. disp.2. q. vnic. punct.2. n.8.* vbi plura de hac incisione, qui excusat beneficiatum incidentem arborem pro reparatione Ecclesiæ, quando non habet fructus, quibus Ecclesiam reparet, & necessitas vrget; & rationem affert, quia hæc non videtur alienatio, sed localis mutatio.

21 Fructus bonorum Ecclesiæ nec possunt dismembrari sine solemnitatibus in alienatione requisitis per *Extrauag.* quia dismembratione Ecclesia læditur, & diminuitur in bonis, est indubitatum apud omnes, idque extendunt etiam si Episcopus vellet dismembrare fructus vnius beneficij pro erigendo alio beneficio in eadem Ecclesia, vnde dismembrationem factam fructuum Parochiæ pro erigendis nouis Canonicatibus in ea sine solemnitatibus, fuisse damnatam per Rot. *in vna Marsicana dismembrationis fructuum die 14. Februarij 1594. coram D. Pamphilio,* refert Genuens. *in prax. cap.75. num.17. & 18.* & sequitur Ricc. *in prax. part.1. resolut.87.* esset tamen permissa Episcopo talis dismembratio, quando illam faceret pro erectione nouæ Capellaniæ, pro adiuuando Rectore in cura animarum ampliata, & dilatata, ita vt vnus Parochus satisfacere non possit oneri curæ ob multitudinem Parochianorum, ita colligitur ex ipsomet Genuens. *cit. loc.* & Ric. *resol.44. cit. loc.*

21 Prohibet alienari *text. Etrauag.* etiam bona mobilia pretiosa; quæ autem dicatur res mobilis pretiosa, non est in iure taxatum, remittunt tamen id DD. arbitrio Iudicis, Verùm Genuens. *in prax. cap.75. num.4. in fin.* tenet rem excedentem valorem ducatorum decem, dici pretiosam in his terminis, quod solum probat ex communi æstimatione; centum aureos attingere debere, tenet Castro Palaus *tom.2. disp. vnic. punct.15. §.1. num.2.* sed Sacra Congr. vt refert Dian. *4. part. tract.4. Miscell. resol.223.* declarauit mobile pretiosum illud censeri, quod excedit valorem vigintiquinque aureorum. Nec *Extrauag.* se extendit ad omnia bona mobilia pretiosa, sed solum ad illa, quæ seruando seruari possunt, hæc enim æquiparantur immobilibus, & sine causa, & solemnitate alienari non licet, nec amicabilis compositio super eis fieri potest, Redoan. *q.8.* sequitur Quarant. *cit. loc. num.24.* nec locari vltra triennium, vt disponitur in *Extrauag.* & notat Bonac. *tom.1. de alienat. bonor. Eccles. disp.2. q. vnic. punct.2. num.24.* Dicuntur res mobiles, quæ seruando seruari possunt, illæ, quæ longè ab interitu distant, atque commodè seruari possunt, vt sunt vasa aurea, argentea, vestes pretiosæ, gemmæ, & similia, ita omnes, quæ nec etiam pignorari possunt, Quarant. *cit. loc. n.27.*

Venit etiam appellatione mobilium pretiosorum in hac materia grex, & armentum animalium, ex quibus fructibus Ecclesia percipit emolumenta, & redditus, illorum enim alienatio est prohibita sine solemnitate, de qua in *Extrauag.* licet fructus possint tutè alienari, latè Molina *de contract. disput.465. num.4.* Ricc. *in prax. 1. part. resol.58.* Nouar. *nou. iur. Pontif. prax. concl. tit. de alienat. rer. Eccles. concl.1. num.11. & 12.* post Quarant. *cit. loc. num.24.* Aduerte, quod animalia infructuosa possunt alienari, dummodò non alienetur tota grex, vt aduertunt citati DD. addendo etiam, & dummodò alienans addat noua capita in locum alienatorum, alias paulatim tota grex alienaretur, cum animalia in diem senescant. 22

Pecunia an veniat appellatione mobilium, vel immobilium, dicendum est. Primò pecunia fructifera, qualis est illa, quæ posita est in Montibus, vel censibus, dicitur res immobilis, & pro immobili habetur, & proinde est prohibita alienari sine solemnitatibus, vt notauimus supra, & probatur ex Alex. Ias. & Rip. *in l.1. §. quæsitum, ff. ad Trebell.* Secundò eodem modo habetur pro re immobili, & prohibita alienari pecunia, quæ ad Ecclesiam prouenit ex venditione bonorum immobilium implicanda in emptione alterius rei immobilis, vel saltem donec non implicetur in similem emptionem, dicitur res mobilis pretiosa, quæ seruando seruari potest, Boer. *decis.209.* Bonac. *tom.1. de alienat. bon. Eccles. disput.2. quæst. vnic. punct.2. num.5. vers. tertio de pecunia,* vbi plures citat. Tertiò pecunia regulari modo sumpta, & maximè prouenta ex venditione rei mobilis, dicitur res mobilis, patet ex se, scribunt Tiraquel. *de retract. §.1. glos.7. n.102.* Thesaur. *decis.160.* DD. *in l. ea demum, C. de collat.* quia retenta, nihil operatur, Abb. & alij in *cap. nulli, de reb. Eccles. non alien.* & hæc sine dubio alienari potest sine solemnitate. Quartò, pecunia destinata ad emptionem immobilium, difficultas est inter DD. cuius naturæ sit, nam tenent alij inter res immobiles esse numerandam, & alij inter res mobiles, vt videre est apud Boer. *decis.209.* vnde non posse alienari sine solemnitate, tenet Quarant. *in sum. Bullar. verbo alienatio, n.25.* per opinionem Redoan. per eum addncti; contrariam sententiam, nempè quod talis pecunia possit alienari sine solemnitate, docet Genuens. *in prax. cap.75. n.8.* qui sic fuisse bis per Curiam Archiepiscopalem Neapolitatam iudicatum refert, sequitur Ricc. qui plures citat in *decis.* eiusdem Cur. *2. part. decis.260. n.7. & seqq. & in prax. resol.47. 1. par.* Intellige supradicta, dummodò impendatur pecunia prædicta ad vsum, ad quem fuit deputata, vt aduertit Bonac. *cit. loc. n.5. vers. vltimo,* & Ric. *in prax. cit. loc. res.67.* vbi *n.5.* dicit, quod pecunia existente in Banco deputata ad emenda bona immobilia, non potest dimitti sine solemnitate. Quintò magna quantitas pecuniæ, quæ est in Ecclesię proprietate, non in redditu, vel fructu, non potest alienari sine solemnitate, fuit resolutum in Rot. Rom. *in vna Venetiarum nullitatis contractus 13. Nouemb 1602. coram D. Pamphilio,* & refert Ricc. *in prax. 1. part. resol.70. num.3. vers. verum.* 23

Res

24 Res immobilis, vel mobilis pretiosa quæ vigore *Extrauag.* alienari non potest sine solemnitate, empta ab Ecclesia cum pacto de retrouendendo, non potest ab ipsa Ecclesia retrouendi vigore dicti pacti sine solemnitate, quia retrouenditio est verè, & propriè alienatio, cum ex ea transferatur dominium, & ius in re, tenet ex Bald. Redoan. Abb. & alij, Marescot. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 99. *num.* 1. quem ad literam secutus est Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 49. qui respondent obiectioni, quæ posset in contrarium adduci, nempè retrouenditionem esse simplicem resolutionem primi contractus; Hæc opinio est probabilis, sed in praxi non seruatur: nam passim experimur fieri retrouenditiones, maximè in contractu censuali facto ab Ecclesia sine solemnitate.

25 Non solum bona Ecclesiæ prohibentur alienari sine solemnitate, vt notatum est supra, sed etiam ipsa Ecclesia, siue Capella, & multò magis docet Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio, num.* 29. & hoc est indubitatum; sed de consuetudine Capellæ, & Sepulturæ in Ecclesijs passim conceduntur sine assensu Apostolico, imò pro dicta concessione licitum est recipere pretium ratione situs, vel dignioris loci, quasi hoc non videatur concernere spiritualia, ita tenet Gratian. *discept. forens. cap.* 110. *num.* 9. & latiùs probat *cap.* 210. *per tot.* & de Capellis molta refert Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 39. vbi *num.* 6. concludit, quod de consuetudine possunt vendi sine solemnitate, & quod concessa simpliciter capella, non dicitur concessum ius sepulturæ, pront fuit resolutum in vna *Auenionens. concessionis capellarum* 13. *Ianuarij* 1587. *coram D. Litta*, sed si patronus in loco patenti dictæ capellæ foderet sepulturam Episcopo non contradicente, præsumeretur licentia tacita, ita Ricc. *cit. loc.* qui ad tollendas differentias, dat cautelam Notarijs, vt in similibus contractibus apponant clausulam, *cum iure funerandi*. Sed Ecclesia profanata etiam pro vsibus non sordidis, alienari minimè potest sine assensu Apostolico, ita Quarant. *cit. loc.*

26 Dubitatur. An Ius patronatus donari possit sine solemnitatibus? Respondetur Ius patronatus Ecclesiasticum non posse alienari sine assensu Apostolico, patet ex dictis supra, vbi firmauimus iura Ecclesiæ non posse alienari sine solemnitate, est decisum per Rot. penes Seraph. *decis.* 1312. sed Ius patronatus laicale potest donari sine assensu Apostolico, dummodò interueniat licentia Episcopi; est absolutum in iure, per *cap. illud, & cap. nobis de iur. patronat. & cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Achil. de Graff. *decis.* 10. *de iur. patronat.* & non solum non potest donari Ius patronatus sine consensu Episcopi, imò nec legari, vel alio titulo particulari transferri, ita Lambert. *de iur. patronat. lib.* 1. *part.* 2. *q.* 6. *princ. artic.* 2. *& q.* 1. *princ. art.* 2. *&* 21. sequitur Marescot. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 16. quod intellige, quando transfertur in laicum, sed quando conceditur Ecclesiæ, Confraternitati, vel alio pio loco, potest licite donari, vel legari sine consenso Episcopi, Lamber. *d. lib.* 1. *part.* 2. *q.* 2. *princ. art.* 8. & Marescot. *cit. loc. resol.* 40. *num.* 7. Verùm si Ecclesia esset libera, non potest concedi in Ius patronatus laicale, etiam si laicus dotem augeret sine assensu Apostolico, quia hoc esset seruitutem imponere in Ecclesia libera quod prohiberi diximus supra, tenet Redoan. *rubr.* 1. *quæst.* 23. Lambert. *lib.* 1. *de iure patronat. part.* 1. *ar.* 4. *quæst.* 10. *num.* 5. *vers. limita*, Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 86. vbi plures citat.

27 Reliquiæ Sanctorum, aut particulæ illarum, quæ in Ecclesia sunt, concedi non possunt per Episcopum etiam magno Principi sine assensu Apostolico, quia Reliquiæ sunt res Ecclesiæ pretiosissimæ, quæ seruando seruari possunt, latè probat Genuens. *in prax. cap.* 71. *num.* 4. Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 60. Bonacin. *tom.* 1. *de alien. bonor. Eccles. disput.* 2. *quæst. vnic. punct.* 2. *num.* 31. Dian. 4. *part. tract.* 4. Miscel. *resol.* 223. *vers. notandum est*; posset tamen concedi, si ita disponeret consuetudo in aliquo loco, vt aduertit Bonac. *cit. loc. vers. hoc tamen*, qui *vers. probabile tamen*, tenet probabile esse contrafacientem non incurrere in pœnam *Extrauag.* quia tantum videtur loqui de rebus temporalibus pretio æstimabilibus, licet contrarium sit commune, latè R. Marant. 3. *part. controuer. resp.* 2. *per tot.* & signanter *num.* 15.

28 Oblationes factæ alicui deuotæ Imagini possunt alienari per Episcopum, vel Rectorem Ecclesiæ sine solemnitatibus *Extrauag.* vel per Superiorem Regularem, præter vota aurea, & argentea magni valoris, docet Ricc. *in prax. resolut.* 98. 1. *part.* Bonac. asserens *cit. loc. num.* 6. ad id requiri solum licentiam Episcopi, Nouar. *sum. Bullar. tit. de alienat. num.* 2. Diana *cit. loc. vers. nota quarto*, cuinam beneficio cedant oblationes factæ Imagini in loco priuato sistenti, dicemus alibi, interim consule Genuens. *in prax. c.* 72.

29 Fructus pensionis Ecclesiasticæ non possunt vendi, vel locari vltra triennium ex hac *Extrauag.* ita consulit Nauar. *consil.* 11. *de reb. Eccles.* & defendit Garz. *de benefic.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 37. contra Azor. & Suar. & limitat opinionem non procedere in venditione commoditatis, & fructuum pensionis facta per eum, scilicet Italum, ad cuius vtilitatem fuit reseruata in capite, & persona alterius, nempè Hispani: nam sunt merè temporales respectu illius, & sic potest illos vendere, etiam vltra triennium, tam illi, in cuius capite fuit reseruata, vt maneat liber ab obligatione ei soluendi, seu cedendi, quam alteri pro toto tempore, quo durabit pensio, & non extirpauerit. Limitat secundo sententiam in Legentibus, vel Studentibus in Vniuersitate Salamantina, qui possunt fructus beneficij, & pensionis locare vltra triennium vigore *Eugeniana*, ita Garz. *loc. cit.*

30 Dubitatur apud DD. An Beneficiatus possit constituere procuratorem ad locandum fructus sui Beneficij, & prædia illius, & an valeat tale mandatum si est vltra triennium; tenent multi tale mandatum vltra triennium non valere, & si est factum sine appositione temporis durare tantum per triennium, ita vt finito triennio mandatum expiret, ita Dec. Couar. Redoan. Graff. & Azor. quos citat Garz. *cit. loc. num.* 71. & Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 94. hanc sententiam omninò damnat Molin. *de contract. disput.* 466. vt referunt citati Garz. & Ricc. qui testantur, quod Praxis etiam illam damnauit, dum quotidie videmus beneficiatos absentes à suis beneficijs, constituere procuratores per plures annos, vltra tres.

31 Nota, quod si Ecclesiæ, aut alio pio loco quocumque modo donetur, legetur, vel detur res immobilis, vel mobilis pretiosa, quæ seruando seruari possit, ea conditione, & pacto, vt alienari possit sine solennitatibus requisitis per *Extrauag.* adhuc non obstante tali conditione, & pacto, prohiberetur alienari sine solemnitatibus, & huiusmodi conditio habetur pro non apposita, cum sit contra ius, ita glos. & Abb. *in cap. verum, de condit. apposit.* Couar. *in cap. tua, num.* 6. *de testam.* Quarant. *in sum. Bullar. num.* 31. Bonac. *tom.* 1. *de alien. bonor. Eccles. disput.* 2. *quæst. vnic. punct.* 6. *num.* 11. Sed quid dicendum, si donans, vel legans Ecclesiæ ea conditione, & pacto donauit, vel legauit, vt Ecclesia vllo vnquam tempore possit rem donatam, vel legatam alienare; an possit Ecclesia pro eius vtilitate, vel necessitate rem tali pacto donatam, vel legatam alienare, vel teneatur in assensu Apostolico exprimere tale pactum. Quoad primum, quod possit rem prædictam alienare, non obstante pacto prædicto, concurrente saltem euidenti vtilitate, siue prohibitio alienationis fiat à lege, siue ab homine, dummodò concurrant solemnitates, tenet Redoan. *quæst.* 16. *num.* 98. *cum seqq.* post Aret. *cons.* 25. *num.* 5. Claod. *in l. filiusfamilias* §. *Diuus, col.* 3. *ff. de legat.* 1. & Bald. *in auth. res, quæ, num.* 23. *C. com. de legat.* quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 14. qui multis argumentis probat hanc opinionem. Quoad secundum dicendum est, quod in assensu Apostolico omninò est facienda mentio præfatæ qualitatis prohibitionis, alias rescriptum redditur surreptitium, & nullum, & id probat tribus argumentis Ricc. *in prax.* 1. *par. resol.* 42. qui testatur ita decidisse Rot. Roman. *decis.* 26. post *decis.* Caualcan. impressa, & Suar. *quæst.* 91.

32 Quod si donatio, vel legatum rei immobilis, etiam

cum tali conditione, vt non poſſit alienari, ſit factum Religioſis incapacibus, qui non poſſunt retinere in communi, tunc non obſtante tali pacto, poteſt fieri alienatio, & pecunia conuerti in vtilitatem Eccleſiæ, *gloſ. in cap.1. de relig. dom. in verb. domum*, Abb. Felin. & alij *in cap. cum præſentia de probat.* Quarant. *cit. loc. num.* 32. Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.*64. vbi latè probat, aſſenſum Apoſtolicum non requiri in alienatione bonorum ſtabilium relictorum Religioſis incapacibus, ſecus tamen in alienatione mobilium pretioſorum; & non ſolum aſſenſus Apoſtolicus, ſed nec etiam requiritur licentia Sacræ Congregationis Concilij, iuxta decretum eiuſdem Sacræ Congregationis editum iuſſu Vrbani VIII. 7. Septembris 1624. in quo decreto prohibentur alienari bona Regularium, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs abſque Sacræ Congregationis Concilij licentia, quod decretum refert per extenſum Nouar. *nou. iur. Pontiſic. pract. concluſ.* 2. *tit. de alienat. rer. Eccleſ.* de quo, & nos infra hac Annot. dicemus nonnulla.

33 Res Eccleſiaſtica immobilis, vel mobilis pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poteſt, non poteſt concedi ad beneplacitum, quia hæc conceſſio eſt ſpecies alienationis, & per eam transfertur ius in re, & proinde eſt inualida ſine aſſenſu Apoſtolico, probat argumentis, & auctoritatibus Ricc. *in prax. reſol.*65. *part.*1. quem ſequitur Bonac. *tom.*1. *tit. de alienat. bonor. Eccleſ. diſput.* 2. *quæſt. vnic. punct.*2. *num.*32. Admittunt tamen hanc conceſſionem DD. ſine aſſenſu Apoſtolico, quando conceditur ius, ſiue commoditas rei, ita quod nullum vtile dominium transferatur, ita Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.*88. *de conſtit.* quem adducit Ricc. *cit. loc. num.*9.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ in ſumma neceſſitate valet ſine aſſenſu Apoſtolico.*
2 *In quærendis Prælatum poſſe præiudicare Eccleſiæ, quomodo intelligatur.*
3 *Reſtitutio rei alienæ, vel rei grauatæ fideicommiſſo poteſt fieri per Eccleſiam ſine ſolemnitate.*
4 *Alienatio ſine aſſenſu Apoſtolico eſt faciendam cum licentia Epiſcopi, & quomodo.*
5 *Donatio facta Titio, & poſt mortem eius, Eccleſiæ, an reuocari poſſit in præiudicium Eccleſiæ.*
6 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ neceſſariò requirit ſolemnitatem, & vtilitatem copulatiuè, & ſolemnitas quæ ſit, num.*7.
8 *Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione quomodo exequendus, & an debeat præcedere alienationem, num.* 9. *Cum declaratione, & limitatione, num.* 10. 11. *& num.*12.
13 *Aſſenſus impetratus in alienatione, in qua non requiritur, quid operetur.*
14 *Alienatio ſine aſſenſu Apoſtolico ſi eſt vtilis Eccleſiæ, non poteſt reuocari per partes, ſi Eccleſia vult illi ſtare, & idem ſi aſſenſus eſt ſubreptitius, & quando Eccleſia poteſt recedere ab alienatione illi vtili, num.*15.
16 *Aſſenſus Apoſtolicus præſumitur per lapſum triginta annorum, etiam ſi non enuncietur in inſtrumento, nec interueniat ſcientia Papæ, num.* 17. *Et quid in alienatione facta per Epiſcopum, num.* 18. *Quod non procedit, quando triginta anni non ſunt integrè elapſi, nec fuit continuata obſeruantia, num.*19. *Et quid ſi ex inſtrumento apparet non interceſſiſſe aſſenſum, num.*20. *Et an præſumantur acta facta per commiſſarium, & quid ſi appareat ſententia, quæ non iuſtificatur ex actis, num.*21.
22 *Vtilitas euidens quæ dicatur, & quæ non euidens ad alienationem Eccleſiæ, num.*23.
24 *Vtilis quando dicatur Eccleſiæ conceſſio facta cum diminutione ſextæ partis, iuxta* Auth. perpetua, C. de ſacroſanct. Eccleſ. *Et an conceſſio domus pro eodem pretio, quo locari eſt ſolita, num.*25.
26 *Vtilitas in alienatione rei Eccleſiæ attendenda eſt tempore contractus, dummodo non ſit tempus calamitoſum, num.* 27. *Et an ſufficiat vtilitas putatiua, num.*28.
29 *Neceſſitas eſt iuſta cauſa alienationis rei Eccleſiæ. Et quæ neceſſitas. Et in quo differat à cauſa vtilitatis, num.*30.
31 *Alienationis rei Eccleſiæ cauſa eſt probanda per concludentes probationes, nec creditur de ea aſſertioni partium, vel Commiſſarij.*
32 *Subreptio non attenditur in Litteris Gratiæ,* ſi in euidentem, *quando non concernit cauſam alienationis.*
33 *Alienationis cauſa vtilitatis, & neceſſitatis quomodo probetur. Et an dicatur neceſſitas, ſi Eccleſia habet pro ſatisfaciendo debito.*
34 *Alienationis vtilitas dignoſcitur ex pretio proprietatis, vel ex redditibus rei. Et an concurrente vtilitate, valeat contractus ſine ſolemnitate, num.*35. *Et an defectus vtilitatis poſſit per tertium allegari, num.*36.
37 *Alienationis rei Eccleſiæ vtilitas præſumitur ex decreto lato per Commiſſarium, ſeruatis ſeruandis.*

ANNOTATIO I.

§. III.

Admittunt DD. alienationem ſine ſolemnitate, quando immineret ſumma neceſſitas alienandi, & tempus deficeret, in quo poſſet Superior adiri; tunc enim valet alienatio ſine Aſſenſu Apoſtolico, ſed ſi poſſet commodè adiri Epiſcopus, eſſet requirenda ſaltem licentia illius; habetur expreſsè apud Quarant. *in ſum. Bullar. verb. alienatio, num.* 42. qui plures citat, & exempla refert. Primò, pro vtili communi in munienda Ciuitate. Secundò, pro redemptione Captiuorum, Nouar. *nou. iur. Pontif. prax. tit. de alien. rer. Eccleſ. concluſ.* 1. *num.* 15. qui teſtatur ita in praxi conſuluiſſe, inſtante ſumma neceſſitate cuiuſdam Monaſterij, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 931. *lib.* 5. Vgol. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 14. §. 7. *num.* 5. Extenditur hæc neceſſitas, vt illius vigore poſſit alienari ſine Aſſenſu Apoſtolico res damnoſa Eccleſiæ ad euitandas expenſas, iuxta notata per Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.*30. *num.*19. *&* 20. ſed opinio Barboſ. eſt intelligenda iuxta *cap. Terrulas* 12. *quæſt.*2. vt diximus in *princip.* §. *præced.* vel iuxta *cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alien.* 1

Communiter DD. admittunt, Prælatum poſſe præiudicare Eccleſiæ in quærendis, ex quo colligunt *Extrauag.* non habere locum in repudiatione, ſeu remiſſione legati, vel hæreditatis, nec in alienandis rebus nondum incorporatis Eccleſiæ, in quibus caſibus Aſſenſum Apoſtolicum non requiri omnes fatentur, vt videre eſt apud Quarant. *verb. alienatio num.*43. *& ſeq.* & Ricc. *in prax.* 1. *par. reſol.*92. Quod tamen intellige quoad euitationem pœnarum, de quibus in *Extrauag.* & in caſu, quo Eccleſia non reperiretur læſa in tali contractu; quo caſu poſſet, vel per viam reſtitutionis agere aduerſus contractum, vel contra Adminiſtratores, qui malè negotium geſſerunt, vt diximus §. *præced.* Et eodem modo intelligendum eſt, quod dicitur, poſſe Prælatum, vel Rectorem remittere caducitatem emphyteotæ Eccleſiæ, de quo Quarant. *cit. loc. num.*44. Et poſſe tranſigere ſuper rebus per alium poſſeſſis, vt notauimus ſupra. 2

Prælatus, Rector, vel alius Adminiſtrator poteſt liberè ſine ſolemnitatibus, de quibus in *Extrauag.* ac ſine periculo incurſionis pœnæ reſtituere rem, quam Eccleſia iniuſtè detinet, etiam ſi alius illam acceperit, Rebuff. *in compend. alienat. rer. Eccleſ. num.*28. Eodem modo ſine ſolemnitate poteſt reſtituere, quando Eccleſia eſt grauata per fideicommiſſum ad reſtitutionem, Rebuff. *cit. loc. num.*29. *&* 30. Redoan. *q.*51. *num.*3. *&* 22. 3

Obſerua primò; quod in caſibus, in quibus permittitur alienatio ſine Aſſenſu Apoſtolico, eſt requirenda licentia Epiſcopi, qui non debet illam concedere, niſi fuerit petita, & capta informatione, ac conſtito de euidenti 4

Eccle-

Eccleſiæ vtilitate, quæ licentia mediante decreto concedi ſolet, de qua Practica teſtatur Ricc. *in prax. reſolut.*90. *1.part.* in qua informatione ſolet audiri Fiſcus, qui ſtat pro Eccleſia.

5 Donatio facta Titio, & poſt mortem eius Eccleſiæ; an poſſit reuocari in præiudicium Eccleſiæ; eſt controuerſium inter DD. *in l. qui Roma*, *§. Flauius*, *ff. de verbor. oblig.* Et licet multi defendant non poſſe reuocari, ita Paul. de Caſtr. Iaſ. *num.*14. Alex. *num.*8. *&* 9. qui quæſtionem fusè tractat, & diſtinguit plures caſus: tamen Bart. tenet contrarium, nimirum, quod donans poteſt reuocare pactum in præiudicium Eccleſiæ, eumque ſequutus eſt Franc. Aret. *num.9. ad med. verſ. ex his infertur*; docens ius quæſitum Eccleſiæ, poſſe auferri ſola voluntate donatoris, licet poſſit donatarius poſt eius mortem rem Eccleſiæ dare, non obſtante contraria voluntate donantis, ita Aret. ibi contra Bald. *in l. cum à ſocero*, *C. de iur. dot.* qui voluit in hoc ſecundo caſu deſiderari voluntatem vtriuſque, ſcilicet donantis, & donatarij. In terminis verò noſtris dicendum eſt, quod ſi ius eſt acquiſitum Eccleſiæ reuocabiliter per talem donationem ſecundùm opinionem Bart. in tali reuocatione nulla requiritur ſolemnitas, nec per eam dicitur fieri contra *Extrauag.* ſi verò illi acquiritur ius irreuocabiliter, ſecundùm primam opinionem, quam communem vocat Ricc. *in prax. 1.part. reſolut.*23. tale ius non poteſt reuocari ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienandis iuribus Eccleſiæ, vt diximus ſupra, ſaltem pro validitate contractus. Sed quidquid ſit de opinione Bart. prima ſententia eſt tutior, & Eccleſiæ fauorabilior, & proinde tenenda, quæ nullum habet contradictorem, ſi in donatione eſt appoſitum iuramentum, vt poſt Couar. Guid. Pap. & alios refert Ricc. *cit. loc. num.*3. vel ſi Notarius nomine Eccleſiæ ſtipulatus eſt, vt notat Aret. *cit. loc.* Mangrell. ad Bart. *ibid.* & alij, quos addit Ricc. *num.*2.

6 Obſerua ſecundò; tenuiſſe multos DD. alienationem vtilem Eccleſiæ valere ſine ſolemnitate, quos citat Gabr. *tit. de alienat. concluſ.*1. *num.*1. *lib.*3. Sed hodie eſt indubitatum requiri ad alienationem Eccleſiæ non tantùm vtilitatem, ſed etiam ſolemnitatem, ita vt ceſſante ſolemnitate, vel cauſa, vel altera earum, & in particulari ceſſante ſolemnitate, etiam ſi contractus ſit vtilis Eccleſiæ, adhuc dicitur nullus, probat Maſcard. *de probat. concluſ.*75. *num.*6. qui teſtatur de communi, & veriori opinione, Sarmient. *de reddit. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 2. Quarant. *ſum. Bullar. verb. alienatio*, *num.* 5. Nouar. *non. iur. Pontific. prax. de alienat. rer. Eccleſ. concluſ.*1. *num.* 14. qui multos citat, Donat. Anton. de Marin. *quotidian. reſolut. cap.*6. & apertè diſponitur in hac *Extrauag.* per quam abſolutiſſimum eſt apud DD. ad alienationem rei Eccleſiæ duo copulatiuè requiri, nempè ſolemnitatem; & cauſam, probatur etiam ex *cap.*1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. *& Clem.*1. *eod. tit.* docet Mareſcot. *var. reſolut. lib.*1. *reſol.*5. *num.*6. poſt multos per eum adductos, & Ricc. *in prax. 1.part. reſol.*12. & vno ex his deficiente, vltra nullitatem contractus, contrahentes incurrunt excommunicationem, de qua in *Extrauag.* Ricc. *cit. loc. verſic. Amplia ſecundo*.

7 Solemnitas, quæ hodie requiritur ad alienationem rei Eccleſiaſticæ reducitur tantum ad Aſſenſum Apoſtolicum executum iuris ordine ſeruato, qui ſupplet omnes ſolemnitates iure antiquo requiſitas, non tamen cauſam, ita Bonac. *tom.*1. *de alien. bonor. Eccleſ. diſput.*2. *quæſt. vnic. punct.*6. *num.*7. Vnde eſt, quod ſi in alienatione rei Eccleſiæ Cathedralis, & Menſæ Capitularis, aut Monaſterij, non adhibeantur ſolemnitates de iure requiſitæ, puta tractatus, & aliæ de quibus per Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.*30. *num.*7. *&* 8. non per hoc contractus erit inualidus, ſi interueniat Aſſenſus Apoſtolicus, & vtilitas euidens, quia *Extrauag.* ſolùm annullat illas alienationes, in quibus non intercedit aſſenſus, & vtilitas prædicta, Abb. *conſ.*41. *num.*3. *lib.*1. Dec. *conſ.* 341. Genuenſ. *in prax. cap.*106. *num.*6. nec ſupplet conſenſum Capituli, vel maioris partis, ſecundum Quarant. *num.*7.

8 Verum quia Aſſenſus Apoſtolicus prædictus de ſtylo conceditur in forma commiſſoria, non diceretur præſtitus Aſſenſus, ſi Commiſſarius non procederet iudicialiter ad executionem, & confirmationem alienationis, ſeruata forma *Paulinæ* requirentis receptionem teſtium, & probationem ſuper veritate narratorum, & Eccleſiæ vtilitate, vocatis vocandis, ita Ferret. *conſ.*248. *num.*12. *vol.* 2. Menoch. *de arbitr. cent.*3. *caſ.*201. *num.*30. De Ponte *tit. qui feud. dar. poſſ. ſub num.*146. Supremorum Tribunalium Neapolit. Aduocatus Primarius Donat. Anton. de Marin. *quotidian. reſolut. cap.*6. *num.*8. Modern. *de clauſ. p.*1. *clauſ.*169. *num.*5. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. rubr. de cauſ. cognit. in alien. faciend. num.*64. & fuiſſe obſeruatam formam prædictam, conſtare debet per acta iudiciaria, *cap. quoniam contra*, *de prob.* Ægid. *dec.*377. Put. *dec.*140. *part.*2. *in non. impreſſ.* Rot. *Placent. decimarum* 18. *Februarij* 1631. *coram Durano*, & ſi id ex actis non conſtet, dicitur probata inobſeruantia, ad *l. Titia textores*, & ibi Bart. *num.*3. *ff. de legat.*1. Caualc. *deciſ.*29. *alias* 73. *de contract.* Rot. *in dicta Placentina*, Ricc. *in prax. 1.part. reſolut.*104. qui *num.* 5. *& ſeq.* dicit non requiri formam prædictam, quando Papa derogat *Paulinæ*, vel ſimpliciter committit, vt Commiſſarius extraiudicialiter ſe informet; niſi addat clauſulam, *vocatis vocandis*, quia tunc adhuc requiritur citatio.

Tenent aliqui ſufficere, ſi Aſſenſus Apoſtolicus ſubſe- 9
quatur alienationem ad illius validitatem. Sed veritas eſt in contrarium, quod omninò debeat præcedere alienationem, & ratio eſt, quia quod requiritur ad formam actus, debet ipſum actum præcedere, iuxta communem ſententiam Panormit. *in cap. nulli*, *de reb. Eccleſ. non alien.* Seraph. *deciſ.*805. præſertim *num.*8. probant verba *Extrauag.* ibi, *Nulla alienatio fiat inconſulto Summo Pontifice*, quæ verba denotant actum nullum, niſi præcedat aſſenſus, ita Ricc. qui validis rationibus, & auctoritatibus defendit hanc opinionem; vnde eſt, quod ſi alienatio præcedat Aſſenſum Apoſtolicum, debet in Aſſenſu fieri mentio de alienatione, & abſolutio à cenſuris *Extrauag.* obtineri, ita Ricc. *eod. loc.* probatur etiam per principalem doctrinam Genuenſ. *in prax. cap.*106. *num.*4. poſt Quarant. *verb. alienatio*, *num.*8. *&* 9. nouiſſimè Bonac. *tom.*1. *de alien. bon. Eccleſ. diſput.*2. *quæſt. vnic. punct.*4. *num.*5. qui omnes ampliant ſententiam, etiam ſi alienans in alienatione dixiſſet, *Saluo aſſenſu Apoſtolico*; nam adhuc alienatio non valet, & pœnæ non euitantur, quia proteſtatio eſt contraria facto, & etiam ſi dictum eſt, *nec aliter*, *nec alio modo*, Donat. Ant. de Marin. *quotid. reſolut. cap.*6. *in fin.*

Declara ſupradicta; quando eſſet tradita poſſeſſio ve- 10
ra, alias non incurrerentur cenſuræ, nec diceretur factum contra *Extrauag.* vt notat Quarant. *num.*9. poſt alios per eum adductos, vel ficta poſſeſſio per clauſulam, *conſtituti*, in contractibus apponi ſolitam, quæ ad hunc effectum haberi pro vera traditione, docet, & probat Ricc. *cit. loc. reſolut.*60. *per tot.* ſequutus opinionem Tiraquell. *in tract. de conſtitut. part.*3. *limit.* 26. *num.*5. *&* 6. & aliorum apud eum. Et licet non procedant cenſuræ per alienationem ante Aſſenſum Apoſtolicum, niſi tradatur poſſeſſio, vt ſupra, tamen nullitas contractus non euitatur, vt per DD. citatos.

Sed obſerua hic dictum Ricc. defendentis per aliena- 11
tionem, & poſſeſſionem traditam per ſolum conſtitutum incurri in cenſuras *Extrauag.* habere difficultatem, nam ipſemet eadem *reſolut.*60. *cit. in fin. num.*4. dicit in tali caſu has cenſuras non contrahi, quando contractus alienationis rei Eccleſiæ, in quo eſt appoſita clauſula, *conſtituti*, eſſet alias nullus: ſed certum eſt, quod contractus alienationis rei Eccleſiæ eſt ex omni parte nullus, cum ſit contra *Extrauag.* ergo numquam in tali caſu incurrunt cenſuræ. Idem etiam videtur ſentire Ricc. ſi in contractu eſſet appoſita clauſula, *Saluo aſſenſu Apoſtolico*, quod eſt contra expreſſa verba Seraph. *deciſ.* 805. *num.*8. vbi dicit, quod in tali caſu clauſula, *conſtituti*, nihil operatur.

Limita ſupradicta; vt validus ſit contractus alienatio- 12
nis ſaluo Aſſenſu Apoſtolico, quando nulla poſſeſſio eſt tradita, quia alienatio dicitur collata ad tempus habile, ſi Pontifici placuerit, & diſpoſitio facta tempore habili, vel facta tempore inhabili, & collata ad tempus habile, à pari procedunt, *l. in tempus*, vbi DD. *ff. de hered. inſtit. l. ſi quis locuples*, *ff. de manumiſ. teſtam. l. cum hereditas.*

ditas, ff. qui, & à quib. ita probat Genuenf. *in prax. cap.*106. *num.*4. Ex quo tenet, quod alienatio prædicta reuocari non poteft antequam requiratur Pontifex, an velit confentire, cum dicta difpofitio fit valida, collata in tempus habile, vt fimile dicitur de Feudo, quod eft probibitum alienari fine affenfu Domini, fi alienetur non requifito dicto affenfu, fed in contractu addatur claufula, *Saluo affenfu Domini*, valet alienatio, nec habet locum pœnitentia, antequam Dominus diffentiat, nec poteft in alium transferri, vt probat Lucas de Penna *in l. nulli, C. de fund. patrim. lib.*11. fequitur Afflict. *in cap. Imperialem in princip. verf. vndecimo quæro, num.*6. Hinc videmus quotidie in Praxi ftipulari inftrumenta conceffionis rei Ecclefiæ ante Affenfum Apoftoftolicum, cum claufula tamen, *referuato dicto affenfu, nec aliter, nec alio modo*, & retenta poffeffione rei per Ecclefiam.

13 Obferua tertiò; quod in alienatione rei Ecclefiafticæ, in qua non eft neceffarius Affenfus Apoftolicus, fi alienantes in contractu appofuerunt claufulam, *referuato affenfu Apoftolico, non alias, nec alio modo*, neceffario debet haberi talis Affenfus, quia hæc claufula inducit conditionem, *glof. in l. fi quidem, C. de except.* & conditione non adimpleta, contractus refoluitur, Guid. Pap. *decif.*163. *num.*1. alias alienationis contractus diceretur nullus, ita ex his, & alijs probat Ricc. *in prax.* 1.*part. refolut.*33. referens pluries fuiffe iudicatum fecundum hanc opinionem per Rot. Rom. etfi in hoc cafu impetratus fuerit Affenfus, verum Commiffarius, ex quo affenfus non erat neceffarius, vel alia ratione fibi benè vifa, vel ex negligentia, non proceffit ad executionem commiffionis, *Si in euidentem*, feruata forma illius, & *Extrauag.* fed folum decreto approbauit alienationem, adhuc alienatio dicitur nulla, ita fuit refolutum per Rot. *in vna Romana domus* 19. *Aprilis* 1630. coram D. Durano, quam per extenfum adducit Donat. Anton. de Marin. Doctor verè doctus Neapolitanus, *quotid. refolut. cap.* 7.

14 Obferua quartò; quòd hæc folemnitas Affenfus Apoftolici requifiti ad alienationem rei Ecclefiafticæ eft inducta in fauorem Ecclefiæ tantum, non tamen alterius contrahentis, vnde eft, quod fi reperiatur alienata res Ecclefiæ fine Affenfu prædicto, alienatioque effet vtilis Ecclefiæ, & proinde ipfa non vellet ab illa refilire, non poteft altera pars allegare contractum nullum, ex quo non interuenit Affenfus Apoftolicus contra Ecclefiam, quia quod in fauorem Ecclefiæ inductum eft, non debet in eius odium retorqueri, *cap. fi qua* 12. *quæft.* 2. Dec. *conf.*142. *col.*3. *ad med. verf. & fecundum iftam regulam, num.* 4. Redoan. *rubr. de conf. vtilit. num.* 193. Put. *decif.*310. *lib.*1. Rot. *Cortonen. bonorum* 4. *May* 1575. coram D. Seraph. cum alijs decifionibus relatis per Caldio. Mantic. *de tacit. & ambiguif. conuent. lib.*3. *tit.*16. *n.*12. *& lib.*4. *tit.*8. *num.*53. Genuenf. *in prax. cap.*106. *num.*3. & hoc eft generale, quod quando contractus eft nullus in fauorem vnius, nullitas non poteft allegari ab alio, cuius fauore non vitiatur, idem Mantic. *d. lib.*3. *tit.*16. *num.*12. *in fin.* quem fequitur Gratian. *difcept. forenf. cap.*202. *num.*25. eft tamen impetrandus affenfus in hoc cafu cum abfolutione à cenfuris, in quibus incurrerunt alienantes ob poffeffionem traditam, & hic eft vnus cafus, in quo poteft Affenfus Apoftolicus fubfequi, & interuenire poft alienationem, ita Gratian. *cit. loc. num.*20. *& feqq.* fed affenfus debet impetrari fuper alienatione facta non facienda. Idem dicendum eft, quando fuit impetratus affenfus, fed furreptiòe, quia furreptiones contra vtilitatem Ecclefiæ, non funt attendendæ, Rot. coram D. Seraphino *Placentina bonorum* 7. *Aprilis* 1581. & coram D. Bubalo *Romana domus* 2. *Decembris* 1588. prout etiam refert, & fequitur Mantic. *de tacit. & ambiguif. conuent. tit.*7. *lib.*4. *num.*49.

15 Ex dictis conftituunt regulam DD. ftandum effe Ecclefiæ, an alienationem nullam effe velit, nec ne, prout afferit Donat. Anton. de Marin. caufarum Patronus celeberrimus *quotid. refolut. cap.*6. *num.*15. pluries fuiffe decifum. In quibus terminis obferua, quod ipfa Ecclefia quandocumque poteft refilire contractu alienationis, eamque etiam per viam reftitutionis in integrum refcindere facere, quando alienatio ab initio fuit illi damnofa, fed fi fuit vtilis, tunc poteft refilire à contractu ante affenfum Apoftolicum, poft verò affenfum, etiam fi per Commiffarium non fuerit interpofitum decretum, cedere in euidentem vtilitatem, non eft locus pœnitentiæ, ita poft alios tenet Genuenf. *in prax. cap.*106. *num.*3. qui teftatur fuiffe decifum per Rot. *in vna Romana locationis affictus die* 4. *Iuny* 1584. coram D. Lancellotto, multa per Gratian. *difcept. forenf. cap.*514. *num.*7. *& feqq.* latè Marefcot. *variar. refolut. lib.*1. *cap.*14. qui validis comprobat rationibus, & auctoritatibus, quod poft obtentum beneplacitum partes non poffunt amplius pœnitere, neque à contractu refilire, etiam antequam fequatur fententia per executores fereuda, voluerunt etiam Parif. *confil.*1. *num.*129. *lib.*1. Cephal. *conf.* 91. *num.*9. *lib.*1. Bald. *conf.*475. *num.*7. *lib.*1. Rota *in vna Laodienf. domorum* 10. *May* 1576. coram D. Baptifta de Rubeis. Id etiam procedit in fucceffore, qui nec etiam poteft à prædicto contractu facto à prædeceffore refilire, dummodò affenfus fuerit impetratus in vita prædeceffloris, qui alienauit, Alexan. *in conf.*27. *num.*4. *lib.*3. & fuit dictum per Rot. *in vna Bononienf. tranfactionis* 5. *Decembris* 1607. coram D. Coccino, vbi contrarijs refpondetur. Quod ampliatur, vt alienatio non poffit reuocari, etiam fi Breue non fuerit expeditum, fed tantum Supplicatio fignata, quia Gratia dicitur perfecta per folum verbum, *fiat*, ita *decifum* per Sacrum Confilium Neapol. omnium Curiatum præftantiffimum Tribunal apud Afflict. *decif.*253. Limitantur fupradicta, quando alienatio effet confirmata, fed nulliter, quo cafu non poteft cogi Ecclefia, vt de nouo contrahat, fed eius eft electio an velit ftare contractui, vel potius ab eo recedere, *cap. fi qua* 12. *quæft.*2. *glof. in cap.*1. *verf. fed vacante*, vbi omnes *ne fede vacant.* Innoc. & alij in *cap.*1. *de his, quæ fiunt à Prælat. Caffan. in Confuet. Burgun. rubr.*4. §. 1. *num.*26. *& feqq.* Pinell. *in l.*1. *part.*3. *num.*32. *C. de bon. matern.* Put. *decif.*310. *lib.*2. fuit dictum *in vna Cortonen. bonorum* 3. *Iuly* 1589. *&* 26. *Ianuarij* 1590. coram D. Platto.

16 Obferua quintò. Quod communiter DD. moderni tenent poft lapfum fpatium triginta annorum à die factæ alienationis, præfumendum effe, affenfum Apoftolicum fuiffe impetratum, per *glof. in cap. peruenit*, vbi Io. de Imol. *de empt. & vendit.* Felin. *in cap. Albericus, de teftib. num.*4. propè *fin.* Mafcard. *de probat. conclu f.*416. *num.*1. Quarant. *in fum. Bull. verb. alienatio, num.*46. Gabr. *conf.*82. *num.*30. *&* 31. *lib.*2. Genuenf. *in prax. cap.*106. *num.*1. Ricc. *in prax.* 1. *part. refolut.* 32. Lotter. *de re benef. lib.*3. *quæft.* 35. *num.*32. *& feqq.* Bonac. *tom.*1. *tit. de alienat. bonor. Ecclef. difput.*2. *quæft. vnic. punct.*6. *num.*8. contra Marefcot. *lib.*1. *variar. refol. refol.*21. *n.*12. qui dicit contrariam fententiam effe veriorem, quod nullo fundamento probatur, & DD. per ipfum adducti non loquuntur in terminis terminantibus. Itaque non eft à propofita fententia recedendum, quam fecuta eft Rota *decif.*671. apud Seraphin. & apud eumdem *decif.*173. *decif.*1125. *& decif.*1307.

17 Ampliatur; etiam fi affenfus Apoftolicus non fit enunciatus in alienatione, quia adhuc præfumitur poft lapfum triginta annorum, ita Genuenf. & Lotter. *cit. loc.* decifum per Rot. apud Seraph. *decif.* 1042. vbi *num.*3. habetur id communiter feruari in Rot. Gonz. *ad* 8. *regul. Cancell. glof.*12. *num.*77. Rot. *in vna Mediolanenf. refciffionis permutationis* 10. *Ianuary* 1597. coram D. Pamphilio, apud Put. *decif.*365. *num.*4. *&* 7. *lib.*2. *& in recentiorib. decif.*159. *num.*4. *part.*1. Ampliatur fecundò; vt præfumatur affenfus Apoftolicus poft triginta annos, etiam fi non interceffertit fcientia Papæ, quando agitur de præiudicio inferioris, non tamen ipfius Papæ, ita probat poft multos Ricc. *cit. refolut.* 32.

18 Limita fupradicta in alienatione facta per Epifcopum, vel alium, qui iurare folet non alienare bona Ecclefiæ inconfulto Summo Pontifice, quo in cafu fi reperiatur facta alienatio, quæ de licentia Papæ nihil exprimit, tunc non præfumitur talis folemnitas per curfum triginta annorum, ita Felin. *in cap. ficut, num.*33. *verf. bene fateor, de fent. & re ind.* probat Alex. *conf.*9. *num.*8. *lib.*3. & fequitur Gratian. *difcept. forenf. cap.*415. *in fin.* Quod declarat Marefcot. *lib.*1. *variar. refolut. refol.*21. *num.*13.

proce-

procedere in alienatione facta extra Vrbem, secus in alienatione facta in Vrbe, in qua ob præsentiam Papæ præsumitur scientia, & consensus, nec procedere si intercessit tempus immemorabile. Limita secundò; si non
19 sint elapsi integri anni triginta, ita vt si vnus deficiat, non præsumitur prædicta solemnitas, vt docet Lotter. *cit. loc. num.*37. ex mente Rot. *in vna Anconitana terrarum* 13. *Ianuarij* 1581. coram D. Blanchetto, benè tamen præsumeretur prædicta solemnitas minori tempore triginta annorum, quando intercessit scientia Papæ, vt ex Ricc. *cit. resol.*32. Limita tertiò; quando non interuenit continua obseruantia per dictum tempus triginta annorum, vt post Oliuer. Beltramin. *ad decis. Ludouis.* 343. *num.*4. tenet Lotter. *cit. loc. num.*36.

20 Controuersum est inter DD. An præsumatur assensus Apostolicus per cursum triginta annorum, quando ex inspectione instrumenti apparet non interuenisse. Pro parte affirmatiua, quod præsumatur, adducitur Anchar. *cons.*136. Felin. *in cap. sicut, num.*33. *vers. septimo, & vltimo declara*, & alij. Pro parte verò negatiua, nempè, quod non præsumatur, adducitur originaliter Paul. de Castro *cons.*48. *vol.*1. quem refert, & sequitur Alex. *cons.*1. *vol.*4. *num.*21. & alij, quos refert Gabr. *com. conclus. de præsumpt. conclus.*1. *num.*57. addo etiam Afflict. *decis.*107. & Seraph. *decis.*671. *num.*8. quæ secunda opinio videtur magis communis, & frequentior inter DD. Discutit hanc quæstionem hinc inde Genuens. *pract. Eccles. quæst.*131. ipse verò concludit, quod beneplacitum Sedis Apostolicæ, etiam secundum Rot. opinionem non præsumitur, si adsit præsumptio in contrarium, per viam discursus; sed per viam resolutionis tenet, quod si casus occurrat inter personas rusticas, quæ ex consuetudine, & inopia non impetrant assensum, recurrendum est ad Vrbem pro resolutione. Sed attentè considerando verba prædictorum DD. potest facilè dissensio reconciliari. Tenentes enim primam opinionem, nempè affirmatiuam loquuntur, & eorum sententia procedit, quando ex instrumento alienationis non potest præsumi intercessisse assensum, nec potest præsumi non intercessisse; in hoc enim casu dubio, verum est non esse discedendum ab illa communi sententia, quod per lapsum triginta annorum præsumitur solemnitas. Sed tenentes secundam opinionem, nempè negatiuam, loquuntur quando ex instrumento potest deprehendi assensum non interuenisse, & tunc propter euidentiam facti, quæ multum operatur, iuxta doctrinam Bald. *in l.*1. *C. de edict. act.* verum est, quod non debeat præsumi assensus, quia non debet præsumi interuenisse, quod constare videtur non interuenisse, cuius rationis verba affert Felin. *cit. loc. num.*37. *ad fin. vers. nam licet.*

21 Obseruantia, contractus alienationis per spatium triginta annorum non solum facit, vt assensus præsumatur, sed etiam facit præsumi Commissarium gratiæ, si in euidentem, idest Executorem assensus prædicti omnia legitimè gessisse, contra quam præsumptionem admittitur probatio concludens, vt latè discutitur per Seraph. *decis.*1075. Hinc Ricc. *in prax. resolut.* 29. docet, quod præsumitur pro validitate sententiæ latæ in causa, si in euidentem, etiam quod non instificetur ex actis, etiam si acta essent amissa, vel integra non reperirentur, & etiam si appareret lata eodem die, quo constat gratiam, si in euidentem fuisse præsentatam, cum etiam illo die potuisset Iudex adhibere causæ cognitionem, quæ opinio Ricc. non solum locum habet post lapsum triginta annorum, quod est indubitatum, sed etiam ante lapsum dicti temporis, & infra illud, ita colligitur ex tempore apposito *in decis. diuers.*479. 1. *part.* per eum adducta, quæ loquitur in his terminis, & hoc vigore sententiæ, quæ multum confert ad præsumptionem validitatis alienationis, ad dicta per Gabr. *de sentent. concl.*5. *num.*2. Sed si Notarius in Instrumento alienationis mentionem faciat de Assensu assertiuè tantum, illi in hoc non creditur, nec aliquid præsumptionis facit pro assensu, nisi in instrumento adducerer per extensum copiam sententiæ concessionis, *Si in euidentem*, cum inserta forma Breuis Apostolici, & hoc intra spatium triginta annorum, nam post illud procedunt supradicta, ad hoc vide Ricc. *in prax. resol.*30. 1. *part.*

Obseruà quintò; ad alienationem rei Ecclesiasticæ, siue cum licentia Episcopi in casu permisso, siue cum Assensu Apostolico, requiri vtilitatem Ecclesiæ, & euidentem vtilitatem; absolutum est in iure nostro, per expressa verba huius *Extrauag.* ibi, *Et tunc in Ecclesiarum euidenti vtilitate*. Dicitur euidens vtilitas illa, quæ non est dubia, sed clara, & indubitata, secundum opinionem Rot. *in vna Romana inualidationis census* 24. *May* 1591. coram D. Pamphilio, *& decis.*430. *num.*6. *part.*1. *in recentior. & decis.*430. *num.*4. *part.*2. *in recent.* Redoan. *rubr. de caus. vtilit. num.*68. *&* 69. Mascard. *de prob. conclus.* 1316. *num.* 16. Gratian. *disceptat. forens. cap.*861. *num.*3. Ricc. *in prax.* 1. *part. in princip. introduct. num.* 1. Vel illa dicitur alienatio Ecclesiæ euidens vtilis, ex qua ipsa Ecclesia facta est locupletior, & eius conditio melior, ad *text. in l. si pupilli, in princ. ff. de negot. gest.* Arcbid. *in cap. sine exceptione*, propè *fin. in glos. sed nonne* 12. *quæst.*2. Feder. de Sen. *cons.*249. *sub num.*2. Fab. de Anna *cons.* 38. *num.*36. *vol.*1. Rebuff. *in comp. alien. num.*73. Rot. *decis.*65. *num.*4. *&* 23. *part.*2. *diuers.* Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.*7. *num.*4. referens verba Rot. *in vna Romana domus* 19. *Aprilis* 1630. coram Durano. Vel illa dicitur euidens vtilitas Ecclesiæ, quando nullum dubium est, quod alienatio non sit magis profutura ipsi Ecclesiæ, ad *text. in cap. sine exceptione cit.* vbi Rebuff. *num.*97. *&* 98. *cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* Redoan. *quæst.*20. *num.*8. *de reb. Eccles. non alien.* Quarant. *sum. Bull. verb. alienatio, num.* 12. Gratian. *discept. forens. cap.*838. *num.*21. Vel illa dicitur euidens vtilis Ecclesiæ alienatio, quæ nulla tergiuersatione colorari potest, secundum Menoch. *de arbitr. cap.* 172. *num.*19. quem sequitur Ricc. *cit. loc. num.*2. Vel dicitur euidens vtilitas, quæ est manifesta, & notabilis, secundum Prob. *in cap. vnic. de cleric. non resid. in* 6. quem sequitur Genuens. *in prax. cap.*107. *num.*1. *in fin.* Vel dicitur euidens vtilitas, quæ continet medietatem vltra valorem legitimum rei; vnde si res valet decem, & concedatur pro quindecim, dicitur concessa cum euidenti vtilitate, secundum Genuens. *pract. Eccles. quæst.*81. *num.*2. Vel quæ continet sextam partem, secundum opinionem Rot. apud Seraph. *decis.*1490. *num.*8. vnde si res valet duodecim, & concedatur pro quatuordecim, dicitur euidens vtilitas: sed quia ex dictis, & alijs, quæ abundanter possent adduci, non potest constitui vera, & indubitata regula, ideò id totum remitti arbitrio Iudicis melius dicendum est, secundum Menoch. & Genuens. *cit. loc. l.*1. *ff. de iur. delib.* qui consideratis circumstantijs necessitatis, vtilitatis, temporis, & alijs à sacris Canonibus requisitis iudicabit euidentem vtilitatem. Vnde si concedatur res sterilis, vt reducatur ad culturam pro modico canone, & etiam pro extraneis dicitur concedi in euidentem vtilitatem, ad notata *in cap. ad aures, de reb. Eccles.* Bero. *cons.*85. *lib.*1. licet si res non esset sterilis, modica vtilitas Ecclesiæ pro nihilo reputaretur, Genuens. *in prax. cit. num.*1. *in fin.* Similiter dicitur concessio fieri cum euidenti vtilitate, etiam pro modico, quando Ecclesia retinendo rem, plus erogaret in expensis, quam perciperet redditus, Ricc. *cit. loc. num.*3. quem sequitur Nouar. *non. sur. Pontific. prax. conclus.* .. *tit. de alienat. rer. Eccles. sub num.*4.

Non dicitur euidens vtilitas; si Ecclesia pro extinguendo debito, aliud contraheret eiusdem quantitatis, quia Ecclesia non efficitur melioris conditionis. Nec si daret in emphyteusim bona pro eodem pretio, quo æstimata essent, eadem ratione, nisi daretur Ecclesiæ aliqua quantitas pecuniæ pro inuestitura conuertenda in proprietatem, ex qua pecunia conditio Ecclesiæ efficeretur melior. Nec etiam dicitur euidens vtilitas, nisi in alienatione rei, quæ est re, & spe inutilis Ecclesiæ, ita post multos, Ric. *cit. loc. sub num.*3. Nec dicitur alienatio vtilis Ecclesiæ facta pro extinguendo debito, quando Ecclesia potest ex fructibus absque alienatione proprietatis extinguere debitum, Abb. *in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien.* Ricc. *cit. loc. vers. amplia tertio.* Nec dicitur vtilis alienatio domus ruinosæ, si cum parua impensa reparari potest, ita Seraph. *decis.*1307. *num.*2. Nec dicitur vtilis alienatio facta tempore calamitoso, habito respectu 23

dicto

tempori tantum, non habito reſpectu tempori præcedenti, idem Seraph. *deciſ.* 1073. *num.* 4. & clarius Mantic. *deciſ.* 101. *num.* 4. quale dicatur tempus calamitoſum, vide Ricc. *cit. loc. reſolut.* 1.

24 Dubitatur. An res Eccleſiæ in emphyteuſim cum diminutione ſextæ partis veri valoris reddituum propter periculum ſterilitatis, & aliorum caſuum fortuitorum ad emphyteutam pertinentium conceſſa iuxta diſpoſitionem *auth. perpetua, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* dicatur conceſſa cum euidenti vtilitate Eccleſiæ.

Reſpondetur; DD. omnes in *cit. auth.* Iaſ. *conſ.* 54. *num.* 5. *verſ. corroboratur lib.* 1. Bero. *conſ.* 86. *num.* 3. *lib.* 1. Oliuer. Beltram. *ad deciſ.* 343. Ludouiſ. *num.* 7. Mantic. *deciſ.* 101. *num.* 1. & alij adducti per Ricc. *in prax. reſolut.* 125. 1. *part.* tenent hanc conceſſionem cedi in euidentem Eccleſiæ vtilitatem ratione periculi ſupradicti. Contrarium modicus defendit Petr. Caball. *conſ.* 171. nempè dictam conceſſionem non eſſe iuxta diſpoſitionem Summorum Pontificum requirentem euidentem vtilitatem; & licet prima opinio videatur verior, nihilominus regulariter non eſt admittenda, ſed totum hoc remittendum arbitrio Iudicis, vt firmauimus ſupra. Poſſet .n. in conceſſione pro intratura ſolui magna quantitas pecuniarum, quæ quaſi reſponderet pretio emptionis, & tunc conceſſio cum diminutione ſextæ partis, & forſan maioris diceretur vtilis Eccleſiæ. Similiter ſi Eccleſia retinendo rem, damnum pateretur, nec alius adeſſet, cui concederet, diceretur concedi cum euidenti vtilitate cum diminutione ſextæ partis ob periculum ſterilitatis, quod ſuſcipit in ſe emphyteota, quia hoc periculum eſt pretio æſtimabile, *cap. in ciuitate, de vſur.* Quod intellige; ſi res eſt expoſita tali periculo; dummodò alius non inueniatur, qui vellet plus dare, vt tenet Ricc. *cit. reſolut.* 125. *in fin.* & proinde verum eſſe remitti arbitrio Iudicis, tenet Genuenſ. *pract. Eccleſ. quæſt.* 80.

25 Ex dictis collige; quod conceſſio domus Eccleſiæ pro eodem pretio, quo eſt ſolita locari ad tempus, poteſt eſſe vtilis Eccleſiæ, etiam nihil augendo redditus, quando domus indiget continuis reparationibus, à quibus eximitur Eccleſia per conceſſionem in perpetuum, ita Mantic. *cit. deciſ.* 101. aduertit Ricc. *cit. reſolut.* 125. *verſ. vnde ſi res.*

26 Communis currit ſententia inter DD. vtilitatem requiſitam ad alienationem rei Eccleſiæ, attedendam eſſe tempore contractus, Canoniſtæ omnes *in cap. ad aures, de reb. Eccleſ. non alien.* Ciuiliſtæ *in l.* 2. *C. de locat. prædict. ciuil. lib.* 10. *& in l.* 2. *C. de reſcind. vend. in cap. cum dilecti, de empt. & vend.* latè Pariſ. *conſ.* 24. *num.* 7. *&* 8. Genuenſ. *in prax. cap.* 107. *num.* 3. Ricc. *in prax.* 1. *part. reſolut.* 1. 5. *&* 9. Bonac. *tom.* 1. *tit. de alien. bon. Eccleſ. diſp.* 2. *quæſt. vnic. punct.* 3. *num.* 2. Seraphin. *deciſ.* 366. *num.* 1. Rot. *diuerſ. part.* 2. *deciſ.* 18. *num.* 4. *&* 5. Vnde eſt, quod ſi res poſt contractum efficiatur deterior, vel melioris conditionis, & pretioſior, tempus alienationis inſpiciendum eſt, ita Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 55. *n.* 8. *& ſeqq.* ex quibus *num.* 10. notat contra Eccleſiam, quod non poſſit rem alienatam cum ſua euidenti vtilitate tempore contractus repetere ſub prætextu læſionis, poſtquam eſt facta fructifera, & meliorata, quaſi Eccleſia ſit decepta, & alienatio non ſit in euidentem vtilitatem, idem Gratian. *cap.* 520. *num.* 32. qui teſtatur de veriori, & magis communi opinione, Surd. *de aliment. priuileg.* 56. *tit.* 8. *num.* 78. Rot. per Card. Seraph. *Ancenitana terrarum* 13. *Iunij* 1578. Hoc, quod dicimus attendendum eſſe tempus contractus, intellige quando contractus poſt aſſenſum per Commiſſarium gratiæ *ſi in euidentem* decreto confirmatur, vt benè explicat Genuenſ. *cit. loc. verſ. ſed aduerte*, nam DD. communiter dicentes, attendendum eſſe dictum tempus, intelligendi ſunt quando contractus alienationis, & Aſſenſus Apoſtolicus ſimul concurrunt infra idem ſpatium temporis: ſed ſi contractus, & alienatio per annos ante Aſſenſum præceſſit, vtique ſi interim res aucta eſt, maximè augumento temporis, ſi attenderetur tempus contractus, alienatio non cederet in vtilitatem Eccleſiæ, niſi contractus fuerit confirmatus in Breui Apoſtolico ex certa ſcientia, & expreſſo illius tenore, vt notat Genuenſ. *cit. loc.* quod ſi contractus, & alienatio ſubſequantur aſſenſum per notabilem ſpatium temporis, ita vt res ſit meliorata, & tunc certum eſt, attendendum eſſe tempus contractus cum communi.

27 Limitant etiam communiter DD. vt ſupradicta non intelligantur de tempore calamitoſo, vt tempore peſtis, vel belli, quo tempore res minoris valet, *l. pretia rerum, ff. ad leg. falcid.* Gratian. *cit. loc.* Ricc. *reſolut.* 1. *num.* 2. quod intelligit *num.* 3. quando verè tempus calamitoſum, ſcilicet bellum deteriorauit pretium rei, & dummodò ſperetur, quod finito bello, res redeat ad pretium ſuum. In tempore verò ordinario obſeruant in praxi Commiſſarij, quibus committitur gratia *ſi in euidentem*, ad hoc vt cognoſcant, an concurrat euidens vtilitas, non ſolum informationem capere de valore rei in proprietate, ſed de reddito per plures annos antea, & de reddito præſenti.

28 Hæc vtilitas euidens, quæ concurrere debet in alienatione rei Eccleſiæ, excludit vtilitatem putatiuam, quæ non ſufficit in alienatione rei Eccleſiæ, vt poſt multos defendit Maceraten. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 5. *num.* 12. & licet Ricc. *reſol.* 15. 1. *part. prax. in princip.* videatur in hoc caſu diſtinctionem adducere, tamen verius dicendum eſt opinionem procedere cum Macerat. indiſtinctè; & hoc probatur apertè. Verum eſt, & ab omnibus receptum, vtilitatem in hoc caſu probandam eſſe concludenter per teſtes, & alias legitimas probationes, vt idemmet Ricc. *cit. loc. reſol.* 104. poſt alios probat, quæ conſtare debet ita clarè, & manifeſtè, vt de ea minimè dubitari poſſit, vt firmauimus ſupra cum eodem Ricc. *reſol.* 1. ſed hæc inducunt veram, non putatiuam vtilitatem, ergo, &c.

29 Adducitur etiam communiter pro iuſta cauſa alienationis rei Eccleſiæ. Neceſſitas, prout explicat Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 277. & Oſaſch. *deciſ.* 167. *num.* 2. *& ſeqq.* tenent Quarant. *ſum. bull. verb. alienatio, num.* 42. Mareſcot. *var. reſol.* 7. *cap.* 9. Rot. *in vna Romana domus* 19. *Aprilis* 1630. coram D. Durano, pluries citata, & adducta per Donat. Anton. de Marin. *quotid. reſol. cap.* 7. *num.* 3. *& ſeqq.* quæ vtilitas debet eſſe præciſa, ſecundum eandem Rot. *in vna Romana inualidationis cenſus* 24. *Maij* 1591. *num.* 6. adducta per Cenc. *de cenſib.* poſt dictum *tract. deciſ.* 27. vel debet eſſe extrema ſecundum opinionem Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 22. quam exemplificat, ſi vrgeat æs alienum. Et diximus ſupra, quod tanta poſſet eſſe neceſſitas, vt excuſaret etiam ab Aſſenſu Apoſtolico, vt explicat Nouar. *non. iur. Pontific. pract. concl. tit. de alienat rer. Eccleſ. concluſ.* 1. *n.* 15. Caualer. *deciſ.* 439. *num.* 2.

30 Differt enim alienatio, quæ fit ex cauſa neceſſitatis ab illa, quæ fit ex cauſa vtilitatis. Quod in prima ille, in quem facta eſt alienatio, debet eſſe ſolicitus, vt pretium conuertatur in cauſam neceſſitatis, quia ad ipſum ſpectat pretium prædictum eſſe verſum in illam cauſam probare. In ſecunda verò, quia ille, in quem facta eſt alienatio, non tenetur probare verſionem prædictam, merito non aſtringitur ad hanc ſolicitudinem, ita Rot. *Romana in vna Leodienſis cenſus* 11. *Decembris* 1596. coram D. Corduba, *num.* 10. *&* 11. & in alia *Romana cenſuum de Romulis* 18. *Iunij* 1599. coram D. Penia, *num.* 4. *&* 5. adductæ per Cenc. *de cenſib. deciſ.* 8. *& deciſ.* 287.

31 Conueniunt tamen hæ cauſæ iuſtæ alienationis, nam vtraque non probatur per aſſertionem partium alienantium rem Eccleſiæ, ad dicta Bart. *in l. ſi fertè, de caſtrenſ. pecul.* Feder. de Sen. *conſ.* 143. *in fin.* Rebuff. *de reb. Eccleſ. non alien. num.* 25. cum alijs per Rolan. *conſ.* 25. *num.* 19. *lib.* 1. Rota *in d. Romana inualidationis cenſus, num.* 4. Nec per aſſertionem Commiſſarij, cui commiſſa eſt gratia, *Si in euidentem*; ſed omninò debet probari euidenter per teſtes, vel alias legitimas probationes, Caualer. *deciſ.* 439. *num.* 6. qui in hoc denegat fidem etiam Epiſcopo, Rot. *diuerſ. deciſ.* 752. *num.* 3. & licet cauſa prædicta non poſſit probari per aſſertionem Commiſſarij ante factum, tamen poſt factum in dubio præſumitur dicta cauſa, ſi Commiſſarius decreto confirmauit alienationem. Verum poteſt probari contrarium, nempè non interueniſſe iuſtam cauſam, & proinde alienationem declarari nullam, quod onus ſpectat ad ipſam Eccleſiam petentem nullitatem alienationis, cum pars contrahens habeat pro ſe præſumptionem, quæ ex decreto

naſci-

nascitur multa Ricc. *cit. loc. resolut.*8. Rota *in vna Romana census* 2. *Decembris* 1609. coram D. Manzanedo adducta per Cenc. *decis.* 30. Seraph. *decis.* 508. *num.* 5. Beltram. ad Ludouis. *decis.*33. *num.*6.

32 Causa alienationis rei Ecclesiæ, idest euidens vtilitas, vel necessitas tantam habet virtutem, vt ea concurrente, si in cæteris adest falsa expressio, vel surreptio in litteris, *si in euidentem*, non attenditur, quia dicitur Papam solum habere præ oculis euidentem vtilitatem, tamquam causam finalem, Soc. *cons.*15. *num.*51. *lib.*1. quæ tantum procedunt quando surreptio non versatur circa ipsam causam; tunc enim litteræ nullam habent subsistentiam, quia Papa sine causa non præsumitur illas concedere, Dec. *cons.*147. *num.*5. *&* 6. Seraph. *decis.*508. *num.*10. *& decis.*1235. *num.*2. vbi absolutè tenet, quod in alienationibus rei Ecclesiæ non solet attendi surreptio, dummodò contractus cedat in vtilitatem Ecclesiæ, & in hoc casu est intelligenda opinio Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.*103. defendentis Commissarium Gratiæ, *Si in euidentem*, posse cognoscere de surreptione, & validitate assensus.

33 Obserua sextò; quod testes deponentes in causa, *si in euidentem*, quando alienatio fit ex causa euidentis vtilitatis, debent deponere, quod alienatio expedit Ecclesiæ, quia hoc est inquirere de causa alienationis; sed quando alienatio fit ex causa necessitatis, sufficit illam deducere, ita Feder. de Sen. *cons.*249. Seraph. *decis.* 508. *num.*11. quam necessitatem sufficit probare tempore contractus, ita vt si alienatio fit pro satisfaciendo debito, quod Ecclesia potuerit alio tempore satisfacere, dum habebat pecunias, si ad præsens non habet, dicitur iusta causa, etiam si Ecclesia expressit non habere, nec habuisse modum satisfaciendi, ita Seraph. *decis.*953.

34 Ad dignoscendam euidentem vtilitatem in alienatione rei Ecclesiæ, cuius ratio sit habenda redditunm ipsius rei, an pretij proprietatis, controuersum est in iure. In qua controuersia, Rota Romana *in vna Placentina bonorum* 7. *Nouembris* 1580. apud Seraph. *decis.*480. dedit optionem beneficiato, qui possit probare, & deducere non euidentem vtilitatem, vel ex collatione fructuum, vel ex valore bonorum, quæ opinio data est in fauorem Ecclesiæ, ad hoc, vt eligat quod est ei vtilius.

35 Obserua septimò; DD. tantum tribuere valorem euidenti vtilitati rei Ecclesiæ, vt aliqui asseruerunt cum illa vallere alienationem, etiam sine solemnitatibus, ita Dec. *cap.*1. *in* 1. *lect. num.*71. *de constit. & in c. qua in Ecclesiarum, n.*28. *eod. tit.* Nouar. *de alien. rer. Eccles. n.*17. latissimè Mascard. *de probat. concl.*75. *n.*2. Bald. *in l. contra ius, in princ. ff. de pact. & in l. quicumque, C. de bon. qua liber.* Quarant. *sum. Bul. verb. alienatio, n.*34. *in princ.* Rebuff. *in compen. alien. rer. Eccles. n.*35. *&* 36. *fol.*34. Roder. *q. regul. tom.*1. *quæst.*27. *art.*9. Verum hoc non intelligitur quoad obligandam Ecclesiam, quæ ex tali alienatione sine solemnitate non obligatur, licet obligetur pars aduersa, & stet in electione Ecclesiæ, si velit stare contractui sibi vtili, & procurare expeditionem solemnitatum, etiam inuito contrahente, vt diximus supra cum Redoan. *qu.*20. *num.* 193. Tiraquel. *de legit. connub. glos.* 8. *num.* 92. *fol.*365. Surd. *decis.*108. *n.*4. Soc. *cons.*78. *n.*8. *lib.*4. Crot. *cons.*119. *n.*11. Aymon. *cons.*826. *num.*1. Fulgos. *in l.*2. *C. de iur. emphyt.* Guid. Pap. *decis.*159. *post princip.* prædicta non procedunt quoad euitationem pœnarum, in quibus incurritur, etiam cum vtilitate prædicta, si non adest Assensus, vt dicemus infra. Procedunt verò in opinione prædictorum, & quando contractus gestus ab Ecclesia sine solemnitate, est illi vtilis, & in nihilo damnosus, nec præiudicialis, & actus est talis naturæ; & conditionis, quod nulla interuenit obligatio ex parte Ecclesiæ, sed alium ipsa obligat; in hoc enim casu valet contractus factus ab Ecclesia sine solemnitatibus, & procedunt fundamenta prædictæ opinionis. Sed quando Ecclesia contrahit se tantum obligando, vel contractus est reciprocus ex parte Ecclesiæ, & illius, cum quo contractus celebratur, & tunc secundum veriorem, & magis communem opinionem, contractus non valet, etiam vtilis Ecclesiæ, sine solemnitate, ex eo quia solemnitas est introducta pro forma in tali casu, & sic nullo pacto omitti potest sine nullitate actus, ita Sarmient. qui doctissimè, & eleganter hoc declarat, *de reddit. Eccl. c.*2. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 675. *num.* 16. *& seqq.* Gratian. *discept. for. cap.*27. *in princ.* Diaz. *reg.* 550. *limit.* 1. Guttier. *pract. qq. cap.*12. & alij; sed quia hæc nullitas est introducta in fauorem Ecclesiæ, non potest allegari ab alio, quam ab ipsa Ecclesia, diximus etiam supra, & docet Gratian. *discept. forens. loc. cit. num.*40. *& seqq.* Seraphin. *dec.*256. *num.*2.

Ex dictis collige. Primò, quod non solum qui contraxit cum Ecclesia, non admittitur ad allegandum defectum solemnitatis, vel euidentis vtilitatis in alienatione rei Ecclesiæ, sed nec alius tertius, vt post alios firmat Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.*8. Quod etiam procedit in conductore rei Ecclesiæ, qui ad euitandum solutionem pensionis, non potest excipere consensum Superioris non interuenisse in locatione, Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.*47. *n.*5. *& q.*58. *n.*55. Crescent. *dec.* 1. *de locat. & conduct.* Admittitur tamen tertius ad allegandum, vt supra, Primò, quando actio esset popularis, quia tunc quilibet agere potest, *l.*1. *ff. de action. popul.* Secundò, ante actum consummatum. Tertiò, quando Ecclesia vellet contractum pro parte valere, & pro parte dicere nullum, ita Ricc. *cit. loc. num.*2. *& seqq.* 36

Collige secundò; solemnitatem coadiuuare vtilitatem in alienatione rei Ecclesiæ, hinc est, quod quando seruatis seruandis, latum est Decretum per Commisarios Gratiæ, *Si in euidentem*, præsumitur pro vtilitate alienationis, donec Ecclesia probauerit non vtilitatem, diximus supra secundum opinionem Rot. apud Seraph. *decis.* 1073. *num.*1. *& decis.*1125. *num.*1. post alios, quos refert, & sequitur Rot. in decis. adducta per Donat. Ant. de Marin. *quotid. resol. loc. cit. num.* 5. quod intelligendum est, quando Commissarij processerunt ad Decretum confirmationis, seruata forma *Paulina*, recipiendo testes super vtilitate, ac vocatis vocandis, vt per Rot. in decis. adducta per de Marin. *n.*6. & tetigimus supra. 37

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

Ad §. II. & III.

Ad §. III.

S V M M A R I V M.

1 *Praxis alienandi res modici valoris. Reffellitur Antonellus.*
2 *Modici valoris qua sit res.*
3 *Licentia Episcopi quam cognitionem exigat, reijcitur Ventriglia.*
4 *In diminutione annui redditus an requiratur assensus Apostolicus? modificatur Ventriglia traditio.*
5 *Transigere an possit sine assensu Ecclesia.*
6 *Ecclesia an possit sine assensu rem sibi legatam cum facultate alienandi sine assensu eam distrahere? Exploditur Ventriglia.*
7 *Monasterium incapax institutum sub conditione retinendi bona an possit alienare sine assensu?*

Excipiuntur à prohibitione alienationis contenta in *Extrauaganti ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis*. Bona exigui valoris iuxta dispositionem *cap. terrulas* 12. *q.*2. & concorditer volunt scribentes ex tex. ibi *Terrulas vineolas, aut longè positas paruas, Episcopus sine consilio patrum*, si necessitas fuerit distrahendi habeat potestatem, Ricc. *in praxi p.*1. *resol.*36. Ventrigl. *n.*1. 1

Restringere videntur Ventrigl. & aliqui, quod non sufficiat res esse modici valoris, sed etiam requiri copulatiuè, quod res non sit vtilis Ecclesiæ, & quod fiat ex necessitate, Antonell. *de regimine Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 8. §. 1. tradit, quod si prædium Ecclesiæ sit vtile, tunc sit necessarius assensus Sedis Apostolicæ ex gloss. *in c.* 1. 17. *quæst.* 4. Concludit demum Ventriglia, quod necessitatis nomine intel-

intelligitur omnis iuſta cauſa ex Redon. *in rubr. de cauſ. ex quibus fiunt alien.num.*28. & ſine tot requiſitis ita vidi in contingentia ſeruari. Alias haberet hęc res nimium rigoris.

Diſſidium verſatur in ſumma valoris rei exiguæ, vt valeat alienari Recentiores ſcribunt, vt quantitas aſcendat ad ſummam ſcutorum quadraginta monetæ Romanæ, & quadraginta quatuor monetarum Regni, Gratian. *diſcept.*452. vbi ego.

Corrad. *in praxi diſpenſ. lib.9.c.4. n.* 45. videtur complecti eandem opinionem, & adeſſe declarationem S. C. Epiſcop. & Regular.

Dubitat de hac declaratione Donat. de Regular. *tom.*1. *tract.*14. *q.*37. *n.6.* Zerola *in praxi verb. alienatio rer. Eccleſ. verſ. ad ſextum*, cenſet extendi poſſe ad res valoris ducatorum 100. vbi quòd ita vidit practicari.

Ideò dic attendi conſuetudinem, & ſtari decretis Synodorum prouincialium Leo Theſaur. *qq. for. Eccleſ. par.*1. *c.*15. *n.*7. vel remittendum arbitrio boni viri conſiderata neceſſitate, & expenſa aſſenſus, ſed videndus Pacion. *vbi ſup. n.*7. *&* 8. ſentiens non eſſe tutum extendere vltra ſummam ducatorum quadraginta quatuor Regni.

3 Licentia Epiſcopi an concedenda præuia cauſæ cognitione ſuper requiſitis *d. c. Terrulas*? & affirmat Ventriglia n.5. ſed extraiudicialem cognitionem ſufficere cum Donato firmat Pacion. n.10. vbi quod non requiritur decretum, ſed ſolum authoritas Superioris. Et ſi non debeat Epiſcopus ad libitum præſtare, ſed conſulere conſcientiæ ſuæ ſuper requiſitis *d. c. Terrulas*.

4 Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur nedum in alienatione annui redditus, ſed etiam in diminutione, vt vulgò dicitur calare? Ventriglia affirmat in alienatione, & diminutione annui redditus. Niſi facta ſit affrancatio ex neceſſitate pacti de affrancando, quia tunc quando agitur de retrouenditione eius conſtituti ad decem qui ſoluebantur per primum debitorem, poterit implicari pro quantitate redditus, quæ reperitur, ità diſtinguit cum Riccio, Nouar. & Reg. de Marin. *reſ.6. n.*11.

Contrarium impleriſque locis Regni practicatum vidi, in quibus cum eſſent paratæ, & promptæ emptiones annui redditus ad rationem ſeptem, ſex, & quinque pro centenario, & debitores cenſuales ad rationes maiores, vel octo, vel nouem, aut decem pro centum rogabantur ab habentibus pecuniam otioſam pro extinctone cenſus ad grauiorem vſuram venditi cum ſubingreſſione in locum antiqui creditoris, & ità redditur pecunia fructifera, & emptio ſit ſecura. E contra Eccleſiæ extinguentes cenſum amittebant fructum pecuniarum reſtitutarum, & de nouo implicere cogebantur ad minorem rationem cum amiſſione anterioritatis, & periculo ſortis, ideò ſine reſtitutione partis pecuniæ diminuerunt redditus ex neceſſitate euitantes circuitum, vt ſupra inſinuatum, & quia agitur de dimiſſione fructuum, Bichius *deciſ.*525. *n.*19.

5 Tranſactio an poſſit fieri ab Eccleſia ſine beneplacito Apoſtolico? Negat Ventriglia n.11. nedum quando fit de rebus per Eccleſiam poſſeſſis, verum etiam de poſſeſſis per alium comprobat Card. de Luca *tit. de paroch. diſc* 26. *n.*5. vbi quòd licet ſcribentes variauerint ſuper hoc articulo. Aliquibus ſimpliciter negantibus, Alijs diſtinguentibus, an Eccleſia dimittat bona, & intret affirmatiua. Secus ſi aliquo dato in pecunia, vel mobilibus alienari non prohibitis retineat, ſeu acquirat. Cęterum in Rota, & Curia Romana indefinitè recepta videtur opinio affirmatiua ad effectum, vt tranſactio ſit perpetua, & ſucceſſorum obligatoria, non ſolum ſi ea ſequatur ſuper bonis ſtabilibus, ſed etiam ſi ſuper iuribus incorporalibus, ac etiam ſuper iuriſdictione, & præeminentijs, idque licet ſequeretur inter duas Eccleſias; quinimò inter eiuſdem Eccleſiæ duas Cappellas, vel beneficia, Ottobon. *deciſ.*220. Rota *deciſ.*314. *p.*11.*rec.n.*8. vbi de remiſſione, & ceſſione iurium Card. de Luca *de Canonic. & Cap. diſc.* 3. vbi quod non debet diſcooperiri vnum Altare, vt alterum cooperiatur.

Secus vbi agitur de concordia inter Clericos, aut Miniſtros eiuſdem Eccleſiæ, quoniam tunc ab ipſa Eccleſia nihil abdicatur, eiuſque ius remanet intactum, ſed ſolum agitur de pertinentia competenti ſuper fideicommiſſo non alia ratione, niſi quia ageretur de remittendo iure quęrendo, & emolumentorum, & iurium inter ipſos Miniſtros, laudat Fontanel. *de pactis nuptial. dec.*4. *gloſſ.*9. *p.*5. *num.*127. vnde nullum præiudicium generatur Eccleſiæ, & nihil refert an vnus, vel alter ex ſuis Miniſtris plus participet *cap.*1. *in fine de pact. in* 6. Luca vbi ſup.

Eccleſiæ ſi res immobiles legetur hac conditione vt poſſit alienari ſine beneplacito vtrum, ſine beneplacito Apoſtolico tunc valeat? Ventriglia *n.*31. negat, ductus quia hæc conditio habeatur pro non adiecta, vti contra ius Quarant. Bonac. & Donat. idem cenſent contrarium varius ex *text. in prædium c. quand. decret.* opus non eſt, Bordon. Pyrr. Corrad. *de diſpenſ. lib.9. c.7. n.*14. vbi ita refert practicatum ſuo tempore, quidquid alias fuerit dubitatum, & fusè differit Pacion. *cap.*14.§.6.*num.*17.*& ſeqq.* & videnda quæ trado *in obſ.*302. de Franch. *num.*8. *&* 9. 6

Idemque ſi Teſtator inſtituat hæredem Eccleſiam, & licentiam dederit compromittendi litem contra ipſum inſtitutam, vt vidi in contingentiam facti ordinatum per Teſtatricem inſtituentem hæredem Collegium Societatis Ieſu in patria mea.

Perbellè ſubinquiritur: An legatum rei immobilis relictum Monaſterio incapaci in communi cum tali conditione, vt non poſſit alienari valeat relictum, & poſſit alienari? Affirmatiuè concludit Ventrigl. *n.*32. ita autem vt pecunia conuertatur in vtilitatem Monaſterij ex *gloſſ. in c.*1. *de religioſ. dom. in verb. domum*, Ricc. *in prax. p.*1. *reſol.*64. 7

At qui poteſt contrarium. Quia talis conditio pugnat cum voto paupertatis, & conſequenter legatum erit nullum, Molina *de Iuſt. & iure diſp.*140. Roder. *tom.*2. *de regul. q.* 125. *art.*2. Niſi dixerit hanc conditionem vti turpem reijci Sylu. *verb. religio.6.q.*7. Roder. *vbi ſup. art.*3. Certum equidem, & in religionibus incapacibus incapacitas intrat reſpectu perpetuæ retentionis, non aſſequutiones ad effectū vendendi, & erogandi pretium in quotidianas indigentias, vt quia diſpoſitio ſit pro illis vſibus, pro quibus neceſſaria ſit pecunia in notabili quantitate, neque cum quæſtuatione, & mendicitate conſuli valeat, puta pro conſtructione, vel refectione, aut ornatu Eccleſiæ, vel conuentus, vel pro ſacra ſuppellectili Sacriſtiæ, aut infirmaria, & alijs, de quibus Card. de Luca *de regular. diſc.*1. *num.*113. & fusè *diſc.*63. *per tot.* & de materia huius incapacitatis ſcripſi fusè *in tom.*2. *diſcept.* Gratian.302.

Ad §. III.

SVMMARIVM.

1 *Pro redemptione captiuorum an poſſint ſine aſſenſu alienari bona?*
2 *Domus ruinoſa, & res damnoſa Eccleſiæ an poſſit ſine aſſenſu diſtrahi?*
3 *Prælatus an poſſit præiudicare Eccleſiæ inquærendis?*
4 *Hæreditatem ſibi delatam an poſſit ſine aſſenſu alienare Eccleſia?*
5 *Opinio diſtinguens adducitur.*
6 *An reſtituatur Eccleſia in integrum aduerſus repudiationem hæreditatis?*
7 *Aſſenſus Apoſtolicus ſi non ſit neceſſarius, tunc an poſtuletur ille Epiſcopi?*
8 *Mobilia pretioſa in caſu inopinato an pignorari valeāt?*
9 *An maior ſit defectus Aſſenſus, quam cauſæ neceſſitatis.*
10 *Aſſenſus an requirat aliam ſolemnitatem vltra cauſas? An ſubhaſtationem?*
11 *Clauſula*, Saluo aſſenſu, *an præſeruet à pœnis alienationis.*
12 *Nullitatem alienationis ex defectu aſſenſus an emptor, vel tertius poſſit allegare?*
13 *Aſſenſus præſumptus an hodie detur?*

Bona Eccleſiæ an poſſint abſque beneplacito Apoſtolico alienari pro redemptione captiuorum? Affirmat Ventriglia *n.*1. Quia nulla eſt maior neceſſitas, & pietas quam hæc redemptionis captiuorum apud Infideles dum viget etiam periculum animæ ob Infidelium conuerſationis, priuationem ſubſidiorum ſpiritualium, & communis eſt ſenſus SS. Patrum antiquorum, & pro hoc pio opere ne dum temporalia Eccleſiæ bona alienari debeant, verum etiam vaſa ſacra frangi, Card. de Luca *de decim. diſc.*20. & S. Paulinus pro redēptione captiuorū ſe barbaris tradidit. 1

Res damnoſas Eccleſiæ poſſe abſque aſſenſu alienari tradidit Ventriglia *d.n.*1. & hūc caſum in domibus exemplificat 2

eat *tex. in c. non liceat Papa* 12. *q.* 2. vbi Simmacus Papa statuit non licere etiam Papæ alienare bona Ecclesiæ n.si domos tantummodo, & *in cap. sine exceptione cap.* 12. *quæst.* 2.

Domus potest in tali tempore potius afferre damnum, quam vtilitatem, vt quia esset ruinosa, & requirat impensam pro restauratione, Seraph. *decis.* 1490. idque si nequeat fieri impensa de redditibus Ecclesiæ, Seraph. *decis.* 509. Pacion. *c.* 14. §. 3. *num.* 26. & videnda *decis.* 309. Reg. Sanfelic.

3 Prælatum posse preiudicare Ecclesię in quærendis, communiter Doctores admittere affirmat Ventriglia *num.* 2. ideòque Prælatus poterit præiudicare legatum rei immobilis, Gratian. *dec. March.* 17. *num.* 25. Fontanella *de pact. nuptial. to.* 1. *claus.* 4. gloss. 9. *p.* 5. *n.* 127. & Peregr. *dec.* 145. quos ego cumulaui *in obser.* 14. de Franchis *n.* 5. & in appendic. occurritur obiectis.

4 Assensus Apostolicus an sit necessarius in donatione hæreditatis facta ab Ecclesia sibi delatæ? Præses de Franchis *decis.* 14. *n.* 26. distinguit. Aut adeatur prius hæreditas per Ecclesiam, & postea donetur, & cedatur, vt tunc requiratur. Aut vnico actu fuerit cessa, & tunc secus, & distinctionem sectantur Fontanella *de pactis nupt. claus.* 4. glos. 9. *p.* 5. *n.* 128. Ferrentill. ad Burat. *decis.* 769. *num.* 6. Olea *de cess. iur. tit.* 2. *p.* 3. *n.* 40. *&* 46. Indistinctè volunt alij non esse necessarium assensum in cessione, & donatione hæreditatis facta ab Ecclesia, ex quo per cessionem momentaneam non dicitur incorporata possessio, de Franch. *decis.* 14. *n.* 25. abundè penes Reg. de Marin. *to.* 3. *alleg.* 24. & Tondutus *q. benefic.* 3. sustinet non sufficere aditionem sine possessione bonorum.

E contrario plerique tenent non posse cedi hæreditatem delatam Ecclesiæ absque assensu, & sufficiat sola aditio absque possessione bonorum Beltram. ad Ludouis. *decis.* 418. *num.* 27. Andreol. *controu.* 372. *num.* 6. *& seq.* Etenim post aditionem hæreditatis vocantur bona hæredis non defuncti.

5 Certa ab incertis separando, erit distinguendum an hæreditas sit adita, vel non. In secundo casu agitur de iure quærendo. In primo autem casu de iure quæsito, vt Andreol. *vbi sup. num.* 9. Aditio inducitur, si cedatur extraneo hæreditas, vel ad beneficium vnius ex hæredibus. Secus si per viam abstensionis, vt succedat hæres ab intestato, vel substitutus, vt dixi *in obser.* 14.

6 Ecclesia beneuerum restituitur in integrum aduersus repudiationem hæreditatis Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 4. *n.* 15. Antonell. *de Regimin. Ecclesia lib.* 1. *c.* 11. *num.* 6. Andreol. *vbi sup. n.* 22. *& seq.*

Obseruat Ventriglia *n.* 4. quod in casibus, in quibus permittitur alienatio sine assensu Apostolico sit requirenda licentia Episcopi sumpta informatione de euidenti Ecclesiæ vtilitate in qua informatione solet audire fiscus, qui stat pro Ecclesia.

Verùm confundenda non est necessitas cum vtilitate. Nam permittitur alienatio absque Assensu Apostolico quoties necessitas Ecclesiæ est adeo vrgens, & dilationem non patiens, vt non permittat Papam adiri pro assensu adhibendo absque magno periculo in mora existente *c. aurum*, *& c. gloria Episcopi p.* 2. *q.* 2. Donat. *de regular. tract.* 14. *q.* 21. *n.* 1. & requiritur necessitas omninò præcisa, & euidens in qua nullo modo possit adiri Summus Pontifex, Ciarlin. *contr.* 105. *n.* 56.

Maximè notandum in proposito monet Pacion. *c.* 14. §. 3. *n.* 30. quod valeat quidem in necessitate fieri talis alienatio absque beneplacito, sed non propterea omittendum sit postea, quando commodè fieri potest beneplacitum ipsum, & comprobationem ex dicta causa impetrare, & si non impetratur alienatio, corruat Ciarlin. *n.* 68.

Pacionus itaque stat contra Ventrigliam quem non commemorat. Ego censeo in casu proposito cessare pœnas *Extrauagantis* omisso postea beneplacito. Si adfuit casus extremæ necessitatis, & tempore penuriæ, & famis, vel pestis, vel pro redemptione captiuorum, cum parcatur sumptibus, & subueniatur necessitati. Difficultas erit de validitate alienationis, an sit securus emptor. Et in hoc casu cautela Ventrigliæ de licentia Episcopi obtinenda laudabilis videtur, nisi fortè dixeris, quod renitentes erunt Episcopi timidi.

Mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, alienari posse prohibet *Extrauagans*, vt sunt vasa aurea, argentea, grex, armentum animalium, ita Ventriglia *in annot. ad* §. 2. *num.* 22.

Hinc in simili per decreta generalia Sacræ Congreg. Concilij edita de anno 1643. & ab Vrbano VIII. approbata statutum est vt Prælati, & Superiores Regulares non possint absque eiusdem Sacræ Congregationis licentia accipere pecunias mutuas ad cambium, vel aliud interesse, vel etiam mutuo gratuito dato pignore cum hypotheca bonorum Monasterij sub aliquibus pœnis illa præsertim priuationis prælaturæ, & vocis actiuæ, & passiuæ.

Cùm autem ob indigentiam Monasterij Ciuitatis Cauæ, ob indigentias Monasterij causata à peste grassata de anno 1656. Abbas d. Monasterij quandam pecuniarum summam sub vsuris accepisset sine d. licentia; Visitatores declararunt illum incursum in pœnas à Decretis conciliaribus. Quare Abbas recursum habuit ad Sacram Congregationem Regularium. Pro moderatione condemnationis adducebatur quod sit adhibenda distinctio inter nullitatem actus, & incursum pœnarum, prout inter pœnam caducitatis ob alienationem, & illius nullitatem, vt Card. de Luca de *regular. discurs.* 55. sicuti in temporalibus, & corporalibus grauis est pœna capitalis cum debita scilicet proportione. Ad incursum pœnarum necessaria est malitia seu talis culpa, quæ redoleat delictum sine quo formalis pœna dari non debet. Vnde si adsit dubietas, seu credulitas, tunc militat excusatio à pœnis.

Clariùs quoniam huiusmodi prohibitiones discretè veniunt intelligendæ pro ijs casibus quibus congruit ratio prohibitionis inductiua pœnarum, vbi scilicet id voluntariè sequatur pro quotidianis vsibus, quibus Abbas, vel alter Superior se gerendo more diligentis Patris familias cum ipsius Monasterij fructibus occurrere potest, & debet. Secus vbi magna, & inopinata necessitas vrgeat, cui alias consuli non potest, cum à cessante ratione iste casus non videatur sub prohibitione comprehensus presertim ad effectus pœnales prout in specie formalis alienationis cadentis sub *Extrauaganti*.

Et hic erat casus, vt experientia docuit in eo calamitoso tempore impedito commercio fructus, & redditus difficulter exigi poterant, & extraordinarij erant sumptus, qui tam ex notabiliter alterato valore victualium, quam pro diligentijs præseruatiuis necessarij erant, nimiumque opportuna erat pecunia numerata in notabili quantitate adeò vt in Vrbe etiam Cardinales, & Magnates, alijque Nobiles, ac etiam idonei, & prudentes populares tempore illius belli diuini loca Montium, aliaque iura etiam pro viliori pretio, & cum notabili iactura distraxerint, siue gemmas, & argenta sub granibus vsuris pignori dederint, vt pecuniam numeratam domi promptam haberent, & facere prouisionem victualium cum maius flagellum fames, quam pestis, ita Card. de Luca *de regular. disc.* 55.

Perbellè quæritur an maior sit defectus solemnitatibus beneplaciti, quam causæ? Difficultas iuridica non videtur quia beneplacitum Apostolicum supplet solemnitates, non autem causam ex deductis per Ludouisium *decis.* 113. *num.* 8. *&* 11. & ibi Beltram. Card. de Luca *de benefic. disc.* 45. *num.* 10.

Dicendum esset ex clausula *supplentes* in assensu tolli alias defectus, Abb. *cons.* 62. *col. vlt. lib.* 1. Quinimmò videtur, quod si adsit causa possit præsumi assensus ex temporis antiquitate, vt de iure communi quidquid nouissimè ex Bulla Vrbani VIII. tollentis præiudicialia Ecclesiarum etiam inferiorum.

Pacion. *vbi sup.* §. 10. *num.* 31. tradit beneplacitum Apostolicum operari, vt alia solemnitas non sit necessaria, Abb. *con.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. Sperell. *decis.* 154. *num.* 87. Et beneplacitum sit solemnitas, quæ alias offuscat, ac cessare faciat prout de iure ciuili vbi in contractu minoris interuenit authoritas Principis

ceſſent omnes aliæ ſolemnitates in eo requiſitæ, *l.* 2. *Cod. quand. decret. op. non eſt.*

Diſcrimen adhibendum eſt inter ſolemnitates, quas ſupplet beneplacitum, & inter cauſam, vt verum ſit quod beneplacitum ſuppleat ſolemnitates, quæ de iure canonico requiruntur veluti authoritatem Prælati alienantis præcedentem Capituli, conſenſum, & ſubſcriptionem ſingulorum ſaltem per Notarium. At de his videndus Pacion. *vbi ſup.*

Subhaſtationem an requirat alienatio bonorum Eccleſiæ? Affirmandum videtur ex *auth. hoc ius porrectum C. de Sacr. Eccleſ. & d. Auth.* inſerta fuit à Gratiano in *volum. decretorum c. ea enim* 10. *q.* 2.

Contrarium verius dic ex Bald. & alijs quos Genuen. *in praxi c.* 89. *n.* 9. Donat. *de regular. t.* 1. *tract.* 14. *q.* 7. *n.* 2. Pacion. *n.* 30.

Clauſula *ſaluo aſſenſu Apoſtolico* in contractu alienationis rei Eccleſiæ, vel locationis vltra triennium an præſeruet ab incurſu pœnarum ſequuta traditione? Non præſeruare cum Genuenſ. *in prax. c.* 44. etiam ſi addita ſit clauſula, *& non alias,* firmat Pacion. *vbi ſup.* §. 8. *n.* 14.

Contrarium alij tenent quos ego congeſſi in *obſ.* 267. ad deciſ. de Franch. *n.* 2. cum Vrſill. ad Afflict. Tapia, Gratian. *diſc.* 633. Merlin. *deciſ.* 871. *&* 883. Ottobon. *dec.* 13. Vrceol. *conſult.* 33.

Concordiam opinionum quando proteſtatio ſit contraria facto vide quæ trado in *d. obſeru.* 267.

12 Tertius non poteſt allegare nullitatem contractus alienationis bonorum Eccleſiæ, quia eſſet dare de iure Eccleſiæ, Seraph. *dec.* 256. *n.* 3. *in rec.* Niſi Tertius poſſideret, qui ab Eccleſia haberet cauſam, Pacion. §. 7. *n.* 51. Benè tamen poteſt contrahens compellere Eccleſiam, vt declarat an velit ſtare contractui, & impetrare beneplacitum Preſ. de Franch. *deciſ.* 35. vbi ego in obſ.

13 Beneplaciti Apoſtolici præſumptio ſublata eſt per Conſtitutionem Vrbani VIII. ſuper preſeruatione iurium Eccleſiæ Apoſtolicæ, & inferiorum Eccleſiarum, Pacion. *vbi ſup.* §. 11. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi limitat ſi vna Eccleſia locaret alteri Eccleſiæ, *deciſ.* 713. *n.* 10. & ſecluſa d. Conſtitutione quando locum habet d. præſcriptio, vide Pacion. vbi ſupra, & an extendatur per totum Orbem.

S V M M A R I V M.

1 *ALienatio bonorum Regularium facienda conſulta Sacra Congregatione vigore Decreti editi iuſſu Vrbani VIII. etiam ſi fiat pro fabrica Monaſterij, n.* 2. *Et quid ſi fiat de bonis, quæ habent annexum onus perpetuum Miſſarum, n.* 3. *Quod decretum non habet locum in Regularibus incapacibus, n.* 4. *Et quomodo alienatio contra formam dicti Decreti ſit nulla, num.* 5.

6 *Alienatio malè facta, quomodo reuocanda, & quid reſtituendum. Et quando, & quis petat reuocationem, n.* 7. *Et an ſit neceſſaria reſtitutio in integrum, n.* 8. *Et ad petendam reuocationem, an ſit neceſſarium, quod Eccleſia ſit damnificata, n.* 9. *Et quo damno, n.* 10. *Et reuocata alienatione, quid de damnis, & intereſſe, n.* 11.

12 *In alienatione rei Eccleſiæ eſt citandus Rector, vel Adminiſtrator. Et quid ſi Rector ſupplicauit. Et quid de Patrono.*

13 *Alienantes malè quibus pœnis puniantur, num.* 14. *Et quando excuſentur à pœnis, n.* 15. *Et quæ requirantur ad contrahendas pœnas, de quibus in* Extrauag. *n.* 16. 17. *&* 18. *Et an ſit probandum* Extrauag. *eſſe vſu receptam, n.* 19. *Et an incurrant hypothecantes, n.* 20.

21 *Alienantes Regulares bona Monaſterij, quibus pœnis puniantur, n.* 22.

23 *Delegati præſtantes conſenſum alienationibus in damnum Eccleſiarum, quas pœnas contrahant. Et quid de procurantibus Decretum à prædictis Delegatis indebitè, num.* 24. *Quid de tentante alienare, n.* 25.

ANNOTATIO I.

§. IV.

1 OBſerua primò, quod Regulares ſiſtentes intra fines Europæ cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti in alienatione bonorum mobilium pretioſorum, vel immobilium, & in omni pacto, per quod ipſorum dominium transfertur, in cenſibus perpetuis, vel vitalitijs, hypothecis, locationibus, & conductionibus vltra triennium, in conceſſionibus in feudum, vel emphyteuſim, præterquam in caſibus à iure permiſſis, obligantur obtinere expreſſam licentiam in ſcriptis, & gratis concedendam Sacræ Congregationis Concilij, prout latius patet ex Decreto eiuſdem Sacræ Congregationis edito iuſſu Vrbani VIII. anno 1624. cuius tenor adducitur à Nouar. *nou. iur. Pontific. pract. tit. de alienat. rer. Eccleſ. concl.* 2. & Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 30. *ſub num.* 16. Qua decreti diſpoſitione reuocantur omnia priuilegia alias conceſſa Regularibus quibuſcumque etiam Militibus Hieroſolymitanis alienandi eorum bona contra formam illius, & conſuetudinem etiam immemorabilem, cum clauſulis derogatorijs derogatoriarum, ac alijs, & cum prohibitione pœnali, vt latius ex dicto Decreto. Succeſſiuè de anno 1626. eadem Sacra Congregatio approbante eodem Pontifice, declarauit vigore dicti Decreti Regulares nec poſſe ad cambium, vel mutuo recipere pecuniam ſuper eorum bonis, cum promiſſione lucri ceſſantis, & damni emergentis, & Regulares contrafacientes incidere in pœnas eiuſdem Decreti, vt refert idem Barboſ. *cit. loc.* ſub quibus Decretis non comprehenduntur Clerici Regulares Theatini, quorum bona immobilia tantum poſſunt alienari inconſulta Sacra Congregatione, vt declarauit eadem Sacra Congregatio, quam refert idem Barboſ. *cit. loc.* & Nouar. *lucern. Regular. verb. alienatio, num.* 2.

Ampliatur diſpoſitio dicti Decreti, vt bona Regularium alienari non poſſunt inconſulta Sacra Congregatione Concilij, vt ſupra, nec etiam pro fabrica Monaſterij, vt teſtantur declaraſſe eandem Sacr. Congr. 13. Martij 1619. P. Gauant. *in manual. Epiſcop. verb. alienatio rer. Eccleſ. n.* 40. Nouar. *loc. cit.* Nec pro ſolutione æris alieni, vt declaraſſe eandem Sac. Congr. referunt prædicti DD. & Lezana *in ſum. quæſt. reg. tom.* 3. *verb. alienatio, n.* 5. Nec pro emendo cenſu, ita Nouar. *cit. loc. num.* 5. refert declaraſſe Sacr. Congreg. 2

Nota, quod ſi contingat fieri alienatio bonorum Regularium, quæ habent annexum onus perpetuum Miſſarum, in alia ſtabilia conuerti debent, cum eiuſdem oneris repetitione, & annexione, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrendi, ita refert declaraſſe eandem Sac. Congr. 21. Iunij 1625. Nouar. *cit. loc. n.* 6. & nouiſſimè Barboſ. *ſum. Apoſtol. dec. verb. alienatio in fin.* 3

Limitatur diſpoſitio ſupradicti decreti, vt illa non habeat locum in bonis legatis, vel donatis Regularibus incapacibus retinendi bona, etiam in communi, vt ſunt Fratres Capuccini, de quibus fit mentio in Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 3. quia bona prædicta alienari poſſunt inconſulta Sac. Congreg. & pretium conuerti in Monaſteriorum vtilitatem, pura fabricę, ornamentorum, & ſimilium, docet Quarant. *ſum. Bullar. verb. alienatio, n.* 41. Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 64. quæ procedunt in bonis ſtabilibus, non autem in mobilibus pretioſis, vt ſunt calices, veſtes, & ſimilia, vt aduertunt ſupradicti, & nouiſſimè Io. Maria Nouar. *in nou. iur. Pontific. prac. tit. de alien. rer. Eccl. concl.* 2. *n.* 2. 4

In decreto ſupradicto annullatur contractus alienationis factæ ſine dicta licentia Sac. Congr. quæ nullitas iuxta illa, quæ dicta ſunt ſupra in generali, non poteſt allegari ab alio, quam ab ipſo Monaſterio, ita vt in tantum alienatio reputabitur nulla, in quantum Regulares contractui ſtare noluerint, ita poſt alios in terminis huius decreti concludit Io. Maria Nouar. *nou. iur. Pontific. pract. cit. loc. num.* 8. 5

Obſerua ſecundò, quod ſi alienatio rei Eccleſiæ reuocetur per Eccleſiam, ſub prętextu illam fuiſſe nulliter factam, vel quia non interceſſit Aſſenſus Apoſtolicus, vel ex alia cauſa, quæ nullam reddit ipſam alienatam, eſſe reſtituendam non ſolum rem ipſam alienatam, ſed omnes fructus, etiam à die alienationis perceptos, concludunt DD. communiter ex *l. iubemus,* §. 1. vbi DD. *C. de ſacroſanct. Eccl.* Canoniſtæ *in cap. ſi quis Presbyterorum de reb. Eccl. non alien.* Ricc. qui plures adducit in *pract.* 1. *par. reſol.* 18. Donat. Anton. de Marin. *quotid. reſol. cap.* 8. *in princ.* qui teſta- 6

testatur de communi. Idemque ampliat, etiam si interuenerit Assensus Apostolicus, verum Commissarij, quibus fuit commissa Gratia, *Si in euidentem*, seruatis seruandis, non processerunt ad decretum confirmationis alienationis, adhuc sunt restituendi fructus à die alienationis, non autem à die motæ litis, ita meritissimus Donat. Anton. de Marin. *cit. loc. num.* 2. *& seqq.* vbi adducit de verbo ad verbum *decis.* Rot. Rom. *in vna Placentina decimarum* 13. *Maij* 1630. *coram D. Durano*. Amplia etiam sententiam; si per errorem non esset seruata solemnitas prædicta, adhuc deberi fructus restitui à die alienationis, quia cum hic sit error iuris, non excusat, probat Ricc. *cit. loc. n.* 2. vbi *n.* 3. contrarium defendit, quando adest error facti, puta si emptor cogitauit Assensum Apostolicum interuenisse, qui verè non interuenit; tunc enim quia erratur in facto, error excusat, & proinde fructus non sunt restituendi, nisi à die motæ litis, docent DD. omnes in *cit. cap. si quis Presbyterorum*, & Ricc. *loc. vt sup.*

7 Amplia supradicta, vt reuocatio prædicta in casu nullitatis alienationis, & restitutio fructuum possit peti ab ipsomet alienante, glos. *in l.* 1. & ibi Bald. *C. de lib. cau.* Angel. *in* §. 1. *num.* 7. *Instit. quib. alien. licet.* Roman. *cons.* 370. Alex. *cons.* 123. *num.* 6. *vol.* 1. *& cons.* 93. *vol.* 2. Io. de Anan. *cons.* 54. *n.* 4. Caualc. *de tut. & cur. n.* 162. *&* 175. Franc. Becc. *cons.* 72. *num.* 17. *& cons.* 90. *n.* 15. Surd. *cons.* 28. *num.* 97. *& cons.* 73. *num.* 34. *& decis.* 51. *num.* 17. Tiraquell. *in l. si vnquam, in verb. reuertatur, n.* 406. *C. de reuoc. don.* Natt. *cons.* 198. *n.* 28. Rot. Rom. *in nouiss. decis.* 14. *n.* 3. 1. *part.* Macerat. *lib.* 1. *var. resol. resol.* 38. *n.* 18. Quinimo fauore Ecclesiæ, admittitur quilibet ad petendam dictam reuocationem, etiam si Ecclesia nihil opponat, Felin. *in rubr. de rescript. num.* 7. Lap. *alleg.* 11. Afflict. *decis.* 107. *n.* 3. Marsi. *in l. si quis, n.* 113. *ff. de quæst.* Idque suppleri potest etiam à Iudice ex officio, nemine comparente, secundum Bald. *in l. si vnus*, §. *pactus, col.* 13. *de pact.* & alij, quos refert, & sequitur Maceraten. *cit. loc.* Neque hæc contradicunt dictis in §. *praced. num.* 36. vbi dicitur, non admitti tertium, neque alium, sed solum ipsam Ecclesiam ad allegandum nullitatem alienationis ob defectum solemnitatis, quia ibi loquitur, quando contractus est vtilis Ecclesiæ, & ipsa vult illi stare, hic verò quando contractus non est vtilis, & consequenter non debet Ecclesia illi stare.

8 Amplia etiam, vt Ecclesia petere possit prædictam reuocationem nullitatis ob defectum causæ, non obstante, quod sit adhibita solemnitas, etiam absque restitutione in integrum, & ratio est, quia alienatio est ipso iure nulla, & proinde non est opus restitutione, ita *glos. pen. in cap.* 1. *de integr. restit.* Abb. qui testatur de communi in *cap. sua de his, quæ fiunt à Prel. sine consens. Cap.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 55. qui alios adducit, sequitur Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 127. *num.* 4.

9 Quæro; ad hoc vt Ecclesia possit petere reuocationem alienationis ob defectum causæ, an sufficiat, vt Ecclesia non sit facta locupletior, vel an etiam requiratur, vt sit damnificata.

Respondetur; quod aut alienatio facta est propter necessitatem; aut propter vtilitatem Ecclesiæ. In primò casu, adhoc, vt alienatio dicatur nulla, & possit peti reuocari, requiritur quod Ecclesia sit damnificata, cum alienatio in hoc casu dicatur valida, quandocumque Ecclesia non est læsa, nec requiritur, quod sit facta locupletior. In secundò verò casu requiritur, adhoc, vt possit peti reuocari alienationem, quod Ecclesia non sit facta locupletior, quia in tali casu contractus non tenet, si non adest euidens vtilitas, ita Pet. Rebuff. *in compen. alien. rer. Eccles. in vers. vt meliora, num.* 71. *lit. M.* sequitur Genuens. *pract. Eccles. q.* 126. *num.* 4. & est commune, Seraph. *decis.* 433.

10 Sed in primò casu, in quo ad petenda reuocationem alienationis, requiritur, quod Ecclesia sit damnificata, potest dubitari, quantum debeat esse hoc damnum, cuius dubitationis resolutio dependet ab illa, quanta debeat esse læsio citra dimidiam, vt locum habeat restitutio in integrum fauore Ecclesiæ, in qua secundum veriorem, & magis communem opinionem non sufficit valde modica læsio, idque totum remittitur arbitrio Iudicis, ita Gabr. *de in integr. restitut. conclus.* 1. post alios ibi relatos, Franch. *decis.* 248. *num.* 6. vbi *num.* 7. refert sufficere læsionem in tertia parte, & etiam in minori, considerata paupertate Ecclesiæ, arbitrio ipsius Iudicis, sequitur Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 126. *num.* 2. *&* 3. Ex quibus ad dubitationem dicendum est, remitti Iudicis arbitrio; quantum debeat esse damnum, ad hoc vt Ecclesia possit petere reuocari alienationem factam bonorum ipsius pro causa necessitatis, considerata paupertate Ecclesiæ, Maceratens. *var. resolut. lib.* 1. *resolut.* 38. *num.* 13. In alienatione verò facta ex causa vtilitatis non currit dubitatio, quia ad petendam illius reuocationem, sufficit, quod non interuenerit euidens vtilitas, vt supra.

Nota, quod reuocata alienatione rei Ecclesiæ nulliter facta, alienans tenetur restituere pretium, damna, & interesse; hac distinctione, quod ad restitutionem pretij teneatur ipsa Ecclesia, si reperiatur penes ipsam, vel ex illo facta est locupletior, alias tenetur alienans, & si Ecclesia recuperat rem cum fructibus tenetur restituere pretium, & interesse illius, quod lucrata est, ne fiat locupletior cum aliena iactura; quantum verò ad damna, & interesse Ecclesia non tenetur, sed ille, qui malè alienauit, Ricc. *in prax.* 1. *part. resolut.* 17. *num.* 3. vbi latè, quando alienans res Ecclesiæ teneatur de euictione de proprio, Barbos. *de iur. Eccles. cap.* 30. *lib.* 3. *num. final.* Ricc. *cit. loc. resol.* 99. Bonac. *de alien. punct.* 4. *num.* 15. 11

Obserua tertiò, in alienatione Ecclesiæ, *Si in euidentem*, Commissarios necessariò debere citare, & vocare Rectorem, vel alium legitimum Administratorem Ecclesiæ, cuius sunt bona, de quibus in alienatione, etiam si Rector, vel Administrator citandus ipse alienauerit, docet Ricc. post multos per eum adductos *cit. loc. resol.* 6. probatur ex *cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat.* Et hoc etiam si Gratia contineat clausulam, *Supplentes, &c.* quæ clausula non supplet consensum eorum, de quorum præiudicio agitur, & proinde sunt omninò vocandi, vt latè per Rot. *in vna Cortonen. bonorum* 26. *Ianuarij* 1590. coram D. Platto, Maceraten. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 1. *num.* 31. Posset tamen omitti hæc citatio, quando Rector, vel Administrator esset præsens, vel quando Commissarius ex vi suæ commissionis potest se extraiudicialiter informare, ita Ricc. *cit. loc. num.* 2. *&* 3. vbi *num.* 4. dicit, quod nec etiam est citandus Rector, vel Administrator, qui supplicauit Papæ, etiam si in Breue adsit clausula, *vocatis vocandis*, quæ intelligitur de alijs, & non de supplicantibus, hæc doctrina est verissima. Verùm Praxis obseruat, quod quando Breue est expeditum ad supplicationem Rectoris, vel alterius Administratoris, & deinde coram Commissarijs præsentatur, & actitatur per eum, cui est facienda alienatio, citatur Rector, siue Administrator, non obstante, quod ipsi supplicauerint Papæ pro gratia, sed si Breue præsentatur coram Commissarijs per ipsum Rectorem, seu Administratorem supplicantem, & ad illius instantiam proceditur ad informationem super euidenti vtilitate, & tunc quia Rector est in iudicio, non est citandus, benè tamen expeditur citatio contra interesse prætendentes, in quo casu solet citari Fiscus, ad dicta per Maceraten. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 24. *num.* 1. An autem sit citandus Patronus in alienatione rei Ecclesiæ de Iurepatronatus laicorum. Tenent aliqui esse citandum, ita Io. Andr. Card. & Rebuff. relati per Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 9. Sed contrarium in praxi seruari testatur ipse Barbos. faciunt dicta per Lamber. *de Iurepatron.* 9. *art.* 2. *quæst. princ.* 3. *lib.* Verum si Patronus comparet allegando alienationem non esse Ecclesiæ vtilem, tunc licet non sit audiendus tamquam persona legitima, cum Ecclesia repræsentetur per Rectorem, est tamen audiendus tamquam defensor, & tamquam vnus de populo, qui aduertit ad malè gesta, & ita non solum potest impedire alienationem malè faciendam, sed factam reuocare, ita Lambert. *cit. loc. & art. seq. num.* 1. *& art.* 7. *eod. loc.* Maceraten. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 25. *num.* 8. 12

Obserua quartò; quod olim crimen alienationis bonorum Ecclesiæ erat depositione dignum, in *cap. si quis Episcopus* 10. *q.* 2. *cap. Apostolicos* 12. *q.* 1. *cap. nullus res* 17. *q.* 4. *cap. Abbatibus* 12. *q.* 2. & notat Foller. *in prax. canon. part.* 2. *c.* 33. *verb. & si confessi, num.* 43. Hodie vero citatis 13

tis iuribus eſt derogatum per hunc *textum Extrauag. Ambitioſæ*, vnica forma eſt ſtatuta alienationibus rei Eccleſiæ, & alijs pœnis puniuntur contrafacientes illius diſpoſitioni. Primò enim tàm dantes, quàm recipientes puniuntur pœna excommunicationis nulli reſeruata, vt legitur in *text.* & notant Suar. *de cenſib. diſp.*23. *ſect.*6. *num.*3. Sayr. *lib.*3. *cap.*32. *n.*22. An hanc excommunicationem incurrant Epiſcopi, & Abbates alienantes. Secundum communem incurri, refert P. Theſ. *in prax. de pœn. Eccleſ. verb. alienatio, cap.*1. *verſ. primo enim*, contra Bonacin. Filiuc. & Caſtropal. Secundò Epiſcopi, vel Abbates alienantes contra formam *Extrauag.* incurrunt pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, quæ pœna nec etiam reſeruatur, & ſi inſorduerint per ſex menſes in hoc interdicto, incurrunt ſuſpenſionem ab adminiſtratione, & regimine Eccleſiæ, vel Monaſterij, cui præſident in ſpiritualibus, & temporalibus. Tertiò Prælati inferiores Epiſcopis, & Abbatibus, Rectores, & Adminiſtratores malè alienantes, contra formam illius *text.* incurrunt pœnam priuationis beneficiorum, & adminiſtrationum, quorum bona alienarunt ipſo iure, quæ abſque alia declaratione conferri poſſunt à legitimo collatore, ita habetur in *text.*

14 Tenent multi malè alienantem, & recipientem incurrere excommunicationem latam per Trident. *ſeſſ.*22. *cap.* 11. *de refor.* contra vſurpantes bona Eccleſiaſtica Papæ reſeruatam, ita Leo *in Theſ. for. Eccl. part.* 1. *cap.* 15. *num.*35. quem ſequitur Bonacin. *tom.* 1. *tract. de alienat. bon. Eccleſ. punct.*5. *num.*3. Sed contrarium tenent Filiuc. *tract.*44. *cap.*6. *num.*3. *in fin.* & Azor. *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.*38. *q.*16. & rationem reddunt, quia alienans, & recipiens habent titulum coloratum, ideo non dicuntur vſurpare, niſi poſt præceptum Iudicis fuerint contumaces.

15 Communiter DD. excuſant alienantes à pœnis prædictis, quando alienatio facta eſt non ſeruata forma *Extrauag.* ex neceſſitate, & ſtante celeritate cauſæ, ita vt Superiorem conſulere non poſſint, diximus ſupra cum Quarant. *ſum. Bull. verb. alienatio, num.*42. & tenet Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*931. *n.*1. qui *n.*2. etiam excuſat, quando alienatio facta eſt bona fide, & ex iuſta cauſa, prout voluerunt etiam Abb. Felin. Nouar. & Quarant. per eum adducti. Excuſantur etiam, & in alijs caſibus, quos adducit Quarant. *cit. loc. n.*50.

16 Vlterius ad contrahendas has pœnas, neceſſario requirunt DD. pro primo requiſito actum, per quem dominium translatum fuit, ita vt non ſufficiat tantum rem fuiſſe venditam, vel alio contractu alienatam, niſi etiam ſequatur traditio ipſius rei, quia venditio, & ſimiles contractus ſunt cauſæ transferendi dominium, ſed non concludunt ipſum actum translationis, qui perficitur in traditione rei, *l. traditionibus*, *C. de pact.* Aymon. *conſ.*157. *ſub num.*3. *verſ. ſed præmiſſis*, Verall. *dec.*180. *num.*2. & 3. Nec ipſa nuda traditio ſufficit, niſi concurrat cauſa, ſiue titulus habilis ad transferendum dominium, *l. nunquam* 31. *in princ. ff. de acquir. rer. dom.* Itaque dicendum eſt non dici alienationem, niſi titulus, & traditio concurrant, cum in his conſiſtat tota vis alienationis, *l. in omnibus, ff. de act. & oblig.* vbi id optimè explicat Cuiac. & hæc eſt alienatio, quæ vigore *Extrauag.* inducit prædictas pœnas. Ex quibus etiam concludc, non incurri dictas pœnas per traditionem, quæ habetur per clauſulam, *conſtituti*, nam illa eſt ficta; non vera traditio, vt explicat Menoch. *conſ.* 792. *num.* 3. diximus ſupra, & tenet Barboſ. *ſuper clauſul.*31. *num.* 27. Cened. *can. q.*11. *num.*13. quæ non ſufficit pro incurſu pœnarum, Guid. Pap. *dec.*101. *n.*3.

17 Aliud deſiderant requiſitum DD. adhoc, vt in alienatione rei Eccleſiæ malè facta incurrantur pœnæ prædictæ, & eſt, vt res reperiatur ſub dominio Eccleſiæ, vt illi decori ſit, vel ex ea miniſtri alimenta percipiant, ita vt ſi alienetur res ſolita concedi, vel res infructuoſa, & exigua, vel Eccleſiæ non incorporata, iuxta ſupradicta, pœnæ non habent locum, licet contractus poſſit reſcindi, ſi Eccleſia fuit læſa, vt dictum eſt ſupra, docent Lotter. *de re benefic. lib.*3. *q.*26. *n.*16. *& ſeqq.* P. Theſ. *prax. Eccl.* 2. *part. verb. alienatio, cap.*1. & alij.

18 Requiritur etiam, adhoc, vt alienans, vel is, qui recipit, incurrant pœnas, de quibus in *Extrauag.* quod alienent inconſulto Summo Pontifice, vt diſponunt aperta verba huius *Extrauag.* ibi, *Alienanti verò, &c.* vel alio Superiori, cui ex Papæ indulto conceſſa eſt auctoritas huiuſmodi, Rot. *diuerſ. deciſ.*896. *lib.*3. *part.*3. Lotter. *cit. loc. num.* 30. Redoan. *rubr.*28. *cap.*8. *num.*19. *tract. de reb. Eccleſ. non alien.*

Controuertitur inter DD. an pro exequendis pœnis in 19
Extrauag. latis contra alienantes bona Eccleſiæ, non ſeruata forma iuris, ſit neceſſarium probare *Extrauag.* prædictam eſſe vſu receptam in loco, in quo pœnæ ſunt exequendæ. Et quod ſit neceſſaria talis probatio, faciunt dicta illorum, qui tenent *Extrauag.* in multis locis non eſſe vſu receptam quoad pœnas extrinſecas, Garz. *de benefic. part.*2. *cap.*1. *num.*87. Bonac. *de alienat. punct.*5. *num.*4. Barboſ. & alij, quos refert, & ſequitur P. Theſ. *cit. loc. verſ. nota, quod Doctores*; Sed contrarium eſt verius, nempè talem probationem non eſſe neceſſariam pro exequendis pœnis prædictis, cum *Extrauag.* in dubio cenſeatur vſu recepta; ita vt neganti vſum, incumbat onus probandi, vt poſt multos per eum adductos, firmat Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.*91. Lotter. *de re benefic. lib.*3. *queſt.*25. *num.*40. qui contrarijs reſpondent.

Non habent locum prædictæ pœnæ extrinſecæ poſitæ 20
in *Extrauag.* contra alienantes, non ſeruata illius forma, in hypothecantibus bona Eccleſiæ, quia licet actus ſit nullus, attamen cum tractetur de puniendo, verbum, *alienationis*, accipitur ſtrictè, & propriè, & ſic pro translatione dominij, ita Alex. *conſ.*41. *num.*5. *&* 7. *volum.*6. Bald. *in l. fin. C. de reb. alien. non alien. num.*1. & Salic. *num.*2. *verſ. item dicit*, & proinde ex ſola hypotheca non poteſt quis puniri prædictis pœnis, Lotter. *de re benefic. lib.*3. *queſt.*25. *num.*13. *& ſeqq.* & dictum eſt ſupra, poteſt tamen puniri pœna ſuſpenſionis, vt *in cap.*2. *de ſolut.* de qua Theſaur. *in prax. Eccleſ.* 2. *part. verb. obligantes* 1. & nos inferius.

Regulares quoque alienantes bona mobilia pretioſa, 21
quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vel immobilia, quæ poſſunt retineri in communi, contra formam Decreti editi iuſſu Vrbani VIII. de quo diximus in principio huius §. incurrunt pœnas priuationis omnium officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, inhabilitationis ad ea in poſterum obtinenda, à quibus pœnis non poteſt dari abſolutio, vel diſpenſatio, niſi à Papa, vel ab eadem Congregatione, à qua Decretum emanauit. Ita etiam incurrunt ipſo iure dantes, & recipientes excommunicationem, & Epiſcopi, vel Abbates incurrunt interdictum, vel etiam ſuſpenſionem, vt in *Extrauag.* de quibus ſupra dictum eſt, ita diſponunt verba prædicti Decreti. In quas pœnas incurrunt Regulares, tradita poſſeſſiones rei alienatæ, & non antea, etiam ſi tradendo poſſeſſionem proteſtati ſint cum illa clauſula, *Saluo aſſenſu Apoſtolico*, vt aduertit Nouar. *nou. iur. Pontific. pract. de alienat. rer. Eccleſ. concluſ.*2. *num.*5. *&* 7. vt diximus §. *præced.*

Rurſus Regulares habentes adminiſtrationem bono- 22
rum Religionis, alienantes iura, redditus, aut poſſeſſiones ad vitam recipientis, aut ad aliud certum tempus, niſi ob neceſſitatem, aut vtilitatem Monaſterij, ſeu Religionis, cum conſenſu Capituli, aut ſi Capitulum non habent, cum conſenſu ſui Prælati, incurrunt ſuſpenſionem ab officio, & alienatio eſt nulla, ex *Clem.*1. *de reb. Eccleſ. non alien.* modicum tempus intellige hic vltra triennium, ita Suar. *de cenſ. diſp.*31. *ſect.*6. *num.*8. Filiuc. *tract.*14. *num.*116. Suſpenſio, de qua in hac *Clem.* non eſt ſublata per *Extrauag.* vt probat Theſaur. *in prax. Eccleſ. part.*2. *verb. alienatio, cap.*5. *verſ. declara ſecundo.*

Inſuper Delegati, & Commiſſarij Gratiæ, *Si in euidentem*, alienationi auctoritatem præſtantes cum damno Eccleſiæ, ſi ſunt inferiores Epiſcopis, incurrunt excommunicationem, ſi autem ſunt Epiſcopi, aut ijs maiores, incurrunt ſuſpenſionem ab executione officij per annum, & ſi durante tali ſuſpenſione celebrent, incurrunt irregularitatem per *Bull. Pauli II.* 2. in ordine incip. *Cum in omnibus*, per quam etiam prædicti Delegati ſunt condemnandi ad æſtimationem damni illati Eccleſiæ. 23

Procurantes autem alienationes in detrimentum Ec- 24
cleſiæ, dolo, aut fraude, aut ſcienter, aut extorquentes per ſordes, ideſt per mercedem, aut per impreſſionem, ideſt per coactionem, aut preces importunas, decretum alienationis à Delegatis prædictis, incurrunt ex-

com-

communicationem Papæ reseruatam, & sunt condemnandi ad restitutionem rerum Ecclesiæ cum fructibus, ex eadem *Paulina*; ad quam restitutionem tenentur prædicti etiam ante condemnationem, vt docet P. Thesaur. *cit. loc. cap.* 2. *vers. vltimo*, cætera ad hanc *Paulinam*, vide apud Bonac. *tom.* 1. *tract. de alien. rer. Eccles. punct.* 6. & Filiuc. *tract.* 15. *num.* 172. plura de materia prædictorum Commissariorum, vide apud Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 100. *& seqq.*

Contra alienantes loca iurisdictionalia Ecclesiæ Romanæ, vel aliarum Ecclesiarum, & piorum locorum, vide Constitutiones relatas per P. Thesaur. *cit. loc. cap.* 3. *&* 4. & DD. per eum adductos.

25 Nota, quod grauans debitis Ecclesiam sibi commissam, vel ad hoc tradens litteras, vel sigilla, quibus possit Ecclesia obligari, incurrit suspensionem ab administratione spiritualium, & temporalium, per *cap.* 2. *de solut.* de qua materia latè P. Thesaur. *in prax. Eccles. part.* 2. *verb. obligantes Ecclesias suas*, *cap.* 1. quæ pœna incurrit ex solo conatu, & traditione sigilli, vel litterarum, etiam si non sequatur effectus obligationis, ita communiter DD. in *d. cap.* 2. Host. *num.* 4. Anan. *n.* 10. Io Andr. *num.* 3. quos refert, & sequitur P. Thesaur. *cit. loc. ver. nota secundo*. Ex qua doctrina, & alijs Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 383. defendit, quod tentans alienare res Ecclesiæ, etiam non sequuto effectu, incidit in censuras huius *Extrauag.* Hæc opinio verè habet quid rigoris, nam secundum magis probabilem opinionem, alienans sine solemnitate, si alienationem reuocat ante realem, & pacificam traditionem, excusatur à pœnis prædictis, vt notat Couar. 2. *var. cap.* 16. *num.* 7. Quarant. *in sum. Bull. verb. alienatio*, *sub num. vlt.* Ias. Nouar. Sopran. & Filiuc. relati per Bonacin. *de alienat. rer. Eccles. punct.* 5. *num.* 2. *versic. contraria*, licet ipse defendat contrarium; si igitur excusatur alienans, non sequuto effectu, ergo multo magis tentans alienare.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *FAcultas alienandi Regularibus fuit adempta, & concedenda licentiam per S. Congregationem.*
2 *Viget facultas in Religiosis incapacibus, & qualiter, &c.*
3 *Mobilia pretiosa an possint vendi per Religionem incapacem.*
4 *Rigorosa minima Paupertas an sit relaxata per acquisitionem ad finem vendendi?*
5 *Differentia inter Religiones incapaces in communi.*

1 DE Intelligentia decretorum generalium Sacræ Congregationis Concilij prohibentium, ne Prælati, ac Superiores Regulares mutuas pecunias accipiant sub vsuris, siue etiam sub mutuo gratis dato pignore agit Ventriglia, Reuocata enim sunt priuilegia Apostolica aliquarũ Religionum, quæ in hac alienationis materia Prælati habebant ad effectum scilicet habilitandi ad contrahendum, & reddendi actum validum, vt Card. de Luca *de Regular. disc.* 1. *n.* 111. Benè verum concedi solet facultas à Congr. Concilij, vel Congr. Episcoporum, & Regularium, Donatus *de regular. to.* 1. *tract.* 14. *q.* 2. *ad fin.* Corrad. *in pract. dispensat. lib.* 9. *c.* 1. *n.* 11. Pacion. *de locat. c.* 14. §. 1. *n.* 22.

2 Limitatur dispositio d. decreti in bonis legatis, vel donatis Religioni incapaci retinendi bona in communi, quia prædicta bona alienari possunt inconsulta Sacra Congregatione, cum adsit capacitas vendendi, & pretium conuertendi in Monasterium vtilitatem, puta fabricæ ornamentorum, & similium Ventriglia n. 4.

Quæ procedunt in bonis stabilibus non autem in mobilibus prætiosis, vt sunt calices vestes, ita ex Nouar. idem Ventriglia.

3 An adsit aliqua verę, & rigorosæ mendicitatis relaxatio, cum ex primæuo instituto, quod Cappucini, & Obseruantes Reformati profitentur non solum adsit incapacitas hereditatum, & legatorum, aliarumque dispositionum ad effectum retinendi, sed etiam ad effectum acquirendi, vt bona vendantur, atque pretium in victum, & vestitum, aliaque necessaria erogetur cum ità cessaret, & relaxaretur Institutum, quod est viuendi in dies ex vera, & ostiaria mendicitate, adeò vt nihil propriom possideatur, dum etiã domus sub quibus viuunt corumque horti, & officinæ in dominio Ecclesiæ vniuersalis sint, vel Sedis Apostolicæ, ipsæque Religiones solum vsum habent.

Procedit tamen ista omnimoda incapacitas super ijs, quæ ipsorum Religiosorum substentationem concernunt, cui per dictam veram, & ostiariam mendicitatem consultum esse potest, eleemosinaliter viuendo, non autem in ijs, quibus per aliam viam occurri non potest, sed necessarius est vsus pecuniarum etiam in notabili quantitate, vtpotè pro noua constructione, seu pro congrua refectione, & congruo ornamento Ecclesiarum, vel hortorum, aliarumque officinarum, nec non pro Sacra Suppellectili Sacristię, vel pro infirmaria, & libraria. Quoties idem sequatur Card. de Luca in annot. ad S.C. Trid. *disc.* 35. *n.* 12. *& seqq.* 4

Differentias inter Theatinos, & Domos professos Societatis Iesu, & inter Obseruantes S. Francisci, ac Reformatos, vide penes Card. de Luca *disc.* 35. *de regular.* 5

Alienatione reuocata per Ecclesiam restituendi erunt fructus iuxta Ventrigl. n. 6. Reg. de Marin. *resol.* 8.

Restitutio autem fructuum venit à die alienationis factæ, non motæ litis, *l. iubemus* §. 1. *C. de Sacros. Eccles.* Pacion. §. 7. *n.* 97. *& seqq.* Nisi excusaret error facti, vel iuris dubij, Ciarlin. *contr.* 105. *n.* 73.

ANNOTATIO II.

De insordescentia in excommunicatione per annum.

ARGVMENTVM.

Notatur §. 1. De insordescente in excommunicatione ex causa Fidei, an possit vt hæreticus condemnari. Et an reputetur, vt hæreticus ipso iure. Et an pœnitens recipiatur ad misericordiam. Quando excusetur ob talem insordescentiam. Quomodo debeat citari, ad hoc, vt possit puniri tamquam insordescens.

§. 2. Annus insordescentiæ quomodo computetur. Quando incipiat currere. Quando finiat. Et an vltima dies computetur in anno.

§. 3. Quibus pœnis punitur insordescens in excommunicatione in causa hæresis impœnitens.

§. 4. Quibus pœnitens.

§. 5. Qua suspicione de hæresi dicatur imputari insordescens in excommunicatione per annum. Et quomodo contra eum procedendum.

§. 6. Quomodo insordescens in excommunicatione per annum, habeatur pro confesso, & conuicto in causa ciuili, & criminali. Et quomodo possit condemnari. Et qua pœna.

SVMMARIVM.

1 *Insordescens in excommunicatione per annum, dicitur de hæresi suspectus, ex* Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat.
2 *Dictio*, quicumque, *est vniuersalis, & omnia comprehendit, etiam maiora expressis. Et quomodo restringatur secundum subiectam materiam, num.* 3. *&* 4.
5 Concil. Trident. cit. loc. *non loquitur de insordescente excommunicate in causa Fidei.*
6 *Excommunicati sunt in duplici genere.*
7 *Excommunicati in causa Fidei, in tribus casibus exemplificantur, num.* 8. 9. *&* 10.
11 *Insordescens in excommunicatione lata in causa Fidei per annum, vt hæreticus condemnatur, non tamen dici-*

dicitur hereticus, num. 12. *Declaratur, num.* 14.

13 *Dictio*, velut, *quid denotet.*

15 *Insordescens in excommunicatione per annum in causa Fidei, quoad pœnas, vt hereticus punitur. Quid quando abiurauit. Et quid quando non abiurauerit, num.* 16.

17 *Insordescens in excommunicatione prædicta, an reputetur vt hereticus ipso iure.*

18 Auth. Gazzaros, C. de hæret. *an faciat ius in foro Ecclesiæ.*

19 *Insordescens in excommunicatione per annum in causa Fidei, si misericordiam imploret, recipitur ab Ecclesia.*

20 *Insordescens in excommunicatione per annum in causa Fidei excusatur, si infra annum petierit Iudicem pro absolutione; Et si iusta causa fuerit impeditus, vt infra annum non potuerit comparere.*

21 *Insordescens per annum in excommunicatione in causa Fidei, adhoc, vt possit puniri vt hereticus, requiritur, quod fuerit citatus à Iudice, præcedente aliqua suspicione. Et qua suspicio, num.* 22.

23 *Insordescens per annum in excommunicatione in causa Fidei, adhoc, vt posit vt hereticus puniri, requiritur, vt ei fuerit indicta purgatio, & statutus terminus ad purgandum.*

25 *Insordescens in excommunicatione per annum in causa Fidei, adhoc, vt posit, vt hereticus puniri, requiritur, quod fuerit excommunicatus, vel declaratus excommunicatus ab homine.*

26 *Insordescens per annum in excommunicatione in causa Fidei, adhoc, vt posit puniri, vt supra, debet prius citari ad respondendum de Fide, & ad se purgandum de suspicione ex insordescentia orta. Quæ citatio debet esse trina, num.* 27. *Et personalis, num.* 28.

29 *De modo procedendi contra insordescentem in excommunicatione per annum, remissiuè. De forma citationis ad Sententiam, remissiuè, num.* 30. *De forma Sententiæ, num.* 31.

32 *Apostata insordescens in excommunicatione per annum, an posit vt hereticus puniri.*

ANNOTATIO II.

§. I.

Ad Textum in cap. cum contumacia, de heret. in 6.

1 IN Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* in vltimis verbis habetur, *Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad Sacramenta, & Communionem Fidelium, ac familiaritatem non recipiatur; sed si obdurato animo, censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum, tanquam de heresi suspectum, procedi possit.* Hæc Concil.

2 Vbi notandum est, quod licet Conciliaris dispositio sit generalis, nam loquitur generaliter, dicens, *Excommunicatus verò quicumque.* Quæ dictio, cum sit vniuersalis, omnia comprehendit, Aymon. *cons.* 294. *num.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 11. Rota *diuers. part.* 1. *decis.* 368. *num.* 5. vnde est, quod in statutis hæc dictio, *quicumque*, facit comprehendere etiam maiora expressis, & impropria, Imol. *in Clement.* 1. *col.* 2. *n.* 8. *de re iudic.* Felin. *in cap. sedes, col.* 6. *de rescript.* Alex. *cons.* 30. *ponderatis, num.* 14. *col.* 4. *vers. circa sextum dubium, lib.* 5. Mandos. *ad reg. Cancell.* 25. *quæst.* 5. *vers. sexto ponderando*, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 82. *num.* 32.

Et licet hæc dictio, *quicumque*, sit vniuersalis, de per se omnia comprehendens; nihilominus intelligitur secundum qualitates præcedentium, Rota *diuers. decis.* 232. sed in præcedentibus verbis *Concil.* loquitur tantum de excommunicatis in causa ciuili, & criminali, ergo de illis tantum est intelligendum in vltimis his verbis, dum
4 loquitur de insordescentia; dictio enim vniuersalis restringitur ad id, de quo loquitur, ita Rebuff. *in leg. nominis, res* 6. *col.* 5. *post med. versic. omnem, ff. de verb. signific. iuncta l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquiliam, cap. dilecto, de sentent. excom. in* 6. *l. inter omnes, ff. qui satisd. cog.* Bart. *in l. generali, §. vxori, ff. de vsufr. leg.* Dec. *cons.* 57. *num.* 19. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 637. *num.* 31.

Hinc est, non loqui *Concil.* de excommunicatis in 5
Causa Fidei, & propter hæresim, de quibus in hoc *cap. cum contumacia.*

Sunt igitur excommunicati in duplici genere. Qui- 6
dam namque sunt excommunicati in causa Fidei. Quidam alij in causa alterius rei, siue criminalis, siue ciuilis.

Excommunicati primo modo, idest in causa Fidei, 7
possunt esse in tribus casibus. Primò, ex eo quia fuerunt citati responsuri de Fide, & renuentes respondere, siue comparere, à Iudice fuerunt excommunicati, iuxta nostrum *cap. cum contumacia, de her. lib.* 6. Secundò, quia impedierunt officium Inquisitionis, directè, vel indirectè: seu ad hoc præstiterunt auxilium, consilium, vel fauorem, & isti sunt excommunicati ipso iure, iuxta *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de her. in* 6. Tertiò, quia crediderunt, receptauerunt, defensarunt, seu fauerunt hæreticis, isti etiam ipso iure sunt excommunicati, iuxta *cap. excommunicamus itaque, il* 1. *§. credentes de heret.*

De his enim excommunicatis in causa Fidei non loquiquitur Concil. *cit. loc.* qui si in excommunicationem per annum perstiterint, non vt suspecti de hæresi, sed vt
hæretici condemnantur, iuxta dispositionem huius *text.* 11
cap. cum contumacia, de heret. in 6. cuius verba sunt hæc, *Cum contumacia, in causa præsertim Fidei, suspicioni præsumptionem adijciat vehementem, si suspectus de heresi vocatus à vobis, vt de Fide respondeat excommunicationis vinculo, pro eo, quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat, per vos fuerit innodatus, quam si per annum animo sustineat pertinaci, ex tunc velut hereticus condemnetur.* De impedientibus patet etiam eodem titulo, *cap. vt inquisitionis, §. prohibemus.* De credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus, *cit. cap. excommunicamus itaque.*

Obserua, quod isti excommunicati per annum, in ex-
communicatione persistentes, sunt vt hæretici condem- 12
nandi, non tamen sunt hæretici, vt notatur in *text. cit.* ibi, *velut hereticus condemnetur.* Dictio enim, *velut*,
similitudinem denotat, ita Bald. *in l. tale, §. qui pronocauit, in princ. ff. de pact.* sed omne simile, non est idem, 13
ex communi adagio, & tenet idem Bald. *in l. qua fortuitis, num.* 28. *C. de pig. act. & in auth. ex testamento, num.* 8. *C. de collat.* vbi dicit, quod aliud est esse simile, & aliud est esse idem, ergo dicendo *text. in d. cap. cum contumacia*, velut hæreticus, non dicere intendit, est hæreticus.

Et probatur alia ratione, nam persistens in excommu-
nicatione in causa Fidei per annum, ex sola persistentia, 14
& contumacia, non dicitur habere errorem in mente, nec pertinaciam in defendendo errorem in voluntate, quæ faciunt hæreticum propriè, Eymeric. *in direct. inquis. part.* 2. *quæst.* 17. *num.* 3. *&* 3. *part. in vltimo modo terminandi processum Fidei, num.* 112. ita voluerunt Io. de Anan. *in cap. ad abolendam num.* 26. *col. penult. ante med. vers. plus dicit, de heret.* post Io. Calderin. quem allegat in *cons.* 5. *tit. de heret. col.* 2. *post med. vers. item posset attentari*, Hostiens. *in cap. excommunicamus, il* 1. *num.* 4. vbi etiam Io. Andr. *num.* 3. *de heret.* ponderantes illam particulam in *text.* positam, *velut heretici*, Archidiac: *in hoc cap. cum contumacia, num.* 2. Geminian. *post num.* 12. & latè Farinac. *de heres. q.* 192. *§.* 2. *num.* 19.

Et licet excommunicati in causa Fidei per annum in- 15
sordescentes, verè hæretici non sint, tamen quoad pœnas, vt hæretici condemnandi sunt. Hæretici verò duplici modo condemnantur. Primo modo, si hæreticus vult ab erroribus resilire, & eos abiurare, & satisfactionem ad arbitrium Episcopi, vel Inquisitoris congruam exhibere, & sic abiurare iuxta *cap. ad abolendam, §. præsenti, de heret.* in carcerem perpetuum per sententiam detruditur, iuxta *cap. excommunicamus*, 2. *§. si quis vero.* Si autem hæreticus non vult ab erroribus resilire, nec illos abiurare, nec satisfactionem ad arbitrium Episcopi, vel Inquisitoris congruam exhibere, traditur vt impœnitens brachio sæculari, animaduersione debita puniendus,

iuxta

Iuxta allegatum *cap. ad abolendam*, §. *præsenti*, refert Eymer. *in direct. inquis. 2. part. cap. 47. num. 4.* & hic est secundus modus.

16 Pari modo est condemnandus excommunicatus per annum in causa Fidei; nam si vult abiurare errores, pro quibus est citatus, de Fide responsurus, & excommunicatus, vel impedimentum Inquisitionis Officij, seu fautoriam, receptionem, & defensionem, pro quibus fuit excommunicatus, recipitur ad misericordiam, vt dictum est de hæretico pœnitente. Si autem non vult, tanquam impœnitens hæreticus, & contumax est tradendus Curiæ sæculari, vltimo supplicio feriendus, vt de hæretico impœnitente dictum est, ita Evmer. *cit. loc.*

17 Dubitatur. Vtrum excommunicatus in causa Fidei, & in excommunicatione per annum permanens, reputetur, vt hæreticus ipso iure, absque alia sententia, & condemnatione.

Respondetur, DD. in *cap. excommunicamus, il 1. de hæret.* videlicet Hostiens. *num. 7. vers. hodie verò*, Io. And. *num. 4.* Anch. *num. 4. & num. 5.* Ant. de Butr. *num. 17.* Abb. *num. 11.* Marian. Soc. *num. 14. & seqq.* Felin. *sub num. 1. col. 2. ante med. vers. imò*, dicit Hostiens. & Card. Zabar. *in §. qui autem, col. 2. versic. quæro, nunquid post annum*, Franch. *in hoc cap. cum contumacia, post num. 2. de hæret. in 6.* Sigismund. Scac. *in tract. de iudic. caus. ciuilium, criminalium, & hæreticalium, cap 98. num. 10.* multa adducens hinc inde, & alij concludunt vno consensu, post exactum annum, non requiri sententiam Iudicis condemnatoriam; sed ipso iure in eum iam intelligi latam, cum lex ipsum condemnet, ex *auth. Gazaros, C. de hæret.* ponderantes illa verba. *Ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc eos, sicut hæreticos condemnamus*, propterea cum iam sint à lege condemnati, non videtur necessa-
18 ria alia hominis condemnatio, quæ *auth.* licet sit lex Imperialis, facit tamen ius in foro Ecclesiæ, cum sit ab Ecclesia Romana approbata, vt in *text. cap. vt inquisitionis, in princ. de hæret. in 6.*

Et licet sententia condemnatoria non requiratur, tamen verius est, requiri sententiam declaratoriam, ita tenet idemmet Sigismund. Scac. & voluit Franc. Pegna in addit. ad Eymeric. *in direct. inquis. part. 3. tit. de tertiodecimo modo terminandi processum &c. com. 49. lit. E. in verb. sententiam deffinitiuam*, & sequitur Farinac. *de hæresi, quæst. 192. §. 2. num. 17. & in fragment. lit. C. num. 298.*

19 Iste tamen excommunicatus in causa fidei per annum in excommunicatione persistens, si misericordiam imploret, recipitur ab Ecclesia, ita Franc. Pegna in addit. ad Evmeric. *in direct. inquis. part. 3. quæst. 125. com. 174. vers. & breuiter*, Lop. ad Diaz. *pract. crim. canon. cap. 116. num. 12.* etiam si fuerit condemnatus, & captus, idem Eymeric. *vbi supra, part. 2. quæst. 47. num. 5.* dummodò paratus sit errores, pro quibus fuit citatus, & excommunicatus abiurare, Eymeric. *cit. loc. num. 8. vers. taliter autem*, Farinac. *de hæres. q. 192. num. 20.*

20 Excusatur verò huiusmodi excommunicatus in causa Fidei per annum in excommunicatione persistens, si infra annum quæsiuit Iudicem, vel pro absolutione institit, vel satisfacere obtulit, & similia fecit, ita Io. And. *in cap. cum contumacia, in fin. princ. ante num. 1. in verb. pertinacia, de hæret.* & ibidem Geminian. *num. 11. vers. quare*, & Franc. *num. 2.* Nauar. *consil. 7. num. 4. de hæret. lib. 5.*

21 Similiter excusatur talis excommunicatus, si iusta de causa fuit impeditus, ita vt infra annum comparere non potuerit, Simanch. *cathol. instit. tit. 14. rub. de contum.* qui tenet, quod qualiscumque impedimenti causa excusat à contumacia, Sigismun. Scac. *in tract. de iudic. causar. ciuilium, criminalium, & hæreticalium, cap. 98. num. 27.* Lop. ad Diaz. *in prax. crimin. canon. cap. 116. num. 12. sub vers. imo*, vbi quòd isto casu, si condemnatus, & captus ostendat se legitimè impeditum fuisse, omnem effugit pœnam, Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 416. num. 68.*

22 Vlterius requiritur, quod excommunicatio inflicta contumaci vocato ad respondendum de Fide, & non comparenti, fuerit lata à Iudice ex præcedenti aliqua suspicione; secus si contra eum, qui nulla suspicione præcedente, fuit citatus ad respondendum de Fide, quia tunc excommunicatus, etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, non potest vt hæreticus condemnari, secundum Archid. *in cap. cum contumacia n. 1. in verb. præsertim de hæret. in 6.* vbi etiam Io. And. *ante num. 1. in verb. suspicioni*, & Gemin. *num. 8. vers. quæro.*
Ad quod non quælibet suspicio sufficit, cum in causa hæ- 23
resis quis citari non debeat pro qualibet suspicione, nisi fuerit probabilis, cum communis suspicio repellenda potius, quam recipienda sit, Farinan. *de hæresi quæst. 92. §. 2. num. 26. ad fin.*

Excommunicatus, etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit, non potest tamen vt hæreticus condemnari, nisi ante excommunicationem ipsi fuerit indicta purgatio, & terminus ad purgandum assignatus, antequam excommunicetur; ita vt non sufficiat sola indictio purgationis sine assignatione termini, nec sola assignatio termini sine indictione purgationis, secundum Hostiens. *in d. cap. excommunicamus il 1. num. 9. & 10. extra de hæret.* vbi propterea subdit, secus esse, quando Iudex, & purgationem indixerit, & terminum ad purgandum præfixerit; tunc enim si excommunicatus, quia non se purgauit, per annum excommunicatus steterit, vt hæreticus condemnatur, nisi ex iusta causa, & ea quidem expressa, à tali mandato, & præcepto, appellauerit, vt ibi per eum, quem referendo sequuti sunt, ibidem Io. And. *num. 5. & 6.* Anton. de Butr. *num. 15.* & Card. Zabar. *in §. qui autem, col. 2. vers. quæro quid si suspecta de hæresi, & vers. nisi dicat Iudex*, ad quod multa cumulat Sigism. Scac. *in tract. de iud. caus. ciuilium, criminalium, & hæretical. cap. 98. num. 4. vers. si est sola.* 24

Demum tunc excommunicatus in causa fidei persistens in excommunicatione per annum, potest vt hæreticus condemnari, si fuerit excommunicatus, vel declaratus excommunicatus ab homine in casu, quo excommunicatio ipso iure incurritur, non præcedente autem sententia excommunicationis, vel excommunicationis declarationis in casu prædicto, non potest vt hæreticus condemnari. 25

Excommunicatus si per annum in excommunicationem insorduerit, non potest vt hæreticus condemnari, nisi fuerit citatus specificè ad respondendum de Fide, & ad se purgandum de suspicione ex insordescentia exorta, Eymeric. *in direct. inquis. part. 2. q. 47. num. 7. vers. suspectus autem*, & ibi Franc. Pregna *in addit. com. 52. lit. G.* Farinac. *de hæres. q. 92. num. 31.* 26

Et licet in causa hæresis summariè procedatur, vnde in hoc casu vnicam requiri citationem videatur, nihilominus verum est, quod tres requiruntur citationes, sicut & in alijs criminibus, ad *textum in l. consentaneum, C. quomodo, & quando Iudex, & in l. contumacia, §. 1. ff. de re iud.* cum alijs per Ioan. a Roias *singul. 29.* Farinac. *de hæres. quæst. 185. num. 117.* vbi alias refert, & confutat opiniones. 27

Quæ citatio, personalis debet esse, nam si excommunicari quis non potest absque personali citatione, multo minus non potest, vt hæreticus condemnari, quod procedit, quando absens inueniri potest; quod si latitet, & non inueniatur, potest per edictum citari, vt testatur Simanch. *in Enchirid. violat. Relig. tit. 45. rub. de absent. num. 7. & 8.* vbi quod ista edicta, præconis voce diuulganda sunt, nomen absentis inclamandum in ea Ciuitate, in qua reus domicilium habet, atque etiam affigenda ad ianuas Ecclesiæ Maioris, & *Catholicar. Instit. tit. 14. rubr. de contumac. num. 5. & 6.* quam sententiam dicit seueram, imo iniquam, aut crudelem, & propterea ipse tutius, & æquius esse credidit, hunc de hæresi suspectum, & latitantem etiam personaliter citandum esse, nisi fortè de absentis hæresi plenè in processu constaret; tunc enim ipsum per edicta citari, & condemnari posse admittit, & ita etiam censuit in eodem *Enchirid. tit. 46. rubr. de contumacib. num. 3. & 4.* & Simanch. sic dicentem refert Sigismund. Scac. *in tract. de iud. caus. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. num. 35.* vbi tamen concludit, quod si reus fugit, seu latitat, tunc potest etiam per edictum citari, Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. *in prax. crimin. can. cap. 116. num. 12. vers. quinto, quod si causa excommunicationis.* 28

29 Et generaliter de modo procedendi contra excommunicatum persisteotem in excommunicatione, siue sit excommunicatus ex causa Fidei, siue ex alia causa, vide Eymeric. *indirect. inquisit. part.2. q.47. num.7. & seqq.* Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.48. num.53.*

30 De forma citationis ad sententiam contra contumacem absentem, vel fugitioum, vide Eymeric. *cit. tract. part.3. num.213. rubr. de forma citandi conuictum*, & ibi Franc. Pegna *in addit. com.49. lit. B. vers. primo, & seqq.*

31 Formam verò sententiæ contra absentes; & contumaces, vide apud Decian. *in tract. crim. lib.5. cap.38. n.22.* adductum per Farinac. *de hæresi q.181. num.96.* vbi quòd quando condemnatur hæreticus absens, & contumax, debet talis condemnatio fieri à Iudice Ecclesiastico præsente Curia sæculari, & declarando eum priuatum omni priuilegio Ecclesiastico, Curiæ sæculari relaxare.

32 Num hæc pœna procedat contra Apostatas persistentes per annum in excommunicatione, vide latè Farinac. *de hæresi q.183. n.108.* vbi quòd Apostata à Religione per anoum in excommunicatione persistens, potest vt suspectus de hæresi puniri, & ab Inquisitoribus citari ad respondendum, quid de Fide seotiat.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *INsordescentia per annum in excommunicatione est nouum delictum.*
2 *Censuratus post annum an possit priuari beneficijs?*
3 *Qua pertinacia requiratur.*
4 *Quid si censuratus celebrasset.*
5 *An requiratur triennium in insordescentia?*
6 *An exigatur citatio ad se expurgandum?*
7 *Episcopi an possint procedere? opinio Carenæ.*

1 INsordescentia in Excommunicatione illata in causa ciuili est oouum delictum ex pertinacia nimirum interpetratiui contemptus clauium, Petri Lotther. *de re benefic. lib.3. c.33. n.92.*

2 Indagatur an ob insordescentiam per annum in excommunicatione inflicta ob debitum pecuniarium quis possit priuari beneficijs? Lotther. *vbi sup. n.93.* affirmat.

Magis autem receptum est contrarium, Seraphin. *decis.* 1285. Ricciull. *de iure person. lib.4. cap.7. num.14.* Tondot. *qq. benefic. p.2. c.5. §.3. n. fin.* Card. de Luc. *de benefic. disc.74. n.5.*

3 Ad effectum priuatioois beneficiorum, quæ est pœna ordinaria in beneficialibus, requiritur insordescentia cum animi pertinacia, quæ redoleat dolum, & contemptum clauium, secus autem si ob oecessitatem, quia nempè non baberet modum soluendi debitum, siue quod institerit pro absolutione, aut quod alias constet de exclusione doli, Lotther. *vbi sup. n.115.*

4 Suboriri potest difficultas, si censuratus interim celebrasset, an ob irregularitatem posset priuari beneficijs etiam quod censura esset inflicta ob debitum pecuniarium, Ricciull. *vbi sup. n.2.* tenet quod sic. De his scripsi in Gratian. *discept.119.*

Verum constare debeat de validitate censurarum, vel excuset vrgens oecessitas censurati celebrantis, videndus Card. de Luca *vbi sup. n.9.*

5 An sufficiat Insordescentia per annum, vel requiratur triennium? Tractat quæstiooem Lotther. *vbi sup. à n.94.* Alij enim annum aiunt sufficere, vt Bonac. Ricciull. & alij.

E contrario alij postulant triennium, vt in *decis. 181. impress. post tom.2. consil.* Farin. & vsum Romanæ Curiæ recenset Lotther. *vbi sup. n.104.*

6 Insordesceote in excommunicatione ad priuationem beneficij, an exigatur citatio ad se expurgandum iuxta terminos *tex. in cap. cum contumacia*, vbi gloss. *de heret. in 6.* Seraphin. *decis. 1285. num.3.* & tenendum videtur, quia possit censuratus se iustificare, quia institerit pro absolutione, vt Lotther. *vbi sup. num.113.*

Episcopus, seu Ordinarius loci vtrum possit priuare 7
beneficij censuratum insordescentem per annum? Contingit controuerti de priuatione beneficiorum ob excommunicationem eiusque insordescentiam vltra annum contra Crescenoum Mutianum, qui pro debito pecuniario à Subcollectore Nunciaturæ Neapolis excommunicatus, à patria exulare coactus, euadendo Venetias ibi celebrauit, quare elapso anno Prælatus loci *Coropolis* post plures citationes per edictum processit ad sententiam priuatoriam beneficiorum iurispatronatus laicorum, in quibus ad præsentationem alius fuit inuestitus. Interposita verò appellatione ad A. C. Apostolicæ in criminalibus, prodijt sententia reuocatoria sententiæ Ordinarij cum reintegratione ad beneficia.

Duo fuerunt puncta: Vnum iurisdictionis. An Ordinarius poterat procedere? Defectus iurisdictionis arguebatur ex firmitatis per Rotam apud Seraph. *decis.* 1285. Ricciull. *de iure person. lib.4. cap.8. n. fin.* vt scilicet in huiusmodi causis non procedat, nisi Inquisitor priuatiuè ad omnes.

Pro competentia occurrebatur obiectioni, quod motiuum procedat in Hispanijs, alijsque locis, in quibus erectum est formale Tribunal Inquisitionis cum causarum cognitione fidei priuatiuæ, non autem in Regno Neapolitano, in quo omnes Episcopi sunt Inquisitores, vt de facto procedunt.

Præsertim posse edisserit Card. de Luca *de benefic. disc. 74. num.3.* Qui *num.4.* defectum iurisdictionis admittit quia Prælatus loci vti inferior non erat competens in causis per S. C. Trid. solum Episcopo delegatis.

Circa Insordescentem in excommunicatione lata ob aliam causam, qoam hęresis non proceditur vti suspectum de hæresi, nec proceditur sub nomine S. Officij Inquisitionis, Careoa de Offic. S. Inquisitionis Cremonæ ne contra hosce Insordescentes procederet, nisi prius consulto Supremo Vrbis Romanæ Inquisitionis Senatu. In aliquibus tamen casibus, stante maxima contumacia in Tribunalibus S. Officij, inquisitos fuisse hosce Insordescentes, consulto tamen Supremo Vrbis Tribunali audiuisse practicatum refert Carena. Vnde ita Episcopi poterunt seruare contra hos Insordescentes.

SVMMARIVM.

1 *ANnus insordescentia est continuus dierum 361. Vtilis tamen dato impedimento. Quando incipiat currere, num.2. Quando finiat, num.3. Et an vltima dies debeat esse capta, vel completa, num.4.*
5 *Tempus quando ponitur in Accusatiuo, vt* per Annum, *&c. vltima dies debet esse completa. Item si ponitur cum dictione,* per, *num.6.*
7 *Tempus in odiosis debet esse completum etiam in vltima die.*
8 *Dies viginti, qui labi debent in resignatione, debent esse completi, etiam vltima dies. Et dies, in qua præstatur consensus, computatur, num.10.*
9 *Dies prima termini non computatur in hoc anno insordescentia.*

ANNOTATIO II.

§. II.

VT contra persistentem in excommunicationem, 1
& contummacem procedi possit, necesse est, vt persistat per annum, tam in causa Fidei, quàm in alia causa, vnde notandum est, quod hic Annus est continuus, & currit diebus feriatis, solum enim est vtilis dato impedimento, tempus eoim impedimenti non computatur, vt diximus supra, vnde habebit iste Annus dies 365. sicut habet quilibet Annus, nec curandum, quod tunc contingat bissextilis. Regulare enim est, quod vbi datur annus, à iure iotelligitur de 365. diebus continuis, vt ex *text. in l.4. §. Sticcus, ff. de statu liber.*

coo-

concludit Abb. *in cap. quærenti*, *num.* 3. *de offic. & potestat. Iudic. deleg.* Adde Bald. *conf.* 413. *lib.* 3. DD. *in text. cap. cum contumacia*, *de hæret. in* 6. vbi Io. Andr. *ante num.* 1. Archid. *num.* 2. Geminian. *num.* 9. & Franc. *num.* 2. *vers. item annus*, Farinac. *de hæres. quæst.* 192. *num.* 30. Seraph. *decis.* 1285. *num.* 4. qui voluit, quod ad hunc effectum tempora non coniungantur, referens decisum in Congr. Concilij.

2 Incipit enim currere hic annus non à die incursus excommunicationis, sed à die declarationis, seu à die, in quo nominatim fuit excommunicatus, cum ex illo tempore incipiat tumor contumaciæ, seu contemptus clauium, ita Farinac. *de hæresi quæst.* 192. *num.* 29. *ad med.* vbi in *fin.* declarat, hanc opinionem non procedere in notorio excommunicato, quia tunc annus incipit currere à notorietate excommunicationis absque alia declaratoria, quando de tali notorietate verè omnibus constat.

3 Finit verò hic annus, cum iam lapsi sunt omnes dies 365. cum omnibus illius horis, & momentis; nam cum simus in pœnalibus annus debet esse completus, nec dicitur completus, nisi constet de omnibus suis momentis, ad doctrinam Bald. *in cap. cum vigesimum*, *in fin. de offic. deleg.* Cum appellatione anni in quacumque dispositione, semper veniat totus, & perfectus, Gratian. *discept. forens. cap.* 947. *num.* 31. adducens ad id Surd. *decis.* 178. *num.* 8. *ad med. vsque ad* 14. Archid. *in cap. fin. de iudic. in* 6. Abb. *in cap. cum in cunctis in princ. de elect.* Bald. *in l. ex his in* 2. *opposit. C. quando dies legat. cedat*, & tenuit Dom. Flauius Ventriglia, doctissimus I. C. in *Comment. ad Consuet.* communis nostræ amantissimæ Patriæ, inclytæ Ciuitatis Capuæ, in *fin. verb. Anno Domini*, meos obseruantissimus Compater, & Consanguineus, varijs perpolitioribus Literis decoratus.

4 Et licet, cum fit mentio de anno in iure, non computetur annus per momenta temporum, sed per dies, videlicet 365. quorum spatio annus conficitur, & tunc maximè in fauorabilibus vltima dies anni non computatur, sed statim cæpta vltima die, annus dicitur completus, ad *text. in l. qua ætate*, *ff. de test. l.* 1. *ff. de vsucapion. l. anniculus*, *l.* 2. *ff. de verb. & rer. signific.* Menoch. *de arbitr. cas.* 427. *num.* 25. cum regulare sit in hoc casu, quod dies cæpta habeatur pro completa, glos. *in l.* 3. §. *minorem*, *in verb. momentum*, *prope fin. vers. item quod de die cæpte*, *ff. de minor.* vbi Bart. *num.* 2. Alberic. *in princ.* & Bald. *in fin.*

5 Nihilominus in casu nostro, vltima dies anni non sufficit cæpta, sed debet esse completa. Primò, quia tempus in citatis iuribus tam Sacr. Concil. Trident. quàm *cap. in contumacia*, est positum in accusatiuo; legitur enim, *per Annum*, quo in casu tempus, & vltima dies temporis debet esse completum, vt tradunt Dyn. Rayner. & Bald. *in l. si in annos*, per illum *text. ff. de condit. & demonst.* Pet. Cyn. Bald. *in* 2. *oppos.* Alex. *num.* 2. & Iason. *num.* 13. *in l. si cui legatur*, *in princ. ff. de leg.* 1. idque procedit, etiam si tempus ponatur in accusatiuo, absque verbo denotante perfectionem, vt reiecta opinione Bart. benè deducit Alex. *in d. l. si cui legetur*, *num.* 2. *vers. sed in contrarium*, & ibi Ias. *num.* 10. *vers. & quod fortius est*, ac etiam *num.* 11. idque probatur in *d. l. si in annos*.

6 Similiter annus in casu nostro, est positus cum dictione, *per*, quæ adiecta tempori, facit, & significat perfectionem, vnde habet Soc. *in l. non putabam*, *num.* 2. *ff. de cond. & demonstr.* quod vltima dies anni debeat esse completa, ex *text. in l. si cui*, *ff. de leg.* 1. *& in l. vrbana prædia*, §. *pernoctare*, *ff. de verb. signif.* Gratian. *discept. for. cap.* 413. *num.* 26.

7 Vltimò, vltimam diem anni debere esse completam, probatur, quia sumus in odiosis, in quibus regula illa, quod dies cæpta habeatur pro completa, non militat, glos. *in cap. cum in cunctis*, *in verb. exegerit*, *in fin.* vbi Abb. *num.* 6. & Butr. *num.* 23. 24. *&* 25. *de elect.* & est commune, latè Cassan. *ad Consuet. Burgun. fol.* 81. *num.* 9. *& seqq.* & per Rot. *diuers. part.* 2. *decis.* 75. ferè per tot. vbi

8 in terminis viginti dierum, qui labi debent in resignationibus, concludit, quod vltima dies debet esse completa.

9 Diximus hic, annum habere suum principium, non à die incursus excommunicationis, sed à die declarationis, vel notorietatis, si sit excommunicatio notoria.

Prax. Ventrigl. Tom. I.

Dubitatur, num dies ipsa, in qua facta est declaratio, vel pronunciata est excommunicatio, vel incidit notorietas, computetur in termino anni. Et respondetur negatiuè cum regula communi, quod dies termini, non computetur in termino, glos. & DD. *in cap. statutum*, *de præb. in* 6. Rot. *diuers. cit. loc. num.* 3. vbi ait, quod prima 10 dies præstiti consensus ad resignationem, computetur in termino viginti dierum, contra Rebuf. *in reg. de infir. benef. resig. glos.* 10. *num.* 9.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Dies, vel annus cæptus an habeatur pro completo, & quid in regula de 20. *in resignatione*.

2 *Differentia de resignationibus in Curia, & extra.*

3 *Collectanea in d. materia.*

Dies, vel Annus cæptus habeatur pro completo, & 1 dies termini an computatur in termino, fusè disserit Ventriglia, & agunt Surdus *decis.* 198. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 12. *&* 27.

Dies in qua fit resignatio beneficij, vel præstatur consensus inferiori debet computari in termino 20. dierum, quamuis regula per dictionem *A* loquatur, tum quia fauor est, vt computatur in termino, & odium esset, si non computatur Gratian. *discept.* 161. *num.* 24. Cum etiam quando dictio *A* iungitur cum tempore, quod est de initio actus, tunc dies termini computatur in termino. Dictio autem *A* posita in initio iungitur cum termino, quod est de initio actus, idest resignantis consensus, nam in regula dicitur *infra* 20. *dies à die per ipsum, &c.* Antonell. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. & cum Gratiano post Rotæ Romanæ decisiones, idem Antonell. *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 4.

Huiusmodi 20. dies debent esse completi, etiam dies vltimus, quo resignans moritur, ita vt non sufficiat, quod fuerit inchoatus. Hinc si resignans moritur in 20. die nondum completo, censeretur intra 20. dies obijsse. Quia tempus 20. dierum est positum in accusatiuo, quo casu oportet esse completum, Antonellus *d. cap.* 27. *in* 6. vbi quod determinatio quo ad primum diem est concessa; nam hora præstationis consensus numquam annotatur à Notarijs Cancellariæ.

Regula etiam locum habet in resignatione extra curiam, cum hac differentia, quod si fiat in Curia, & resignans moriatur infra 20. dies, tunc beneficium est reseruatum, Antonell. *num.* 7. *&* 8. 2

Dies cæpta habetur pro completa in fauorabilibus, Antonell. *lib.* 4. *cap.* 7. Vndè matrimonium contractum vltima die anni 14. in Masculo, & in Femina 12. validum est.

Annus cæptus è contrario regulariter non habetur pro completo, nam si annus non est perfectus, non est in rerum natura, Surd. *dec.* 178. *num.* 12.

In multis casibus habetur pro completo, vt ad honores, 3 & munera, *l. ad Rempublicam ff. de muneri*, *& honor.* Ità etiam si hæreditas esset restituenda filio cum ad 20. annos peruenerit, *l. qui filium* §. *sabinus*, vbi Bart. *ff. ad Trebell.* Item ad obtinenda beneficia simplicia, Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, & beneficium curatum, vbi de fauore tractatur. Ego in Gratian. *discept.* 161. seu rectiùs dixeris quasi verbum peruenerit perfectionem non significet.

Annus 14. ætatis etiam inceptus, sufficit ad obtinendum beneficium simplex, Card. de Luca *de beneficijs discurs.* 95. *num.* 6. Garz. *de benefic. p.* 7. *cap.* 4. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *EXcommunicatus in causa hæresis insordescens per annum in excommunicatione impœnitens, vt hæreticus punitur pœna mortis naturalis igne infligenda, num. 2. Quæ non sunt puniendi pœnitentes etiam relapsi, num. 3. Traditur etiam clericus Curiæ sæculari, num 4. De forma huius traditionis, num. 5.*

6 *Ecclesia tradens hæreticum Curiæ sæculari, illam orat pro tradito, ne morti tradatur.*

Excommunicatus in causa Fidei impœnitens, insordescens per annum, si Clericus est, degradatur, quæ pœna procedit etiam contra pœnitentem, num. 8.

9 *Clericus damnatus ad perpetuos carceres, est degradandus.*

10 *Degradatio quotuplex sit.*

11 *Clericus quando degradetur actualiter, & quando verbaliter.*

12 *Monachi, & Moniales quomodo degradentur.*

13 *Personæ, quæ debent interuenire in degradatione.*

14 *Hæreticus, & alij puniendi vt hæretici, dicuntur diffidati, & banniti à iure, possunt impunè offendi, etiam si hæreticus sit Clericus, n. 15. Declara, vt n. 18.*

16 *Percutiens Clericum hæreticum, non incurrit excommunicationem,* Can. si quis suadente.

17 *Hæreticus potest à priuata persona capi, incarcerari, & bonis spoliari.*

19 *Insordescens per annum in excommunicatione in causa Fidei, vt hæreticus efficitur infamis, & nobilitatem amittit, & de effectibus huius infamiæ, remissiuè, num. 20. Repellitur ab honoribus, & dignitatibus, num. 21. Fit irregularis, num. 22. Mulier priuatur priuilegijs mulieribus concessis, num. 23. Vbi de alijs priuilegijs in specie.*

24 *Hæreticorum debitores sunt ipso iure liberati à solutione debiti, etiam si obligatio sit iurata. Declara, vt num. 25. & 26.*

27 *Hæreticus quomodo priuetur Beneficijs, ac fautores, & defensores. Et quomodo filij, num. 32.*

28 *Hæreticorum bona confiscantur ipso iure, & cui applicentur, n. 29. Et quomodo procedatur in insordescente per annum in excommunicatione, num. 30.*

31 *Hæreticus non transmittit hæreditatem etiam ad filios catholicos, nec legitimam, vel alimenta de rigore, secus de æquitate. Quid de hæreditate extraneorum, vel filij erga patrem.*

33 *Hæreticus est excommunicatus, defensores etiam, fautores, & receptatores, non solum in foro animæ, sed etiam Iudiciali.*

34 *Hæreticus sepultura caret, & sepultus exhumatur. Et sepelientes sunt excommunicati, & officijs priuantur.*

ANNOTATIO II.

§. III.

DIximus persistentem in excommunicatione per annum in causa Fidei, puniendum esse tanquam hæreticum. Modo videndum est, quibus pœnis puniantur hæreticus, vt ijsdem possit puniri, & excommunicatus contumax in causa Fidei per annum, & pro faciliori intelligentia constituenda est diuisio, quod aut tractatur de impœnitente, aut de pœnitente.

1 Impœnitens hæreticus, siue persistens in excommunicatione pro causa hæresis per annum. Primò punitur pęna mortis oaturalis, *text.* est in *l. Arrians, §. Manichei, C. de hæresic. & l. quicumque, §. eos verò, versic. vltimo etiam supplicio*, qui tamen loquitur in docentibus hæresim, vbi *glos. C. eodem, & in l. vbicumque, & in l. sequ. & l. Manichæi, C. eod.* vbi io specie loquitur de Manichæis, *glos. in cap. excommunicamus, il 2. in verb. puniendi, de hæret.* Afflict. *in constit. Regni de hæret. & patterenis, rub. 1. num. 36.* Boss. *in tit. de hæret. num. 37.* vbi dicit, quod in hoc conueniunt Lex Ciuilis, Canonica, & Diuioa.

2 Et ooo solum morti tradatur, sed etiam comburatur, quæ ignis pœna, approbata est de iure diuino, ciuili, canonico, & consuetudinario, prout communiter notant DD. *in cap. ad abolendam, de hæret.* Summistæ *in verb. hæresis, & hæreticus,* Afflict. *cit. loc. num. 29.* quæ pęna viuo debet irrogari, & in *Repert. Inquis. in verb. comburi, vers. primo,* & ante eum Io. Calder. *in tract. de hæres. rubr. de pœn. hæret. filior. & nepot. num. 10. in fin.* Afflict. *in cit Constit. num. 1. & num. 37. & 40.* ac Simanch. *cathol. Instit. tit. 46. rubr. de pœn. num. 49.* vbi
declarat hanc pœnam non esse imponendam pœnitenti- 3
bus relapsis, & in *Enchiriod. violata Relig. tit. 67. rubr. de pœn. num. 11.*

Isti Impœnitentes siue laici sint, siue clerici, Curiæ sæ- 4
culari traduntur, per *text. in cap. ad abolendam, §. præterea, de hæret.* vbi glos. *in vers. secundo statuit, & vers. si vero, & vers. relinquatur,* Abb. *antiq. num. 2.* Hostien. *num. 5. & 6. in fin. & 7. cap. excommunicamus, il 1. §. damnati, de hæret.* & ibi Innocent. *n. 1.* Io. de Anan. *n. 7.* & licet glos. *in d. cap. ad abolendam, in verb. laicus,* dicat laicum hæreticum non tradi Curiæ sæculari, sed solum Clericum, cum laicus semper sit in foro sæculari, non tamen per hoc negatur, quin laicus ab Ecclesia sit condemnandus vt hæreticus, sęcularisque Iudex illius sententiam exequi debeat, quod io substantia idem est, quod tradere Curiæ sæculari; aliud enim non est, laicum Curiæ sæculari relinquere, quam eundem eidem sæculari Curiæ tradere, vt benè declarat *text. in cap. nouimus, in fin. princ. de verb. signific.* sequitur Farinac. *de hæresi, q. 189. n. 7.* vbi *n. 8.* re-
fert formam huius traditionis, quando condemnandus est 5
præsens, siue absens.

In hac traditione Curiæ sæculari, Ecclesia orat pro tra- 6
dito, ne morti tradatur, iuxta *cap. reus 23. quæst. 5. & in cap. nouimus §. 1. in fin. de verb. signific.* vbi omnes Canonistæ adnotarunt, hanc intercessionem non debere esse simulatam, aut fictam, sed veram, & efficacem, vt videre est apud Innoc. *nu. 2. verb. efficaciter.* Host. *num. 3. eod. verb.* Io. And. *n. 3. in fin. & n. 5.* Abb. *n. 3. & n. 8.* & apud alios. Quæ intercessio non est vocalis, & colorata, sed necessaria, & satis operatur, & in Practica non est omittenda, Farinac. *cit. loc. n. 10.*

Secundò, si talis contumax in excommunicatione fuerit Clericus, vt hæreticus condemnabitur, & proinde
antequam Curiæ sæculari tradatur, degradandus erit, 7
text. est in *cap. ad abolendam, §. præterea,* in illis verbis, *Totius Ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, de hæret.* & ibi glos. & DD. omnes, item est *text. in cap. excommunicamus, il 1. damnati,* in illis verbis, *Clericus prius à suis ordinibus degradandi, & il 2. §. damnati,* in eisdem verbis, *Clericus prius ordinibus degradatis,* vbi glos. & DD. & extant Constitutiones Innocentij IV. de Anno 1254. incip. *Nouerit Vniuersitas,* & Nicolai III. de Anno 1281. incip. *Nouerit Vniuersitas, vers. damnati,* relatas per Pegn. inter Litteras Apostolicas, *fol. mihi 21. & 67.* & alia Martini V. de anno 1418. incip. *Inter cunctas, versic. similiter clerici,* relatam per Pegn. vbi supra, *fol. 97.* Afflict. *cit. loc. n. 29.* Eymeric. *in direct. inquis. par. 4. rubr. de nouo modo terminandi proces. Fidei &c. n. 198.* vbi Franc. Pegn. *com. 45. lit. C. versic. considerandum est, num. 198.*

Quæ pœna degradationis procedit etiam contra hære- 8
ticum pœnitentem, & consequenter etiam contra excommunicatum in causa hæresis contumacem per annum, & pœnitentem, vt habemus in *text. cap. 1. de hæret. in 6.* vbi ponitur forma degradationis, quando Clericus in sacris constitutus, pro hæresi sæculari Curiæ traditur, aut perpetuo immuratur, vbi glos. *in vers. pœna hæresis, & versic. si autem,* & Archid. *num. 1. in verb. immurandus,* Franch. *num. 2. vers. tertio nota,* Geminian. *num. 3. vers. nota, quod Clericus,* Abb. *in cap. excommunicamus, il 2. num. 20. de hæret.* & adest Constitutio Alexandri IV. edita de Anno 1258. incip. *Quod super,* relata per Pegn. *cit. loc. fol. mihi 30.* Eymer. *in direct. inquis. part. 3.* vbi idem Pegna *com. 46. num. 202. lit. F. in verb consequenter fol. mihi 557. col. 1.* vbi refert Rescriptum Vrbani IV. quod tollit omnem dubitationem.

Ad quam pœnam procedi contra Clericum damna- 9
tum ad perpetuos carceres, etiam non pro causa hæresis, sed pro alio delicto, tenet Farinac. *de hæres. quæst. 189. num. 14.*

*num.*14. *&* 25. vbi voluit idem seruari, si condemnetur ad perpetuas triremes.

10 Et quia degradatio alia est actualis, alia verbalis, quas
11 benè explicat Farinac. *cit. loc. num.*11. ideo quando Clericus condemnatur ad mortem, actualiter degradatur, quando verò condemnatur ad perpetuos carceres, seu perpetuas triremes, degradatur tantum verbaliter ex benignitate Tribunalis Sacræ Inquisitionis, licet aliter esset de iure, ita Franc. Pegna ad Eymer. *in direct. inquis. part.*3. *com.*46. *num.* 202. *vers. ne quis autem*, sequitur Farinac. *cit. loc. num.* 16. vbi *num.* 17. dicit, quòd Clerici in minoribus antequam morti tradantur, verbaliter tantum debent degradari, *Repertor. inquis. verb. degradatio, versic. degradatio autem*, vbi ponitur forma huius degradationis, de qua videas tu latius Farinac. *cit.*
12 *loc. num.*19. vbi refert formam degradandi præsentem, & absentem, & in *fin.* dicit, quod Monachi, vel Moniales sunt degradandæ, per spoliationem habitus monastici, vt scilicet masculis Caputium, fœminis autem Velum cum Scapulari, & Habitus Supremus auferatur, laicaque veste induatur, & ab Ordine, cui se addixerant, eijciantur, spoliatique omni Religiosorum priuilegio degradentur, & Curiæ sæculari tradantur, quæ est forma actualis degradationis. De verbali autem contra absentem, siue præsentem, vide latè Farinac. *cit. loc. num.* 20.
13 21. *&* 22. vbi habetur numerus Episcoporum, & personarum, qui interuenire debent ad degradationem. Et licet de iure veteri copiosus requirebatur numerus Episcoporum, & varius ad degradationem Sacerdotis, Diaconi, ac Religiosi; tamen Gregorius IX. salubriter cauit, vt solus Episcopus Clericum in quibuscumque sacris Ordinibus constitutum degradare possit in causa hæresis, conuocatis Abbatibus, alijsque Prælatis, & Religiosis personis, vt in *cap. quoniam, de heret. in* 6. quod procedit solum in causa Fidei. Sed per Concil. Tridentin. *sess.*13. *cap.* 4. *de reform.* statutum est, vt loco numeri Episcoporum de iure requisiti ad degradationem, adhibeat Episcopus tot Abbates vsum Mitræ, & Baculi habentes, qui si in Diœcesi haberi commodè non possint, adhibeat tot personas in Ecclesiastica dignitate constitutas.

14 Tertiò hæreticus, ac alij, qui vt hæretici condemnantur, sunt à iure diffidati, & banniti, per *text. in auth. Gazzaros, in princ.* ibi, *Diffidamus, atque bannimus, C. de heret.* extat Constitutio Frederici Imperatoris incip. *Catharos*, relata per Pegnam inter Litteras Apostolicas, similiter, & Constitutio Clementis IV. edita in anno 1255. incip. *Ad extirpanda, vers. item quoque*, & alia Leonis X. edita de anno 1520. incip. *Exurge Domine, vers. necnon*, relatæ per Pegnam, vbi supra, in addit. ad Eymer. *in direct. inquis. part.* 3. *tit. de forma procedendi contra excommunicatum &c. com.* 36. *lit. B. versic. sed ipsum*.

15 Vnde hæreticus cum sit diffidatus, & bannitus, impune offendi, & occidi potest, Repert. *inquisit. in verb. occidere versic. heretici iustè occiduntur*, Boss. *tit. de heret. num.*28. Graff. *lib.* 2. *dec. cap.*11. *num.*15. & sequitur Farinac. *cit. q.*189. *num.*24. qui *num.*25. contrariam refert opinionem procedere in hæretico non condemnato. Quę opinio procedit, etiam si hæreticus sit Clericus, qui potest offendi, & occidi, & percutiens non incurrit excommunicationem, *can. si quis suadente diabolo*, cuius priuilegium hæreticus perdit, Carrer. *in tract. de heret. num.* 148. Decian. *in tract. crim. lib.*5. *cap.*14. *num.*12. *ante fin. vers. duodecimo*.

17 Et an possit hæreticus ab omni priuata persona capi, incarcerari, ac bonis spoliari impunè. Affirmatiuè resoluit Farinac. *cit. loc. num.*26. *&* 31. qui dicit multo magis posse hoc fieri, maximè in hæretico fugitiuo, ad quod multa congerit, tamen *num.*35. dicit, quod tutiùs est auctoritatem Iudicis requirere.

18 Potest enim hæreticus impunè offendi, & occidi, postquam est declaratus, & probatus hæreticus, aut deprehensus est in manifestis hæresibus, quod procedit, dummodo viuus capi non possit, & quando violenter resistit eum capere volenti, vt per Farinac. *cit. loc. n.* 36. *& seqq. & q.*102.

19 Hæreticus, & consequenter excommunicatus in causa hæresi contumax per annum incurrit in pœnam infamiæ; vt si Nobilis sit, vt plebeus punitur, ita *text. in d. auth. Gazzaros, in princ. C. de heret.* in illis verbis, *Et omnes hereticos vtriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia*, & post citatam Constitutionem Frederici Imperatoris, ac Leonis X. Et non solum est infamis ipse hæreticus, sed credentes, receptatores, fautores, & defensores, latè Farinac. *de heres. q.* 182. *num.*43. *&* 44. De effectibus huius infamiæ, vide Decian. 20
*in tract. crim. lib.*5. *cap.*43. & Pegnam ad Eymer. *in direct. inquis. par.*1. *com.*4. *ad l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & Fid. Cathol. vers. hæc autem*.

Propterea tanquam infames repelluntur ab omnibus 21
honoribus, & dignitatibus, ex *l. quæ Samaritis, in prin. C. de heret.* in illis verbis, *Neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiscuntur curam*, & per Constitutionem Alexandri IV. editam de anno 1258. incip. *Quod super*, & Honorij IV. editam de anno 1286. incip. *Exhibita*, & Martini V. editam de anno 1418. incip. *Inter cunctas*, & Innocentij III. incip. *Hisque ad ampliandam fidem*, relatas per Pegnam inter Litteras Apostolicas. Et 22
hæreticus incurrit in irregularitatem dispensabilem solum per Summum Pontificem, ita Maiol. *lib.* 5. *de irregular. cap.* 46. Nec aliqua officia publica exercere potest, Simanch. *cathol. inst. tit.*46. *rubr. de pœn. num.* 61. Decian. *cit. tract. lib.*5. *cap.*43. *num.*6. Et priuatur omnibus priuilegijs, quibus fruebatur, quando erat catholicus, per *tex. in l.*1. *C. de heret.* Farinac. *cit. tract. quæst.*189. *n.*45. vbi quod mulier hæretica priuatur omnibus priuilegijs 23
concessis mulieribus dotatis. Et quod mater hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam, licet aliàs dotare non teneretur. Et quod mulieres hæreticæ non habent tacitam hypothecam in bonis maritorum. Et quod priuantur beneficio Senatusconsulti Velleiani. Et quod hæretico mutuanti ad refectionem rei, denegatur priuilegium prælationis in illa re aduersus alios creditores. Et pater non tenetur dotare filiam hæreticam. Et vxor hæretica non gaudet priuilegijs concessis mulieribus dotatis, de quibus in *l.*1. *& l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab.* & *num.* 46. quod censeatur exclusus ab omni actu legitimo per Constitutionem Leonis X. editam de anno 1520. incip. *Exurge Domine*, & *num.*47. quod omnia acta per hæreticum facta sunt nulla, & *num.*48. quod hæreticus conueniri; sed non agere potest, & *num.*49. quod Iudex esse non potest, non solum ipse, sed nec eius fautores, defensores, credentes, & receptatores, neque Notarius, & *num.* 50. Neque Aduocatus, *num.*52. per *auth. credentes, §. si vero, C. de heret.* & *nu.*53. quod nec potest esse Miles, per *text. in l. quicumque, §. nullum, C. de heret.* & *num.* 55. quod hæreticus incurrit non solum in infamiam facti, sed etiam iuris, absque sententia condemnatoria, dummodo saltem intercedat sententia declaratoria criminis, Farinac. *cit. loc. n. vlt.*

Quintò, eo ipso, quod quis hæreticus est, omnes 24
eius debitores sunt liberati ab obligatione ei soluendi, & contra eos agere non potest, ad *text. in cap. fin. de heret.* qui *text.* licet loquatur in obligatione fidelitatis, tamen Canonistæ omnes extendunt ad omnia debita, & quascumque obligationes, vt per glos. ibi *in figuratione casus, vers. quod ipso iure*, Abb. *antiq. num.*1. Anton. de Butr. *num.*3. Abb. Sicul. *num.*1. *in summar. & in figuratione casus*, Marian. Soc. *ante num.* 1. *in summar.* & alij, Summistæ *in verb. heresis, & hereticus*. Quæ opinio
procedit, etiam si obligatio sit iurata, vt per glos. *in d. cap.* 25
fin. in verb. aliquo pacto, & per alios apud Farinac. *q.*189. *num.*58. contra Innoc. *in d. cap. fin. in verb. teneatur*, quæ liberatio succedit ipso iure; licet confiscatio non succedat ipso iure, & ante condemnationem, vt tenet Farinac. *cit. loc. num.*63. *&* 64. dicit hanc liberationem non procedere cum hæretico occulto, qui benè declarat *num. subseq. & num.*67. quod in conscientia hæreticus occultus non potest exigere debitum.

Et licet debitores hæreticorum sint liberati à debito, illud tamen non eis quærunt, sed bona sunt 26
ipso iure confiscata, vt per DD. in *d. cap. fin.* Panorm. *num.* 1. Marian. Soc. *eod. num.*1. Felin. *in princ. ver. nec mirum*.

Sextò, Clerici propter hæresim beneficijs priuantur, 27
ex

ex *text. in cap. vt commissi*, *§. priuandi*, *de haret. in 6.* & extat Bulla Pij V. edita de Anno 1566. incip. *Cum ex Apostolatus officio*, & non solum priuantur beneficijs possessis, sed fiunt inhabiles ad obtinenda, ac alias collatio illis facta, ipso iure est nulla, & huiusmodi Beneficij priuationem potitur etiam hæreticus occultus; illaque procedit contra credentes, receptatores, fautores, & defensores, & contra schismaticos, quæ priuatio succedit ipso iure, absque alia sententia priuationis, licet requiratur sententia declaratoria, Farinac. latè *cit. quæst.* 189. *per tot.* vbi etiam dicit, quod Beneficium hæretici potest impetrari tanquam ipso iure vacans, & impetrans non obligatur exprimere requisita in *Regul. Cancell.* 32. Et resignatio hæretici nullum ius tribuit, & Beneficia dicuntur vacare, reseruata Sanctissimo. Hæc priuatio licet procedat contra receptatores, & defensores hæreticorum, non tamen procedit ipso iure, ex *cap. excommunicamus*, *§. credentes*, *de haret.* Et priuatio hæc procedit contra hæreticum conuictum, vel confessum, Farinac. *cit. loc. num.* 86. *& num.* 82. latè declarat, quid in hæretico pœnitente.

28 Septimò, Bona hæreticorum confiscantur, per *text. in l. Manichaos*, *§. 1. C. de haret.* & dicuntur confiscata ipso iure à die commissi criminis, per *text. in cap. cum secundum*, *de haret. in 6.* vnde licet non requiratur sententia confiscationis, requiritur tamen sententia declarationis, vt per Farinac. *cit. loc. quæst.* 190. *num.* 3. 4. *&* 5. vbi *num. seqq.* dicit hac confiscatione puniri credentes, & fautores hæreticorum, Apostatas, & Schismaticos. Et alia in hac materia confiscationis, idem Farinac. latè *cit. quæst.* 190.

29 Cuinam applicentur bona confiscata. Si Clericus est, & Beneficium habeat, applicantur Ecclesiæ sui Beneficij, si verò non sit beneficiatus, fisco Curiæ Episcopalis, Farinac. *cit. loc. num.* 154. *& seqq. & num.* 164. *& seqq.* latèque refert cuinam applicentur bona, si delinquens fuerit Laicus.

30 Bona excommunicati in causa hæresis per annum in excommunicatione contumacis, censentur publicata, & confiscata finito anno; nam eo tempore potest vt hæreticus condemnari, iuxta dispositionem *text. cap. excommunicamus*, vbi communiter DD. refert Couar. *in cap. alma mater*, *de sent. excom. part.* 1. *§.* 7. *num.* 11. *vers. sed & in causa*, sed Farinac. *d. q.* 190. *num.* 21. *& seqq.* mordicus contrarium defendit, nempè quod confiscatio bonorum veniat nedum à die receptarum probationum, sed etiam à tempore, quod percutiunt probationes, ex quibus resultant inditia, & præsumptiones, quorum occasione processum est ad citationem.

31 Octauò, Filij Catholici priuantur hæreditate patris hæretici, per *text. in cap. vrgentis*, *de haret.* quæ priuatio procedit etiam quoad legitimam, & alimenta secundum moderationem, Farinac. *cit. loc. quæst.* 191. *num.* 2. *&* 3. Hæc opinio licet de rigore iuris etiam priuet fœminas dotibus, nihilominus de æquitate canonica Fiscus debet dotare filias, vt per Farinac. *num.* 8. *& num.* 9. extendit etiam ad filios naturales. Et *num.* 12. ad filios credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum hæreticorum, dummodo isti tales verè credant hæreticos errores, secus quando non defendunt eorum errores. Et *num.* 20. dicit idem procedere in hæreditate materna, si mater sit hæretica. Quid in hæreditate extraneorum ab intestato, vel ex testamento, *num.* 23. *&* 26. quæ opinio procedit contra filios natos, vel conceptos, etiam ante crimen hæresis, vt reijciendo contrariam opinionem sequitur Farinac. *cit. loc. num.* 40. vbi *num.* 41. dicit non procedere contra patrem Catholicum in hæreditate filij hæretici, nec contra filium, cuius pater damnatur post mortem, *num.* 43.

32 Vtrùm filij hæreticorum priuentur Beneficijs. De æquitate non priuare voluit, Clar. *in pract. crim.* *§. hæresis*, *num.* 14. *vers. item Clericus*. Sed contrarium voluit, & defendit Farinac. *cit. loc. quæst.* 191. *num.* 44. *§.* 2. *per tot.* vbi opinionem varijs ampliationibus, & limitationibus distinguit.

33 Nonò, Hæreticus punitur pœna excommunicationis in vtroque foro, animæ, & iudiciali, non solum ipse, sed defensores, fautores, receptatores, & credentes, etiam in Bulla Cœnæ Domini, de qua excommunicatione idem Farinac. *cit. loc. q.* 192. *§.* 1. *per tot.*

Vltimò, Hæreticus sepultura caret ipse, & eius credentes, fautores, defensores, & receptatores, ita vt si sepulti inueniantur, debeant exhumari, si ossa discerni possunt. Nec sepelientes possunt absolui, nisi facta exhumatione, & talis sepultura perpetuo carere debet sepultura aliorum. Et sepelientes non solum sunt excommunicati, sed priuantur officijs, siue Clerici sint, siue Laici. Quę pœna procedit contra scienter sepelientes, Farinac. *cit. q.* 192. *num.* 38. *& seqq.* 34

Obserua, vt diximus supra, quod his pœnis punitur hæreticus impœnitens, & consequenter vigore *text.* quem annotamus, ijsdem condemnatur excommunicatus per Annum in excommunicatione contumax in causa Fidei.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *INsordescens per annum in censuris in causis fidei, an pronunciari possit vt hæreticus?*

2 *An audiendus sit post annum insordescentia comparens?*

3 *Insordescens per annum ob aliam causam, quam hæresis an sit suspectus de hæresi, & abiuret de leui? & quid in praxi.*

4 *Transcursus anni qualiter faciat quem hæreticum.*

5 *Formula de gradationis Clerici hæretici condemnati.*

6 *Percutiens Clericum hæreticum an sit excommunicatus?*

7 *Expenditur Ventriglia.*

SVspectus de hæresi vocatus ab officio S. Inquisitionis contumax effectus, & idcircò declaratus excommunicatus, & insordescens per annum, tunc per sententiam pronunciari potest hæreticus, & vti talis puniri *textus, & in c. cum contumacia de hæretic. in 6.* vbi glos. *in verbo Vehementem* vocat quod vbi suspicio hæresis est contra aliquem, si citatus sit contumax, suspicio incipit esse vehemens, si verò talis contumax excommunicatus in excommunicatione perseueret per annum præsumptio quæ erat vehemens transit in violentam, quæ est sufficiens ad condemnandum, Caren. *de officio S. Inquis. p.* 2. *tit.* 8. *n.* 19. 1

Quinimò talis ob hæresis crimen, vel illius suspicionem excommunicatus, & in excommunicatione perseuerans per annum ipso iure absque alia sententia habendus est pro hæretico, *Auth. Gazzaros C. de hæres.* Debet tamen citari, vt se purget à suspicione Caren. *vbi sup.*

Quamuis tamen hic condemnandus esset veluti hæreticus, non est propriè hæreticus, vt Caren. *n.* 22.

Cæterum Insordescens etiam per annum, & post declarationem si compareat, erit audiendus adhuc si fuisset statua combusta, post alios Caren. *n.* 24. 2

Insordescens in excommunicatione lata ob aliam causam, quam hæresis est suspectus de hæresi leuiter, & circa hoc decretum Genuens. *in prax. c.* 8. 3

Leuis hæc suspicio sufficit ad abiurationem de leui, vel canonicam purgationem indicendam quam si subitè quis noluerit tanquam hæreticus condemnari, Caren. *n.* 28. vbi quod non seruatur de consuetudine.

Rectiùs tamen dicitur, quod si pro hæresis iustificatione nihil aliud ostendatur, quam sententia contumacialis, tunc absens propter contumaciam non dicitur condemnatus, secus si hæresis fuerit positiuè probata. Vel nisi per incrementum contumaciæ simplex suspicio criminis transierit in violentam præsumptionem ex annali tolerantia censurarum *iuxta text. in cap. excommunicamus*, vbi glos. *de hæretic.* Quamuis enim possit esse talem contumacem in rei veritate non esse hęreticum, tamen propter contemptum, qui post annum contumacię superadditur, inducitur 4

con-

contra eum præsumptio iuris, & de iure, ita vt omnes pœnas hæreticis inflictas sustinere debeat, modo tamen ab initio fuerit tanquam suspectus, excommunicatus, & monitus se purgare intra annum non curauerit, & intelligendum ità sit, transcursum anni aliquem facere hæreticum, Lotther. *de beneficijs lib.* 3. *q.*28. *n.*102. *& seq.*

5 Iudex sæcularis an sit merus exequutor in crimine hæresis?

Veritas est Iudicem sæcularem esse merum exequutorem, & nullam habere causæ cognitionem, & teneri absque vlla dilatione exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, Farinac. *de pœn. temper. q.*97. *n.*102.

Nec Iudex Ecclesiasticus tenetur accomodare processum, Bart. *con.*12. Satis est pro iustificatione exequutionis illa publicatio coram Clero, & populo, & Ministris sæcularibus. Talis enim publicatio sufficit ad instructionem Iudicis pro exequutione sententiæ, vt post alios, Reg. Sanfelic. *decis.*239. *n.*10. *per tot.*

Pro lata sententia publica per Inquisitionem coram Clero, & Populo mentionatis breuiter, & relatis causæ totius actis, & traditus Iudici sæculari, qui per suum Actuarium notari facit, statim receptus tradendus erit, remota qualibet appellatione, vel reclamatione, vt fundat authoritate Bonifacij IV. Ferdin. de Castr. *tract.*4. *de mod. proced. in caus. fidei disp.*8. *punct.* 14. Tapia *in constit. de person. n.*38. Nec sub prætextu nullitatis impediri potest exequutio, nec sub prætextu notoriæ iniustitiæ, nam aut Iudex prætendit notoriam iniustitiã aliundè, & non curare debet, nam satis est pro iustificatione exequutionis illa publicatio coram Clero, & Populo, & Iudicibus sæcularibus, post alios Sanfelic. *n.*10.

In contingenti casu sequens forma seruetur in suspendendo, & comburendo Inquisitum puta de Idolatria. Die 27. Februarij 1639. In Ecclesia S. Dominici Maioris de Neapoli, coram frequenti populo, ibidem congregato post vesperas. Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater Dom. Antonius Ricciull. Episcopus Cosentanus S. Vniuersalis Inquisitionis Romanæ in hoc Regno Minister Generali, assistentibus sibi Consultoribus S. Officij, ac N.N. eiusdem Fisci Patrono. Ac coram D.D. N.N. vno ex Iudicibus M. C. V. per Regiam, & Catholicam Maiestatem Patrono, ac N. N. Scriba Fiscali Ordinario d. M.C. Actuario. R. Fisci ad præsentem actum vocatis in manu R. Patris N.N. Theologo eiusdem ordinis S. Dominici, cedulam sententiæ per eiusdem Illustriss. Episcopum N.N. vti Ministrum Generalem d. S. Officij contra N. N. latæ. Qui quidem R. Pater ascendit, dicta cedula accepta, suggestũ, à quo prædicationes in d. Ecclesia haberi solent, & ex eo alta, & intelligibili voce, ita vt ab omnibus audiri possit eam de verbo ad verbum legit, ac publicauit existente ibidem N.N. genuflexo super quodam palco ligneo, panno nigri coloris cooperto, & habitu clericali induto, audiẽte, intelligente, & nihil respondente, in qua sententia præfatus Illustriss. Episcopus nomine quo supra declarauit dictum N.N. incidisse in plures pœnas, & inter cæteras in pœnam Idolatriæ, aliasque pœnas inflictas à Sacris Canonibus, decretis, & constitutionibus Summorum Pontificum tam generalibus, quàm particularibus, contra non promotos in Sacerdotio, celebrantes Sanctiss. Missæ Sacrificium, & signanter in Bullis fel. record. Clementis, & Sanctissimi D.N. Vrbani P. VIII. Quia N.N. ætatis annorum 23. dum erat Clericus in minoribus ordinibus tantum pluries, & pluries coram fidelibus celebrare præsumpsit, ac etiam in alias pœnas contentas in Sacris Canonibus, ac Constitutionibus Pontificijs, contra sortilegos, cum expressa dæmonum inuocatione, & veneratione ad effectum inueniendi Thesauros, de quibus criminibus D. N. Episcopus per d. sententiam asseruit d. N.N. esse plenariè conuictum per testes tot. Et ipsum declarauit priuatum omni clericali, & Ecclesiastico priuilegio, in cuius signum mandauit suis exequutoribus, quod d. N.N. habitu clericali spoliarent, eumque sic spoliatum declarauit indignum misericordia S. Officij, & vti talem tradendum foro, & esse, prout coram prædictis Dominis Officialibus fuit actualiter spoliatus, ac traditus d. M.C. V. & pro ea dictis D.D. Officialibus, vt sup. per d. M.C. deputatis debitis pœnis plectendum. Verùm enixè rogauit tam dictos Dominos Iudices, aliosque Regios Ministros ad quos spectat, vt cum d. N.N. misericorditer agerent, & citra pęnam sanguinis, & in fidem pro Regij Fisci cautela præsentem actum feci, & me subscripsi, & se subscripsit Scriba Fiscalis, Ordinarius, & actuarius Regij Fisci.

In causa Regij Fisci cum N.N. inquisito de crimine Idolatriæ facto verbo per M.C.V. prouisum, & decretum est, quod N.N. pro exequutione sententiæ declaratoriæ latæ de mandato SS. Inquisitionis de Vrbe laqueo in foro magno furcis suspendatur ita, & taliter, quod totaliter eius anima à corpore separetur, & eius cadauer igne crémetur hoc suum, &c.

Has formulas adducit Sanfelic. *decis.*239.

Quando in crimine hæresis mandatur, quem tradi Curiæ sæculari, eo ipso quod traditur, indirectè per Iudicem Ecclesiasticum pœna vltimi supplicij condemnatur, degradando, & tradendo Iudici sæculari, Ecclesia enim non infligit directè pœnam mortis, sed indirectè scilicet degradando, seu tradendo Iudici sæculari, & id ex constitutionibus Pontificum, vt Sanfelic. *n.*8.

In alijs verò criminibus misti fori, Clericus degradetur, & remittitur, vt condemnandus, & procedit ex eisdem actis ad sententiam præuia monitione. Et si aliquis defectus in processu reperiatur, supplendus erit per Iudicem laicum, vel si pro delicti qualitate, vel ex defectu probationum minori esset puniendus pœna, vel si cognoscatur innocentia poterit degradatus minori pœna puniri, vel absolui, vt dixi *in obseru.*57t. *n.*4. *ac per totum.*

Percutiens Clericum hæreticum an incurrat excommunicationem *Canonis si quis suadente diabolo*? Ventriglia *n.*16. ex Carrer. & Decian. negat. 6

Degradatum Clericum, vel alium Regularem percutiens an incurrat d. excommunicationem? Bonacin. *de censuris disp.*2. *q.*2. *punct.*6. *sect.*3. *n.*4. distinguit inter degradatum verbaliter, & actualiter, vt primo casu incurrat, secus in secundo.

In hæretico non condemnato, Farin. *de hæres. q.* 189. *n.*25. negat illum posse impunè offendi.

Quidquid velit Bonac. Ego censeo, quod si Clericus in minoribus antequam morti traditur, verbaliter tantum degradatur iuxta ea, quæ scribit Ventriglia *n.* 11. hæc verbalis degradatio operabitur respectu Clerici in minoribus eandem vim degradationis actualis, & deindè illum quis impunè offendat, cum sit iam condemnatus, vt hæreticus, vel sit Iudici sæculari vti laicus traditus ex Farinac. *d. q.*189. *num.*25. 7

S V M M A R I V M.

1 *HÆreticus pœnitens, & insordescens in excommunicatione per annum, in eadem causa abiurans, recipitur ad misericordiam ab Ecclesia, nec traditur Curiæ sæculari.*

2 *Laicus Missam celebrans, aut Confessionem audiens, etiam pœnitens, non recipitur ab Ecclesia. Nec recipitur abutens Sacramentis, negans Trinitatem, vel Diuinitatem, aut Conceptionem de Spiritu Sancto, vel Mortem Christi, aut Virginitatem Beatæ Virginis.*

3 *Hæreticus pœnitens recuperat bona, & alia multa ex misericordia. Non potest tamen promoueri ad sacros Ordines, nec recuperat dignitates, famam, & honores absque Sedis Apostolicæ dispensatione, n.* 4. *Nec recuperat vassallorum dominium, n.*5.

6 *Hæretici pœnitentes puniuntur pœna arbitraria, quæ exemplificatur multis modis, num.*7. *Cum declaratione, num.*8.

9 *Hæreticus pœnitens punitur pœna carceris temporanei, vel perpetuæ, cum distinctione vt hic.*

10 *Hæreticus pœnitens potest puniri pœna pecuniaria arbitrio Inquisitoris, & cui applicanda.*

11 *Hæretici debent abiurare; quomodo, quando, & qua forma, remissiuè.*

ANNO-

ANNOTATIO II.

§. IV.

DIximus supra de pœnis, quibus punitur hæreticus impœnitens, & successiuè excommunicatus, contumax impœnitens in causa hæresis; hic verò dicemus, quibus pœnis punitur hæreticus pœnitens, & consequenter excommunicatus in eadem causa per annum contumax pœnitens, & errorem, pro quo fuit excommunicatus, abiurans.

1 Ad quod præmitto, quod pœnitens dicitur, qui errorem, quem in mente habuit, & verbis, aut factis ostendit, ad se reductus abiurauit; hic enim Ecclesiæ reconciliatus, non dicitur amplius hæreticus, & facta abiuratione, non est ad Curiam sæcularem remittendus; & ad misericordiam ab Ecclesia recipitur, etiam si in articulo mortis pœniteat, dummodò tamen spontè ad Fidem redeat, nec redeat simulatè, & fraudulenter, nec sit relapsus.

2 Non tamen recipitur etiam pœnitens, celebrans Missã, aut Confessionem audiens, cum non sit Sacerdos; abutens Altaris Sacramentis; negans Trinitatem, vel Diuinitatem, aut Conceptionem de Spiritu Sancto, siue Mortem Iesu Christi, vel Virginitatem Beatissimæ Virginis, de quibus latiùs per Farinac. *de hæres. quæst.* 193. §. 1. *per tot.* & §. 2.

3 Et licet pœnitens hæreticus, & Ecclesiæ reconciliatus bona confiscata recuperet ex misericordia, vt dixit Farinac. *cit. loc. quæst.* 190. *num.* 131. Et recuperet Beneficia amissa, & habilis reddatur ad alia obtinenda, *quæst.* 189. *num.* 82. & restituatur ad priuilegia propter infamiam amissa, Repert. *inquis. verb. priuilegia, vers. secundo*. Et recuperet Iuspatronatus, Farinac. *quæst.* 190. *num.* 153. contra alios, Et hæreticus pœnitens non prohibeatur ferre testimonium, & efficiatur capax successionis. & si mulier sit, recuperet bona dotalia, etiam alienata, Farinac. *q.* 193. *num.* 71. 72. 73. 74. & 75.

4 Nihilominus etiam pœnitens non potest promoueri ad sacros Ordines, per *text. in cap. illud* 50. *dist.* Nec restitui ad dignitates, famam, & honores, absque Sedis Apostolicæ dispensatione, idem Farinac. *num.* 68. vbi *num.* 69. dicit eadem indigere dispensatione, si ad Religionem intrare intendit.

5 Nec recuperat pœnitens suorum vassallorum dominium, ita Simanch. *catholicar. Instit. tit.* 23. *rubr. de Dominis temporalib. num.* 11. Franc. Pegna in addit. ad Eymeric. *in direct. inquis. par.* 3. *quæst.* 119. *com.* 168. *vers. fin.* Nec ad illius fauorem reuiuiscunt obligationes debitorum, propter hæresim extinctæ, Farinac. *q.* 189. *num.* 60. Nec liberatur ab irregularitate absque Episcopi dispensatione, ex *cap. Presbyter, de pœnit. dist.* 5. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 54. *num.* 18. & 19.

6 Isti enim pœnitentes solent aliqua pœna puniri quam arbitrariam esse, vt plurimum defendunt DD. ex *text. in cap. vt commissi, de hæret.* vbi latè Farinac. *quæst.* 193. qui
7 *num. seqq.* Hanc pœnam exemplificat in pœnam Exilij, Deportationis, Triremium, Ieiunij, Fustigationis, Delationis habitus cruce signati, Suspensionis ab Officio, &
8 Beneficio in Clericis, Ædificationis Ecclesiæ. Quas pœnas possunt Inquisitores minuere, & augere, & in sententia sibi ipsis reseruare auctoritatem commutandi; ad quas commutandas requiritur consensus Inquisitoris Generalis. Verum commutatio non potest fieri in pœnis, ad quas hæreticus incurrit ipso iure. Nec cum hæreticis relapsis, vt per Farinac. *ibid.*

9 Potest etiam puniri pœna carceris ad arbitrium Inquisitoris, etiam perpetui, quando pœnitens abiurauit de formali; secus quando abiurauit de leui, sed de vehementi, quo casu carcer debet esse temporaneus. Similiter si non sit spontè comparens, etiam condemnatur ad perpetuos carceres, nec agratiatur sine licentia Summi Pontificis, latè Farinac. *quæst.* 193. §. 5. *per tot.* vbi *in fin.* dicit, quod Sanctum Tribunal cum magna æquitate procedit ad hanc pœnam; si enim videt veram conuersionem, cum Vltramontanis breui tempore dispensat; cum Italis verò magis, & minus, secundum qualitatem facti, & personarum.

Nec prohibetur Inquisitoribus cum pœnitentibus hæreticis vti pœna pecuniaria Sancto Inquisitionis Officio applicanda, per *glos. in Clem.* 2. *verb. illicitis, de hæret.* vbi DD. quæ pœna quando, & quomodo sit imponenda, latè Farinac. *quæst.* 193. §. 6. *per tot.* Et §. 7. dicit, quod potest cogi pœnitens ad præstandam fideiussionem de soluendo pœnam pecuniariam. Et quod non adimplens potest contra eum inquiri, & compelli, non solum ipse, sed hæredes. 10

Vltimo, Debet hic pœnitens abiurare, iuxta latè tradita per Farinac. *cit. quæst.* 194. §. 1. & *seqq.* vbi quomodo, quando, à quibus sit facienda, & qua forma hæc abiuratio. 11

Conclude ergo, quod in his omnibus pœnis, quibus puniuntur hæretici, siue pœnitentes, siue impœnitentes possunt, & debent condemnari excommunicati in causa hæresis, si per annum in excommunicatione perstiterint, siue pœnitentes sint, siue impœnitentes.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *TRiplex species hæresis suspicio vltra hæresim formalem assignatur.*

2 *Abiuratione de formali, & de vehementi, ac leui qualiter fiant.*

3 *Mitius qualiter agatur cum spontè comparentibus, & quanto tempore recipiantur.*

4 *Pœnitentes qualiter puniendi.*

5 *Hæretico pœnitentis in quibus non parcitur.*

VLtra hæresim formalem duplex est suspicio hæresis, leuis scilicet, vehemens, seù violenta, licet Doctores violentam distinguant à vehementi. Nam quo ad modum procedendi suspicio hæresis violenta non differta suspicione vehementi, post Farinac. & alios, Carena *de Officio S. Inquisit. par.* 3. *tit.* 12. §. 3. *num.* 4. & 5. Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 84. *num.* 8. Ideò de stylo S. Inquisitionis generalis de Vrbe abiuratio de violenta non est in vsu, sed omnes abiurant, vel de leui, vel de vehementi, vel de formali hæresi, Farin. *de hæres. quæst.* 189. *num.* 521. Caren. *num.* 7. 1

Abiuratio de formali regulariter debet fieri publicè, & debet fieri in aliquo magno festo, Farin. *quæst.* 194. *num.* 3. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *resol.* 8. Caren. *vbi sup.* §. 6. *num.* 19. & 20. Alter si hæretici spontè compareant. Nam abiurant tantummodò coram Inquisitore Ordinario, Notario, & duobus testibus in secreto Auditorio S. Officij, Caren. *num.* 23. 2

Abiuratio de vehementi regulariter debet fieri publicè, seu abiuratio de vehementi, Caren. *n.* 24. Ita passim practicatur in Polygamis, Blasphemis, Sortilegis, & similibus, qui non de formali abiurant, sed de vehementi, Caren. *num.* 24.

Inquisitores in hac re videntur latiores habere habenas, nam si publicè non sit suspectus potest abiuratio indici secreta, & abiurabit publicè, vel secretò secundum quod publicè, vel secretè est suspectus, Caren. *n.* 25.

Mitiùs agendum cum eo, qui licet sit inditijs præuentus comparuit tamen in S. Officio non vocatus, nec citatus, & ex causa Inquisitionis benè visa possunt Inquisitores abiurationem de vehementi secretam, & iustæ causæ ad id agendum esse possunt spontanea constitutio in carceribus, senectus, nobilitas, Caren. *n.* 19. 3

Si verò agamus de abiuratione de leui hæc regulariter fit secretè, etsi Carena referat semel delatum de leui abiurasse coram Congregatione.

Maxima prudentia vtendum in hac re considerando qualitates delicti personarum, & præcipuè scandali. Non tamen Inquisitor debet cogere Confessarium sollicitantem ad abiurandum de vehementi publicè, ne laici ex hoc à Sacramento pœnitentiæ retrahantur, sed ea abiuratio ad summum fieri debet coram Inquisitore, Consultoribus

Eccle-

Ecclesiasticis, & alijs Sacerdotibus, & Curatis, & Consultores sæculares non interueniunt, Caren. *vbi supra num. 29.*

Continere debet abiuratio siue de formali, siue de alia detestatione omnis, & cuiuscumque hæresis in genere, & in specie hæresis illius, in quam incidit abiurans, puta *Anathematizo omnem hæresim*, & præcipuè omnem hæresim, & præcipuè eam, *de qua hactenus infamatus sum*, & continere debet promissiones iuratas de non committendo complices errores, & delicta ob quæ cogitur abiurare, Caren.

Pœnitentibus hæreticis ex benignitate parcit pia Mater Ecclesia, *ex text. in l. Manicheos C. de hæret.* Pœnitentes autem quanto tempore recipiantur, docet *text. in cap. ad abolendum de hæret.* ibi, *nisi continuè post deprehensionem erroris ad fidei Catholicæ vnitatem spontè recurrere*, & in §. *laicus*, ibi, *nisi abiurata hæresi, & satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit*. Idque arbitrio Inquisitoris.

Verissima primò sententia est in praxi recepta. Hæreticos quandocumque ante sententiam pœnitentes ad misericordiam admittendas esse, Farin. *quæst. 193. num. 55.* Caren. *part. 2. tit. 2. §. 1. num. 6.* Neque obstant dictiones *confestim, & continuè*, quia intelligendæ sunt cum temperamento temporis, & aliquando secundum subiectam materiam longum temporis interuallum, admittunt Caren. *d. part. 1. num. 5.*

Quinimò etiam post sententiam, & etiam post traditionem factam brachio sæculari, Farin. *d. quæst. 193. num. 62.* Benè verùm id rarissimè, quoniam conuersio de illo tempore facta non præsumitur ex corde, sed ob dolorem venientis ignis, & ita experientia docuit, vt refert Eymericus *in directorio part. 3. 10. modo termin. process. nu. 204.* de quodam Sacerdote, qui vti impœnitens non elapsus in Ciuitate Barchinon. in Cathalonia fuerat traditus brachio sæculari, & igni applicatus, & etiam ex vna parte aliqualiter adustus cœpit clamare quod educeretur, quia volebat abiurare, & sic factum fuit, sed post 14. annos detectus fuit permansisse continuè in hæresi, & multos infecisse, vti impœnitens relapsus fuit combustus, Diana *tract. 7. part. 4. resol. 34.*

4 Quamuis autem pœnitentes hæretici ad misericordiam comittantur. Attamen varijs alijs pœnis puniendi sunt, & in specie pœna perpetui carceris.

Abiuratio formalis hæreticis pœnitentibus est iniungenda. Et hæc debet esse publica, & debent errorem suum reuocare, etiam sibi iniuncta aliqua pœnitentia, Caren. *part. 2. tit. ... §. 25. num. 24. & seqq.* Et condemnari solent ad delationem habitelli cum Crucibus super vestibus, Caren. *vbi sup. tit. 2. §. 1. num. 7.*

In harum tamen pœnarum impositione habenda est ratio ad tempus, quo hæretici isti conuertuntur. Nam mitiùs puniendus est, qui metu imminentium probationum confessus est, quam qui in carceres coniectus, & mitiùs iste, quam qui post publicatas attestationes.

Ex generali totius Italiæ consuetudine hæretici ad eos conuertentis non confiscantur bona, licet iste condemnetur ad pœnas, Caren. *d. §. 1. n. 9.*

5 Hæretico pœnitenti aliquando, nec pro prima vice parcitur, vt celebranti Missam, & administranti Sacramentum pœnitentiæ, cum Sacerdos non sit, nam talis pro primo lapsu etiam traditur Curiæ laicali.

Qui negat Trinitatem, Diuinitatem D. N. Iesu Christi, & Conceptionem de Spiritu Sancto, Mortem ipsius vt nos redimeret, & Virginitatem B. Virginis Mariæ, Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 1. num. 47.* Caren. *§. 2. num. 10.* item incidens in Schisma, Lamiæ, quæ per maleficia aliquos occiderunt, vt per Constit. Gregorij XV. ita Caren. *vbi sup.*

De hæreticis spontè comparentibus mitissimè tractandis pœna aliqua salutari; vel pecuniaria aliquando, & quod habeant impunitatem mortis, confiscationis bonorum, sed cogendi sint formaliter abiurare hæreses abiuratione secreta, Caren. *part. 2. tit. 18. §. 2.*

SVMMARIVM.

1 *INsordescens in excommunicatione per Annum, punitur vt suspectus de hæresi, & quare.*

2 Cap. grauem, de pœnit. & remiss. *restringitur, & explicatur, num. 3.*

4 *Nobiles benignè tractantur ab Ecclesia, & de Iure canonico lenius puniuntur, quam Plebei, num. 5. Excepto in causa hæresis, num. 6.*

7 *Laicus ratione contemptus excommunicationis, potest puniri ab Ecclesiastico Iudice.*

8 Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. *procedit cum quocumque excommunicato, præterquam in causa hæresis.*

9 *Suspicio quid sit, & quotuplex, num. 11. 12. & 13.*

10 *Præsumptio quid sit, & quotuplex.*

14 *Insordescens in excommunicatione per Annum, dicitur leuiter suspectus de hæresi. Et quomodo sit citandus, num. 15. Et quomodo contra illum procedatur. Et quando non comparet, num. 16. Vel quando comparet, num. 17.*

18 *Sancta Romana, & generalis Inquisitio quando procedat contra insordescentes per annum in excommunicatione.*

ANNOTATIO II.

§. V.

OBseruauimus excommunicatos per Annum contumaces in causa Fidei. Nunc obseruamus excommunicatos per annum contumaces in alia causa, quam Fidei, de quibus in Concil. Trident. *sess. 25 cap. 3. de reform.* cuius verba notauimus in 1. §. huius *Ann.* Isti enim non possunt puniri vt hæretici, sed contra eos proceditur tantùm vti suspectos de hæresi, vt notatur in *text. Concil.* & hoc ex æquitate Ecclesiæ, quæ potest post tantam expectationem, & pertinaciam illum condemnare de hæresi, at ipsa Ecclesia iuxta maternum affectum præferens æquitatem suam, gremium non claudens, atque humanæ fragilitatis parcens, non sequitur rigorem hunc, sed incedens media quadam via, solam suspicionem tribuit. Et hoc ne videatur dissimulare, & correctionem peccatorum negligere, vt ex mente Hostiens. refert Add. ad Abb. *in cap. grauem de pœn. ad num. 7. lit. G. versic. qua autem circa med.* vbi in *princ.* habetur ratio, cur annalis perseuerantia inducat suspicionem hæresis. Et est primò, quia hic contumax non facit, nec facere potest id, ad quod omnis Christianus tenetur, quod est confiteri peccata sua, & absolutionem recipere, ad præscriptum *cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss.* Secundò, quia ex hoc præsumitur aliter sentire de Sacramentis, quam sentit, & docet Ecclesia, cum se ab illa separet, & sanctam Communionem non recipiat, idem Abb. *in cit. cap. grauem num. 3.* 1

De hac materia adest *text. in cap. grauem, de pœnit. & remiss.* qui *text.* licet loquatur de persistentia per biennium, non est tamen necessaria, sed sufficit annalis, adhoc, vt procedi possit contra contumacem, tanquam suspectum de hæresi, vt per DD. præsertim Abb. *num. 7. ibid.* 2

In quo *text.* notatur alia ratio, quare possit contra talem contumacem procedi, vti de hæresi suspectum; & est, quia iste talis videtur contemnere claues Ecclesiæ, vt notatur in illis verbis, *Claues Ecclesiæ contemnendo*. In quo *text.* licet Summus Pontifex ex Concil. Magunt. asserat talem contumacem non carere scrupulo hæreticæ prauitatis, nihilominus attenta Nobilitate illius contumacis, cum illo benignè procedi voluit. Hinc mandauit, vt prius moneretur, deinde si in contumacia persisteret, absolnerentur Ecclesiæ à iuribus per eas debitis dicto contumaci, & subditi eiusdem contumacis à iuramento fidelitatis, quandiu in excommunicatione persisterit. 3 4

Ex quo *text.* notat Abb. *ibid. num. 4.* quod etiam de Iure canonico mitiùs puniuntur Nobiles, quam Plebei, quod tamen non procedit in causa hæresis, in qua non consideratur Nobilitas, siue Dignitas, quia 5 6

in tali crimine æquè puniuntur Nobiles, ac Rustici, Felin. *in cap. Pastoralis.*, *in princ. de offic. deleg.* & diximus supra, quia in tali crimine amittitur nobilitas.

7 Notatur secundò, quòd in casu contemptus excommunicationis, potest laicus puniri per Iudicem Ecclesiasticum, vt hic in *text.* hæresis de causa.

Notatur tertiò, quòd vassalli non tenentur obedire Domino excommunicato quandiu in excommunicatione perstiterit. Quod quomodo procedat, dicemus alio loco.

Quomodo computetur hic Annus, & quod non currat impedito iusta causa, diximus supra.

8 Obserua, quod hæc dispositio *text.* Concil. Trident. procedit in quocumque excommunicato, excepta causa hæresis, siue sit in causa ciuili, siue criminali; nam pertinacia hæc vniformis est, cum semper, & in omni casu perseuerans dicatur contemnere, vt benè aduertit, ex verbis Concilij, Diaz *in pract. crim. canon. num. 12. versic. primo*, siue sit à iure, siue ab homine, Eymeric. *in direct. inquis. part. 2. cap. 47. versic. sexto, ad med.* Diximus ex Concil. Trident. contra hunc persistentem in excommunicatione per Annum, posse procedi tanquam de hæresi suspectum. Pro cuius intelligentia aduertendum est,
9 quod suspicio est opinio mali alicuius ex signis, ex qua ad præsumptionem venitur, habetur ex Bald. *in auth. si quis, C. de adult.* Præsumptio verò, quantum ad hunc locum
10 spectat, est rei dubiæ coniectura verisimilis, quæ ex natura rei, vel circumstantijs negociorum, aut personarum proficiscitur. Quæ præsumptio solet diuidi in præsumptionem iuris, quæ vehemens vocari potest, & in præsumptionem iuris, & de iure, quæ violenta appellari potest, ita Add. ad Eymeric. *part. 2. quæst. 46. com. 80. vers. ad hunc respondemus.*

11 Diuiditur enim suspicio tripliciter. Prima est suspicio modica, quæ in iure vocatur suspicio leuis, de qua *in cap. accusatus, de hæret. in 6.* dicitur hæc suspicio leuis, & modica, quia ex leuibus, & modicis oritur coniecturis, vnde dicitur modica à modicis indicijs, leuis à leuibus coniecturis, vel dicitur modica, siue leuis, quia modica, & leui defensione tollitur. Leuis suspicio est illa, quæ prouenit ex signis exterioribus operum, aut verborum ex quibus capitur coniectura, qua concludi potest, non quidem frequenter, sed raro, seu casu, quo talia faciens, vel dicens, hæreticus sit, quod deducitur leui consequentia contra frequenter deierantem, vel blasphemantem, quasi non benè credat, argumento *text. d. cap. accusatus*, & refert Pegna in addit. ad Eymer. *cit. loc. com. 80.* Leo *in Thes. for. Eccl. part. 3. cap. 5. num. 14.*

12 Secunda suspicio est magna, quæ fortis, siue vehemens vocari solet, sic dicta, quia oritur ex magnis, fortibus, ac vehementibus coniecturis, & indicijs; vel quia non tollitur nisi magnis, fortibus, & vehementibus defensionibus, & ea est, quæ prouenit ex signis exterioribus operum, vel verborum, ex quibus accipitur argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quod talia agens, vel dicens sit hæreticus, vt si quis neget explicitè, palam, & publicè ea, quæ debet ex officio scire, plusquam alij, quamuis possit etiam tale negotium ex ignorantia prouenire, vel animi leuitate, non autem ex hæretica prauitate, facit *text. in d. cap. accusatus*, Pegna *cit. loc. vers. quære*, Leo *cit. loc. num. 29.* vbi *num. seqq.* plures numerat casus, quibus quis vehementer de hæresi suspectus est habendus.

13 Tertia suspicio maxima, quæ violenta vocari solet, de qua in *d. cap. accusatus*, & *cap. cum contumacia de hæret. in 6.* sic dicta, quia violentat, cogit, & arctat Iudicem ad credendum, nec tergiuersatione refellitur qualicumque, vel quia oritur ex violentis, conuincentibus, atque coercentibus coniecturis, & ea est, quæ nascitur ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus concludi solet efficaciter, & ferè semper, quod talia dicens, vel faciens est hæreticus, quæ est multimoda, vt dicit, & exemplificat Leo *cit. loc. num. 38.* & *seq.* ex Pegna *cit. loc. versic. hæc præsumptio*, & *seqq.*

Et quia in Concil. Trident. obseruato loco, dicitur, quod contra contumaces per annum in excommunicatione, potest procedi vt de hæresi suspectos. Dubitatur, qua suspicione ex supradictis dicantur imputari isti contumaces.

Respondetur, nec magna, nec maxima suspicione 14
dicuntur imputari, sed solum prima, vnde dicuntur leuiter tantum isti contumaces suspecti de hæresi, vt notat Eymeric. *in direct. inquis. part. 2. cap. 47. num. 6. in med. & circa fin.* Diaz *in pract. crim. can. cap. 118. num. 12. vers. quarto quod licet*, vnde elapso integro anno, isti sunt ci- 15
tandi per Inquisitorem, vel Episcopum, quatenus de Fide respondeant, cum assignatione congrui termini, intra quem accedere debent ad respondendum de Fide, & in assignatione huius termini habenda est ratio temporum, locorum, & personarum, vt tradit Eymeric. *3. p. tit. de forma citandi absentem, num. 131.* cum comminatione si non comparuerint, quod sint excommunicati. Et in litteris citationis apponantur hæc verba, *Responsuri de Fide*, & per Eymeric. *cit. loc. quæst. 47. num. 7. vers. excommunicamus*, vbi Pegna *lit. G. vers. in litteris*, qui ait, non semper apponendum esse, *Responsuri de Fide*, sed tunc, quando citandus est contumax, nec capi potest, secus quando non est contumax, & capi potest, quia tunc non est apponendum illud verbum, *Responsurus de Fide*, quæ distinctio quoad caput contumaciæ non multum eminet, nam verè hic citandus semper est contumax, dum supponitur, quod per annum in excommunicatione perstiterit.

Quo in casu, aut isti citati comparent, aut non com- 16
parent. In secundo casu, nempè si renuerint comparere, eo facto sunt excommunicati, tanquam contumaces in causa Fidei, ac consequenter aggrauantur, quia iam fiunt suspecti de hæresi vehementer per *text. in hoc cap. cum contumacia, de hæret. in 6.* vnde elapso anno à die aggrauationis, quia dicuntur contumaces in causa Fidei, potest contra eos procedi vti hæreticos, vt diximus superioribus §§. & latè discutit Eymer. *cit. loc. n. 8. & 9.*

Si autem tales excommunicati comparuerint in termi- 17
no, interrogabuntur de Fide, & articulis Fidei, & si catholicè non respondebunt, contra ipsos proceditur tanquam manifestè de hæresi confessos. Si verò rectè, & catholicè respondebunt, tunc eis assignantur tres termini, vel vnus pro tribus, vt faciant se ipsos absoluere, alias tanquam contumaces in causa Fidei sint excommunicati, quod si paruerint, nec noua excommunicatione sinant ligari, solet illis indici purgatio de leui suspicione, vt latius Eymeric. *cit. loc. versic. si autem.*

De leui suspicione, & abiuratione de leui, generaliter vide multa per Farinac. *de hæres. quæst. 187. §. 2. n. 23. & seqq.*

Nota, quòd Pegn. ad Eymer. *cit. loc.* relatus per Cam- 18
panil. *diuer. iur. can. rubr. 12. cap. 15. num. 31. in princ. fin.* aduertit, quòd ex recepta consuetudine Sanctæ Romanę, & generalis Inquisitionis, non solet procedi contra excommunicatos per Annum, aut amplius, nisi fuerint excommunicati in causa hæresis.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas in crimine hæresis an excuset à pœna ignominiosa?*
2 *Filius hæretici amisit nobilitatem.*
3 *Honestiore abiuratione cum nobilibus agendum.*

Nobilitas hæretici an excuset à pœna ignominiosa, 1
vt triremium, & furcarum? Negandum videtur. Quia hæretici priuantur nobilitate, & repelluntur ab omnibus honoribus dignitatibus, & publicis officijs, & in contingentia facti nullam fuisse declaratam electionem ad decurionatum Ciuitatis eius, qui abiurauerat de vehementi tradit, Carena *part. 2. tit. 1. §. 27.*

Quinimò filius hæretici amisit antiquam nobilitatem, 2

Pascal. *de patr. potest. part.4. cap. 5. num.* 53. Quam infamiam, nec Inquisitor, nec Episcopus tollere potest, vel ad famam restituere, Ricciull. *de iure personarum extr. grem. Eccles. lib.3. cap.19. n.35.*

3 E contrario honestiori abiuratione agendum cum nobilibus, & ea vsos fuisse Inquisitores, refert Caren. *par.3. tit.12. §.6. num.* 23. Dum aliqui nobiles admissi fuerunt ad abiurationem de vehementi aliquando in Aula Episcoporum, & aliquando in Aula S. Officij ianuis apertis, & aliquando ianuis clausis coram Congregatione tantummodo.

In crimine læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ nobiles puniri truncatione capitis, scribit Præs. de Franchis *decis.* 569. Pratus *respons. crim.* 22. Videnda sunt quæ scripsi *in d. decis.* de Franch. *in obs.*

SVMMARIVM.

1 *INsordescens in excommunicatione per Annum in causa ciuili, habetur pro confesso. Item in causa criminali, num.2.*

3 *Insordescentia non auget pœnam delicti principalis, solum operatur, vt insordescens possit pro delicto principali condemnari, & vt præsumatur confessus, vel conuictus.*

4 *Insordescens contra præsumptionem, quæ illum habet pro confesso, & conuicto, potest suas probationes deducere.*

5 *Probatio innocentiæ non censetur exclusa, etiam lata sententia.*

6 Text. in cap. rursus 11. q.2. *explicatur.*

7 *Repetitio non est necessaria contra insordescentem in excommunicatione per Annum. Quod procedit, quando perseuerantia est cum contemptu, qui cessat petitione absolutionis.*

8 *Insordescenti per Annum in excommunicatione, an prosit absolutio generalis dari solita in Literis Apostolicis, remissiuè.*

9 *Insordescens in excommunicatione per Annum, potest puniri pœna pecuniaria, vel alijs pœnis arbitrarijs, num.10.*

11 *Insordescens in excommunicatione per Annum, an possit priuari Beneficijs. Quid in causa ciuili, num.12. Et quid in criminali, num.13. Et quomodo debeat citari, num.14. Et quod in crimine inducentem priuationem Beneficiorum, ipso iure debeat præcedere sententia declaratoria, num.15. Et latius, num.20.*

16 *Insordescens in excommunicatione per triennium, etiam in causa ciuili, priuatur Beneficijs.*

17 *Insordescens in excommunicatione per Annum, si per sententiam fuit priuatus Beneficijs, an illa recuperet. Et an sit audiendus, si compareat post sententiam, resoluitur cum distinctione, num.18.*

19 *Sententia lata contra contumacem, an præsumatur lata propter delictum, vel an propter contumaciam.*

21 *Iudex quando possit sententiam à se latam reuocare, si constat de innocentia Rei.*

ANNOTATIO II.

§. VI.

1 PErseuerantia hæc in excommunicatione per Annum in causa ciuili, operatur, vt excommunicatus habeatur pro confesso, vt probat Diaz. *in pract. crim. canon. cap.* 118. *num.9.* sequutus Couar. *in cap. alma mater, §.7. de senten. excommunic. num.*10. Menoch. *de arbitr. lib.2. cap.*416. *num.* 36. qui confutant Ripam contrarium tenentem, & rationem afferunt, si in causa criminali perseuerantiam in excommunicatione per Annum hoc operatur, in qua causa probationes requiruntur efficaciores, & dilucidiores, per *text. in l. vlt. C. de probat* ergo multò magis in causa ciuili, contra Ricc. *in prax. resol.*209. *n.6.*

In causa criminali multò fortius defendunt DD. huiusmodi contumacem haberi pro confesso, & conuicto de crimine, pro quo fuit excommunicatus, sed pœnam non auget, est ergo laspus anni loco solius probationis, facitque perinde, ac si is excommunicatus, ore suo fuisset delictum confessus, est originalis opinio Abb. *in cap.* 1. *num.*25. *de iudic.* quem omnes sequuntur, refert Rip. *ibid. num.* 77. Alciat. *num.*54. Couar. *in d. cap. alma mater*, Diaz. *cit. loc. n.4.* Menoch. *de arbitr. cit. cap. n.* 11. Aufret. ad Capell. Tolosan. *q.*366. Io. Lup. *in cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §.*18. *num.*24. Paul. Grill. *in tract. de heret. q.8. ad fin.* 2

Ex quo notat Menoch. *cit. loc.* quod hic contumax pro tali contumacia, nullam reportat pœnam particularem; solum enim punitur contumax de delicto principali, in quo habetur pro confesso, & conuicto iuris præsumptione, ratione prædictæ contumaciæ; imò nec etiam auget pœnam delicti principalis, hæc contumacia solum enim facit, vt ratione huius persistentiæ in excommunicatione per Annum, possit persistens puniri pro delicto, pro quo fuit excommunicatus, ac declarari incidisse in pœnas delicto debitas, ita vt si ratione defectus probationis, non posset delinquens condemnari ad pœnam ordinariam delicti, subsequente tamen hac contumacia in excommunicatione per annum, quia habetur pro confesso, & conuicto, benè potest condemnari ad pœnam ordinariam, latè Menoch. *cit. loc.* qui *num.*13. dicit, quod licet sola contumacia non sufficiat ad condemnandum, ex *cap. nullus, de præsumpt.* tamen contumacia cum perseuerantia in excommunicatione, sufficit, vt inquit Abb. *in d. cap.* 1. *num.* 27. *de iudic.* quia ex his surgit vehemens præsumptio, quæ ad condemnandum sufficit, iuxta *text. in cap. afferte, de præsumpt.* 3

Sed contra hanc præsumptionem, benè potest excommunicatus suas deducere probationes ad probandam suam innocentiam, nam hæc perseuerantia prodest accusatori, Fisco, vel actori, vt releuentur ab onere probandi delictum, loco cuius probationis, lex subrogauit hanc fictam contumacis, & excommunicati confessionem, quare alijs probationibus is suam innocentiam probare potest, ad dicta per Rip. *in d. cap.* 1. *de iudic. num.*77. *vers. tertio restringe*, Innocent. *in cap. cum bone, num.2. vers. quarto post talem, de atat. & qualit.* Diaz. *cap.*118. *num.*10. vbi in *fin.* dicit, quod innocentiæ probatio nunquam exclusa censetur, etiam si iam lata fuerit sententia, ex Dec. *in cap. ex parte, il 2. num.7. de offic. deleg.* 4 5

Obijcies ex *text. in cap. rursus* 11. *quæst.*3. videtur hunc perseuerantem in excommunicatione nullatenus audiendum esse.

Respondetur, *text.* loqui contra eum, qui se purgare, & suam innocentiam ostendere contempsit, quem non audiendum esse dicit, secus si suam innocentiam intendit probare, ita Diaz. & Menoch. *cit. loc.* non enim præcludit viam excommunicatio, vt non possit ostendere Reus elapso anno suam innocentiam, & allegare legitimum impedimentum, Gratian. *discept. forens. cap.*119. *num.*5. 6

Operatur etiam hæc perseuerantia in excommunicatione per Annum, vt inquisitus non possit petere repetitionem testium Fisci, & accusatoris, cum talis repetitio in hoc casu non sit necessaria, nam repetitio fit ad probandam intentionem Fisci, sed Fiscus est in probatis, cum lex habeat inquisitum pro confesso, & conuicto de delicto principali, ergo; ita tenent Genuens. *in prax. Archiepisc. cap.*32. *num.* 2. & Ricc. *in collect. dec. part.* 3. *collect.* 629. citans *Cur. Archiep. Neap. decis.* 31. Quod tunc procedit, quando contumax perseuerauerit animo indurato, & pertinaci, & in contemptum clauium, qui contemptus in hoc datur, quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire. Verùm hic contemptus cessat sola petitione absolutionis, ita Ricc. *cit. collect.* & latiùs in *prax. part.* 1. *resol.*212. vbi *resol.* 213. dicit quando prodest pertinaci in excommunicatione per Annum absolutio generalis, quæ solet apponi in Literis Apostolicis. 7 8

Dubitatur. Num possit hic perseuerans in excommu-

nicatione puniri ab Ecclesiastico iudice pœna pecuniaria.

9 Respondetur, posse Iudicem Ecclesiasticum etiam pecuniaria pęna mulctare excommunicatum pertinacem quod non indigere probatione, ac forensi vsu receptum esse defendit Diaz. *in pract. crimin. canon. cit. loc. cap.* 118. *num.* 4. *vers. possunt etiam*, sicque absolutionis tempore, post Ecclesiæ satisfactionem solet pecuniaria pœna imponi, quæ iustè exigi potest, & ad pios vsus conuerti, ita etiam testatur Simanch. *in Cathol. Instit. tit.* 27. *num.* 5. respondisse Sacr. Congregat. Cardinalium.

10 Et non solum potest puniri perseuerans in excommunicatione per Annum pœna pecuniaria, sed etiam alia pœna temporali arbitraria, ex opinione Menoch. *cit. loc. cas.* 416. *num.* 47.

11 Num priuari possit Beneficijs Clericus perseuerans in excommunicatione per Annum in causa ciuili, siue criminali, controuersum est inter DD. De qua quæstione latè Menoch. *cit. loc. num.* 47. *& seqq.* Farinac. *in fragment. in verb. Clericus, lit. C. num.* 264. *& seqq.* Diaz. *cit. loc. num.* 13. *vers. sexta, & vltima*, Gratian. *discept. for. cap.* 119. *per tot.* & alij DD. in *cap.* 1. *de iud.* Campan. *diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 30. *versic. alterum*.

12 In qua quæstione Diaz. *cit. loc. num. cit. vers. quæ quidem*, & Menoch. *num.* 52. indistinctè tenent etiam in causa ciuili, posse persistentem hunc priuari Beneficijs, sequuti opinionem Franch. in hoc *cap. cum contumacia, in fin. de hæret. in* 6. & Didac. Cou. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 7. *num.* 10. *vers. quartò considerandum, de sent. excommunic.*

Verùm in causa ciuili opinio contraria est verior, & communis, non posse hunc contumacem priuari Beneficijs, ita glos. *in cap. contingit, in verb. non potest, de dolo, & contumac.* Roman. *sing.* 307. Lup. *in cap. per vestras, in text. in princ.* §. 18. *num.* 24. *vers. sic etiam, de donat. inter vir. & vxor. fol.* 245. Aufrer. ad decis. Capell. Tholos. 366. *item Anno Domini, in fin. vers. & vide*, Rot. coram Cardinali Seraphin. *Segobricens. insordescentiæ* 3. *Iunij* 1598. vbi dicitur, quod ita seruatur in praxi, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. de alternat. glos.* 15. *in princip. n.* 103. *vsque ad num.* 109. quos refert Grat. *discept. for. cap.* 119. *num.* 3.

13 In causa verò criminali quando excommunicatio est lata propter crimen, quod ipso iure priuat Clericum Beneficio, facit vt per insordescentiam quis habeatur pro confesso, & quod debeat censeri ipso iure priuatus, sed quando est lata ob crimen, per quod non est priuatus ipso iure Beneficio, sed venit priuandus per sententiam, & tunc poterit priuari post contractam insordescentiam. Aut crimen est tale, per quod nullo pacto potest imponi pœna priuationis, & tunc per insordescentiam nunquam est imponenda huiusmodi pœna priuationis, sed alia Iudicis arbitrio, quia satis est, vt ex tali insordescentia oriatur confessio delicti, absque eo, quod alia pœna pro illo imponatur, & secundum hanc distinctionem intelligitur obseruatum *text.* Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* & resoluit Rot. coram Seraph. *Segobricen. insordescentiæ* 5. *Iunij* 1598. Franc. in hoc *cap. cum contumacia* 7. *num.* 2. *de hæret. in* 6. Abb. *in cap.* 1. *num.* 24. *de iudic.* Felin. *in cap. postulasti, de homicid.* Couar. *cit. loc. cap. alma mater, part.* 1. §. 7. *num.* 10. *vers. primum hinc apparet, & vers. secundo etiam, de sent. excom. in* 6. Roman. *sing.* 307. quos refert, & sequitur Gratian. *discept. for. d. cap.* 119. *num.* 1. *& seqq.*

14 Et ad effectum, vt quis possit ratione insordescentiæ priuari Beneficijs, vti suspectus de hæresi, debet iterùm transacto anno citari ad diluendum hanc suspicionem, & tunc si est contumax, potest priuari, vt notat Seraphin. *cit. decis. num.* 3. & Gratian. *cit. loc. num.* 6. ex *text.* in hoc *cap. cum contumacia*.

15 Similiter etiam in crimine, in quo priuatur Beneficijs contumax ipso iure, debet ferri sententia saltem declaratoria, vt diximus supra, quando proceditur contra hæreticum, & multò magis dicemus seruandum esse hic, quando proceditur contra suspectum de hæresi, ex opinione Menoch. *cit. loc. num.* 56. *& seqq.* vbi multa cumulat. Et *num.* 65. dicit, quod Iudex non statim post annum debet procedere ad hanc declarationem, sed expectato aliquo competenti termino ad eius arbitrium, Diaz. *cit. loc. vers. vltimo*.

Nota, persistentem in excommunicatione per trien- 16
nium, etiam in causa ciuili, voluisse Couar. *in cap. alma mater*, §. 7. *num.* 10. *vers. tertio si quis, ad fin. de sentent. excommun. in* 6. posse ratione tantæ contumaciæ priuari Beneficijs, si nullam habeat causam defensionis, sequitur Gratian. *cit. loc. num.* 7. Ricc. *in prax. part.* 1. *resolut.* 211. *num.* 8.

Dubitatur. Si contumax ratione insordescentiæ fue- 17
rit per sententiam priuatus Beneficijs, & post sententiam comparuerit, sit ne audiendus, & sententia reuocari possit, ac Beneficia recuperare.

Respondetur, aut sententia est lata non propter deli- 18
ctum, sed propter contumaciam, cum in tali casu non sit diffinitiua, sed interlocutoria, potest quandocumque reuocari, purgata contumacia, Alex. *in l.* 1. §. *hoc iudicium, ff. si quis ius dicent. non obtemper.* & successiuè hæc sententia non priuat Beneficijs irreuocabiliter, & priuatus, quandocumque comparet, purgata contumacia, recuperat Beneficium, etiam si fuerit alteri collatum, Achil. *de absol. decis. vnic.* Rota coram Seraphin. *Romana canonicatus S. Angeli vltima February* 1576. adducta per Gratian. *discept. forens. cap.* 119. *num.* 10. Aut sententia est lata propter delictum in contumaciam, tunc enim dicitur diffinitiua, & priuat irreuocabiliter, & si contumax comparet, etiam purgata contumacia, non recuperat Beneficium, ita distinguit Gratian. *cit. loc. num.* 9. *&* 10. ad dicta per Seraphin. *decis.* 354. *num.* 8. *& seq.* qui adducit *cit. decis.* Rot. per Gratian. alio modo, idest in vna *Romana Canonicatus S. Angeli coram R. P. D. Cersa vltima Febr.* 1567.

Et an sententia lata sit propter contumaciam, 19
vel propter delictum, in dubio dignoscitur ex actis, semper enim quod delictum non est sufficienter probatum, dicendum est in tali casu condemnationem esse factam propter contumaciam, ita Seraphin. *cit. decis.* 354. *num.* 11.

Sed aduerte, quod quando diximus cum Gratian. *cit.* 20
loc. quod contumax condemnatus in contumaciam propter delictum, ac priuatus Beneficio, purgata contumacia, illud non recuperat, intelligitur quando reus per contrarias probationes non docuerit de sua innocentia; secus verò quando per concludentes probationes probauerit suam innocentiam, & quod Beneficio non venit priuandus, tunc enim reuocatur sententia, & restituitur ad Beneficium, vt declarat Gratian. *d. loc. num.* 15. 16. *& seq.* non solum in causa appellationis, & in secunda instantia, ad *text. in l. fin. C. de error. aduoc. l. creditor*, §. *iussus*, *de appellat. l. generaliter*, §. 1. *C. de reb. cred.* adductis per Gratian. *num.* 14. sed etiam coram ipsomet Iudice, qui sententiam protulit, & inconsulto Principe, Felin. *in cap. lator*, 7. *declar. de re iud.* Natt. *cons.* 445. *num.* 5. Bald. & alij in *l. si quis adulterij, C. de adult.* Rota coram Seraphin. *Imolen. Castrorum* 22. *Aprilis* 1575. Farinac. *de inquis. quæst.* 11. *num.* 8. *&* 13. & alij, de quibus Gratian. *cit. loc. num.* 18. qui respondet ad Bart. *in l.* 1. §. *si quis vltro, ff. de quæst.* tenentem, Iudicem non posse inconsulto Principe sen-
tentiam à se latam reuocare, etiam in casu, in 21
quo constaret de innocentia Rei, quia opinio Bart. procedit, quando sententia est lata ex veris probationibus, secus si ex fictis, & præsumptis vigore contumaciæ.

(∴)

OBSER-

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *INsordescens in excommunicatione per annum lata ob aliam causam, quam heresit. an abiuret de leui?*
2 *Ad dubitatio contra Carenam.*
3 *Insordescens per annum ex alia causa, quam heresis an possit priuari beneficijs?*

1 INsordescens in excommunicatione lata ob aliam causam, quam hæresis dimittitur eum pœnitentijs salutaribus, an autem abiuret de leui? Affirmat Genuens. *in praxi cap.68. num.8.* Et interrogandus de causa insordescentiæ vtrùm verè claues Ecclesiæ con tempserit, vt de iure præsumitur Ricciull. *de iure person. extra grem. Eccles. exist. lib.4. cap.7. tit.9. §.8. num.10.*

2 In contrarium adducitur, quod contra dictum insordescentem non procedit S. Officium, vt in princ. dixi. Beneuerum si dimittendus eum pœnitentijs salutaribus, & arbitrio absoluentis dimittendus sit post interrogationem de contemptu clauium abiuratio.

3 Insordescens per annum in excommunicatione ob aliam causam, quam hæresis, an possit priuari beneficijs? De hac autem rescripsi in Gratian. *discept. 119. per tot.* vbi quod priuatio beneficiorum sit pœna ordinaria, ac an sufficiat contumacia annalis.

ANNOTATIO III.

De testibus in causa matrimoniali.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quod in tali causa testes debent esse omni exceptione maiores. Qui dicantur testes omni exceptione maiores. Et in qua causa matrimoniali requirantur huiusmodi testes. Et quomodo probetur impedimentum Matrimonij contrahendi.

§. II. Quod testes, qui interueniunt Matrimonio, non est necesse sint omni exceptione maiores. Et quando omnes admittantur.

§. III. Qui admittantur in testes pro Matrimonio.

§. IV. Contra Matrimonium requiruntur testes omni exceptione maiores. Et qui sint hi testes. Et an hæc qualitas sit probanda. Et alia multa de testibus, qui inducuntur ante Matrimonium ad probandum contrahere volentes esse solutos.

SVMMARIVM.

1 *TEstis omni exceptione maior quis dicatur.*
2 *Testis idoneus quis dicatur.*
3 *Testis legitimus quis dicatur.*
4 *Testis integer quis dicatur.*
5 *Testes idonei tantum non admittuntur in causa matrimoniali.*
6 *Testes quot modis dicantur in causa Matrimonij. Et in quibus casibus procedat* text. in cap. ex literis, de consanguin. & affinit. *num.7. & seqq.*
8 *Testis vnicus probat impedimentum ante contractum Matrimonium, etiam si clam deponeret, & parte non citata, num.9. Etiam si esset accusator, vel denunciator, vel propriam turpitudinem allegaret, num.10. Etiam si esset criminosus, num.11. Dummodo concurrant requisita, de quibus num.12. 13. 14. 15. & 16.*
17 *Testis vnicus an probet impedimentum Matrimonij, quando non tractatur de vitando peccato.*
18 *Fama sola probat impedimentum Matrimonij contrahendi, quando tractatur de vitando peccato, etiam si sponsalia iurata intercesserint, num.19. Dummodo fama non sit priuata, & sit probata bino teste, num.20. & 21. Et ex aduerso non constet validioribus probationibus de fama contraria, num.22. Et ad probandam hanc famam contrariam admittuntur testes consanguinei, num.23. Et ipsi contrahere volentes ad arbitrium Iudicis, num.24.*
25 *Rumor an probet impedimentum Matrimonij contrahendi.*
26 *Sponsi an sint legitimi testes ad probandum impedimentum ad impediendum Matrimonium, resoluitur cum distinctione, num.27. 28. & 29.*

ANNOTATIO III.

§. I.

Ad Textum in cap. cum ex literis, de consanguin. & affinit.

IN hoc *text.* mandat Alexander Papa III. Abbati Cassien. quod recipiantur testes in causa matrimoniali,
qui sint circumspecti, omni exceptione maiores. Hinc 1
communiter DD. in *d. text.* & alibi volunt, quod in causa matrimoniali recipi debeant testes omni exceptione maiores. Et ad intelligentiam obseruandum est, quod ille dicitur testis omni exceptione maior, qui repelli non potest aliqua exceptione, ita glos. *in d. cap. ex literis, verb. maiores*, vbi DD. omnes, Bald. *in l. optimam, sub num.8. C. de contract. stipul.* qui volens hoc amplius explicare, dixit, testem omni exceptione maiorem, debere esse probatæ vitæ, & bonæ opinionis; ac de inimicitia non suspectum, Mascard. *de probat. conclus.855. num. 10.* Campanil. *diuers. iur. can. rubr. 11. cap.26. num.32.* Alex. *in cons.19. num.6. lib.1.* Bart. *in l. admonendi, col. 9. vers. venio ad tertium, ff. de iur. iur.* vbi intelligit hoc, etiam si exceptio, quæ opponitur, non repellat testem à testimonio, sed minuat eius fidem, prout est quando testis est consanguineus, Anton. de But. *in cap. fin. de iur. iur.* glos. *in §. item verborum, verb. idoneos, Institut. de inutil. stipulat.* Prob. ad Io. Monach. *in cap.1. num.9. de testib. in 6.* vbi eum credit esse talem, contra quem nulla mundi exceptio obijci potest, Franc. Curt. Papien. *tract. de testib. num.73. conclus.74. vers. aduerte*, Aufret. *de reprob. test. num.93.* Milan. *in suo repertor. in verb. testes omni exceptione maiores*, Ruin. *cons. 59. num. 3. lib. 4.* Soc. Iun. *cons.29. num.25. lib.2.* Blanch. *de indit. num. 317.* Carrer. *in pract. crim. in tract. de indit. &c. in §. in text.* ibi, *Testibus superatus, &c. & num. 26.* Rimin. Sen. *cons. 137. num.24.* Hippol. Rimin. Iun. *cons. 503. num. 19. volum. 5. & cons.524. num.11. eod. vol. & cons. 705. num. 20. vol. 6.* Bursat. *cons.320. num.90. vol.3.* Franc. Becc. *cons. 47. n.5.* Alex. Stra. *inter consil. criminalia diuers. cons. 117. n. 30. vol.1.* vbi ampliat etiam ad friuolam exceptionem, quod non credit verum Farinac. *de testib. tit. de oppos. contra pers. test. quæst.62. num.1. ad med.* Corsett. *in singul. verb. integer, num.301.* Viu. *in com. opin. verb. testis vnicus, num. 10.* Peguer. *decis.17. num. 40.* & alij apud Farinac. *cit. loc.*

Testis idoneus est idem, quod omni exceptione maior, 2
ex communi opinione DD. vt refert Farinac. *cit. loc. nu.2.* qui *num.3.* contra communem dicit esse veriorem, quod ista qualitas omni exceptione maior contineat in se aliquod plusquam idoneus, quod probat ex opinione Felin. *in rubr. de sponsal. col.5. num.5. vers. quarto in causa*, vbi dicit, in causa matrimoniali testes non sufficere alias idoneos, sed debere etiam esse omni exceptione maiores, ergo maior omni exceptione dicitur fidelior testis, quam idoneus, cum qua opinione concurrere dicit Crot. *in tract. de testib. num.395. ad fin.* & Mascard. *de prob. lib. 2. conclus.1019. post num.15.*

3 Testis omni exceptione maior non differt à teste legitimo: vnde idem est dicere, quem esse testem legitimum, ac omni exceptione maiorem, secundum Paris. *cons.* 24. *num.* 14. *lib.* 3. & refert Farinac. *cit. loc. num.* 4.

4 Similiter non differt testis omni exceptione maior, à teste integro, seu integræ opinionis, & dicitur integer testis, qui à iure non repellitur, Corset. *in suis singul. verb. integer*, quem sequitur Farinac. *cit. loc. n.* 5.

5 Vndè aduertendum est, quod in causa matrimonij non debent admitti testes idonei tantùm; cum non dicantur omni exceptione maiores, iuxta opinionem Farinac. de qua supra; benè tamen admittuntur testes legitimi, & integri, cum ijdem sint quod testes, omni exceptione maiores, ad verba huius *text. cap. ex literis*, & ad dicta per Felin. *cit. loc.* ac Farinac. *quæst.* 62. *limit.* 6. quod quomodo procedat, habetur ex sequentibus.

6 Obserua, quod pluribus modis dicuntur testes in causa matrimoniali. Vel sunt testes, qui interueniunt, producuntur, vel spontè veniunt ad deponendum impedimentum ante contractum matrimonium. Vel sunt testes, qui interueniunt in ipso contractu matrimonij simul cum Parocho ad præscriptum Sacr. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.* Vel sunt testes, qui producuntur pro, & ad fauorem matrimonij contracti. Vel sunt testes, qui producuntur contra matrimonium iam contractum.

7 In primo casu, in testibus, qui producuntur ad probandum impedimentum ante contractum matrimonium, non procedit hic *text. cap. ex literis*, de hoc enim casu loquitur *cap. super eo, il 2. de testib. & attestat. & cap. preterea, il 2. de sponsal.* in quo non requiruntur testes omni exceptione maiores, sed sufficit quilibet testis etiam vnicus, *cit. iuribus*; & rationem reddunt communiter DD. quia cum tractetur de peccato vitando, ideo impedimentum matrimonij contrahendi probatur per testes etiam inhabiles, Ias. *in rep. l. admonendi, num.* 197. *ff. de iur. iur.* Rom. *singul.* 616. Couar. *tom.* 1. *de matrimon. part.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 20. latè Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1359. *num.* 17. Farinac. *de testib. quæst.* 62. *num.* 99. Alex. Ambros. *dec. Perus. dec.* 18. *num.* 8. *vers. & licet*, Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 71.

8 Impedimentum matrimonij cobtrahendi probatur vnico teste etiam non citato, dummodo per partem producentem, sit Iudici oblatum; nam si ex se ingereret, præsumeretur suspectus, argumento *l. vxori*, §. 1. *ff. de fals.* Abb. *in cap. cum in sua, num.* 2. *de sponsal.* Bart. *in l. post legatum*, §. *his vero*, *num.* 1. *ff. de his, quib. vt indign.* Mascard. *de prob. conclus.* 1035. *num.* 3. vbi plures refert, Sanch. *de matrim. cit. loc. num.* 2.

9 Quod procedit, etiam si testis deponeret clam absque publicatione nominis, & parte non citata iuxta *cap.* 2. *de testib.* ita deciditur in *cap. præterea, il* 2. *de sponsalib.* vbi Innocent. *num. vnic.* Anton. *num.* 6. Abb. *num.* 7. Præpos. *num.* 4. Mascard. *d. conclus.* 1035. *num.* 4. Sanch. *cit. loc. num.* 3.

10 Similiter sufficit vnicus testis in hoc casu, etiam si esset denunciator, vel accusator, & allegaret suam turpitudinem, DD. *in d. cap. præterea*, præsertim Abb. *num.* 7. *circa med.* Mascard. *cit. loc. num.* 5. Sanch. *num.* 4.

11 Etiam si iste testis esset criminosus, vt constat ex *d. cap. præterea*, vbi testis suam allegat turpitudinem, & voluit Sanch. *cit. loc. num.* 5.

Et adeò verùm est, vt vnicus testis probet impedimentum matrimonij, etiam si fuerit inhabilis, vt non sit accipiendum iuramentum suppletorium à contrahentibus, ita contra alios defendit Alexand. de Neuo *in cap. super eo, de consang. num.* 9. & sequitur Sanch. *cit. loc. num.* 6. & ratio est, quia si sumus in casu, in quo vnicus testis plenè probat, ergo non est locus iuramento suppletorio.

12 Sufficit vnicus testis ad probandum impedimentum matrimonij contrahendi dummodo concurrant quatuor requisita. Primum, vt testis deponat, si enim solum denunciat non impedit matrimonium, nisi probet de fama, Alexand. de Neuo *cap. cum in tua, de sponsal. num.* 9. *&* 14. & refert Sanch. *num.* 9.

13 Secundum requisitum, vt testis iuret, parum enim creditur non iuranti, *cap. tua de cohab. cler.* sic contra Cardin. *in cap. præterea, il* 2. *de sponsal. num.* 1. docent Hostien. ibi in *princ.* Io. Andr. *num.* 2. Abb. *in cap.* 2. *de consang. num.* 4. vbi Alexand. de Neuo *num.* 3. Præpos. *n.* 6. Couar. 4. *decr.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *num.* 21. Gutier. *q. canon. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 32. & Theologi, quos refert Sanch. *cit. loc. num.* 10.

Tertium requisitum est; vt iste vnicus testis non sit vilis persona, ita Abb. *in cap. præterea, il* 2. *de sponsalib. in fin. & in cap. cum in tua, eod. tit. num.* 7. vbi contra Goffr. *in sum. tit. de accusationib. in fin.* concludit, quod etiam ad impediendum peccatum futurum non admittitur vilis persona, nisi in casu, vbi veritas alias haberi non potest, probat Sanch. *cit. loc. num.* 12. 14

Quartum, & vltimum requisitum est; vt hic testis deponat ex certa, & sufficienti causa scientiæ; nam si de auditu solo deponeret, non probaret ad impediendum matrimonium, quamuis alter testis simul cum eo, absque iuramento, de certa scientia deponeret; vndè maiorem fidem facit fama, vel vnicus testis iurans, quam duo testes, quorum vnus cum iuramento deponit de auditu, alter verò absque iuramento de certa scientia, cum hi duo non impediant matrimonium, quod tamen vnicus testis, vel fama impedit, dum testis ille iurat de certa scientia, ita Abb. *in cap.* 1. *de consang. num.* 2. *&* 3. & ibi etiam Alex. de Neuo *num.* 2. Præpos. *num.* 6. Mascard. *cit. loc.* Sanch. *cit. loc. num.* 11. 15

Hoc tamen limitatur in teste de auditu, iuxta formam *cap. licet ex quadam, de testib.* vbi ad impediendum matrimonium sufficit testis de auditu, si deponat audiuisse, non ab vno suo maiori, sed à pluribus maioribus, & ante litem motam, ita Mascard. *de probat. concl.* 410. *num.* 3. Sanch. *cit. loc. num.* 11. *versic. excipiendum*, dummodo impedimentum, quod deponit, possit probari, cum designatione gradus, & personarum, alias non probat, Ricc. *decis.* 9. 2. *part.* 16

Ex quibus infert Sanch. *cit. loc. num.* 12. *versic. hinc infertur*, quod Iudex in hoc casu considerare debet qualitatem personæ testificantis, & an sibi displiceat Matrimonium, nec ne, & alias circumstantias.

Diximus sufficere vnicum testem ad probandum impedimentum Matrimonij, & hoc ad euitandum peccatum. Dubitatur, si testis deponat de alia causa, qua existente, nullum esset peccatum contrahere, vt si ad dissoluendum sponsalia alleget sponsus fornicationem sponsæ, creditur ne vnico testi? 17

Respondetur, non adhiberi fidem vnico testi in hoc casu, quia agitur de præiudicio iuris alterius, vbi satis non est vnius testimonium, *cap. licet, & cap. veniens de testib.* & ab hac regula generali solum excipitur, quando apponitur impedimentum Matrimonij, ratione peccati vitandi, vt latius declarat Sanch. *loc. cit. num.* 7. *vers. sed omnino.*

Et non solum admittitur vnicus testis ad probandum impedimentum Matrimonij contrahendi, vt diximus; sed etiam sufficiens est sola fama, ad hunc effectum impediendi Matrimonium, quæ plenè probat impedimentum, habetur expressè in *cap. super eo, de consang.* docet Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 72. *num.* 13. 18

Quæ conclusio ampliatur, etiam si interuenerint sponsalia iuramento firmata, ex *d. cap. super eo*, vbi deciditur, famam impedire Matrimonium contrahendum fide data, & ibi glos. *in verb. fide*, explicat, idest iuramento, DD. in *eod. text.* præsertim Cardin. *in fin.* Abb. *n.* 5. Couar. 4. *decr.* 2. *part. cap.* 6. §. 19. *num.* 21. Mascard. *de probat. conclus.* 1035. *num.* 12. Sanch. *cit. loc. num.* 14. qui dicit, non esse audiendum Palud. contrarium tenentem. 19

Verùm ista fama non debet esse priuata, vt si de ea Iudici constet, vt priuato, vel si Iudex de illa à multis in priuato audiuerit; hæc enim fama non sufficit ad impediendum Matrimonium, solum dat facultatem ad inquirendum, ac recipiendum probationes de fama, vt aduertit Abb. *in cap. cum in tua, de sponsal. num.* 6. & sequitur Sanch. *cit. loc. num.* 15. & voluit Mascard. *de prob. conclus.* 1035. *num.* 13. 20

Debet solum hæc fama probari per duos testes, vt tenet Abb. *cit. loc. num.* 8. Et generaliter quomodo probetur fama, vide Ricc. *in collect.* 1133. *part.* 4. 21

Obser-

22 Obſerua, quòd fama non ſufficit ad impediendum Matrimonium, ſi probatum ſit ex aduerſo clarioribus probationibus de contraria fama, per gloſ. *in d. cap. cum in tua, in verb. famam*, vbi Abb. *num.* 3. Pariſ. *conſ.* 64. *num.* 24. *volum.* 3. *& conſ.* 23. *num.* 242. *volum.* 1. Sanchez *cit. loc. num.* 16. Maſcard. *d. concl. num.* 14. Et ad depo-
23 nendum hanc contrariam famam, admittuntur etiam propinqui, dummodo iurent, vt notatur in *d. text. cap. cum in tua*, ibi, *vel contra famam huiuſmodi iuramento exhibeas propinquorum*, vbi Abb. *in fin.*

24 Relinquitur arbitrio Iudicis inſpecta qualitate perſonarum, admittere ad probandam hanc contrariam famam ipſoſmet contrahere volentes, ac dicentes non eſſe conſanguineos cum iuramento, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 243. *num.* 4. *& caſ.* 454. *num.* 1. *&* 2. Maſcard. *cit. loc. num.* 16.

25 Rumor, qui minor eſt, quam fama, iuxta opinionem Pariſ. *conſ.* 66. *num.* 122. nam fama eſt, quando maior pars viciniæ acclamat; rumor verò eſt, quando aliqua pars, vt tertia, vel quarta, probat impedimentum, ad finem impediendi Matrimonium, ſecundum aliquos relatos per Sanch. *cit. loc. num.* 18. licet ipſe *verſ. vltimo*, contrarium dicat eſſe verius, nempe rumorem non ſufficienter probare impedimentum.

26 Dubitatur. Si ipſimet ſponſi teſtificentur de impedimento, ad finem impediendi Matrimonium contrahendum, an ſint teſtes idonei, & probent.

27 Reſpondetur, ſi vterque ſponſus deponat de impedimento, ſatis eſt ad diſſoluenda ſponſalia, quamuis ſint iuramento firmata, quia mutuo conſenſu poſſunt liberè diſſolui, & dum vterque deponit de Impedimento, ſatis explicat mutuam reſiliendi voluntatem, ita DD. *in d. cap. ſuper eo, de teſtib. il* 2. præſertim Abb. *num.* 5. Anchar. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *caſ.* 103. *num.* 2. Maſcard. *d. concl.* 1035. *num.* 17. *&* 18.

28 Si alter tantum ſponſus fateatur impedimentum; ſi eſt ille, qui Matrimonium celebrari optat, ſufficienter probat; & ratio eſt, quia hic caſus non differt à primo; nam alter ſponſus diſſentit, hic ſtatim ac impedimentum fatetur, recuſat Matrimonium contrahere; quare mutuus conſenſus ad ſponſalia diſſoluenda concurrit, ita Abb. *cit. loc. num.* 5. Maſcard. *d. num.* 18. Menoch. *d. caſ.* 103. *num.* 2.

29 Si verò deponens de impedimento ſit ille, qui Matrimonium contrahere recuſat, tunc non probat, nec ſtatur eius confeſſioni, quia eſt ad ſuum fauorem, in præiudicium tertij, cui non præſtatur fides, ita Abb. *d. num.* 5. Maſcard. *d. num.* 18. Menoch. *d. num.* 3. ita diſtinguit Sanchez *de Matr. lib.* 1. *diſp.* 72. *per tot.*

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Rigoroſæ, vel leues probationes, an requirantur, aut ſufficiant in matrimonio?*
2 *Quatuor diſtinguuntur, & probantur caſus.*
3 *Fauore matrimonij pulchra exempla Andreol.*
4 *Quid in materia ſeparationis thori, & nullitatis.*
5 *Vnicus Teſtis an probet deponens impedimentum?*

1 Rigoroſæ, & magis exactæ probationes, vel leuiores, & imperfectæ in cauſa matrimoniali, quando requirantur, vel ſufficiant? Diſtinguit Ventriglia *num.* 6. Aut ſunt teſtes venientes ad deponendum impedimentum ante contractum Matrimonij ad iſtud impediendum. Aut qui interueniant in ipſo contractu inſimul cum Parrocho ad præſcriptum S. C. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de reformatione*. Et ad fauorem matrimonij contracti. Aut ſunt teſtes, qui producuntur contra matrimonium iam contractum pro illo annullando.

Magnam differentiam conſtituit Card. de Luca *de matrim. diſcurſ.* 2. *num.* 13. inter caſum, in quo agatur de matrimonio ſubſtinendo. Vel de eo deſtruendo, vt primo caſu leuiores ſufficiant probationes. Secus in ſecundo.

Rectiùs puto diſtinguendum. Vel agitur de impediendo matrimonium contrahendum. Aut de probando matrimonium. Aut de ſeparatione matrimonij quo ad thorum. Aut quoad vinculum, ſeu de nullitate illius. 2

Si agatur de probando matrimonio fauore ipſius receptum eſt, vt etiam teſtimonium parentum, vel coniunctorum admitti debeat *textus eſt in cap. videtur* 35. *q.* 6. *cap. videtur extr. qui matrimon. accuſ. poſſ.* vbi Abb. Buratt. *deciſ.* 530. *&* 713. Maximè ſi adeſſent tres, quia numerus ſuppler defectum. Et teſtes d. caſu non opus eſt, vt ſint omni exceptione maiores, nec admittuntur exceptiones contra teſtes, Mantic. *deciſ.* 372. latè Andreol. *contr.* 277. *num.* 21. *& ſeqq.*

Exemplificat Andreol. vt ſi teſtes eſſent pauperes, viles, vel famuli, ſi tales non eſſent tempore depoſitionis, vel etiam ſi teſtes eſſent amici, dummodo amicitia non ſit maxima, Mantic. *deciſ.* 372. Peregr. *conſ.* 92. *num.* 11. Extendit Peregr. in caſu, quo teſtes dixerunt *ſe cupere vt is in cauſa obtineret, pro quo depoſuerant*.

Notabiliter addit Andreol. *num.* 28. probari matrimonium, quamuis alter ex teſtibus depoſuiſſet matrimonium contractum in Saletta. Alter verò in Camera. Alter Sponſam indutam veſte nigra. Alter verò colorata, ex Peregr. Mantic. & alijs.

Beneuerùm circa admiſſionem teſtium conſanguineorum in hac materia plurimum verſari arbitrium Iudicis, qui penſatis omnibus facti circumſtantijs cautè perpendere debet, quando ſit huiuſmodi teſtibus fides adhibenda. Vt ſi conſtet de malo, & infecto principio concubinatus, ſeu copulæ fornicariæ præcedentis, & ſic teſtes conſanguinei magnum habeant intereſſe, quia agatur de reparanda publicæ opinionis amiſſæ Virginitatis Puellæ iactura, & de reſarciendo familiæ honore. Vnde teſtes ſunt omninò repellendi *cap. ſuper eo de teſtibus*, ibi *non eſſe aliquatenus admittendum*, plenè Rota *deciſ.* 28. *part.* 7. *rec.* Card. de Luca *de matrim. diſcurſ.* 2. *num.* 6.

Teſtes in materia ſeparationis thori an debeant eſſe omni exceptione maiores? Affirmant Pariſ. *conſ.* 54. *n.* 16. *lib.* 4. Natta *conſ* 616. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 850. *num.* 3. Bertaz. *conſ.* 228. *num.* 5. 4

E contrario veriùs dic magis communem, & receptam, nec non æquiorem ſtare opinionem, quæ voluit in hoc iudicio ſeparationis thori ad probandos actus maritalis ſeuitiæ, aut alia huiuſmodi, quæ ſunt difficilis probationis ſufficere teſtes, quamuis non omni exceptione maiores, & ſic admitti conſanguineos, affines, domeſticos, familiares, alioſque huiuſmodi, vt clarè deducitur *ex text. in l. conſenſu §. ſuper plagis C. de repud.* vbi in puncto ad probanda inter coniuges vulnera admittuntur Serui, & Ancillæ, illa ratione, quod ea, quæ in penetralibus geruntur, non ità paſſim omnium patent oculis, nec facile per alios, quam per domeſticos poſſunt comprobari, & in ſpecie hanc opinionem tenent Card. *conſ.* 9. *num.* 5. *& ſeqq.* Alex. de Neuo *conſ.* 4. *num.* 10. poſt alios Farinac. *de delict. carn. q.* 143. *num.* 168. latè Rota *deciſ.* 155. *part.* 6. *rec. per tot.*

Maior autem, grauiorque cenſetur cauſa matrimonij, ſi agatur de illius ſolutione, quo ad vinculum, quam ſi tractatur de ſolius thori ſeparatione, Natta *conſ.* 24. *n.* 1. gloſ. *in c. in litteris verbo vita de teſtibus*, & gloſ. *in c.* 1. *verb. Maiores de conſanguin. & affin.* Socin. Iunior. *conſ.* 86. *num.* 6. *lib.* 2.

Vndè confeſſio coniugis, quæ non attenditur, quoad vinculi ſolutionem, *c. ſuper eo de eo, qui cogn. conſanguin. vxor. ſua*. Quo ad Thori ſeparationem attenditur, *c. ex litteris de. diuor.* Gabriel. *conſ.* 161. *num.* 10. *lib.* 1. Rota *vbi ſup. num.* 57.

In fortioribus terminis dum ageretur de annullando matrimonio, Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 414. *num.* 20. admiſit teſtes, qui alias non admitterentur ea ratione, quod minæ paternæ, de quarum probatione illic agebatur erant difficilis probationis, tamquam illatæ intra domeſticos parietes.

Potiſſima difficultas eſt, ſi agatur de teſtibus venientibus ad impediendum matrimonium contrahendum. 5 Communis, & recepta Conclutio, vt d. caſu quilibet

teſtis

testis etiam vnicus sufficiat, *cap. super eo il 2. de testibus, cap. praterea 2. de sponsal.* post alios Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 71.* Ventrigl. *num. 7.* Ratio assignatur; quia cùm agatur de peccato vitando, ideò impedimentum probetur per testes inhabiles.

6 Excitat difficultatem Sanch. *num. 6.* si testis deponat de alia causa, qua existente nullum esset peccatum contrahere, vt si ad dissoluendum sponsalia alleget sponsus fornicationem sponsæ, an credatur vnico testi? Ventriglia *num. 17.* cum Sanchez negat dandam fidem vnico testi. Quia non agitur de peccato vitando, neque de probando impedimento, sed solùm ad probandam causam dissolutionis sponsalium.

Argui contrarium potest, quòd fornicatio sponsæ dissoluit sponsalia ex eo, quod ex illa oritur odium vxoris, & sponsa reddatur suspecta de impudicitia, & timeantur mali exitus, & matrimonium non erit causa amoris, & beneuolentiæ. Ideòque licet fornicatio sponsæ non sit impedimentum matrimonij, & non agatur de peccato vitando. Nihilominus ratione timoris, & odij ipsius sponsi ad vitandum periculum vxoricidij, & inimicitias consanguineorum sponsi impediendum esset matrimonium.

Quotidianæ agitantur controuersiæ in foro Ecclesiastico super impedimentis matrimonij. Quia solent opponi impedimenta ex parte parentum sponsæ, vel sponsi, aut consanguineorum, ex quo matrimonium contractum fuerit illis inscijs, & dissentientibus, & iniuria illis sit illata cum dedecore familiæ, & non difficile adeò sit inueniri testes, adhuc, quod non sit inequalitas inter sponsos, vt nuperrimè contigit ad impediendum matrimonium ex parte Matris sponsæ oppositum fuisse impedimentum, quo dicebatur, procreatum fuisse sponsum à patre ipsius sponsæ ex adulterina copula cum Matre sponsi, & plures deposuerant testes. Demum declarari falsi.

Accedit quod Iudex sit scrupulosus an debeat impedire, ne matrimonium contrahatur cum Muliere longè imparis conditionis, & infamia notabili laborante, nam sic exoriuntur grauissima scandala, dissoluatur parentum pietas, cognatorum amicitia. Vnde an possit sponsus detrudi in carcere donec, vel nubet aliam, vel scandalorum periculum remoueatur, quamuis matrimonia debeant esse libera, scribit Pignatell. *tom. 4. consult. 11.* vbi quod sic. Et difficulter possunt impediri matrimonia, dum solet per procuratores iniri, vt Reg. de Marin. *lib. 2. resol. 131.*

Comprobat Riccius *decis. 9. part. 3.* vbi quod si honestæ conditionis vir deferat Ordinario minas consanguineorum sponsæ, vel sponsi, & causam inimicitiarum, & necum, & pericula, & scandala futura ex matrimonio, tunc arbitrio ipsius Ordinarij stabitur an sequatur matrimonium.

Distinguendum in hac quæstione videtur, an testis deponat de consanguinitatis impedimento gradus; & sit vnicus, & tunc sufficiat ad impediendum, vt vitetur peccatum, *textus est in cap. super eo il 2. de testibus, & attestat.* Aut alleget sponsus fornicationem sponsæ pro dissolutione sponsalium, & tunc quia non agitur de impedimento, neque de peccato vitando, & tunc requirantur duo testes, Sanch. *vbi sup. num. 6.* Aut agitur de probando impedimento affinitatis, quia sponsus cognouerit consanguineam sponsæ. Et gloss. *in cap. praterea de testibus, & attest.* docet sufficientem esse vnius testis depositionem. At ego satis vereor de hac opinione. Nam tractatur de probando impedimento, & pariter de fornicatione, & requiri debeant duo testes, & non recedendum à regula vt testis vnicus non probet, & in ore duorum, vel trium stet omne verbum, dum agitur de probando crimine.

SVMMARIVM.

1 TEstis vnus cum Parocho non sufficit in Matrimonio.

2 Testes, qui interueniunt Matrimonio debent habere vsum rationis, & esse præsentes præsentia morali. Et sufficit, quod percipiant consensum contrahentium aliquo sensu corporis, num. 3. Vel per Interpretem, si contrahentes sunt diuersi Idiomatis, num. 4.

5 Testes, si distrahantur tempore contractus Matrimonij? an dicantur idonei, resoluitur negatiuè, num. 6.

7 Parochus, si distrahatur tempore contractus Matrimonij, non dicitur præsens.

8 Testes sufficiunt adesse Matrimonio, sine voluntatis consensu.

9 Testes, qui interueniunt Matrimonio cum Parocho, sufficiunt quicumque sint, etiam alias inhabiles. Nec debent esse rogati, num. 10.

11 Procurator ad contrahendum Matrimonium, non est necesse, vt habeat qualitates requisitas in alijs Procuratoribus.

12 Testes retro cortinam, vel parietem, an sint idonei ad contractum Matrimonij, resoluitur negatiuè, num. 13. Quod limitatur, num. 15.

14 Cæcus non dicitur idoneus testis, vel Parochus ad Matrimonium.

16 Testes casus transeuntes, si aduertant ad contractum Matrimonij, dicuntur præsentes, & idonei.

17 Testes assistentes Matrimonio clandestino, vel stipulationibus non incurrunt pœnam particularem. Possunt puniri pœna arbitraria pro modo culpæ.

18 Testibus inhabilibus, qui interueniunt Matrimonio, præstatur integra fides.

ANNOTATIO III.

§. II.

SEcundo modo dicuntur testes in causa Matrimonij, & sunt illi duo saltem, qui interuenire debent simul cum Parocho tempore contractus Matrimonij, ad præscriptum Sacr. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* qui necessario debent esse duo, nec sufficit vnus testis cum eodem Parocho, ita vt Parochus possit adesse Matrimonio, vt Parochus, & testis; nam Trident. expressè requirit vltra Parochum duos testes, & probatur doctrina Felin. *in cap. ex literis, num. 10. de prob. vers. modo aduerte,* vbi docet, quòd quando statutum exigit ad aliquem actum duo personarum genera; persona vnius generis non potest vtriusque vicem gerere, sed Trident. requirit ad Matrimonium duo personarum genera, nempè Parochum, & duos testes, ergo Parochus non potest munus Parochi gerere, & simul vicem alterius, ex illis duobus testibus supplere, ita Sanchez *de Matrim. lib. 3. disp. 45. num. 1.* 1

Qui testes vsum rationis habere debent, & quod sint præsentes, non solùm præsentia phisica, idest corporea, sed etiam præsentia morali, & humana; vnde est, quòd necesse sit, quod habeant vsum rationis, vt intelligant consensum vtriusque contrahentis; vnde si testes essent ebrij, dormientes, infantes, vel non aduerterent, Matrimonium non valeret, quia non dicuntur præsentes, qui non intelligunt quid agitur, latè Sanchez *de Matrim. lib. 3. disp. 39. num. 1.* qui ad hoc multas adducit rationes. 2

Sufficit tamen si isti testes aliquo sensu percipiant consensum contrahentium, vt si non audiant verba, saltem videant signa exprimentia consensum mutuum, & ratio est, quia Matrimonium potest verbis, aut signis contrahi, ergo satis est, si signa consensus videant, ita Henriq. *lib. 11. de Matr. cap. 3. num. 1.* Sanch. *cit. loc. num. 2.* vbi *num. 3.* dicit, quòd si contrahentes sunt diuersi idiomatis, sufficit si testes per Interpretem intelligant mutuum consensum, & hoc ad instar aliorum contractuum, qui omnes possunt per Interpretem celebrari, ad *text. in l. 1. §. fin. ff. de verb. signif.* 3 4

Dubitatur. Quid si isti testes accesserint animo attendendi, sed tempore contractus distrahantur euagatione mentis, num dicantur idonei testes, ita vt valeat Matrimonium. 5

Respondetur negatiuè, & non valere Matrimonium; nam verè isti testes non dicuntur præsentes, dum non aduertunt, vt probauimus supra *vers. qui testes,* &c. ad 6

effectum

effectum testificandi de Matrimonio contracto, perinde est, ac si absentes essent, docet Sanch. *cit. loc. num.* 5.
7 *qui vers. & secundo*, dicit hoc idem procedere in Parocho, contra Henriq. *lib.* 11. *de matrim. cap.* 3. *num.* 1. *in comment. lit. E.* tenentem, quod si Parochus distrahatur euagatione mentis tempore contractus, valet Matrimonium, virtute virtualis attentionis, quod minus verum esse ostendit Sanch. *cit. loc.*
8 Nec præter aduertentiam intellectus, requiritur voluntatis consensus in testibus istis; vnde si vi intersint, aut dolo sint adducti, aut alia ficta causa, dicuntur idonei testes, & valet Matrimonium, ita Segura 2. *part. direct. iudic. cap.* 15. *n.* 53. Sanch. *cit. loc. num.* 7.
9 Obserua, quòd isti testes, qui præsentes esse debent simul cum Parocho ad contractum Matrimonij, non est necesse, vt sint omni exceptione maiores, vt dispõnit hic *text. cap. literis*, cuius decisio non militat cum his testibus, qui ad Matrimonij valorem, sufficiunt in hoc casu quicumque testes habentes vsum rationis, etiam si sint infames excommunicati, parentes, consanguinei, serui, familiares, fœminæ, imo & infideles: & probatur, nam testes inhabiles admittuntur, & probant, quando sunt instrumentarij, idest in instrumento appositi, ex quo videntur electi communi partium consensu, vt per Bald. *in l. parentes, num.* 1. *vers. vel dic carius, C. de testib.* Iason. *in l.* 1. *§. fin. num.* 9. *ff. de verb. signific.* Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 1. *tit. de testib. col.* 10. *num.* 50. *& concl.* 13. *num.* 13. sed testes in Matrimonio adhibentur communi contrahentium consensu, ergo sufficiunt quicumque, ita Sanch. *cit. lib.* 3. *disp.* 41. *num.* 5. Similiter in causa fauorabili admittuntur testes alias inhabiles, vt ob Fidei fauorem deciditur in *c. Fidei fauorem, de hæret. in* 6. sed causa matrimonij est valde fauorabilis, vt habetur *in cap. fin. de sent. & re iud.* ideò ad testificandum in ea admittuntur fœminæ, *cap. super eo il* 2. *de testib.* & consanguinei, *cap. videtur, qui matrim. accus. poss.* ergo in matrimonio ad eius fauorem admittuntur quicumque testes. Denique, quia defectus horum testium suppletur per præsentiam Parochi, vt probat Sanch. *cit. loc. num.* 5. *vers. secundo, quia testes*; nam hoc est generale, quando testes inhabiles concurrunt cum alio habili, & fide digno, tunc habilitas vnius supplet inhabilitatem alterius, vt refert Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 1. *tit. de testib. conclus.* 5. *num.* 1. *& seqq.* Mascard. *de prob. concl.* 1365. *num.* 13.
10 Vnde licet in alijs contractibus debeant testes esse rogati, vt in *auth. rogati, C. de testib.* tamen in hoc casu isti testes, qui Matrimonio cum Parocho intersunt, non est necesse, vt sint rogati, ita Henriq. *lib. de Matrim. cap.* 3. *num.* 9. Segura *in direct. iud.* 2. *part. cap.* 15. *num.* 53. sequitur Sanch. *cit. loc. num.* 7. qui dicit minus verum, quod in contrarium tenet *glos. in cap. testes verb. audiuerunt* 3. *q.* 9. & Barbat. *cons.* 45. *num.* 2. *volum.* 1. nouissimè tenet Bonac. *quæst.* 2. *punct.* 9. *propos.* 2. *num.* 44.
11 Hinc obiter nota, quòd in Procuratore ad contrahendum Matrimonium, non requiruntur qualitates à iure requisitæ in alijs Procuratoribus, vt scilicet sit in ætate decem, & septem annorum; sed sufficit, quod ad instar testium, vsum rationis habeat, ita tenet Sanch. *cit. loc. num.* 7. *vers. ex dictis*, qui pluribus rationibus probat conclusionem.
12 Dubitatur. Quid dicendum sit, si testes interueniunt Matrimonio intermedio pariete, audientes tamen contrahentes; num dicantur præsentes ad effectum validitatis Matrimonij.
13 Respondetur, non sufficere præsentiam, & intelligentiam testium, sed etiam requiri visum; si enim testes non viderent contrahentes, non esset satisfactum Concilio, quod ideò voluit præsentiam testium, & Parochi, propter euitanda mala, & scandala, quæ in dies oriebantur in contrahendis Matrimonijs, ad quorum euitationem, non satis est, testes esse præsentes, & intelligere, nisi etiam videant, quid geratur per contrahentes, ita in specie concludit Francisc. Molina *de rit. nupt. & pact. in Matrim. conuent. lib.* 2. *differ.* 11. *num.* 120. *vsq. ad* 123.
14 *fol.* 108. vbi etiam ex hoc notat, quòd Parochus, vel alius cæcus non est integer testis in Matrimonio contrahendo post Concil. quicquid alias ante illud, eius depositio valebat quoad probationem Matrimonij, Marsil. *in rubr. C. de probat. num.* 332. Mascard. *conclus.* 278. *n.* 17. de quo Sicard. *in l. si non speciali num.* 2. *C. de testam. fol.* 225. Addit. ad Matthesil. *singul.* 124. *num.* 12. Farinac. *de testib. quæst.* 61. *num.* 35.

Verùm isti testes cortinati, & qui interueniunt Matrimonio intermedio pariete, & muliere, ac viro existentibus in camera clausa, & testibus extra cameram, audientibus verba ad Matrimonium contrahendum apta, possunt defendi, si habent notas voces contrahentium, & contrahentes videant in cameram intrare, & post modicum internallum audiant contrahere, & aliæ personæ non interueniant in dicta camera, præter contrahentes, nec esset suspicio fraudis, ita Gratian. *discept. forens. cap.* 849. *num.* 25. *& seqq.* 15

Testes casu transeuntes, si aduertant, verè dicuntur præsentes, cum præsentia ad valorem Matrimonij petita, contenta sit sola intellectus aduertentia, qua ritè testimonium contracti Matrimonij perhiberi possit, ita probat Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 39. *num.* 11. qui ait malè sentire contrarium tenentes. 16

Hinc malè intellexit locum Sanch. *supra cit.* Bonacin. *tom.* 1. *q.* 2. *punct.* 9. *propos.* 2. *num.* 46. qui dixit non valere Matrimonium celebratum coram testibus transeuntibus, adducens ad id Sanch. *cit. loc.* posset tantùm defendi Bonac. in casu, quo testes non aduertant.

Testes si assistunt Matrimonio clandestino sine publicationibus celebrato, non incurrunt aliquam pœnam à iure statutam. In iure solum punitur Parochus, vt in *cap. fin. de clandest. despons.* cuius pœna est triennalis suspensio; possunt tamen puniri per Ordinarium pœna arbitraria pro culpæ qualitate, ita Sanch. *cit. loc. disput.* 46. *num.* 8. 17

Si in contractu Matrimonij fuerint adhibiti hi duo testes inhabiles alias de iure, si deinde controuertitur aliquid circa contractum Matrimonij, illis præstatur integra fides, ita Sanch. *disp.* 41. *num.* 6. contra Cucc. *lib. Instit. moral. tit.* 11. *num.* 62. 18

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Parochi, & testium præsentia materialis in matrimonio an sufficiat?*
2 *An puniendi iuxta constitutiones Synodales?*
3 *Parochus debet interrogare contrahentes.*
4 *Parochus an possit fungi vice Parochi, & testis?*
5 *Procurator contrahentium an possit fungi vice duorum?*

PArochi, & testium præsentia in matrimonio an sufficiat merè materialis, & de facto, vel requiratur etiam moralis? merè materialem non sufficere, & de facto, sed moralem exigi, ita & realiter quod sciant, aut intelligant quid agatur, volunt Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 39. *num.* 1. Rota *decis.* 122. *part.* 8. *rec.* Card. de Luca *de matrim. disc.* 2. *num.* 8. 1

Intellige, vt procedat ad effectum, vt coram Parocho, & testibus dormientibus, vel ebrijs, seu fatuis, aut alias rationis vsum impeditum habentibus, seu aliud agentibus, ac non audientibus, vel alias non intelligentibus non fiat. Secus vbi naturaliter intelligunt, sed studiosè curent non intelligere, neque actum approbare, vt si Parochus dixerit *excommunicati excommunicati* inferendo ad excommunicationem per constitutiones synodales ab Ordinarij illatam contrahentibus matrimonia, sine decreto, & licentia Ordinarij constito de statu libero seruatis seruandis. Ita enim benè intellexit Parochus quid ageretur, ita Card. de Luca *vbi sup. num.* 9.

Quamuis enim Parochus, & contrahentes contra d. constitutiones synodales facienda peccent grauiter, vnde 2

vnde propterea possint etiam censuris innodari, seu alias puniri, & grauiter peccent. Nihilominus defectus denunciationum, vel aliarum solemnitatum non vitiabit matrimonium, si contrahentium status sit liber data etiam voluntate Parochi, Rota *decis.* 395. *part.* 11. *rec.* Luca *vbi sup. num.*7.

3 Parochus iuxta Conciliare decretum debet partes interrogare eorumque consensu intellecto debet eas coniungere cum verbis adhiberi solitis. *Ego vos coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, & adhibere alias solemnitates à Rituali præscriptas. Non tamen hæc ad matrimonij validitatem necessaria sunt. Quoniam etiam coram Parocho cum fraude, ac dolo ad id vocato, siue etiam expressè dissentiente, aut fugiente, aut per vim detento, siue aures claudente, vt non audiret validè matrimonium contrahitur, consensus enim ipsius non requiritur. Dummodo ipse intelligat, seu intelligere possit, affectet autem non intelligere, idem pariter dicendum de testibus, Card. de Luca *de matrim. disc.* 2. *&* 6.

4 Parochus an possit fungi vice Parochi, & testis? Negat Ventriglia *num.*1. cum Sanch. *lib.*3. *disp.*45. *num.*1.

5 Idemque dic de Procuratore ad contrahendum matrimonium, vt nequeat explicare partes vnius ex contrahentibus, & testis, Card. de Luca in annot. ad S. Conc. Trid. *disc.*26. *num.*30. vbi quod casus adhuc penderet indecisus.

Nihil interest an sit disparitas sexus in procuratoribus, siue in matrimonio, siue in professione, vt duo Masculi, vel duæ fœminæ. Ego in Golin. *n.*9.

An vnus, & idem possit esse Procurator sponsi, & sponsæ? Quidquid arguatur ex Golin. & alijs. Ego contrarium censeo in notis ad Golin.

Fuga Parochi post datum consensum à coniugibus nihil obstat validitati, si intellexerit vtriusque voluntatem, Pontius *de matrim. lib.*5. *cap.*21. *num.*12.

SVMMARIVM.

1 *Testes pro Matrimonio non debent necessario esse omni exceptione maiores.*
2 *Testes Parentes, an possint pro filijs testificare in causa pro Matrimonio. Et an Consanguinei, & Affines, num.*3. *& an Compater, num.*4.
5 *Testes mulieres, sunt idonei testes pro Matrimonio. Quid de Proxeneta, num.*6.
7 *Testis cecus deponit valide pro Matrimonio. Et ad impediendum Matrimonium contrahendum; cum declaratione.*
8 *Testis de credulitate probat pro Matrimonio, & pro filiatione.*
9 *Testis cortinatus probat fauore Matrimonij cum requisitis, remissiuè.*
10 *Testes singulares, aut non iurati non probant. Etiam pro Matrimonio.*
11 *Testes fauore Matrimonij possunt cogi per Ordinarium, ac Delegatum.*
12 *Testes propter nimiam affectionem repelluntur à testificando, etiam fauore Matrimonij.*
13 *Testes pro Matrimonio recipiuntur, etiam post publicatum in causa.*
14 *Testes contra Matrimonium deponentes, debent esse omni exceptione maiores.*
15 *Testis, cui minuitur fides, non dicitur omni exceptione maior.*
16 *Testis infamis de facto præditus leuioribus moribus, non admittitur contra Matrimonium.*
17 *Donatarius, qui donatori ingratus fuit, non est idoneus testis contra Matrimonium.*
18 *Mulieres, an admittantur ad testificandum contra Matrimonium.*
19 *Consanguinei, & Affines quando admittantur in testes pro Matrimonio, & num.*20.
21 *Coniuges quando sint idonei testes pro Matrimonio, vel illius separatione quoad Thorum, n.*22. *& n.*23.
24 *Testes criminosi, etiam de crimine emendati, non sunt idonei testes contra Matrimonium.*
25 *Testes infames non admittuntur contra Matrimonium. Et numerantur multi, num.*26.
27 *Testes pauperes repelluntur à testificando contra Matrimonium. Et qui dicatur pauper, num.*28.
29 *Viles personæ, quibus modis dicantur. Et quomodo repellantur a testimonio in causa matrimoniali, n.*30.
31 *Testes ob defectum ætatis, repelluntur à testificando contra Matrimonium.*
32 *Testis propter affectionem, & desiderium victoriæ repellitur in causa Matrimonij.*
33 *Testis cæcus non deponit contra Matrimonium.*
34 *Testis retro cortinam, non admittitur in causa contra Matrimonium, etiam si deponeret habere notas voces. Fallit, quando deponit de metu, num.*35.
36 *Testium numerus non supplet defectum in causa contra Matrimonium, sicut nec in criminalibus ad condemnandum, num.*37.
38 *Testes in causa matrimoniali quando possint recipi post publicationem, & dedicita testificata. Et quid post conclusionem, num.*39.
40 *Testes in causa Matrimonij possunt recipi ante contestationem.*
41 *Testium examen in causa matrimoniali non committitur Notario.*
42 *Testium qualitas, quod sint omni exceptione maiores, an sit probanda.*
43 *Testis, quod sit idoneus, non est probandum, sed præsumitur.*
44 *Testes, qui inducuntur ante Matrimonium, ad probandum contrahere volentes esse solutos, sufficit esse idoneos, nec requiritur, quod sint omni exceptione maiores, vel quod sint citati, num.* 45. *Vel quod sit citata pars ad videndum illorum iuramenta, num.*46. *Nec publicantur, num.*47.
48 *Testes falsi in causa Matrimonij, si laici sint, à quo puniantur.*
49 *Mors quomodo probetur, ad finem secundo nubendi.*
50 *Instructiones* Sacr. Congreg. General. Inquis. *pro examine testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimonijs.*

ANNOTATIO III.

§. III.

Dicuntur etiam testes in causa matrimoniali, qui
deponunt pro Matrimonio, & ad eius fauorem.
Et isti vel sunt, qui interfuerunt Matrimonio simul
cum Parocho tempore contractus, & vtcumque
sint, præstatur illis plena fides, vt diximus supra,
ad instar testium instrumentalium. Vel isti sunt, qui
à Parocho describuntur in Libro Matrimonij. Vel
non sunt isti, sed alij, & tunc dicendum est de eis
non loqui obseruatum *tex. cap. ex literis*, vbi deside-
ratur in testibus matrimonialibus illa qualitas, quod 1
sint omni exceptione maiores; testes enim, qui depo-
nunt ad fauorem Matrimonij, non debent esse necessa-
rio omni exceptione maiores, sed sufficit si non sint in-
habiles, Mascard. *de probat. conclus.* 1023. *num.* 13. Fa-
rinac. *de testib. quæst.*62. *num.*102. Ricc. *in collectan. de-
cis. collect.* 1329. *in fin.* vbi expressè tenet, quod dispositio
text. quam obseruamus, non procedit, quando testes
sunt pro, sed quando sunt contra Matrimonium.

Hinc dubitatur. Num parentes sint idonei testes in 2
causa matrimoniali pro Matrimonio. Respondetur te-
stimonium parentum recipi ad fauorem filiorum in cau-
sa matrimoniali, per plures DD. quos adducit ad id Fa-
rinac. *de testib. quæst.*54. *num.*19. Mascard. *de probationib.
lib.*2. *conclus.* 109. *& lib.*3. *conclus.* 1148. *num.* 23. *& seqq.*
& per Viu. *in com. opin. verb. testificari, & verb. vel te-
stis esse non potest pater pro filio, vers. limitatur in causa
matrimoniali*; sed melius tenet, & distinguit Menoch.
de arbitr. lib. 3. *centur.* 2. *cas.* 102. vbi an parentes possint
esse testes in causa matrimoniali, relinquit totum arbitrio
Iudicis, qui Iudex considerare debet attentè interesse,
quod concerni potest in hac causa, quod in pluribus
causis exemplificat ipse Menoch. Ex quibus colligi po-
test conclusio, quod quando in hoc vertitur interesse
filio-

filiorum, quia tantus est parentum in filios amor; vt facilè à veritate discedere possent, merito testimonium eorum minus idoneum est. Eodem modo dicendum est de testimonio ipsorum coniugum; an probet in causa Matrimonij, totum relinqui arbitrio Iudicis, ita Menoch. *cit. loc. casu* 103. quod ad effectum probandi filiationem, indistinctè probat Gratian. *discept. for. cap.* 754. *num.* 36. *& seq.*

3 Testes verò consanguinei, & affines reputantur idonei in hac causa matrimoniali, vt tenet Farinac. *de testib. quæst.* 54. *num.* 64. qui *num.* 65. refert contrarium tenentes. Quod similiter dicendum est de testimonio fratris pro fratre, vt idem Farinac. *cit. loc. num.* 138. quod intelligit, dummodo inter prædictos non sit magna affectio, quæ quando sit, remittitur arbitrio Iudicis, ita Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 104. *num.* 3. & sequitur Farinac. *cit. num.* 143. *&* 144. *& num.* 203. *&* 204. Idem
4 omnino practicandum in testimonio compatris pro compatre in causa matrimoniali, vt arbitrio Iudicis remittatur; quanta inter eos sit affectio, Mascard. *concl.* 332. *num.* 15.

5 Fœminæ præbent etiam idoneum testimonium in causa Matrimonij, vt defendit latè Farinac. *de testib. q.* 59. *num.* 33. Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 762. *num.* 7. & alij, quos allegat idemmet Farinac.

Proxeneta similiter admittitur in testem in causa fauore Matrimonij, sed quia in hoc sunt, qui contrarium tenent, merito relinqui arbitrio Iudicis, quanta fides illi sit adhibenda, ait Farinac. *de testib. q.* 60. *num* 442.

7 Cæcus admittitur in testem ad fauorem Matrimonij contracti, vel ad impediendum contrahendum dummodo deponat de ijs, quæ vidit ante cæcitatem, vel de aliqua re, quæ cadat sub sensu auditus, Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 278. *num.* 17. Farinac. *quæst.* 61. *num.* 33. *&* 34.

8 Testes de credulitate admittuntur, & probant ad fauorem Matrimonij, Mascard. *de probat. conclus.* 798. *num.* 21. Farinac. *de testib. q.* 68. *num.* 89. vbi idem dicit in probanda filiatione.

9 Testes, qui deponunt de auditu medio pariete, vel cortina, probant ad fauorem Matrimonij, si habent notas voces, quas audiuisse deponunt; ac cum alijs requisitis, de quibus diximus supra §. *præced.* & sequitur Farinac. *quæst.* 69. *num.* 177.

10 Non admittuntur, etiam in fauorem Matrimonij ad probandum testes singulares, ita Farinac. *quæst.* 64. *n.* 64. Nec etiam probant testes non iurati ad fauorem Matrimonij, Farinac. *quæst.* 74. *num.* 2. qui testatur de communi.

11 Nota, quòd testes ad fauorem Matrimonij possunt cogi non solum per Iudicem ordinarium, sed delegatum, etiam quod in commissione non adsit clausula, *testes autem, &c.* ita Farinac. *q.* 78. *num.* 23. *&* 24.

12 Testis propter nimiam affectionem repellitur à testificando, etiam ad fauorem Matrimonij, ita Abb. *in cap. videtur in fin. qui Matrimon. accus. poss.* quem refert; & sequitur Farinac. *quæst.* 60. *num.* 31. qui *num.* 32. dicit, quòd nec creditur testi, etiam ad fauorem Matrimonij, qui multum affectauit, vt Matrimonium sortiretur effectum.

13 Testes in causa Matrimonij, quando deponunt pro Matrimonio, possunt recipi post publicatum in causa, ita Io. Andr. *in cap. series, num.* 9. *in fin.* & ibi Bellamer. *post num.* 6. Anchar. *num.* 4. *vers. item est aliud speciale*, Aret. *ante num.* 1. *in sum.* qui loquitur quando post publicationem producuntur ad probandum impedimentum non subesse, ita etiam loquitur Felin. *in eod. sum. extra de testib.* Imol. *in Clem.* 2. *de testib. num.* 8. *vers. fallit in certis casibus*, Gayll. *obseru.* 105. *num.* 5. *lib.* 1. Farinac. *de testib. quæst.* 75. *num.* 388.

14 Alio modo dicuntur testes in causa Matrimonij, & sunt testes, qui deponunt contra Matrimonium, & de his loquitur *text. in cap. ex literis*, ad quem annotamus, *& cap. super eo il* 2. *in fin. de testib.* disponentes, hos testes debere esse omni exceptione maiores, vt diximus *in princ. Annot.* de his latè Mascard. *de probat. conclus.* 1033. *n.* 29. *in fin. part.* 2. Couar. *de Matrim.* 2. *part. cap.* 8. §. 10. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 807. *num.* 15. Alex. Ambr. *decis.* 18. *vers. & ad ostendendum*, Farinac. *de testib. quæst.* 62 *num.* 106. Et rationem reddit Pontifex *in cit. cap. ex literis*, quia hæc causa est grauissima, & ideò cum maximo iudicio, ac discretione tractanda; merito non quibuslibet in ea danda est fides; sed his tantum, qui sunt omni exceptione maiores, Ricc. *decis.* 9. *num.* 6. 2. *part. & collect. decis. collect.* 1329. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disput.* 46. *num.* 30. Quando dicatur testis omni exceptione maior, diximus supra in princip. Annot.

15 Hinc deducitur, testem omni exceptione maiorem, non solum non dici illum, cui non præstatur fides, sed etiam, cui fides minuitur; vel aliquo modo de illius fide dubitatur, ex *text. in cap. licet causam, de probat.* vbi in causa ardua non admittitur testis, cuius fides aliqua ex parte diluitur, quem *text.* pro singulari allegat Bald. *in cap. ad nostram, col.* 1. *de prob.* Couar. *cit. loc. num.* 8.

16 Vnde testis infamis de facto, vt quia est præditus leuioribus moribus, non admittitur in causa, in qua requiruntur testes omni exceptione maiores, ita Bald. *in l. optimam, C. de contrah. stipul.* Ias. *in l. cunctos populos*, 1. *lect. col. penult. C. de Summa Trinit.* Grammat. *cons.* 26. *col.* 5. & consequenter non admittitur in causa contra Matrimonium, vt per Couar. *cit. loc. num.* 8. *in med.* Farinac. *de testib. quæst.* 56. *num.* 109. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 27. *num.* 9. *& seq.*

17 Hinc etiam deducit Ripa *in l. fin. C. de reuoc. donat. col.* 3. donatarium, qui donatori ingratus fuit, non esse idoneum testem in causa, in qua requiruntur testes omni exceptione maiores, Couar. *cit. loc. num.* 8. *in fin. vers. oportet.*

18 Mulieres, dixerunt multi, quos refert Farinac. *cit. loc. quæst.* 59. *num.* 33. repelli à testificando in causa matrimoniali, in qua requiruntur testes omni exceptione maiores. Verùm contraria opinio est verior, non repelli, etiam contra Matrimonium, ex Couar. *cit. loc. n.* 8. *vers. nam in hoc*, Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 762. *num.* 7. Farinac. *de testib. quæst.* 59. *num.* 34. qui dicit hanc esse opinionem magis communem, & ab ea non esse recedendum.

19 Ex quibus etiam colligitur, quòd mater, pater, soror, & reliqui cognati admittuntur in testes contra Matrimonium, Couar. *de sponsalib. cap.* 8. *part.* 2. *num.* 8. *ante fin. vers. receptum tamen*, Abb. & alij *in cap. super eo, de testib.* Decian. *cons.* 542. *col.* 1. Soc. Iun. *cons.* 31. *num.* 18. *lib.* 2. Paris. *cons.* 55. *num.* 28. *lib.* 4. *& cons.* 58. *col.* 1. *eod. lib.* Aret. *cons.* 13. Capuraq. *decis.* 276. *num.* 8. *&* 9. *part.* 3. apud Gratian. *discept. for. cap.* 537. *num.* 17. cum hac tamen moderatione, vt relinquatur arbitrio Iudicis, quanta illis sit præstanda fides, qui cautè considerare debet qualitatem causæ, personarum conditionem, paritatem, aut disparitatem coniugum, & alia, de quibus Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 102. ita Couar. *cit. loc.* ex mente Hostiens. *in cap. super eo, de testib.* & ibi etiam Felin. Soc. *cons.* 17. *lib.* 1. *col.* 4. Alciat. *de præsumpt. regul.* 1. *præsumpt.* 2. *num.* 4. Farinac. *de testib. q.* 54. *num.* 64. *&* 65 qui adducit opiniones pro, & contra. Et *num.* 192. melius distinguit, quòd si isti testes consanguinei, & affines deponerent contra Matrimonium de affinitate, vel alia parentela, & quia in tali casu præsumuntur informati, plusquam alij admittuntur indistinctè; in alio verò casu admittuntur cum moderatione arbitrij Iudicis, vt distinguit Menoch. *d. cas.* 102.

20 Diximus consanguineos, & affines admitti ad testificandum indistinctè contra Matrimonium, quando deponunt de parentela, quod procedit, dummodo dicti testes deponant, quod viderint personas omnes in consanguinitate, distinguendo gradus ex vtroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus, alias non probant; & ratio est, quia quando consanguinitas est probanda in gradu certo, vt in hoc casu, testes debent deponere de gradu, & stipite, ita obseruat Ricc. *decis.* 9. *n.* 8. *& num.* 9. 2. *part.* ex opinione, & doctrina Abb. quem allegat in *cap.* 1. *num.* 1. *de sponsal.*

21 Coniuges non sunt idonei testes contra Matrimonium, vnde non admittuntur ad deponendum de impedimento ad dissoluendum Matrimonium in substantia, ita Menoch. *lib.* 2. *cap.* 103. *num.* 8. Ricc. *decis. cit. num.* 1. Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 45. *n.* 33. quòd intelligunt

Sanch. & Menoch. *cit. loc.* procedere, quando coniuges stant contrà Matrimonium, siue petunt illius dissolutionem; tunc enim si deponunt impedimentum, non sunt idonei testes; secus verò quando stant pro Matrimonio, ac petunt illud valere, tunc si ambo deponant de impedimento, sunt idonei testes, & probant ad dissoluendum Matrimonium; si verò alter ex coniugibus deponat de impedimento, tunc si deponens est ille, qui stat pro validitate Matrimonij, & petit illud valere, admittitur in testem, & plenè probat concurrente cum eo fama de impedimento; si verò qui deponit impedimentum, est ille, qui dissolutionem petit, & stat contrà Matrimonium, non est idoneus testis, nec admittitur, ita distinguunt Sanch. & Menoch. *cit. loc.* in quo quidem multum versari arbitrium Iudicis aiunt, qui attentè considerare debet, an in hoc concurrat aliqua collusio coniugum, vt aduertit Abb. *in d. cap. super eo, el 2. de testib. num.7.* Mascard. *de probat. conclus.* 1035. *num.* 31. Menoch. *num.9.* Sanch. *num.35. vers. id tamen, cit. loc.*

22 Si verò non tractatur de dissolutione Matrimonij quoad vinculum, sed de separatione quoad Thorum, tunc si alter coniux deponat de causa separationis, est idoneus testis, & plenè probat, si est ille coniux, qui stat contra separationem, secus si est ille, qui petit separationem, ita Sanch. *cit. loc. num.*36. & Menoch. *num.7.*

Obserua, quod ad probandum Matrimonium sunt idonei testes, ipsi coniuges, quorum depositiones plenè probant, etiam ad euitandam stupri, vel fornicationis pœnam; vt si aliqui reperiantur in actu fornicationis, & dicant se esse Matrimonio coniunctos, ita Tiraquell. *l. 5. connub. glos. 1. part. 5. num.* 32. Menoch. *d. cas.* 103. *num.*5. & sequitur Sanch. *cit. loc. n.37.*

23 Si verò probatio Matrimonij fit, & fiat contra aliud Matrimonium, coniuges non sunt idonei testes, cum tractetur de præiudicio tertij, ita Abb. *in d. cap. super eo, il 2. de testib. num.5.* Menoch. *cit. loc.* Sanch. *cit. loc. vers. si autem.*

24 Non solum in causa contra Matrimonium non admittuntur testes criminosi, sed nec etiam emendati de crimine, non enim dicuntur testes, iuxta præscriptum *cap. 1. de consangu. & affinit.* ita Mascard. *de probat. conclus.* 1356. *n.1. & 16.* sequitur Farinac. *de testib. qu.56. n.*138.

25 Et generaliter repelluntur à testificando in causa matrimoniali omnes infames infamia iuris, vt sunt spurij, etiam legitimati. Blasphematores, vt per Farinac. *de test. qu.56. num.*403. *&* 416. quod procedit in blasphematore, etiam non condemnato, dummodò sit publicus. Nec est idoneus testis lusor, & is dicitur, qui est consuetus ludere, Farinac. *cit. loc. num.428. & seq.* Nec etiam est idoneus ebrius, esto quod non esset ebrius tempore, quo deponit, dummodò sit solitus inebriari, Mascard. *conclus.579. num.6.* Farinac. *cit. loc. num.435. & seq.* qui *num.437.* dicit, quod popinones, vel vt alij vocant, tabernarij, & sunt qui in tabernis, & popinis assiduè versantur, comedendo, bibendo, & ludendo, etiam repelluntur à testificando.

26 Similiter non admittuntur testes in causa Matrimonij, Histriones, quos vulgo Buffones appellamus, Scenici, Arenarij, Bestiarij, & similes personæ, quæ quæstus causa artem ludricam exercent. Decocti, & vt vulgo dicimus, *falliti*, etiam si bonis non cesserint. Proditores, Fustigati, Prodigi, quibus bonis fuit interdictum. Calumniatores, Litigatores, & litium Redemptores, latè Farinac. *cit. qu.56. à n.439. vsque ad fin.*

27 Repelluntur etiam à perhibendo testimonio in causa matrimoniali pauperes, & viles personæ, etiam attenta sola paupertate, vt si pauper alias esset probatæ vitæ, ita Farinac. *de testib. qu.57. n.15. &* 28. vbi dicit, pauperes non esse testes omni exceptione maiores, quicquid aliud dicat in causa ciuili, non matrimoniali. Et

28 pauperes dicuntur, qui de proprio labore, & artificio viuunt, secundum Abb. *in cap. super his, in 3. notab. de vot.* Natta *cons.666. num.3.* Herculan. *in tract. de negatiua,* post *num.*293. Benincas. *tract. de paupert. qu.6. n.8. ad fin. vers. item dicitur, & num.31. in fin.*

29 Viles dicuntur pluribus modis. Primò dicuntur viles, quos nostra ætas villanos vocat, & qui ex infima plebe nati, & in iure humiles appellantur, *l. humilem, C. de incest. nupt.* Secundò modo dicuntur viles à vtilitate artificij, quales sunt Ludij, Histriones, Buffones, Ioculatores, & Goliardi, de quibus in *cap. vnic. de vit. & honest. cler. in 6. & in l. 1. ff. de his, qui not. infam.* Tertiò modo dicuntur viles propter eorum abiectam, & inhonestam vitam, vel propter crimen commissum vt sunt Lenones, Meretrices, de publico delicto damnati, & alij, de quibus per Ign. *in l. 1. §. serui appellatione, n.8. & seqq. ff. ad Sillan.* Quartò modo dicuntur viles, quoniam eorum status iure ciuili, & gentium diminutus est, quales sunt serui, & qui sub numero seruorum veniunt, de quibus in *cit. §. serui appellatione*. Hos omnes non dici 30 testes omni exceptione maiores, & proindè repellendos esse à testimonio in causa matrimoniali, latè discutit Farinac. *quest.57. à num.54. ad fin.* qui quoad viles, de quibus in prima specie exemplificauimus, si sint honestæ, & probatæ vitæ, nec aliam habeant notam, concedit secundum opinionem aliquorum posse admitti.

Infans, cuius ætas durat vsque ad septennium, *l. si infanti, C. de iur. delib.* Impubes, & est ille, qui minor 31 est quatuordecim annorum. Pubes, idest maior quatuordecim annorum in masculo, duodecim in fœminis, *DD. in §. testes, Instit. de testam.* Et minor, idest non habens vigintique annos de iure communi, *l. 1. & l. 3. §. minore, ff. de minorib.* vel decem, & octo de iure Regni, *Constitutio, Minorum iura in fin.* repelluntur à testimonio in quacumque causa, & multo magis in causæ matrimoniali, ex *text. in l. 3. §. lege Iulia, ff. de testib.* latè Farinac. *qu.58. n.1. & seqq.*

Repelluntur etiam, & multo magis à testimonio contra Matrimonium, omnes illi testes, quos diximus supra repelli ad fauorem Matrimonij, vt sunt singulares, non iurati, &c.

Vlterius repellitur testis in causa contra Matrimo- 32 nium, qui affectionem habet in causa, ita Farinac. *q.60. num.31.* ex opinione Abb. *in cap. videtur, in fin. extra, qui matrimon. accus. poss.* & Alex. *cons.153. num.6. lib.5.* Quod ampliatur in affectione præsumpta, vt si testis desideret victoriam suæ partis illum producentis, ita Paris. *cons.53. num.17. lib.4. & cons.55. n.23. & cons.61. n.18. & cons.54. num.29. & cons.169. n.35. d. vol.4.* Cæsar. de Grass. *decis.85. num.1. & decis.72. n.12.* Farinac. *cit. loc. num.46.* Contra alios, quos ipse refert, qui *eod. num. & n.32.* dicit propter affectionem repelli testem, etiam ad fauorem Matrimonij.

Cæci non sunt idonei testes contra Matrimonium, 33 Farinac. *de testib. qu.61. num.35.* & diximus supra, non admitti in testes tempore, quo contrahitur Matrimonium.

Testes, qui deponunt audiuisse ex interiecto pariete, 34 vel cortina, etiamsi dicant habere notas voces, quas audiuerunt, non sunt idonei testes contra Matrimonium, licet admittantur pro Matrimonio, ita concordando contrarias opiniones, tenet, & distinguit Farinac. *de testib. qu.69. num.166.* Ias. *in l. si non specialis, num.9. in fin. C. de testam. gloss. in cap. præterea* 27. & ibi Imol. *num.4. & 5.* Felin. *num.4. de testib.* Menoch. *cons.475. num.21.* & alij, quos refert, & sequitur Gratian. *discept. for. c.849. num.26.*

Fallit solum hæc opinio in probatione metus, etiam 35 contra Matrimonium, in quo casu admittuntur testes de auditu, ex intermedio pariete, vel cortina; vel si probatur metus, qui fuit de nocte; tunc si testis audiuit ex proprio auditu, & habet notas voces, quas audiuit benè probat, ita Farinac. *qu.69. n.67.* Alex. *consil.99. lib.3.*

Dubitatur. Num in causa matrimoniali numerus testium suppleat defectum eorum.

Respondetur, in causa contra Matrimonium nume- 36 rum testium non supplere defectum, tenuit Ruin. *cons. 149. num.37. lib.5.* Gabr. *tit. de testib. conclus.6. n.6. lib.1.* quos refert Farinac. *q.62. num.314. & seqq.* vbi contrariam refert opinionem, & videtur etiam illam sequi, motus *decis. Rot. cons 289. num.2. part.1. diuers.* & alia apud Cæsar. de Grass. *decis.175. num.2.* Verum tam ipse Farinac. quam *decis.* loquuntur generaliter in causa matrimoniali, numerum testium non supplere eorum defectum, nec distinguunt quando testes sunt pro matrimonio,

monio, vel contra, vnde securior est prima opinio.
37 Et probatur generaliter, in causa criminali quoad
condemnandum numerus testium non supplet defectum
eorum, vt multis authoritatibus comprobat ipse Fari-
nac. *cit. quaest. num.*311. *&* 312. sed causa criminalis non
est magis ardua, & grauis, quam est causa matrimonia-
lis contra Matrimonium, vt voluit idem Farinac. *de te-
stib. quaest.* 75. *num.* 263. dum tractatur de solutione ne-
xus, ac vinculi, quod Deus prohibuit ab homine sepa-
rari, ergo nec in causa contra Matrimonium numerus
testium supplet eorum defectus.
38 Dubitatur secundo. Num possint testes in causa ma-
trimoniali, & contra Matrimonium recipi post publica-
tionem, & post cognita testificata.
Respondetur, generale est apud DD. quod in causa
matrimoniali testes possint recipi post publicationem, per
text. in cap. fertur, vbi *glos. & DD.* omnes *de testib.* &
per alios ferè innumeros, quos adducit Farinac. *de testib.
quaest.* 75. *num.* 383. *& sequ.* Verum difficultas est, quando
isti testes producuntur contra Matrimonium. In qua
difficultate, Farinac. *cit. loc. num.* 388. *& seqq.* adducit
opiniones, & DD. pro vtraque parte. Tamen ipse
num. 395. videtur adhærere opinioni affirmatiuæ, nem-
pè etiam, quod tractetur de dissoluendo, & separando
Matrimonio, testes posse recipi post publicationem, quia
agitur de periculo animæ.
Hinc est, quod si in causa matrimoniali nullum verti-
tur periculum animæ, testes non possunt recipi post pu-
blicationem, idem Farinac. *num.* 464. & *num.* 406. dicit,
quod producens hos testes, post publicationem debet io-
rare non eos subornasse.
39 Quam opinionem extendit idem Farin. *d. quaest.* 75.
num. 263. etiam post conclusum in causa, quia conclu-
sione non obstante, possunt recipi testes in causa ma-
trimoniali, sequitur Gayll. *obseruat.* 103. *num.* 12. *lib.* 1.
40 In causa matrimoniali, siue agatur ad impediendum,
contrahendum, siue ad dirimendum contractum,
semper recipi possunt testes, ante contestationem litis,
per *tex. in cap. quoniam frequenter*, §. *porrò*, vbi *glos.
verb. regulariter*, Innocent. *num.* 1. *& num.* 26. Io. Andr.
num. 2. Butr. *num.* 4. Zabar. *col.* 1. ante *num.* 1. Abb. ante
num. 1. *col.* 2. Marian. *num.* 16. *&* 80. *vt lit. non contest.*
& alij, quos refert, & sequitur Farinac. *quaest.* 76. *num.* 24.
& clarius *num.* 26.
41 Nota, quòd in causa matrimoniali, cum sit causa
grauis, non debet examen testium committi Notario,
voluit Monticell. *in repertor. testium, in verb. exami-
natio testium an delegari in ciuslib. fol.* 161. *col.* 2. *vers.
primo*, qui testatur de communi, & allegat. Afflict. &
Capyc. sequitur Farinac. *quaest.* 77. *num.* 200. Hinc vidi
practicari in nonnullis Tribunalibus Ecclesiasticis, hos
testes recipi coram Vicario, & in Tribunali Archiepi-
scopatus Neapolitani, vbi accuratissimè proceditur in
omnibus causis matrimonialibus, quia Vicarius impe-
ditur multitudine negotiorum, adsistit examini Fisci Pa-
tronus, ita attestantur fuisse semper seruatum in dicta
Curia Curiales illius, & in specie V. I. D. D. Franci-
scus Antonius Zeullus consummatissimus, & antiquis-
simus Aduocatus, & Petrus Tepedinus vir probatissimæ
vitæ, & exercitatus Notarius eiusdem Curiæ, mei con-
iunctissimi.
42 Obseruauimus, testes in causa matrimoniali, præ-
sertim contra Matrimonium, debere esse omni exceptio-
ne maiores, ex *tex. cap. ex literis, &* 1. *de consang. &
affin.* Modo quæritur, num ista qualitas in testibus re-
quisita, sit per producentem testem articulanda, & pro-
banda, vel an præsumatur.
Respondetur, quod aliqui tenuerunt hanc qualitatem
præsumi in testibus, & proinde non esse articulandam,
& probandam, ita Franc. Curt. *in tract. de testib. conclus.*
35. *num.* 75. *vers. contrarium semper*, Curt. Sen. *cons.* 55.
num. 3. Soc. Iun. *cons.* 29. *num.* 26. *lib.* 2. Ferrant. Gargiar.
consil. crim. diuers. 122. *num.* 17. *lib.* 1. *& ibid. cons.* 123.
num. 12. *& cons.* 126. *num.* 24. Carrer. *pract. crimin. tract.
de indit.* §. *in text. ibi testibus superatus num.* 27. Caphal.
cons. 227. *num.* 55. Franc. Becc. *cons.* 67. *num.* 2. *lib.* 1. Mon-
ticell. *in rep. testium fol.* 86. *col.* 1. *versic. secundo, verb. gra-
uitas, identitas, & integritas*, & alij.

Verum contra supradictos, verior, & communior
est opinio, nempè qualitatem istam, quod testis sit omni
exceptione maior, esse articulandam, & probandam
per producentem testes, voluere Bart. *in l.* 1. §. *si quis neget
col. fin.* & ibi etiam Ang. *ff. quemad. testam. aperian.* Alex.
consil. 82. *num.* 3. *lib.* 1. Zuccar. *in l. fin. num.* 83. *C. de
edict.* Diu. Adrian. *tollen.* Crot. *de testib. num.* 392. Alciat.
de præsumpt. regul. 3. *præsumpt.* 2. *num.* 11. & ibi *Addit.
lit. B.* Grat. *inter Consilia matrimonialia cons.* 75. *n.* 24.
Paris. *cons.* 83. *num.* 21. *lib.* 1. Herculan. *in tract. de negat.
num.* 55. Beninten. *dec. Bon.* 62. *num.* 5. *&* 19. Rolan.
cons. 50. *num.* 17. *lib.* 2. Cæphal. *cons.* 225. *num.* 53. *in secun-
do, & cons.* 32. *num.* 20. *in primo*, Hippol. Rim. *cons.* 39.
num. 42. *lib.* 1. *& cons.* 174. *num.* 19. *lib.* 1. *& cons.* 325. *num.*
28. *lib.* 3. *& cons.* 269. *num.* 72. *in* 3 *& cons.* 538. *n.* 54. *lib.* 5.
Bursat. *cons.* 321. *num.* 8. *lib.* 3. Osasch. *cons.* 64. *n.* 47. Alex.
Strac. *inter consilia criminalia diuer. cons.* 117. *num.* 30.
vers. & isto casu num. 1. Mascard. *de probat. lib.* 1. *con-
clus.* 222. *num.* 15. *& lib.* 3. *conclus.* 1360. *n.* 7. *& lib.* 2. *concl.*
1019. *num.* 16. Soc. *cons.* 274. *num.* 10. *lib.* 2. Negus. *de pi-
gnor. & hypoth.* 2. *memb.* 5. *par. princip. num.* 74. *vers. ter-
tio requiritur tom.* 6. *p.* 1. *fol.* 310. Purpur. *in l. admonendi,
col.* 26. *ad med. vers. & debent esse integre num.* 165. & ibi
Ripa *num.* 104. *col.* 18. post *med. vers. quarto intelligitur,
de iur. iur.* Gabr. *de prob. conclus.* 11. *num.* 6. Caualcan. *de-
cis.* 27. *num.* 17. *in fin.* Gratian. *discept. for. cap.* 808. *num.* 3.
Ricc. *collect. dec. collect.* 1329. *in princ.* Farinac. *de testib.
quaest.* 62. *num.* 12. Crauet. *in tract. de antiqu. tempor. in* 2.
particula 1. *part. princ. vers. quaritur etiam, in verb. con-
trarium pag.* 129. *num.* 38. Curt. Sen. *cons.* 55. *col.* 4. Ias.
cons. 13. *col. fin. lib.* 3. Dec. *cons.* 37. *num.* 8. *vers. & quando
testes, &* 39. *vers. ideo debet*, Aret. *in* §. *item verborum,
Instit. de inutil. stipulat.* Imol. *in d. l.* 1. *ff. quemadm. te-
stam. aperian.* Salyc. *in l. in exercendis, C. de fid. instrum.*
Marsil. *in l. si quis me quaestio num.* 136. secundum vnam
impressionem, & secundum aliam *num.* 171. *ff. de quaest.
& singul.* 187. *in princ.* Aymon. *de antiq. tempor.
part.* 1. *sect. quaritur etiam num.* 37. ex quibus, &
alijs, qui adduci possent, habemus istam qualitatem
in teste necessario debere probari, alias testem non
probare.
Secus tamen est, & in hoc potest verificari contraria 43
opinio, quando lex, vel statutum requireret testem
idoneum; ista enim qualitas idoneitatis non est proban-
da, nam præsumitur vnusquique bonus, nisi probetur
contrarium, ita Felin. *in cap. cum* Ioannes Eremita *num.*
40. *de testib.* & alij per Farinac. *d. loc. num.* 5.
Possunt etiam dici testes in causa Matrimonij illi, qui 44
ante Matrimonium inducuntur per ipsos contrahere
volentes, ad docendum se esse liberos, aut ad proban-
dum alterius coniugis obitum; in his enim testibus non
desideratur illa qualitas, quod sunt omni exceptione
maiores, cum non dicantur testes in causas Matrimonij,
nam verè Matrimonium adhuc non est contractum, &
illa qualitas desideratur tantum in testibus deponenti-
bus contra Matrimonium, vt probauimus supra; suffi-
cit tamen si sint idonei, vt & cæteri testes.
Hi enim testes non citantur; nec per hoc redduntur 45
suspecti, aut eis minuitur fides, per dicta à *DD. in auth.
de testib.* §. *si vero ignoti*, vbi *glos. in verb. festinantes*,
& ratio est, quia dicti testes producuntur ab ipsa parte;
tunc enim non spontè deponere dicuntur, nec citatio re-
quiritur, quoniam eo ipso, quod producuntur à par-
te, præsumuntur non spontè, sed ad partis instantiam
venire, & sic sufficit testem esse requisitum à parte, ita
docet Farinac. *de testib. quaest.* 80. *num.* 11. ad quod addu-
cit Paul. de Castr. *in l. quae omnia num.* 4. *ff. de procur.* Bart.
in l. post legatum §. *his vero num.* 1. *vers. quandoque ff. quib.
vt indign.* Iacobin. *in l. omnes, la* 2. *num.* 6. *ff. de testib.*
Butr. *in cap.* 2. *num.* 10. *in fin.* vbi etiam Imol. *num.* 8. Abb.
num. 15. Felin. *num.* 24. *de testib.* Specul. *tit. de teste*
§. *qualiter autem* post *num.* 6. *vers. Index ergo*, Rot.
in nouis. decis. 22. alias 372. sub *num.* 1. *de testib.* Ma-
scard. *de prob. lib.* 1. *in præfat. quaest.* 5. *num.* 30. *vers. ve-
rum tamen, & num.* 34. *& lib.* 3. *conclus.* 1358. *num.* 67.
Cæsar. de Graff. *decis.* 22. *num.* 5.
Nec enim in receptione horum testium citatur pars 46
ad videndum eorum iuramenta, iuxta regulam *cap.* 2.
de te-

de testib. quia cum in hoc casu agatur à Iudice procedente, inspecta naturali æquitate, non requiritur testium citatio, ad dicta per Farinac. *de testib. quæst.* 72. *num.* 59. Secundò possunt defendi hi testes recepti absque partis citatione, quia ad hoc præsumitur consensus partium, possunt enim partes dare licentiam Iudici recipiendi testes, ipsis non citatis, vt refert Farinac. *de testib. quæst.* 72. *num.* 74. per doctrinam Bald. *in l. si quando, num.* 5. *C. de testib.* sequitur Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 682. *num.* 29. Tertiò, quia ita seruat stylus, & consuetudo; valet enim stylus, vel consuetudo recipiendi testes absque partis citatione, refert Farinac. *de testib. quæst.* 72. *num.* 72. qui multos citat DD. licet alij contra *num.* 73. Quartò possunt defendi, quia hi testes recipiuntur pro instructione, & informatione Curiæ, in quo casu non requiritur partis citatio, vt optimè idem Farinac. *loc. cit. num.* 135.

47 Obserua, quòd testes sunt publicandi, alias non probant, secundum latè tradita per Farinac. *de testib. q.* 75. *num.* 10. vbi *num.* 16. dicit hoc idem esse in causa Matrimonij, quando agitur de illo dissoluendo, ergo secus est, quando agitur de illo non dissoluendo, vt in hoc casu. Possunt etiam defendi hi testes absque publicatione, ratione partium consensu, ad dicta per Farinac. *cit. loc. num.* 27.

48 Aduerte, quòd si isti testes falsum deponant, quidquid sit de pœna falsi testis, de iure communi, de qua latè Menoch. *de arbit. cent.* 4. *cas.* 306. & per Farinac. *quæst.* 67. 3. *vol.* §. 1. *num.* 1. *&* 2. Iul. Clar. §. *falsum, n.* 40. vel de iure Regni virtute Pragmaticarum, de quibus Carauit. *in com. d. Pragm.* 4. quæ incipit, *Quoniam falsorum testium*, puniuntur per eundem Iudicem Ecclesiasticum, coram quo falsum deposuerunt, etiam si laici sint, pœna triremium, vt obseruat Praxis, & de his testibus laicis extat *decis.* Afflict. 219. vbi fuerunt puniti hi testes falsi per M. Cur. Vic. quia præuenit, verum fuit dictum, etiam posse puniri per Iudicem Ecclesiasticum.

49 Mors coniugis, vt possit superstes secundum contrahere Matrimonium, debet probari saltem per duos testes, vt latè per Sanchez *lib.* 2. *disput.* 46. *num.* 11. vbi in *num. præcedentib.* dicit, mortem in hoc casu non probari coniecturis, & præsumptionibus. Et *num.* 15. dicit, quòd nec mors in hoc casu probatur fama, quicquid alij dicant, vel quicquid sit de probanda morte ad alium effectum.

50 Obserua, quòd Sacra Congregatio generalis Inquisitionis de Anno 1636. dedit Ordinarijs instructionem pro examine illorum testium, qui inducuntur pro contrahendis Matrimonijs, tam in Curia Eminentissimi Cardinalis, & Vicarij Vrbis, quàm in alijs Curijs cæterorum Ordinariorum, vt infra.

In primis testis moneatur de grauitate iuramenti, in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo diuina simul, & humana Maiestas læditur, ob rei, de qua tractatur, importantiam, & grauitatem.

Secundò, interrogetur de Nomine, Cognomine, Patria, ætate, exercitio, & habitatione.

Tertiò, an sit ciuis, vel exterus, & quatenus sit exterus, à quanto tempore, in quo testis ipse deponit, commorauerit.

Quartò, an ad examen accesserit sponté, vel requisitus; si dixerit accessisse sponté, à nemine requisitus, interrogetur, an sciat adesse aliquod impedimentum inter contrahere volentes; & si responderit negatiuè testis dimittatur, quia præsumitur mendax; si verò dixerit accessisse requisitus.

Interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

Interrogetur, an cognoscat contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco; & qua occasione, cuius qualitatis, vel conditionis existant; si responderit negatiuè, testis dimittantur; si verò affirmatiuè.

Interrogetur, an contrahere volentes, sint ciues, vel exteris; si responderit esse exteros.

Interrogetur, à quanto tempore accesserint ad hanc Vrbem, vnde venerint, an venerint simul, vel separatim; si responderit venisse de recenti, vel simul, suspendatur in licentia contrahendi, donec per literas eorum Ordinarij, ac loci, à quo contrahentes recessere, doceatur inter contrahentes non adesse impedimentum, & mulierem non esse raptam.

Si verò responderit venisse à multo tempore citra, vel contrahentes esse ciues.

Interrogetur, sub qua Parochia hactenus contrahentes habitarunt, & habitant de præsenti.

Item, an ipse testis sciat aliquem ex prædictis contrahere volentibus, quandoque habuisse vxorem, vel maritum.

Si responderit affirmatiuè, non procedatur ad licentiam, nisi producantur authenticæ, & legales attestationes, vel testes fide digni, vel verisimiliter informati de obitu coniugis defuncti.

Si verò testis responderit non habuisse vxorem, vel maritum, interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quòd aliquis ex illis habuerit vxorem, vel maritum.

Si responderit affirmatiuè, suspendatur licentia, nisi ex alijs testibus probetur concludenter non habuisse vxorem, vel maritum; si verò responderit negatiuè.

Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Iudex obligare poterit, an testi sit danda fides, vel ne.

Si responderit contrahentes habuisse vxorem, vel maritum, sed esse mortuum.

Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse testis sciat esse mortuos.

Item interrogetur, an post mortem dicti Coniugis defunctis, aliquis ex prædictis transierit ad secunda vota.

Si responderit negatiuè, interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absque eo, quod ipse testis sciat.

Si responderit affirmatiuè, super sedeatur in licentia, donec producantur testes, per quos negatiua coartetur concludenter.

Si verò negatiuè, interrogetur de causa scientiæ, qua perpensa, Iudex poterit iudicare, an sit concedenda licentia, vel ne.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum locorum esse liberos, vt in alijs, seruata forma Concil. Trident. *in cap. multi, sess.* 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarij, & recognita saltem per testes, qui habeant notam manum, vel sigillum.

Pro testibus in hac materia recipiantur potius Consanguinei, quam exteri; quia præsumuntur melius informati, & ciues potius, quam exteri.

Hæc interrogatoria ob illorum difficultatem in Practica, sunt restricta in multis Curijs, etiam de consensu ipsius Congregationis; ita seruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & in alijs, vbi breuius interrogantur testes huiusmodi.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium qualiter, & per quos testes probetur.*
2 *Testes inhabiles an admittantur?*
3 *Matrimonium an probat Fides Parochi?*

Matrimonium regulariter probatur per duos testes masculos, siue fœminas, *cap. super eo il* 2. vbi Abbas *de testibus*, Seraph. *decis.* 1099. 1

Etiam si testes sint consanguinei, qui non repelluntur à testimonio ferendo in causa matrimoniali, *cap. non videtur* 35. *q.* 6. Farinac. *de testibus q.* 54. *num.* 64. Sed in hoc versatur Iudicis arbitrium, vt si constet de infecto principio, *cap. reparanda fama puella, & familia*, vt alias dixi.

Testes

2 Testes etiam inhabiles admittuntur, & etiam si essent pauperes. Vel viles, & amici, & si dixerint se cupere validitatem matrimonij. Et adhuc si discordent de loco loci, & discordent de coloribus vestium, quibus sponsa erat induta, latè Andreol. *contr.* 277. *à num.* 21.

3 Pulchrum, & vile dubium est, an probetur matrimonium ex fide Parochi? Negandum videtur, quia Parochi interuentus in matrimonio est necessarius cum præsentia testium, ideòque non probat fides, Tasson. *de antefat. vers.* 9. *obs.* 2. *num.* 27.

Viscont. ad Franch. *decis.* 366. affirmat, at contra ipsum scripsi *in obs.* ad Franch. *num.* 3. vbi vide quid de partita extracta à libro matrimoniorum.

ANNOTATIO IV.

De Matrimonio metu contracto.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quotuplex sit metus. Quibus conditionibus constituatur. Quis dicatur cadens in virum constantem. Et quomodo minor metus requiratur in fœminis. Et quibus malis incutiatur.

§. II. Quomodo metus irritet Matrimonium. Et quid si sit iustè illatus. Quomodo ratificetur Matrimonium metu contractum, & dicatur cessare, ac purgari metus.

§. III. Quibus testibus, protestationibus, & coniecturis probetur metus, etiam ad annullandum Matrimonium. Et quomodo id remittatur Iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.

1 *Metus quid sit, & in quo differat à vi, num.* 2. *Quomodo diuidatur, num.* 3. *&* 4.

5 *Metus cadens in virum constantem, constituitur quinque conditionibus, num.* 6. 7. 10. 11. *&* 13.

8 *Metus non desiderat damnum præsentaneum, sed quod proximè timetur.*

9 L. metum la 2. ff. de eo, quod met. causa, *explicatur.*

12 *Minans, quod sit solitus minas exequi, probatur per duos actus.*

14 *Metus materia pendet arbitrio Iudicis.*

15 *Metus minus requiritur in fœmina, quàm in viro, maior in viro robusto, quàm in puero.*

16 Cap. consultationi, de sponsalib. *datur intellectus.*

17 *Metus cadens in virum constantem oritur ex malo, quod infertur Consanguineis, & Affinibus vsque ad quartum gradum.*

18 *Metus iustus est, quem incutit mors, etiam Affinium, corporis cruciatus, grauia verbera, & mutilatio. num.* 19. *Amissio filiorum, num.* 20.

21 *Metus armorum dicitur cadens in virum constantem.*

22 *Metus seruitutis, captiuitatis, & grauis exilij dicitur cadens in virum constantem. Et etiam timoris amissionis status, ibid. Item carceris diuturni, num.* 23. *Amissionis honoris, num.* 24.

25 *Metum iustum, an inducat infamia, resoluitur cum distinctione.*

26 *Metus iustus quando inducatur ab excommunicatione.*

27 *Excommunicatio est maxima pœna.*

28 *Metus amissionis omnium bonorum, vel notabilis partis, dicitur iustus. Idem de timore amissionis instrumentorum totius, vel maioris partis patrimonij, num.* 29.

30 *Metus reuerentialis oritur ex reuerentia debita Superioribus. Inter quas personas intercedat, n.* 31.

32 *Metus reuerentialis, an dicatur iustus, & annullet Matrimonium.*

33 *Metus cadens in virum constantem, an inducatur ab importunis precibus.*

ANNOTATIO IV.

§. I.

Ad Textum in cap. veniens, il 1. *de sponsalib.*

Deciditur in hoc *text.* Matrimonium metu contractum esse nullum. Ad dignoscendum in quo casu hæc decisio vera sit.

Nota primò, quòd metus est instantis periculi, vel 1
futuri causa, mentis trepidatio, ita definiuit illum Vlpian. *in l.* 1. *ff. de eo, quod met. caus.* Dicitur mentis trepidatio, quia metus ortum habet ex forti imaginatione periculi futuri, propè iam imminentis. Dicitur instantis, quia valde remota pericula non timentur, nec mentem perturbant. Dicitur instantis, vel futuri, quia nondum periculum euenit.

Nota, quòd in casu nostro metus non differt à vi, nisi 2
quod vis habet se per modum agentis, & radicatur in inferente metum; metus verò per modum patientis, quia respicit personam patientem; vnde ex vi correlatiuorum, quando dicimus metum, intelligimus etiam & de vi, ita dicit Bart. *in d. l.* 1. *num.* 2.

Metus communiter diuiditur; vel est metus, qui cadit 3
in virum constantem, qui iustus, siue probabilis appellari solet; vel est metus, qui cadit in virum inconstantem, qui iniustus, vel non probabilis appellari solet.

Vocatur etiam à *I. C. in l. metum autem, ff. de eo, quod* 4
met. caus. metus cadens in virum constantissimum; sed in veritate hic metus non distinguitur à primo, idest à metu cadente in virum constantem, & de hoc metu intelligitur I. C. nam superlatiuum accipitur pro positiuo, vt declarat Dec. *in cap. fin. de appellat. num.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 135. *num.* 2. Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *disp.* 1. *num.* 9. Solet etiam vocari metus grauis, & leuis, vt in *l. metum cit.*

Ad constituendum metum in virum constantem, iu- 5
stum, siue probabilem, & grauem, quinque desiderantur conditiones.

Prima est, vt malum, quod timetur, graue sit, *l. me-* 6
tum la 1. *ff. de eo, quod met. caus.* ibi, *Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem; sed maioris mali,* vbi glos. *in princ.* explicat, idest, *magni mali;* nam incostantis, & leuis est, rem modicam timere, ex *l. metum la* 2. *ff. eod.* quæ grauitas debet considerari simpliciter, ita vt malum in se sit graue, non comparatiuè ad minus malum, vt benè declarat Sanch. *de Matrim. cit. loc. num.* 12. soluendo argumenta in contrarium.

Secunda conditio ad constituendum iustum metum, 7
& cadentem in virum constantem est; vt æstimatio mali, quod timetur, sit fortis, idest, vt timens non vane, ac leuiter credat malum illud sibi imminere; sed probabiliter, & rationabiliter, ita colligitur expresè ex *l. metum la* 2. *ff. de eo, quod met. caus.* in illis verbis, *Metum autem non vani hominis, sed qui merito, &c. & in l. nec timorem,* §. *proinde il* 1. *ff. de eo, quod met. caus.* in illis verbis, *Si quis meticulosus rem vllam frustra metuerit, per hoc edictum restituitur,* Turrecrem. 31. *quæst.* 2. *in summar. num.* 6. Syluest. *verb. metus, quæst.* 1. Bursat. *cons.* 72. *num.* 30. *volum.* 1. Alphan. *collectar. iur. collectar.* 877.

Hinc infertur primò, damnum non esse necessarium, 8
quod sit præsentaneum; sed satis est si probabiliter proximè timeatur, ita probatur in illis verbis *l. nec timorem, ff. quod met. caus. Quoniam si proditus esset, potuisset ea pati, quæ dicimus, l.* 3. *ff. de donat. caus. mort. Mortis causa donare licet, non tantum infirmæ valetudinis causa, sed periculi, & propinquæ mortis, vt ab hoste, &c. aut per insidiosa loca iturus, hæc enim omnia instans periculum demonstrant.*

Obijcies. In *d. l. metum autem,* habentur hæc verba, *Metum autem præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi, sed si illatus est timor ab aliquo,* ergo damnum debet esse præsentaneum.

Respondetur *d. l.* non desiderare damnum præsens, 9
sed verè desiderare præsentem timorem futuri damni, pro-

probabilem, & non ortum ex vana suspicione, vt colligitur ex Bart. *in l. metum la 2. cit. tit.* qui ait metum non accipi simpliciter, prout est verè de præsenti, sed quando res ad hoc verisimiliter tendit.

10 Tertia conditio requisita ad metum viri constantis, ac iustum, siue grauem, est, vt metum inferens potens sit minas exequi, ad *text. in l. famosi, ff. ad leg. Iul. Maiest.* in illis verbis, *Nam & persona spectanda est, an potuerit facere*, glos. *in l. metum, verb. iactationibus, C. de his, quæ vi*, vbi Bald. *num.* 2. Alexand. & Salicet. *eodem num.* Anchar. *in cap. ad audientiam, num.* 2. *de his, quæ vi.*

Quod intelligendum est, vt verè credat minatus, quod minans possit minas exequi; licet de facto minans non possit eas exequi ob causam incognitam minato, vt intelligit Sanch. *cit. loc. num.* 19. *vers. non tamen*, ad quod consideranda est qualitas, & potentia minantis, & minati, vt si ille potens sit vir, & hic infirmior, ita Bero. *in cap.* 1. *num.* 30. *de consang. & affin.*

11 Quarta conditio est, vt inferens metum sit solitus minas exequi, probatur ex *l. vnic. C. si quis Imperator*, in illis verbis, *Ex personis hominum, dicta pensemus*, & ex *l. famosi, ff. ad leg. Iul. Maiest.* in illis verbis, *Nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit*, & ex *l. metum, C. de his, quæ vi*, in illis verbis, *Metum non iactationibus tantum, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit*, & ibi Bart. *num.* 1. Paul. *num. vnic.* Alex. *num.* 1. Bald. *num.* 1. Salic. *num.* 2. Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. *de offic. deleg. & in cap. causam matrimonij, num.* 5. *eod. tit.* Felin. *in decis.* 1. *de offic. deleg. num.* 2. Couar. 4. *decret.* 2. *part. cap.* 3. §. 6. *num.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 1055. *num.* 18. & 19.

12 Verùm hæc consuetudo, vt solitus sit quis minas exequi, non probatur per vnicum actum, quando minans semel est executus minas, sed requiruntur duo actus saltem, ita Archid. *in c. illud, in fin. dist.* 12. Bart. *in l. pupillo*, §. *si quis ipsi, num.* 15. *ff. de oper. nou. nunciat.* Abb. *in cap. fin. num.* 4. *de appellat.*

Quod intellige, quando semel malè tractauerit alios, secus si ipsummet contrahentem, ita Alex. de Neuo *in d. cap. fin. num.* 19. & Dec. *num.* 21.

13 Quinta, & vltima conditio metus est, ne possit minatus facilè occurrere malis, quæ timentur; si enim posset aliquo modo se liberare à malis minatis, vt implorando auxilium amici, vel Superioris, non esset timor cadens in virum constantem, probatur argumento *text. cap. fin. de elect.* in illis verbis, *Tempus statutum à canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi*, ergo similiter imputatur ei, qui facilè potuerit vitare malum, si timore illius aliquid egit, ita & latius Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *disp.* 1. *num.* 23. *vers. probatur.*

14 Obserua, quòd hæc materia metus multum pendet ab arbitrio Iudicis, qui considerare debet qualitatem inferentis metum, & qualitatem patientis, ita Menoch. *de arbit. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 135. *num.* 3. nam metus cadens in virum constantem dicitur respectiuè, cum respectu vnius requiratur maior metus, & respectu alterius minor.

15 Vnde minor metus requirtur in fœmina, quàm in viro; nam fœminæ suapte natura sunt valdè imbecilles, & minus possunt resistere metui. Similiter maior metus requiritur in viro robusto, quam in puero, sene, vel alias debili, quam sententiam tenet glos. *in cap. cum locum, de sponsalib. verb. metu*, vbi Abb. *num.* 6. Imol. *in cap.* 2. *ad fin. de his, quæ vi*, Felin. *cons.* 14. *num.* 3. Hippolyt. *sing.* 578. Tiraqu. *de legib. connub. l.* 9. *glos.* 1. *n.* 160. Boer. *decis.* 102. *num.* 2. Couar. *cit. loc.* 2. *part. cap.* 3. §. 4. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 35. *num.* 4. & 5. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 7. & alij apud Sanch. *cit. loc. disp.* 3. *per tot.* qui *num.* 1. *vers. sit ergo*, multa cumulat ad probandum minorem metum requiri in fœminis, & *num.* 4. dicit hoc idem procedere in sene, puero, vel alio viro debili, ac fragili.

16 Hinc datur intellectus ad *text. in cap. consultationis de sponsalib.* vbi Pontifex dum loquitur de mulieribus, quibus ad finem contrahendi Matrimonium, illatus erat metus, dixit hæc verba, *Talis metus inuenitur illatus, qui potuit cadere in constantem virum*; hæc enim verba accipienda sunt prouerbij loco, pro eo metu, qui non sit leuis, & vanus, vt obseruat glos. *ibid. vers. fin.* vnde in fœminis verè ad annullandum Matrimonium, & alios contractus, sufficit metus, qui cadat in fœminam constantem, pensata naturali fœminarum constantia, quibus à natura inest minor animi vigor, corporisque fortitudo, ita Abb. *eod. cap. consultationi, num.* 4. Præposit. *num.* 5. Alex. de Neuo *num.* 7. Felin. *cons.* 14. *num.* 2. Couar. *cit. loc.* 2. *part. cap.* 3. §. 4. *num.* 9. & alij, quos adducit Sanch. *cit. loc. num.* 3.

17 Obserua, quòd ad inducendum iustum metum cadentem in virum constantem, non est necesse, vt malum, quod incutitur, inferatur in propriam personam contrahentis, sed sufficit si incutiatur in personas filiorum respectu patris, vxoris respectu viri, & è contra, fratris respectu fratris, consanguineorum, siue affinium respectu affinium vsque ad quartum gradum in personas coniunctorum arctissima amicitia respectu amicorum, vt latè disputat Sanch. *cit. loc. disp.* 4. *per tot.*

18 Obserua nonnullos casus, & aliqua mala, in quibus, seu quæ inducitur, seu inducunt iustum metum, cadentem in virum constantem. Et primò, citra controuersiam apud omnes DD. metus mortis cadit in virum constantem, habetur ex *cap. cum dilectus, de his, quæ vi*, & ex *l. nec timorem, ff. de eo, quod met. caus.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 135. *num.* 8. qui dicit, quod metus mortis affinium est iustus metus, ex Bart. *in l. de pupillo*, §. *si quis ipsi, num.* 19. *de oper. nou. nunc.* Io. Franc. de Ponte *cons.* 44. *num.* 14. & ratio est, quia omnium terribilium finis est mors, & non solum mors infert iu- 19
stum metum, sed etiam cruciatus corporis, habetur in *d. cap. cum dilectus*, vbi Abb. *num.* 2. & ad cruciatum reducuntur grauia verbera, ita Sanch. *cit. loc. disput.* 5. *num.* 4. qui dicit, idem dicendum esse de metu mutilationis, quæ est quædam mors particularis membri, *cap. si quis absciderit, dist.* 55.

20 Metus amissionis filiorum iustus est, ac cadens in virum constantem, siue in patre, siue in matre, iuxta *l. isti quidem, in fin. ff. quod met. caus.* nam tantus est filiorum amor, vt æquè eos diligat pater, ac se ipsum, quod Arist. *Ethic.* 8. *cap.* 11. scribit, & multa doctè congessit Tiraquel. *in l. si vnquam, in præfat. num.* 78. *C. de reuoc. donat.* & glos. *in d. l. isti quidem, vers. vltimo*, notat, quòd pater plus diligit filium, quàm se ipsum, ex illis verbis *text. in fin. Cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.*

21 Metus armorum dicitur iustus metus, & cadens in virum constantem, etiam si portans arma, eis non vtatur, *text.* est in *l.* 3. *in princ. vers. qui armati, ff. de vi, & vi armat.* vbi Bart. *num.* 1. etiam si portans arma, ea deponat, si potest illa de facili iterùm accipere, & illis vti, *l. quoties*, §. *qui in potestate, ff. de noxal.* & docet glos. *in d. l.* 3. *verb. si deiecerunt.* Gabr. 2. *tom. com. lib.* 11. *verb. metus, fol.* 106. *col.* 1.

22 Dicitur iustus metus, & cadens in virum constantem, metus seruitutis, & timor amittendi instrumenta libertatis. Item timor captiuitatis, vt notat Sanch. *cit. loc. num.* 7. & 8. vbi *num.* 9. dicit idem esse de timore grauis exilij, & de timore amissionis status, vt in *l. isti quidem, ff. de eo, quod met. caus.*

23 Metus carceris, dicitur iustus metus, & cadens in virum constantem, probatur ex *l. nec timorem, & l. qui in carcerem, ff. de eo, quod met. caus.* Abb. *in cap. cum locum, num.* 9. *de sponsal.* quod procedi in carcere perpetuo, voluit glos. *in l. ego puto, in princ. ff. de eo quod met. caus.* sed verior opinio est, sufficere ad inducendum istum metum, carcerem diuturnum, & vincula atrocia, secus tamen si carcer sit leuis, ita Sanch. *cit. loc. num.* 9. *vers. melius.*

24 Metus amissionis honoris, dicitur iustus metus, & cadens in virum constantem, nam viro bono grauior est amissio honoris, ipsa morte; vnde quando dicimus cum glos. *in d. cap. cum dilectus, verb. metum*, verba inferrè iustum metum, intelligimus de verbis detractorijs, & honorem tangentibus, vt tenet Barbat. *cons.* 60. *num.* 3. *vol.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1055. *num.* 53. Gabr. *cit. loc. fol.* 196. *col.* 2. vnde quia honorem amittit virgo, siue honesta mulier, per stuprum, aut fornicationem, meritò timor stupri inducere iustum metum voluit *l. isti quidem, ad fin.*

ad fin. ff. de eo, quod met. cauf. in illis verbis, *Quod si dederit, ne stuprum patiatur vir, seu mulier, hoc edictum locum habet, cum viris bonis, iste metus maior esse debeat, quam mors*, qui *text.* licet loquatur de stupro, & sic de virgine extenditur etiam ex identitate rationis ad viduam, & honestam mulierem, vt probat Sanch. *cit. loc. num.12. vers. cæterum*.

25 Infamia, si inducat iustum metum, est controuersum inter DD. ideò sequendo distinguentes, dicamus, infamiam iuris inducere iustum metum, & cadentem in virum constantem, vt si minetur alicui propalatio delicti infamis, probatur ex *l. nec timorem*, & ex *l. isti quidem*, *§. fin. cit. tit. ff. de eo, quod met. cauf.* Infamia facti, si est grauis, & cui de facili occurri non potest, inducit iustum metum, secus si est leuis, & cui de facili occurri potest, ita Sanch. *cit. loc. num.14. & 15.*

26 Est etiam quæstio inter DD. an excommunicatio inducat iustum metum, & cadentem in virum constantem, quam quæstionem ponit Glossator *in cap. cum dilectus, quod met. cauf.* & ibi etiam Io. Andr. *& in cap. olim, il 3. de restit. spol.* & Anch. *in cap.1. de sentent. excom. in 6.* Inter quos contrariæ pugnant opiniones. Alij enim affirmant, & alij negant, vt videre est apud Roman. *cons.369. num.10.* sed Io. Andr. *in d. cap. cum dilectus*, distinguit, & distinctionem hanc sequuti sunt omnes Moderni, & Abb. *cit. cap. cum dilectus, num.6.* quod aut sententia excommunicationis est iusta, & non inducit iustum metum, & cadentem in virum constantem, quoniam imputandum est illi, qui se talem reddidit, vt possit excommunicari, argumentum optimum est ex *l. mulier, ff. quod met. cauf.* vbi est expressum non excusare metum, cuius inferendi sibi, quis fuit causa. Aut excommunicatio est iniusta, & tunc inducit iustum metum, & cadentem in virum constantem; nam maxima pœna est, *cap. sacris, de sentent. excomm.* & de iure canonico nulla maior pœna imponi potest, quam excommunicatio, *cap. corripiantur 24. quæst.3.* & nil sic debet formidare Christianus, quam separari à mystico corpore Christi, idest, Ecclesia, quod quidem facit excommunicatio, *cap. tibel 11. quæst.3.* & non modica pœna est inter homines esse, & hominum carere consortio, *l. hi, qui sanctam, C. de apostat.* hanc distinctionem sequitur Sanch. *cit. loc. disp.5. num.17.* qui *vers. sed melius*, dicit intelligendam esse secundam partem distinctionis, tunc iniustam excommunicationem inferre iustum metum, quando excommunicatus non potest facilè absolutionem impetrare, quamvis in culpa fuerit non appellando.

27 Metus amissionis omnium bonorum iustus est, & cadens in virum constantem, ita probat *text. in cap.1. de his, quæ vi, met. cauf.* & Bart. *in l. si ob turpem, num.6. de condit. ob turp. cauf.* qui dicit hunc timorem æquiparari timori mortis, quod procedit etiam in amissione maioris partis bonorum, vt per DD. *in d. cap. cum dilectus, de his, quæ vi, met. cauf.* præsertim Abb. *num.6.* & alios, quos adducit Sanch. *cit. loc. num.22.* vbi *num.25.* credit id etiam esse in amissione magnæ, & notabilis partis bonorum, licet non esset maior, Couar. *4. decret. 2. part. cap.3. §.4. num.18. in fin.*

28 Timor amissionis instrumentorum totius, vel maioris partis patrimonij, inducit iustum metum, & cadentem in virum constantem, tenet Sanch. *cit. loc. num.26.* qui *num. seq.* refert iustum metum inducere etiam amissionem magni lucri, quam propositionem generaliter positam dicit non esse veram, sed esse intelligendam, quando metum passus, per iniuriam arcetur à lucro, ad quod habet ius, & dicitur per iniuriam, idest, contra iustitiam.

29 Metus reuerentialis, nascitur ex reuerantia subditorum erga Superiores; nam suapte natura debetur Superioribus quædam reuerentia, & obsequium, quæ reuerentia pudorem, ac timorem incutit, vt subditi minus audeant voluntati Superiorum contradicere.

30 Datur hic metus reuerentialis in Clerico respectu Episcopi, in sæculari respectu Magistratus, cui subditur, in vxore respectu viri, in filio respectu patris, similiter respectu soceri, qui parentis locum obtinet, in nepote respectu aui, in pupillo respectu curatoris, & tutoris, in filia respectu matris, quæ austera sit, & crudelis, solita minas exequi, alias secus, in sorore respectu fratris maioris natu, cum quo habitat, & ab eo gubernatur, in sorore minori respectu sororis maioris, cum qua habitat, & à qua regitur, in patrueli; siue filio fratris respectu patrui, à quo gubernatur, & sub cuius auctoritate est; & generaliter omnibus, in omnibus subditis respectu Superiorum.

Verum iste metus reuerentialis iustus sit, ac cadens in virum constantem ad effectum reddendi nullum Matrimonium, controuersum est inter DD. de quorum opinione videre est apud Sanch. *cit. loc. disput.6. à num.4.* qui *num.7.* veriorem sequendo opinionem, dicit, solum metum reuerentialem, nisi minæ, aut verbera, aut alius metus grauis illi adiungatur, non cadere in virum constantem, ac non esse iustum metum, quam sententiam multis auctoritatibus comprobat. 31

Verum si cum metu reuerentiali concurrant minæ, & minans sit solitus illas exequi, dicitur inducere iustum metum, & cadentem in virum constantem, vt voluit Abb. *in cap.1. num.5. & cap. causam Matrimony, num.3. de offic. deleg.* Aret. *in l. metum, in init. C. de his, quæ vi*, Conar. *4. decret. 2. part. cap.3. §.6. num.4.* Gam. *decis.250. num.4. part.1.* Mascard. *de probat. conclus.1055. num.18. & 19.* Decian. *cons.8. num.127. vol.1.* quicquid alij sentiant, non requiri, quod minans sit solitus minas exequi. 32

Et multò magis metus reuerentialis dicitur iustus, ac cadens in virum constantem, quando cum eo intercedunt verbera, per opinionem Bart. *in l.1. §. quæ onerandæ, num.4. ff. quar. rer. act.*

Preces importunæ, an incutiant metum iustum, & cadentem in virum constantem, diuersimodè tractant DD. & diuerso modo explicant, quæ sint istæ preces, vt refert Sanch. *cit. loc. disput.7.* qui *num.7.* inclinare videtur in illam opinionem, quæ ait preces importunas illatas à persona, cui reuerentia debetur, ac sæpius repetitas, inducere iustum metum, & cadentem in virum constantem. 33

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium siue spirituale, siue carnale, aut nullus contractus metu initus valet.*
2 *Quomodo probatio sit regulanda.*
3 *Diuersitas inter matrimonium spirituale, & carnale.*
4 *In muliere sufficit metus cadens in constantem fœminam, aliter in masculo.*
5 *Auersio animi lamentationes, suspiria, & declaratio nubendi in alia persona, coniectura metus.*

EX textu *in cap. veniens il 2. de sponf.* concludit Ventrigl. matrimonium metu contractum esse nullum. Rectius dic, matrimonium siue spirituale, siue carnale, aut alium quemcumque contractum metu initum esse nullum, vt latè ex *decis.182.* post Dianam *part.9.* At non omnis metus, neque omnes minæ sufficiunt tales cæterum circumstantiæ requiruntur, vt debeat esse metus cadens in constantem virum, adeò vt dicatur abesse animus, seu consensus, & certa iuris regula statui non potest, & decisio prudentis Iudicis arbitrio pendeat à singulorum casuum indiuiduis circumstantiis, qualitate; siue personæ incutientis metum, vel minas, & qualitate patientis, cui inferantur tam in ordine ad sexum, quàm ad ætatem, necnon attentis moribus regionis, attentaque causa, ob quam moueri quis potuerit ad cogendum aliquem per vim, & metu. 1

Fabulosum est, vt illæ minæ, vel species metus, quæ sufficientes reputantur in puero teneræ ætatis, vel in puella à patre, vel alio coniuncto terribili, cui alter se opponere non possit, attendendæ sint in viro, perfectæ ætatis verisimiliter non adeò timente personam, quæ ipsum inducat ad profitendum in religione, puto quia sit mater, vel etiam pater lenis naturæ, seu timoratæ con- 2

scien-

ſcientiæ, multò magis ſi remotior coniunctus, attenta potiſſimum veriſimilitudine, vel inueriſimilitudine reſultante à cauſa finali, vel impulſiua id faciendi, cum incuſſio metus dicatur delictum in vtroque foro, ideòque abſque notabili intereſſe, vel iuſto motiuo de facili præſumendum non ſit, & conſequenter totum pendet ex facto, & circumſtatijs vnitim conſideratis peccatum in materia difficilis probationis, in qua benignius proceditur, cum minæ, ac concuſſiones ocultè, vt plurimum, & intra domeſticos parietes ſequi ſoleant.

3 Diuerſitas eſt in materia matrimonij ſpiritualis, & carnalis, nam dum agitur de nullitate profeſſionis in dubio pro ea iudicandum, quoniam quando religioſus conſtituit in animo redire ad ſæculum, & nolle illud inſtitutum retinere, ſalubetimum videatur apertum oſtium egreſſui, nam *morbida facta pecus totum corrumpit ouile*, & comprobat mos Societatis Ieſu ante emiſſionem quarti voti, Card. de Luca *de Regular. diſcurſ.* 43. Aliter ſi agatur de annullando matrimonio conſumato.

In matrimonio rato aliter dicitur iuxta ea, quæ adducit Card. de Luca *de matrim. diſcurſ. 6. num.* 23. ibi: *In hac vero materia matrimonij meticuloſi. Pro eius nullitate ſcripſi quoque in vna Romana pro Angela cum Lucio coram V. Gerente, in qua ex parte mulieris opponebatur de metu reuerentiali iuncto cum opportunitatibus parentum adoptiuorum, vnà cum minis eam expellendi de domo, ac priuandi eorum ſucceſſione, quam ab ipſis prole carentibus ipſa tamquam pauper puella adoptata de facto, ſeu vt dicitur filia anima veriſimiliter ſperabat cum alijs factis circumſtantijs à quibus dicebam totum pendere cum iſta non dicantur quæſtiones iuris, ſed facti, ideoque certam, ac generalem regulam non recipiunt, ſed pro Iudicis prudentis arbitrio. Ad iſtud autem arbitrium regulandum pro nullitate ſatis ponderabam eam circumſtantiam, quod matrimonium eſſet ſolum ratum, adhuc non conſummatum ex triplici ratione. Primò, nempè quia in tenera puella virgine, ac virorum conuerſationis ignara facilior eſt timor, ſeu concuſſio*, Gregor. *dec.* 326. *num.* 25. cum alijs per Barboſ. *voto 27. num.* 105. *Secundo, quia facilius diſſoluitur matrimonium adhuc ratum, in quo non intret præceptum Diuinum, vt quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Tertio, quia abſtentio à copula, & matrimonio conſumatione eſt magnum inditium non liberæ voluntatis*, vt apud Mantic. *deciſ.24. num.*12. Speiell. *deciſ.5. nu.* 59. *&* 63. Buratt. *deciſ.*861. In vidua, vtrum cum ea conſumatum ſit matrimonium probatio eſt difficilis, Card. de Luca *diſcurſ.9. num.*15.

4 Minor metus requiritur in muliere propter fragilitatem ſexus, quam in viro. In quo metus debet eſſe in conſtantem virum. Sed in muliere inconſtantem mulierem, Ludouiſ. *deciſ.344. num.*21. Rota *deciſ.23. par.*12. *recent.*

5 Auerſio animi, lamentationes, ſuſpiria, proteſtationes, & declarationes voluntatis nubendi cum alio probant metum, & teſtes, etiam ſingulares, vt de his latè Ludouiſ. *deciſ.*326. *&* 374.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractum eſt nullum, ſi metus ſit illatus ad finem contrahendi Matrimonium*, num. 2.

3 *Metus illatus ad contrahendum Matrimonium cum vna ex filiabus Petri, an inducat nullitatem. Reſoluitur, num.* 4.

5 *Metus præſumptus non tollitur præſentia Amicorum, & Conſanguineorum.*

6 *Metus iuſtè illatus, ad finem contrahendi Matrimonium, an illud annullet, eſt grauis quæſtio.*

7 *Coactus excommunicatione ad exequenda ſponſalia, moderatè tamen validè contrahit.*

8 *Coatus ducere à ſe ſtupratam abſque fide Matrimonij, nulliter contrahit.*

9 *Metus iuſtus annullans Matrimonium, debet eſſe ab extrinſeco.*

10 *Matrimonium contractum cum concubina metu morbi, naufragij, & ſimili, eſt validum.*

11 *Matrimonium metu contractum ratificatur copula ſpontanea, & affectu maritali habita cum requiſitis, vt hic, & num.* 12. *&* 17.

13 *Matrimonium metu contractum, quomodo ratificetur habitatione, & quomodo debeat eſſe habitatio.*

14 *Timoris cauſa quanto tempore dicatur durare, n.*15. *Et quando ceſſet, num.* 16.

18 *Matrimonium ratificatur amplexibus, & alijs actibus, & inditijs ſufficientibus ad conſenſum, ceſſante metu.*

19 *Matrimonium metu contractum ratificatur conſenſu, quando metus fuit teſtibus, & Parocho ignotus.*

20 *Metus nunquam dicitur purgatus, niſi metum paſſus, ſit poſitus in plena libertate.*

21 *Metu ſemel probato, omnes actus ſubſequentes cenſentur meticuloſi, etiam ſi præſeferant liberam voluntatem.*

22 *Metus non dicitur purgatus per actum voluntarium, dum viuit metum inferens, & dicitur durare, durante cauſa illius, num.*23.

24 *Metus non purgatur per actus voluntarios, quando præceſſit proteſtatio.*

ANNOTATIO IV.

§. II.

IN omnibus caſibus exemplificatis §. *præced.* dicitur incuſſus metus cadens in virum conſtantem, & conſequenter Matrimonium contractum ob metum prædictum eſſe nullum in vtroque Foro, quod pro regula ponit Sanch. *de Matrim. lib.4. diſp.*12. *num.*18. & comprobat varijs auctoritatibus, & deciditur in hoc *text. & in cap. ſignificauit, de eo, qui duxit in matrim.* 1

Verum obſerua; etiam requiri ad metum, vt annullet Matrimonium, quod ſit incuſſus ad finem contrahendi Matrimonium. Vnde infertur deciſio caſus. Si reperto in flagranti crimine homicidij, nullo prędito timore pœnæ comminetur, delatio ad Iudicem niſi Titiam in vxorem ducat, ſi contrahat, Matrimonium eſt nullum, quia etſi iuſtè poterat quis ad Iudicem deferri, tamen quia metus ille iuſtæ delationis ad illum contractum agendum illatus eſt nullum timorem habenti, ipſe contractus eſt nullus, quia contrahens nullum metum ſibi ipſi intulit, ſed metus fuit ei ab alio illatus ad hunc finem. E conuerſo ſi Iudex iuſtè carcerato, & mortem timenti promittat impunitatem, ſi cum filia ipſius Matrimonium contrahat; ſi contrahat, Matrimonium valet, quia metus non infertur ad contrahendum, ſed aufertur potius, vt obſeruat Couar. *de Matrim.* 2. *part. cap.3. §.4. num.*15. 2

Dubitatur. Quid ſi metus non ſit illatus ad contrahendum cum certa perſona, ſed eſt illatus ad contrahendum cum incerta de certis, vt cum aliqua ex filiabus Petri, an Matrimonium ſit nullum. 3

Reſpondetur; Abb. *in cap. cum terra, num.4. de elect.* dicit, poſſe attentari, quod teneat tale Matrimonium, idque refert etiam Felin. *in cap. in præſentia, num.37. circa med.* & ſequuti ſunt alij. Verum Sanch. *cit. loc. lib. 4. diſp.12. num.20. verſ. cæterum*, mordicus defendit, Matrimonium dici metu contractum, & proinde eſſe nullum tanquam non plena libertate contractum. 4

Obſerua, quòd metus præſumptus non tollitur, nec ceſſat, ex eo, quod Matrimonium ſit contractum in præſentia amicorum, & conſanguineorum, ſed tantum cogitur, allegans metum in hoc caſu, ad probandum grauiorem illum fuiſſe, & ad inducendas clariores probationes, ita Felin. *in cap. cauſam Matrimonij, num. 6. de off. deleg.* 5

Quæſtio difficilis eſt inter DD. an metus cadens in virum conſtantem, ad finem extorquendi Matrimonium, ſed iuſte illatus, irritet Matrimonium. In qua quæſtione plures ſunt opiniones. 6

Prima opinio docet, Matrimonium non valere, contractum ob metum iuſtum cadentem in virum conſtantem, quæ probatur ex *cap. veniens il 2. de ſponſ.* vbi irritum decernitur Matrimonium contractum, ad quod pater coegit iuuenem repertum cum filia in eodem lecto,

qui

qui metus videtur iuſtus. Secundò probatur ex *cap. Gemma, de ſponſalib.* in illis verbis, *Libera Matrimonia eſſe debent*, vbi propter Matrimonij libertatem improbatur pœna appoſita in contractu ſponſaliorum contra reſilientem ab eis, & tamen timor talis pœnæ amittendæ, niſi expreſsè prohibita eſſet, erat iuſtè incuſſus, cum eſſet debita partium conuentione, ergo timor iuſtè incuſſus repugnat libertati Matrimonij, & conſequenter erit nullum. Tertiò probatur, ideò metus, & coactio, Matrimonium annullant, quia opponuntur libertati illius, ſed ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus ſit metus, ſe opponit libertati Matrimonij, ergo.

Hanc opinionem tenet *gloſ. in cap. veniens il 2. de ſponſal. in fin.* Loffred. *in ſum. tit. de his, quæ vi, num.3. in 2. ſolut. ad l. ſi mulier, ff. de eo, quod met. cauſ.* Hoſtienſ. *in d. cap. veniens, ad fin. in 2. ſolut. ad eand. l.* Io. And. *ibid. num.8.* Anchar. *num.6.* Henric. *num.3.* Præpoſ. *num.5.* Abb. *num.8.* Alex. de Neuo *num.18.* Couar. *4. decret. 1. part. cap 4. in init. num.6. & eod. loc. 2. part. cap.3. §.4. num.15* & alij.

Secunda opinio eſt cum diſtinctione; nam ſi metus ſit illatus lege permittente, etiam ad finem extorquendi Matrimonium, valet Matrimonium, vt ſi Iudex compellat virginis ſtupratorem, etiam metu mortis, ad illam ducendam, quia hoc à lege eſt, vt ſtuprator teneatur virginem ducere, ſecus tamen vbi metus eſſet incuſſus, non permittente lege. Et probant primam partem DD. quia Iudex iuridicè procedens, non dicitur inferre metum, ex *gloſ. in d. cap. cum dilectus, de his, quæ vi, verb. metum*, & alijs rationibus, quam ſententiam videtur tenere Anton. *in cap. veniens il 2. de ſponſalib. num.7.* Dominic. *cap. fin. ad fin. verſ. conclude, d.5.* Medina *C. de reſtitut. quæſt.2. caſ.2. verſ. ſi fiat*, & alij, quorum ſententia probabilis eſt.

Tertia opinio ait; metum iuſtè incuſſum non irritare Matrimonium, etiam cadentem in virum conſtantem. Et probatur primò, quia quoties alicui incutitur metus damni debiti delicto, quem incutiens iuſtè inferre poteſt, tunc magis cenſetur ille metus oriri ex lege, & natura delicti, & proinde non tam ab intrinſeco, quàm extrinſeco incuti. Et confirmatur, nam ſi medicus ab infirmo petat, vt filiam in vxorem ducat, alias minatur ei ſe ampliùs medelam non præbiturum, valet Matrimonium, ſi infirmus contrahat cum filia medici, eo quod medicus non infert metum, ſed Matrimonium exigit in ſtipendium medelæ, ſine quo ex lege iuſtitiæ non tenetur mederi.

Probatur ſecundò; nam, vt ſuprà diximus, excommunicationem iuſtam non incutere iuſtum metum, & cadentem in virum conſtantem, nulla alia ratione, quia metum paſſus fuit in culpa, & in cauſa metus, vt optimè Couar. *4. decret. 2. part. cap.3. §.4. num.12.* ergo dum quis, v. g. minatur latroni iuſtam accuſationem, niſi Titiam ducat in vxorem, verè non eſt metus viri conſtantis, ab alio incuſſus, ſed eſt ab intrinſeco, & natura ipſius delicti.

Probatur etiam; quia idem metus reſcindens cæteros contractus, annullat Matrimonium; ſed metus iuſtè incuſſus non reſcindit cæteros contractus, ergo nec Matrimonium, hanc ſententiam tenuere Felin. *in cap. cum inter, num.20. de except.* Nauar. *lib.3. conſil. in 1. edit. tit. de reg. conſ.27. num.3. in 2. lib.1. tit. de his, quæ vi, conſ.8. num.3.* & alij. Cui ex his opinionibus adhærendum eſſe, conſidera per te ipſum, ò Lector; primam ſequuti ſunt graues Canoniſtæ; vltimæ adhærere videtur nouiſſimè Sanch. *de Matrimon. lib.4. diſput.13. num.3.* Cui ego adhæream, alio in loco expecta.

7 Ex dictis obſerua primò, quod ſi Iudex excommunicatione cogit illum, qui ſponſalia contraxit, ad illa exequenda, ac Matrimonium ineundum, moderatè tamen, nec finaliter compellens, ſed abſoluens, validum eſt Matrimonium eo metu excommunicationis contractum, quia metus ille iure præcipiente infertur, ita ſeruat Praxis, & probat Sanch. *de Matrim. lib.1. diſput.29. num.4.*

8 Obſerua ſecundò, ſi Iudex præcisè cogat ſtupratorem ad contrahendum cum virgine à ſe ſtuprata, abſque fide Matrimonij, ſi contrahit, Matrimonium eſt nullum, quia contra iuſtitiam extorquet; cùm de iure debeat Iudex cogere ſtupratorem ad docendum, vel dotandum ſtupratam, Sanch. *cit. loc. num.7.*

9 Obſerua tertiò, adhoc, vt dicatur iuſtus metus, & cadens in virum conſtantem, ac Matrimonium annullet, debet eſſe illatus ab extrinſeco, ideſt à cauſa libera; ſecus eſſet incuſſus ab intrinſeco, vel à cauſis naturalibus, vt à morbo, tempeſtate, feris animalibus; ab his enim metus incuſſus dicitur ab intrinſeco, quia incutitur per modum naturæ, ideſt non per actum liberum, vt animaduertit Sot. *4. diſt.29. quæſt.1. art.3. verſ. hic primo.*

10 Vnde infertur, Matrimonium contractum cum concubina, metu præſentaneæ mortis, ex morbo, aut naufragio, aut fera beſtia, aut Inferni timore, eſſe validum; quia is metus non infertur à cauſa extrinſeca libera ad extorquendum Matrimonium, Couar. *4. decret. 2. part. cap.3. §.4. num.16.* ſimiliter ſi medicus minatur alicui mortem ob humoris abundantiam, niſi ducat vxorem, valere Matrimonium, quia metus eſt ab intrinſeca cauſa naturali.

11 Obſerua, quod Matrimonium metu cadente in virum conſtantem contractum, & ſic nullum, ratificatur, & conualeſcit accedente copula ſponte habita, affectu maritali, ſi alter, qui abſque metu conſenſerat, durat in priſtino conſenſu, ita tenet *gloſ. in cap. conſultationi, verb. ante de ſponſalib.* & ibi Anton. *num.3.* Alex. de Neuo *num.22.* Abb. *num.7.* qui dicit, quod ex nunc, ideſt, à tempore copulæ, non ex tunc, ideſt, à die contractus, dicitur Matrimonium, & idem Abb. *in cap. veniens il 1. num.6. de ſponſal. & cap. ad id, in fin. eod. tit.* Præpoſ. *num.2.* Henric. *cap. cum locum, de ſponſal. num.3.* Turrecrem. *31. quæſt.2. in ſum. num.11.* Pariſ. *conſ.58. num.60. & conſ.59. num.34. vol.4.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.4. num.30.*

12 Dixi, hoc Matrimonium ratificari copula ſponte habita, nam ſi copula fuerit extorta metu cadente in virum conſtantem, Matrimonium non ratificatur, ſecundum veriorem opinionem, quam latè defendit Sanchez *lib.4. diſput.18. num.15.* qui *num.2. verſ. idemque*, dicit, adhuc ratificari Matrimonium, ſi copula fuerit extorta leui metu.

13 Similiter ratificatur Matrimonium metu contractum, non ſolùm per copulam, ſed etiam per diutinam, mutuam, & ſpontaneam habitationem, data opportunitate recedendi, vt habetur *in cap. ad id, de ſponſal.* etiam quod copula non interuenerit, ſed tantum habitatio diutina, vt notant Hoſtienſ. *in d. cap. ad id, verſ. temporis*, Ioan. Andr. *num.2.* Anton. *num.9.* Cardin. *num.1.* & Abb. *num.4.* Henric. *in cap. cum locum, de ſponſal. num.3.*

Quæ diutina habitatio non præſcribitur tempore, ſed relinquitur arbitrio prudentis Iudicis, qui conſiderabit fugiendi opportunitatem, habitationiſque moram: quia cum tempus lege non præfiniatur, arbitrio Iudicis relinquitur definiendum, ex *cap. de cauſis, de offic. deleg.* & ex *l.1. ff. de iur. delib.* & ita docent Innoc. *in cap.2. num.1. de his, quæ vi*, Hoſtienſ. *d. cap. ad id*, paulò poſt *princip.* & ibi Ioan. Andr. *num.2.* Abb. *num.4.* Couar. *4. decret. 2. part. cap.3. §.6. num.1.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.4. num.25.* Boſſ. *pract. crimin. tit. de plurib. violent. num.103. & cap. ad id, de ſponſal.* dum loquitur de anno, & dimidio, non præſcribit tempus, ſed narrat facti contingentiam, ad quod vide adducta per Franciſc. de Ponte *conſ.44. num.24.*

Quod intellige, quando ſumus in dubio, an potuerit fugere; nam quando conſtat de opportunitate fugiendi, & incontinenti non fugit, eſt iudicanda ſpontanea habitatio, idque accipiendum eſt prudenter, & morali modo; nam non eſt neceſſe, vt ſtatim mathematico modo fugam arripiat, ſed arbitrio prudentis, vt probatur ex *l. quod dicimus, ff. de ſolut.* & docet Hoſtienſ. *in cap.1. de his, quæ vi, ſuper verb. non timore*, & ibi Abb. *num.12.*

14 Hæc habitatio ad inducendam ratificationem Matrimonij, debet eſſe omninò libera, & ſpontanea, & quod ceſſauerit non ſolùm timor, ſed cauſa timoris; nam durante cauſa metus, dicitur durare metus, quamuis extrinſecè appareat libertas, quod probatur ex Bart. *in l.2. num.7. C. de his, quæ vi*, & Bald. *ibid. num.8.*

Dec. *conf.* 219. *num.* 7. *col.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 4. *num.* 22. Mascard. *de probat. conclus.* 1055. *num.* 36.

15 Et dicitur, quod durat causa timoris, quanto tempore durat subiectio incutienti timorem, vt si vir metum inferat, dum durat Matrimonium, si Iudex dum durat officium, &c. ita *glos. in cap.* 1. *verb. postmodum*, *de his*, *quæ vi*, vbi Innoc. *num.* 1. Abb. *num.* 12. & Imol. *num.* 14. Bart. *in l.* 2. *num.* 7. *& in l. fin. num.* 5. *&* 7. *ff. de his*, *quæ vi*, Alex. *conf.* 99. *num.* 8. *&* 13. *volum.* 3. Gab. *tom.* 3. *commun. lib.* 11. *verb. metus*, *fol. mihi* 107. *col.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 4. *num.* 23. quod intellige, quando timorem passus, non habuit opportunitatem fugiendi, vt per Hostiens. Abb. & Alex. *cit. loc.*

16 Nec sufficit solum, vt cesset metus causa, sed requiritur etiam, vt cessent impedimenta, quibus metum passus detinetur, quominus reclamet; nam durante impedimento legitimo, adhuc dicitur non spontanea habitatio, & potest quandocumque cessantibus impedimentis reclamare metum passus, vt obseruat Sanch. *cit. loc. disput.* 18. *num.* 8.

17 Obserua, quod numquam censetur ratificatum Matrimonium per copulam, aut habitationem, nisi ratificans sciat Matrimonium prius contractum fuisse nullum; si enim ex errore, quo putabat Matrimonium validum, cohabitet, aut copulet, Matrimonium non dicitur ratificatum; quia nihil aliud magis contradicit consensui, quam error, vt latè per Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *disput.* 32. *num.* 2.

18 Ratificatur etiam Matrimonium metu contractum non solum per copulam, sed etiam per alios actus, & inditia sufficientia ad consensum liberum, vt si cessante metu, se amplexarunt vt coniuges, vel se tales affectu maritali appellarunt, ita Sanch. *cit. loc. num.* 11.

19 Nota, quod hæc ratificatio in Matrimonio metu contracto per superuenientem consensum, tunc procedit, quando impedimentum metus, est occultum, & Parocho, & testibus ignotum; & tunc hæc opinio non est contra Concil. Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 1. *de Matrimon.* vbi damnantur Matrimonia præsumpta, vt optimè defendit Sanchez *cit. loc. num.* 12. *& lib.* 2. *disput.* 37. *num.* 14.

20 De hac ratificatione Matrimonij, seu purgatione metus, vide multa adducta per Seraphin. *decis.* 887. *per tot.* vbi *num.* 2. dicit, quod metus numquam censetur purgatus, nisi ea persona, cui fuit illatus, sit constituta in plena libertate. Et *decis.* 863. vbi *num.* 4. dicit, quod probato semel metu, omnia deinde, quæ possunt tribui liberæ voluntati, censentur facta per metum, non autem spontè, & voluntariè, quoties durat eadem causa metus; vnde nec per oscula, & literas, quæ videntur plenæ amoris, dicitur purgatus metus, *num.* 5. & vide

21 Ricc. *collect. decis. collect.* 122. vbi *in fin.* dicit, quod semel probato metu, omnes actus subsequentes censentur meticulosi, & melius *decis.* 15. *part.* 2. etiam si actus præseferant liberam voluntatem, & lætum, iucundumque animum, Farinac. *decis.* 263. *num.* 3. vbi refert, ita fuisse decisum in vna *Toletana* 17. *Martij* 1589. & verum esse, quodcumque temporis interuallum intercedat.

22 Similiter non dicitur, quod purgatur metus per actum voluntatium subsequentem, dum viuit illator metus; quia adhuc durat eadem causa metus, ita *glos. in cap.* 1. *in fin. de his*, *quæ vi*, vbi Hostiens. *in verb. non timore mortis*, Abb. *num.* 12. & Imol. *num.* 14. Alex. *conf.* 99. *num.* 8. *lib.* 3. Farinac. *cit. decis. num.* 4. vbi *in fin. decis.* sic fuisse decisum refert.

23 Et generaliter non solum dicitur, quod durat metus, durante causa metus, sed etiam dicitur durare durante eadem cogendi, & nocendi potestate, Aret. *conf.* 14. post *num.* 18. Soc. *conf.* 163. post *num.* 11. *lib.* 2. Boer. *decis.* 100. *num.* 13. Farinac. *cit. decis. num.* 5.

24 Nota, quod non dicitur purgatus metus, nec cessare per actus omninò voluntarios, quando ad istos actus præcessit protestatio, quæ de sui natura remouet consensum ab actibus futuris, vt optimè notat idem Farinac. *cit. decis.* 263. *in fin.*

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia, quæ absque publicationibus de nocte fiunt; in domibus puellarum tamquam infragranti reperti sint viri, an valeant?*
2 *Confutantur Capoll. Laderch. & alij.*
3 *Libertas consensus sponsi vnde arguatur.*
4 *Metus fraudolentus quando sit.*
5 *Vnde excludatur metus.*
6 *Indicantia, vel contraindicantia circa metum.*

Matrimonia, quæ absque publicationibus, ac interuentu coniunctorum, alijsque præcedere ex improuiso fiunt de nocte in domibus ipsarum mulierum, cùm quibus viri præsertim verò inexperti adolescentes, per parentes, seu fratres, vel alios coniunctos mulierum tamquam infragranti reperti sint censeantur meticulosa, & inualida? Celebre est *conf. ciuil.* Cæpoll. pro nullitate matrimonij, idemque consuluit Laderch. *conf.* 17. & habetur in præcisis terminis canonizatum per Rotam Matrimonium simili modò initum in vna Vlyssipon. Matrimonij 16. Decembris 1616. confirmata in alijs, vt *decis.* 600. *&* 605. *part.* 4. *rec.* Riccius *decis.* 82. *part.* 4. Monter. *decis. Arag.* 45. 1

Cæterum magis frequens numerum tam consulentium, quàm Decisionantium, aliorumque Scribentium est in contrarium, vt scilicet dictum matrimonium sit nullum, vt Alex. de Neuo *conf.* 12. Barbati. *conf.* 54. *lib.* Alex. *conf.* 98. *& seqq. lib. Reg.* de Ponte *conf.* 44. *lib.* 1. vbi sic testatur decisum Buratt. *decis.* 86. *&* 213. plenè Sperell. *decis.* 5. 2

Et quidem, si apud antiquos Canonistas, & alios Scribentes ante Concilium Trid. hæc forma contrahendi matrimonium de nocte, & ex improuiso in domibus mulierum absque interuentu propinquorum viri præseferebat probationem metus, & violentiæ, malamque faciem habebant, quando matrimonia clandestina sine interuentu Parochi adhuc non erant prohibita, nunc non erit tam facilè matrimonium hoc inire.

Fundamentum pro validitate matrimonij constituitur, quod scilicet violentia incussa sit non directè ad extorquendum matrimonium, sed principaliter ad vindictam iniuriæ, pro qua euitanda vix ex eius spontanea voluntate afferat matrimonium, vt per Sanch. & alios relatos per Sperell. *decis.* 6. Boss. *de Matrimon. cap.* 12. *num.* 128. sed pro Sperell. stat Mansus *consult.* 35. *num.* 16. 3

Pro consideratione metus, & nullitate attendendus esset modus fraudolentus, cum quo Adolescens per mulierem est vocatus sub assertiua absentiæ fratris, promptitudo amicorum testium, subita conuocatio Parochi. Qualitas viri si erat Filiusfamilias, & Scholaris, & inexpertus Adolescens, vt Card. de Luca *de Matrim. disc.* 6. *per tot.* 4

Magna vis facienda esset si ea nocte sponsus non permansit cum sponsa, vt ad saluandam coactionem ponderat Cæpolla *conf. ciuil.* 4. 5

In tenera puella virgine, & virorum conuersationis ignaræ facilior est timor, seu concussio, Ludouis. *decis.* 326. *num.* 25. Barbosa *vot.* 17. *num.* 105. 6

Abstensio à copula est magnum initium non liberæ voluntatis, Mantic. *decis.* 24. *num.* 12. Sperell. *decis.* 5. *n.* 59.

De metu reuerentiali illato à Patre viri, alijsque violentijs illatis, ex parte mulieris, scribunt Barbos. *voto* 16. Seraph. *decis.* 859. Ludouis. *decis.* 326. *&* 374. & apud Peniam *decis.* 1140.

In terminis matrimonij spiritualis contracti per vim, & metum, apud Buratt. *decis.* 205. *& in decis.* Rotæ post Dian. *part.* 9.

Ad purgandum metum actus sufficiens est subsequuta copula, & continuata conuersatio post omninò cessatam causam metus Card. de Luca *de Matrim. disc.* 6. *num.* 20.

De metu videndus Sanch. *de Matrim. lib.* 4. *disput.* 1. *num.* 10. Mansus *consult.* 35. *num.* 22. *& seqq.* vbi de donatione facta in Castro, vel Iurisdictione donatarij.

Spe-

Speciale ad matrimonium contrahendum requiritur mandatum, glos. *in cap. ad agendum verb. percipi de procurat. in 6.* Nec mandatum speciale sufficit non determinata persona, cum qua matrimonium contrahendum est, & dicendum est in mandato talis cum tali, Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. disc. 26. num. 32.*

Verba debent concipi *Titius te accipit in uxorem me mediante*, alio modo, *Ego contraho tecum matrimonium nomine Petri*, Procuratores debent interuenire, qui consensum explicant, Ego in Golin. *de procurator. part. 2. cap. 5. num. 3.*

Consensus per epistolam præstitus an sufficiens videatur, Card. de Luca *num. 29. negat*. Alij volunt non esse practicandum hunc modum. Beneuerum Sanchez *lib. 2. disp. 22.* tenet, quòd sic quoties absentes per epistolam præstent consensum *ex nunc pro tunc*; quando coram Parocho matrimonium contrahunt. Sed non erit practicandus hic modus.

SVMMARIVM.

1 *Coniectura probant in casu difficilis probationis.*
2 *Metus probatur coniecturis, & testibus minus idoneis, num. 3.*
4 *Testes domestici, & familiares probant metum, sicut etiam mercenarij.*
5 *Testes singulares probant metum, & minas. Exemplifica, num. 6.*
7 *Testes inhabiles admittuntur ad probandum metum, quando habiles non possunt haberi.*
8 *Testibus duobus deponentibus de metu, plus creditur, quam centum deponentibus de spontanea voluntate. Limitatur, num. 9. & 11.*
10 *Testes deponentes non interueniſſe metum, quomodo deponere habent.*
12 *Metus probatur præsumptionibus, coniecturis, & indicijs, & argumento à verisimili, num. 13. Quod intellige, vt num. 14.*
15 *Metus non probatur protestationibus, licèt eius probatio ceadmittetur, nisi protestatio fierit præsente, & non contradicente inferente metum, num. 16. Vel coram Notario, num. 17.*
18 *Protestatio quomodo fiat, & coram quibus.*
19 *Metus indicia, sunt lamentationes, suspiria, lachryma, & tristitia, & aliæ circumstantiæ, n. 20. Item præsentia patris, vel alterius, cui debetur reuerentia, num. 21.*
22 *Metus probatur importunis, & continuatis persuasionibus factis ab eo, cui reuerentia debetur. Et prohibitione commercij, num. 23. Et publica voce, & fama, num. 24.*
25 *Metus quando excludatur præsentia Iudicis.*
26 *Metus præsumitur in Matrimonio contracto cum iuuene reperto cum aliqua puella.*
27 *Metus præsumitur ex pallere contrahentium tempore Matrimonij.*
28 *Metus præsumitur, si præcipiens Matrimonium, solebat tyrannicè tractare non obedientes. Et quando indignatur pater, vel alius Superior, quando Filius, vel Subditus non vult obedire, num. 29.*
30 *Metus probatur coniecturis, etiam ad annullandum Matrimonium.*
31 *Metus probatio remittitur Iudicis arbitrio, qui aliqua considerare debet.*

ANNOTATIO IV.

§. III.

1 Obserua, quòd ea, quæ sunt difficilis probationis, & quæ directò probari non possunt, probantur per coniecturas, prout vulgare est in *cap. præterea, de testib.* & dicit Bart. *in l. in illa stipulatione, in fin. de verb. oblig.*
2 sed metus est difficilis probationis, tam ex parte patientis illum, cùm in eius animo sit reconditus, *l. 1. ff. quod met. caus.* Anchar. *cons. 299. num. 1.* Alciat. *cons. 5. num. 25. lib. 1.* ex quo dicitur metus, quasi mentem tenens, Anton. de Butr. *in cap. ad audientiam, num. 14. in fin. de his quæ vi, met. caus. fiunt*, quàm etiam ex parte inferentis, cùm secretò, & clam inferatur, Alciat. *reg. 3. præs. 7. n. 3. & cons. 5. n. 9. lib. 1.* Gayll. *obseruat. 93. n. 19. lib. 1.* præsertim cum inferatur à patre filiæ secum habitanti, Corn. *cons. 124. sub num. 4.* Soc. Iun. *cons. 47. sub n. 33. lib. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 116. n. 17.* ergo ad illum probandum admittuntur coniecturæ, & debiles probationes, vt benè obseruat Farinac. *dec. 242. n. 1.* referens sic fuisse decisum per Rot. *in vna Nicien. Matrimonij 6. Martij 1587. coram Seraphino.*

Vnde ad probandum metum admittuntur testes, qui 3
aliàs non admitterentur, & dicuntur idonei in tali causa, *cap. fin. de testib. cogen.* notat glos. & DD. *in cap. 1. in verb. auctores, de testib. in 6.* Alex. *cons. 157. n. 10. lib. 5.* Farinac. *dec. 260. n. 20.* Io: Franc. de Ponte *cons. 44. n. 2.*

Obijcies; Notauimus supra ex *cap. 1. de consangu. & affin.* in causa matrimoniali, præsertim contra Matrimonium, requiri testes omni exceptione maiores, ergo ad probandum metum contra Matrimonium, requiruntur testes omni exceptione maiores, & sic non debent admitti, qui aliàs non admitterentur.

Respondetur cum Io: Franc. de Ponte *cit. cons. 44. num. 2. & 3.* non procedere obiectionem, quando sumus in probando factum, ad quod alij testes haberi non possunt, vt est in metu, & eo fortius, quia isti testes non deponunt de Matrimonio, sed de qualitate extrinseca metus interuenientе ad Matrimonium.

Hinc infertur, quòd domestici, idest illi, qui viuunt 4
ad vnum panem, & ad vnum vinum, vel qui insimul habitant, vel qui mercenarij sunt, licèt à testimonio repellantur, vt latè probat Farinac. *de testib. quæst. 55. n. 8.* nihilominus admittuntur in hoc casu ad probandum metum, vt in terminis idem Farinac. *dec. 242. n. 1.* & ratio est, quia sumus in casu, in quo ab alijs veritas haberi non potest. Et domestici verisimiliter sunt magis informati, & dicuntur integræ vitæ, omni exceptione maiores, & eis magis creditur, ad dicta per Farinac. *de testib. quæst. 55. num. 50.* Grat. *cons. 38. n. 25. lib. 2.*

Admittuntur etiam ad probandum metum, & minas 5
testes singulares, Gratn. *dec. 5. n. 14.* Gabr. *de testib. concl. 2. n. 56.* Farinac. *de testib. quæst. 65. n. 275. & 276. & decis. 242. n. 33.* quod intellige, concurrentibus adminiculis, vt docet idem Farinac. *dec. 240. num. vlt.*

Vnde Boer. *dec. 101. n. 9.* dicit fuisse probatum metum 6
per vnicum testem deponentem de ipso metu, & per plures alios deponentes de auditu, licèt non deposuerint, à quo audierint.

Hoc, quod diximus, admitti posse testes inhabiles, & 7
domesticos, ad probandum metum, ideò permissum est, quia vt plurimum, cùm metus inferatur domi, & in secreto, alij testes haberi non possunt; verùm si possent haberi testes non domestici, & habiles, tunc inhabiles, & domestici non probarent, Farinac. *de testib. quæst. 55. n. 64. & quæst. 62. n. 30.*

Obserua, quòd si per duos testes ex vna parte probetur 8
metus, & violentia, adeò creditur his duobus testibus, vt etiam si per alteram partem per centum testes probetur spontanea voluntas, nihil minuitur de fide duorum testium, secundum Innoc. *in cap. super hoc, de renunc.* Bald. *in l. obseruare, §. profecisse, num. 15. in fin. ff. de offic. Procons.* Ias. *in l. interpositas, n. 5. C. de transact.* Gabr. *de testib. concl. 4. num. 15.* Menoch. *de præsump. præsump. 126. n. 31.* Farinac. *decis. 242. num. 32.* vbi *in fin.* ait, quòd hoc sine scrupulo procedit, quando testes non solùm deponunt de metu, sed etiam de minis, & alijs actibus metum inferentibus. Ratio, quare credatur plus duobus testibus, quàm centum in hoc casu, non adducitur communiter per DD. tangitur tamen per Alex. *cons. 156. num. 3.* & ea est, quia illi centum testes dicuntur deponere super intentione, quæ soli Deo nota est; sed isti duo testes probantes violentiam, vel metum, deponunt id, quod oculis videtur, & ideo etiam si centum testes deponerent, quòd contrahens dixit sponte contrahere; tamen non per hoc probatur spontanea voluntas, quia talia verba tempore metus prolata, non purgant metum, sed potius illum germinant, secundum Bald. *in cons. Schismatis*, quod ponit post *rubr. C. si quis alt. test. prohib.*

Hæc

Hæc Alex. *cit. loc.* & est etiam de mente Abb. *in cap. 1. num. 10. de his, quæ vi*, & aliorum, qoos sequitur, & adducit Sanch. *de Matrim. lib. 4. disp. 27. num. 1.* sed hæc ratio Alex. posset impugnari, nam etiam metus est actus internus.

9 Limitatur tamen hæc conclusio, quòd plus credatur duobus testibus deponentibus de metu, quàm mille attestantibus de spontanea voluntate, vt non procedat, quando deponentes spontaneam voluntatem adducerent aliquid, ex quo iuris præsumptione excluderetur metus, vt quia deponerent Matrimonium fuisse contractum in præsentia Iodicis, consanguineorum, aut his similia, quæ regulariter excludunt metum, *l. transactionem*, & ibi DD. moderni, *C. de transact.* ita limitat Boer. *decis. 100. num. 6. & 7.* Dec. *cap. fin. n. 25. de appellat.*

10 Aduerte, quòd testes deponentes per negatioam, non interuenisse minas oon solùm habent deponere, quòd dictæ minæ non fuerunt illatæ erga contrahentem, sed deponere habent, quòd noo potuissent inferri, quin ipsi vidissent, seu audiuissent eo tempore, vt ex glos. *in §. fin. verb. absunt, in auth. de hered. & fal.* & per glos. *in l. 1. §. 1. ff. de itin. act. priu.* tenet Alex. *cons. cit. 156. n. 17.*

11 Limitatur etiam illa conclusio, plus credi duobus testibus deponentibus de metu, quàm centum deponentibus de spontanea voluotate; eam non procedere, quando deponentes de negatiua contra metum, idest de spootanea voluotate, deponerent cum coartata, loco, & tempore; tonc enim probatio metus non præfertur, sed æquè creditur affirmantibus, sicut & negantibus, ita Dec. *in cap. fin. num. 29. de appellat.* Quare optimè Couar. *4. decret. 2. part. cap. 3. §. 5. num. 10.* docet arbitrarium esse Iudicis, pensatis circunstantijs, quibus magis credendum sit.

12 Vlterius oon solum probatur metus in causa matrimoniali testibus domesticis, & aliàs inhabilibus, quando veritas aliter haberi non potest, sed etiam probatur præsumptiooibus, coniecturis, & inditijs, ita Anchar. *cons. 299. sub num. 1.* Alex. *cons. 88. num. 6. lib. 3.* Dec. *in l. in omnibus, num. 7. ff. de regul. iur.* Paris. *cons. 63. num. 61. lib. 3.* & alij apud Farinac. *cit. decis. 242. num. 1. ad finem.*

13 Hioc est, quòd multum valet ad præsumendum huoc metuio, argumentum à verisimilitudinibus; præsumitur enim metu, & coactè fecisse, qui fecit actum, quem verisimiliter oon fecisset, ita tenet Paris. *cons. 53. num. 65. & 66.* ex doctrina Bald. *in l. interpositas, in princ. C. de transact.* qui in *cons. 204.* incip. *longum thema, in fin. vol. 3.* dicit haberi debere pro probato id, cuius contrarium non est credibile, nec persuaderi potest alicui bono viro, Menoch. *præsumpt. 4. num. 13. lib. 3.*

Obijcies, Salyc. *in l. interpositas, num. 3. C. de transact.* dicit, quòd non sufficiunt coniecturæ, & similitudines ad probandum metum; ergo &c.

14 Resp. Salyc. intelligi de coniecturis, & verisimilitudinibus remotis, & distantibus; non autem de propinquis, & immediatis; vt declarant Bald. *in ead. l. num. 6.* Paul. de Castro *num. 4.* & Ias. *num. 1. in fin.* aliàs ita simpliciter, & indistinctè intellectus, loqueretur oon solùm contra veram interpretationem illius *text.* sed etiam contra receptissimam tegulam in materia metus.

15 Protestationes non probant metum, verùm moltum coadiuuant, & operantur, vt facilius probetur, Angel. *in l. metum la 3. ff. quod met. caus.* Dec. *in cap. fin. sub num. 21. vers. bene verum est, de appellat.* Farinac. *decis. 242. num. 20.* qui *num. 25.* ampliat opinionem, etiamsi protestatiooes non interueniant in actu contraheodi Matrimonium, sed fuerint factæ ante Matrimonium, ad quod adducit Germin. *cons. 15. ante num. 13.* Corn. *cons. 41. num. 14.* Paris. *cons. 60. num. 14. lib. 4.* Couar. *in epit. de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 5. sub num. 12. versic. si vero fiat*, & etiam si fuerint factæ absente illo, qui metum incutit, glos. & DD. *in cap. 1. de his, que vi, met. caus. fiunt*, Dyn. Bald. Paul. de Castr. & Imol. *in l. qui aliena, §. fin.* vbi Ias. *num. 46. ff. de acqu. hered.* latè Natta *cons. 451. num. 22.*

16 Verùm si hæc protestatio fit præsente, & oon contradicente inferente metum, tunc plenè probat metum, si fiat in actu contractus, vt ex text. & glos. *in cap. Lotharius 31. quæst. 2.* notat post alios Ripa *in cap. cum M. de constit. num. 91.*

17 Quando autem fit hæc protestatio ante actum, & absente parte, debet fieri coram viris honestis, & publicè; quòd si metum patiens non audeat protestari publicè, secretè id agat, saltem coram duobus testibus, adhoc vt constare possit de protestatione, Bald. Aogel. Paul. & Imol. *in l. qui in aliena, §. 1. ff. de acquir. hered.* Cou. *cit. loc. vers. vltimo*, & Praxis obseruat, vt de his protestationibus rogetur Notarius, vt optimè ostendit Seraph. *decis. 859. num. 4.* vbi dicit ex hac protestatione facta coram Notario, manifestè constare de metu, quia 18 talis protestatio remouet consensum ab actu futuro contrario, quoties sumus io his, quæ pendent à voluntate protestantis, vt fuit decisum in vna *Burgen. iurisdictionis coram R.P.D. Decano.*

19 Vlterius faciunt maximum indiuium, & præsumptiooem ad probandum metum, lamentatiooes, suspiria, lachrymæ, animi deliquium, & tristitia, ante, in, vel post Matrimonij coottactum; ea eoim sunt signa, contrahentem inuitum trahi ad Matrimonium, vt optimè ponderat Farinac. *decis. 260. num. 3. & decis. 242. num. 4. & num. 29.* Seraphin. *cit. decis. 859. num. 3.*

20 Adducitur etiam ad probandum metum circumstantiæ, quæ ad id solent interuenire, vt est nimia festinantia, clausura ostij, præsentia virorum armatorum exteris introitum prohibitum, absentia propinquorum, quæ simul iuncta metum sufficieotem probant, vt voluit Farinac. *cit. decis. 260. num. 4. & 5.* Et Seraph. *cit. loc. num. vlt.* dicit conijci metum ex eo, quod consanguinei spoosæ, cui metus illatus dicebatur, non interuenerunt in cootractu Matrimonij, Farinac. *decis. 242. à num. 27.*

21 Reuerentiam solam non inducere iustum metum diximus supra ex communiori opinione contra Menoch. *consil. 1. num. 492. & seq.* Verùm multum confert ad probandum metum præsentia patris, vel alterius, cui debetur reuereotia, quando iste talis erat persona terribilis, aspera, & seuera, præsertim concurrentibus alijs adminiculis, Farinac. *cit. decis. 242. num. 5. & 6. & decis. 260. num. 9. & 10. & 16.*

22 Probant etiam iustum metum importunæ, & continuatæ persuasiones factæ à persona, cui debetur reuerentia; quia hæ vim coactionis habent; non solùm factæ ab ipsomet, cui reuerentia debetur, sed ab alio eius nomioe, vt optimè Farinac. *decis. 242. num. 7. & 8.* ad quod adducit Afflict. *decis. 69. num. 4.* Aymon. *cons. 461. num. 21.* Honded. *cons. 29. num. 34. lib. 1.* Innoc. *in cap. petitio, de iureiur.* Soc. *cons. 263. num. 8. lib. 2.* Curt. Iun. *cons. 41. num. 18.* Io: Bapt. Ferret. *cons. 296. num. 17. & seq.* & Rot. *in vna Romana legatorum 13. Nouembris 1595. coram Orano*, & ita in alia *Valentina Professionis 15. Iunij 1587. coram D. Pamphilio.*

23 Similiter multum confert ad probationem metus prohibitio commercij, & loquelæ facta illi, cui metus incutitur; nam hæc custodia libertatem excludit, ita Gram. *decis. 103. num. 56. circa fin.* & voluit Farinac. *d. decis. 242. num. 22. & 23.* ad quod multos adducit Doctores.

24 Probatur etiam metus publica voce, & fama, dummodò sit vniformis, & non variata, & trahat originem à personis fide dignis, vt refert Paris. *cons. 60. num. 32. lib. 4. ex cap. veniens il 2. de testib.*

25 Diximus, præsentia Iudicis excludi præsumptionem metus, quòd procedit, dummodò per partem aduersam oon sit probatum, Iudicem esse amicissimum illi, qui metum intulit; tunc enim adhuc præsumitur metus, ita Gram. *dec. 103. num. 63.* sequitur Farinac. *decis. 242. num. 24.*

26 Item deducitur maxima præsumptio metus ex Matrimonio cootracto, dum fuit repertus iuuenis dormiens, vel latitans in domo alicuius puellæ, per parentes dictæ puellæ, ad dicta per Alex. *consil. 99. num. 1. lib. 3.* Paris. *cons. 52. num. 53. lib. 4.*

27 Arguitur etiam metus, si in actu contractus Matrimonij fuit visus aliquis ex contrahentibus pallidus, & tremeos; nam hæc signa timorem arguunt, vt ex definitione metus deducit Paris. *cons. 53. num. 53.* ad dicta per

Paris.

Parif. *de fyndicat. in verb. tortura, col. 4. verb. repertus in crimine, & col. 9. verf. & adde.*

28 Probatur etiam metus, quando illum allegans probat, quòd præcipiens Matrimonium, erat persona, quæ solebat tyrannicè tractare illos, qui suis præceptis, & notis non obedirent, vt obseruat Parif. *conf.* 139. *num.* 16. *lib.* 4. *ex conf.* Abb. 60. *col.* 2. *lib.* 1.

29 Sic etiam multum confert ad probationem metus indignatio, quam concipit pater, vel alius Superior, quando filius, vel subditus non vult suæ voluntati obedire, & Matrimonium contrahere, vt notat Farinac. *dec.* 242. *num.* 9. vbi refert ita fuisse decisum in vna *Valentina Professionis, coram D. Pamphilio.*

30 Hæc indicia, & coniecturæ, quæ adducuntur ad probandum metum, & quæ adduci possent, procedunt etiam quando tractatur de infirmando Matrimonium, vt obseruat Farinac. *dec.* 260. *num.* 1. qui alios DD. allegat, & sic decisum testatur.

Verum, quia tota hæc probatio Iudicis arbitrio remittitur, qui considerare habet qualitatem damni, metum incutientis, oaturam eius, qui metum infert, ac eius, cui metus incutitur, secundum Bald. *in l. si quis nec genus, verf. adde tamen, C. de Episc. & Cleric.* cum alijs adductis per Dec. *in l. omnibus causis, col.* 2. *num.* 7. *ff. de regul. iur.* Mascard. *de probat. conclus.* 1052. *num.* 3. sequitur Menoch. *de arbitr. caf.* 131. *num.* 2. & rationem adducit, quia hæ coniecturæ metus non sunt à iure diffinitæ; meritò nos etiam dicta, & alia, quæ omisimus, Iudicis arbitrio reportamus.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Ad probandum metum an requirantur probationes rigorosa, si agatur de nullitate Matrimonij, num. 2.

2 Tacita obiectioni occurritur.

3 Probationes metus recensentur.

1 Obseruat dignè, & vtiliter Ventringl. *num.* 1. *& seqq.* metum esse difficilis probationis, tam ex parte patientis illum, vt in eius animo sit reconditus, quia ex parte inferentis, cum secreto, & clam inferatur, ideòque ad probandum illum sufficiant coniecturæ, & leues probationes, Farinac. *dec.* 242. & ad probandum metum admittantur testes minus idonei, *cap. fin. de testib. cogend.* Reg. de Pont. *consil.* 44. *num.* 2.

2 Dices ex *cap.* 1. *de consanguin. & affinit.* in causa matrimoniali quando agitur ad deponendum matrimonium requiri testes omni exceptione maiores, & probationes exactas, ergo testes inhabiles non admittentur.

2 Respondet Reg. de Pont. *d. consil.* 44. *num.* 2. & 3. non procedere obiectione, quando sumus in probando factum, ad quod alij testes haberi non possunt, vt in metu, hinc infert Ventrigl. *num.* 4. domesticos, & mercenarios admitti, tamquam magis informatos, Farinac. *de testib. quæst.* 15. *tract.* 50. & testes singulares, Farinac. *quæst.* 65. *num.* 275. & Boer. *decis.* 101. *num.* 9. dicit fuisse probatum metum per vnicum testem deponentem de ipso metu, & per alios deponentes de auditu etiam non allegato authore.

3 In interpretatione iusti metus fit discrimen inter virum, & mulierem, cum minor requiratur in ista, quàm in illo, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 5. *n.* 39.

Minor sufficit metus in puella 13. annorum, & teneræ ætatis, Rota *decis.* 22. *part.* 12. *recent. num.* 14. præsertim si omni auxiliatore sit destituta, vt Rota vbi supra.

Metum, & violentiam indicant nimia auersio, & repugnantia puellæ ante, & post matrimonium accipiendi in virum, & cum eo commorandi, vt si sæpè dixerit, *velle se potius ex fenestra deycere, vel in puteum se proycere, quàm illi assentire*, Rota *d. decis.* 23. *num.* 17. & *seq.* quoties puella renuit contrahere sponsalia ob auersionem.

Lamentationes, protestationes, lacrymæ, & suspiria ante, & post matrimonium, & ipsum recessum ab Ecclesia, Rota *vbi sup. num.* 9.

Si puella interrogata à Parocho præ nimia tristitia, & timore pallida fuit effecta, & morata est in respondendo, & videatur non satisfactum iuris dispositioni, quòd matrimonia debeant esse libera à coactione, & à nullius arbitrio pendere, *cap. cum locum, & cap. requisiuit, cap. gemma de sponsal.* Ludouif. *decis.* 326. *num.* 31. & *decis.* 395. *num.* 2. Buratt. *decis.* 86. *num.* 39.

Considerabile est obsequium, & reuerentia erga parentes, Ludouif. *decis.* 376. *num.* 28. si esset innupta noluit puella cum viro cubare, signum est dissensus, §. *pa-uonum Instit. de rer. diuis.* Ludouif. *decis.* 326. *n.* 44.

ANNOTATIO V.

De clausura Monialium.

ARGVMENTVM.

§. I. Notatur. Quid sit clausura, & quid veniat sub eius nominis appellatione. De quo iure fit. Quis teneatur illam seruare. Quomodo violetur. Quas censuras incurrant illam violantes ingrediendo clausuram, & Moniales egrediendo illam, receptantes, vel comitantes, & Superiores permittentes.

§. II. Quomodo teneantur Episcopi clausuram conseruare, & violatam restituere. An pro illa conseruanda possint punire Regulares. Quomodo clausura custodiatur. Quibus mænijs, & ianua. Quid si mænia sint confracta. Ad quid teneantur Magistratus Seculares pro conseruatione clausuræ. Et licentia ingrediendi, vel egrediendi à clausura, à quo, quibus ex causis, & personis, & quomodo concedi debeat.

SVMMARIVM.

1 Clausura quid sit, & quid veniat appellatione clausura, num. 2. Vnde incipiat, num. 3.

4 Limen porta an contineatur sub clausura. Tectum an sit sub clausura, num. 5.

6 Rota an contineatur sub clausura, resoluitur cum distinctione, num. 7.

8 In violatione clausura non datur paruitas materia.

9 Clausura de quo iure sit.

10 Clausuram qui teneantur seruare, num. 11.

12 Consuetudo etiam immemorabilis non tenet contra clausuram.

13 Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. de Regul. obseruatur.

14 Priuilegia contra clausuram videntur reuocata per Trid.

15 Monialis tenetur ad clausuram, etiam si in professione non habuerit animum ad illam se obligandi.

16 Nouitia non tenetur ad clausuram.

17 Fœmina emittens professionem cum conditione, vt in domo propria remaneat, non obligatur ad clausuram.

18 Clausura Monialium violatur multis modis.

19 Clausura violatur, si aliquis vtrumque pedem intra Monasterium, vel Monialis extra efferat, secus si alterum tantum pedem.

20 Clausura violatur, si Monialis exeat ad claudendam primam ianuam.

21 Clausuram violat Episcopus ingrediendo Monasterium sine iusta causa, etiam ad explorandam voluntatem puella.

22 Clau-

22 *Clausuram Monialium non violant infantes.*
23 *Clausuram violantes ingrediendo septa Monasterij, sunt excommunicati ipso iure. Et si ad malum finem, absolutio reseruatur Papæ, num. 24. Et quando dicatur ad malum finem, num. 25. Et an incurrant hanc reseruationem ingredientes cum licentia, num. 26.*
27 *Clausuram violans ingrediendo, etiam non ad malum finem, incurrit excommunicationem Sanctissimo reseruatam.*
28 *Cognoscens carnaliter Monialem quomodo puniatur Clericus. Et quomodo Laicus, num. 29.*
29 *Clausuram ingrediens cum licentia subreptitia, incurrit excommunicationem* Concil.
30 *Clausuram ingrediens cum licentia, sed non in scriptis, an incurrat in excommunicationem.*
31 *Licentia ingrediendi Monasteria Monialium an possit generaliter concedi.*
32 *Bullæ loquentes de clausura Monialium referuntur, & explicantur, num. 33.*
34 *Clausuram violantes introducendo, qua pœna puniantur. Et si sint Abbatissa, vel Superiores, num. 35. 36. & 37. Vel si sint priuata persona, num. 38. & 39.*
40 *Excommunicatio contra violatores clausuræ Monialium an liget ante declarationem. Et quid de pœna priuationis, & inhabilitatis, num. 41.*
42 *Bulla* Gregor. XIII. *statuit, vt Superiores Monialium vtantur facultate ab officio eis tributa ingrediendi clausuram Monialium in casibus necessarijs & paucis comitati, Senioribus, & Religiosis viris alias puniuntur, vt num. 43. Quæ censura cui sint reseruata, num. 44. Et contra quas personas procedanc, num. 45. & 46.*
47 *Moniales exeuntes è Monasterio quibus pœnis mulctentur. Ac licentiam dantes, comitantes, & receptantes, num. 48. Et quis possit ab illis absoluere, num. 49.*
50 *Moniales exeuntes à clausura sine licentia, quando periculum est in mora, non incidunt in pœnas:*
51 *Monialis egrediens clausuram iusta de causa cum licentia, si finita causa non statim redeat, quam in pœnam incurrat.*
52 *Priuatio dignitatis administrationis, & officij quid contineat, num. 53.*

ANNOTATIO V.

§. I.

Ad Textum in cap. vnic. de statu Regularium in 6.

IN hoc *text.* tractatur de clausura Monialium, vbi *Bonifacius VIII.* perpetuò inuiolatam seruari mandat, quam *Constitutionem* nouissimè Concil. Trident. *sess. 25. cap. 5. de Regular.* Innouauit, eamque strictè præcepit obseruari. pro cuius intelligentia, obseruandum duximus. Primò, quid sit clausura. Secundò, quo iure introducta. Tertiò, quinam teneantur illam seruare. Quartò, de violatoribus, & censuris, & quis ab eis possit absoluere. Quintò, quis possit ad clausuram cogere, & quis teneatur brachium præstare. Vltimò, de licentia exeundi, vel ingrediendi Monasteria, de qua materia latè Tambur. *de iur. Abbatiss. & Monial.* particulari tract. Bonac. *de clausur.* Galar. *in opusc. clausura Monial.* Mirand. *de sacr. Monial.* Victorel. *de orig. & clauf. Monial.* Gauant. *in Manual. verb. Monialium clausura*, & alij Canonistæ, & Summistæ omnes.

1 Quoad primum obserua, quòd clausura est spatium, quod intra ianuam Monasterij semper clausa continetur; seu est locus Monasterij intra quem Moniales sistere debent, & à quo egredi non possunt sine violatione præcepti, vel voti, ita Bonac. *tom. 1. de clauf. quæst. 1. punct. 1. num. 1.*

2 Vnde appellatione clausuræ venit totum illud spatium Monasterij, seu domus Religiosarum personarum, ad quod liber est accessus ipsis Religiosis, & non sæcularibus personis, quod probatur ex Bulla *Gregor. XIII.* incip. *Deo sacris edita tertio Kalendas Ianuarij* 1575. ex illis verbis, *Nec ibidem licere Monialibus etiam Tertiarijs egredi à ianua Monasterij, quæ est pro clausura Monasterij ipsius, etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, quæ patere solet pro aditu sæcularibus venientibus ad Rotam, vel ad crates, seu loca colloquijs destinata, vel ad pulsandam ipsam ianuam clausuræ; quæ loca cum saltem pro causis prædictis patere soleant sæcularibus, extra clausuram censeri debent, etiam quo tempore clausa sunt.* Hæc Bulla, ex qua habes; Ecclesiam, & locutoria exteriora non venire sub appellatione clausuræ, Sanchez *in decal. lib. 6. cap. 15. num. 6. & 7.* latè Tambur. *de iur. Abbatiss. disp. 18. quæsit. 1.* post Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 6.* & Comitol. *lib. 6. resp. mor. quæst. 3.* Bonac. *de clauf. quæst. 1. punct. 1. num. 1.*

Incipit clausura ab ea porta, in qua est sedes ianitoris, ad clausuram seruandam, vt per Sanch. *cit. loc. num. 28.* 3

De limine portæ quid dicendum sit, dubitatur, an dicatur venire appellatione clausuræ. Videtur dicendum, quod non; nam quod fit in ostio, non dicitur fieri in domo, ad dicta per Alex. *consl. 137. num. 14. lib. 2.* & Sanch. *in summa, lib. 6. cap. 16. num. 70.* dicit, neque esse intra, neque extra clausuram. Verum verius dicendum est, si clausa ianua limen remanet intra, erit comprehensum in clausura; si verò remanet extra; dicitur extra clausuram, vt benè distinguit Bart. *in l. 1. vers. hoc interdictum, ff. de cloac.* qui dicit, quod si aliquid fit in ostio, intra clausuram domus, dicitur esse factum in domo; si verò fit extra clausuram ostij, non dicitur fieri in domo, *l. 1. §. in publico flumine, ff. de flumin.* sequitur Gemin. *in cap. vnic. de consec. Eccles. de Franc. decis. 402. num. 11.* Comitol. *lib. 6. respons. quæst. 3.* 4

Tectum eatenus dicitur esse intra clausuram, quatenus tegit loca, quæ sunt intra clausuram, & non vltra, Sanch. *cit. loc. cap. 15. num. 7.* Suar. *tom 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num. 6.* doctissimus, & acceptatissimus P. Diana *de clausur. num. 20.* 5

Dubitatur, an Rota, idest, instrumentum illud in pariete Monasterij, quo res è Monasterio extra, vel ab extra ad Monasterium trahuntur, veniat appellatione clausuræ. 6

Resp. Bonac. *cit. loc. num. 3.* & dicit, quod Rota non dicitur intra, nec extra clausuram, vnde infert, quod si Monialis Rotam ingrediatur, & Rotam ad partem, quæ sæcularibus patet vertat, quamdiu à Rota non egreditur, non dicitur violare perfectè clausuram, cum limites clausuræ nondum perfectè excedat, licet peccet ratione periculi. Verum Comitol. quem refert, & sequitur idemmet Bonacin. ante factum, tenet contrarium, appellatione clausuræ venire Rotam, vnde in casu prædicto Monialis dicetur violare clausuram, & opinio Comitol. est tutior; nam tenendo opinionem Bonacin. sequeretur absurdum; nam si sæcularis poneret se intra Rotam, eamque verteret ad partem, quæ Monialibus patet, si non egrederetur à Rota, non violaret clausuram, quod non potest dici, nam verè ex hoc ingressu possent oriri damna, & scandala, pro quibus vitandis introducta est clausura. Hanc opinionem omnes admittunt quoad peccatum, quoad verò censuras magis communis est, talem Monialem non incurrere excommunicationem, Tamb. *de iure Abbatiss. disp. 19. quæst. 4. num. 5.* Diana *loc. cit.* & alij. 7

Obserua, quod clausura consistit in indiuisibili; vnde non potest in eius violatione dari paruitas materiæ, nam siue parum vltra lineam clausuræ transeas, siue multum, dummodò totus transeas, perfectè diceris clausuram violasse, ita Sanch. *cit. loc. lib. 6. cap. 16. num. 70.* Bonac. *cit. loc. num. 3.* Diana *resol. 52. tract. 2. tom. 2.* 8

Quoad secundum, hanc clausuram esse de iure humano positiuo, non autem iure naturali, vel diuino, optimè probat rationibus, & authoritatibus Bonacin. *cit. loc. punct. 3. per tot.* adducens ad id Nauar. *cap. statuimus 19. quæst. 3. num. 29. comment. 4. de regul.* Mirand. *tract. de Monialib. quæst. 1. art. 1.* Azor. *part. 1. lib. 13. cap. 8. quæsit. 2. in summ.* Sanch. *loc. cit. cap. 15. num. 3.* & alios: secus dicendum est de Monialibus, quæ vo- 9

tum

tum clausuræ expressè emittuntur; nam votum iure naturali, & diuino seruandum est.

10 Ad tertium, quænam personæ teneantur hanc clausuram seruare, dicendum est duobus modis esse seruandam hanc clausuram, ingrediendo, & egrediendo; quoad primum modum ex *cap.*1. quod obseruamus omnes inhonestæ personæ, & honestæ, nisi existat rationabilis causa, & licentia Superioris legitimi in contrarium, seruare tenentur, ex Trident. verò *sess.* 25. *cap.*5. *de regular.* nemini licet cuiuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, hanc clausuram violare. Fallit tamen h. regula in multis personis necessariò ingredi debentibus, de quibus dicemus inferiùs, cum de licentia ingrediendi erit sermo.

11 Secundò modo est seruanda hæc clausura, non egrediendo; nam omnes, & singulæ Moniales cuiuscumque Ordinis sint, post professionem tenentur onere clausuræ, modo in Congregatione viuant, sic seruari præcipitur per Concil. Tridentin. *sess.* 25. *cap.* 22. & ita sancitum est per Pium V. motu proprio in Bulla incip. *Circa Pastoralis*, Tambur. *de iur. Abbatiss. disput.*8. *quæst.* 5. *per tot.*

12 Hinc sequitur primò; Moniales etiam Conuersas, & Tertiarias teneri post professionem ad clausuram, vt optimè notat Bonacin. *loc. cit. punct.*2. *num.* 2. quòd procedit, etiam si in aliquo Monasterio ante Concil. Trid. clausura non fuisset seruata, quam consuetudinem damnat Trident. *cit. loc.* & Pius V. in prædicta Bulla, etiam si esset immemorabilis, Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.*18. *quæs.*5. *num.*5.

Obijcies, per Conc. Trid. *cit. sess.*25. *cap.*5. *de reg.* mandatur violatam clausuram institui, inuiolatam conseruari; sed non violatur, nec restituitur, quod nunquam introductum est, ergo Concil. non loquitur de his Monasterijs, vbi clausura adhuc non est seruata.

13 Resp. cum Bonac. *cit. loc.* mentem Concil. esse, vt in omnibus Monasterijs introducatur clausura, etiam si ante introducta non fuerit, & licet verba videantur obscura, nihilominus interpretatio desumenda est ex mente Concil. cum mens Legislatoris, non verba sint attendenda, per regulam *text. in cap. vlt. de regul. iur. & in cap. intelligentia, & cap. propterea, de verb. signific. & in l. non omnis ff. si cert. pet.*

14 Nota primò, quòd priuilegia contra clausuram ante Concil. Trident. & prædictam Bullam Pij V. dicuntur ab illis reuocata, vt notat Nauar. *in comment. de regul. comment.* 4. *num.* 53. *not.* 2. & 3. Sanch. *cit. loc. lib.* 6. *cap.* 15. *num.*18. secus tamen est si adessent priuilegia legitimè concessa post Concil. Trid. Tambur. *loc. cit.*

15 Nota secundò, Monialem teneri ad clausuram, etiam si tempore professionis habuerit animum non se obligandi ad illam, quia hæc obligatio prouenit ex dispositione Summorum Pontificum, qui Moniales Professas ad clausuram obligant, vt Mirand. *tract. de Monial. quæst.* 1. *art.*4. *concl.*5.

16 Ex his collige primò, Nouitias non teneri ad clausuram, quia leges de clausura disponentes loquuntur de professis tacitè, vel expressè, non de Nouitijs, vt notat Suar. *tom.*4. *de regul. lib.*1. *cap.*8. *num.*16. Verùm si Nouitia exeat à Monasterio absque licentia Abbatissæ, & Superiorum, ad quos pertinet, facultatem exeundi concedere, interrumpit nouitiatum, de quo Suar. Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.* 18. *quæst.* 6. Lezan. *in sum. tom.* 1. *cap.* 24. *de Monial. num.*3. & 23.

17 Collige secundò, fœminas, quæ solemnem professionem emitterent eum conditione, vt in domo propria remanerent, vt notatur in *cap. insinuante, qui cleric. vel vouent.* non teneri ad clausuram, & ratio est, quia clausura obligat Moniales in Congregatione viuentes, vt in præcitatis iuribus. Verùm Pij V. Constitutio incip. *Decori, & honestati*, videtur irritare has professiones, Tamburin. *de iur. Abbatiss. disp.*18. *quæst.*5. *in fin.* vbi adducit Lezan. Mirand. Rodriq. Zipeu. & alios.

18 Ad quartum, violatio clausuræ Monialium dicitur pluribus modis. Primò modo ingrediendo in Monasterium sine licentia. Secundò, introducendo aliquem in Monasterium sine licentia. Tertiò, ingrediendo in Monasterium Superiores Monialium sine iusta causa. Quartò, ingrediendo ad malum finem. Vltimò, exeundo e Monasterio sine licentia Superioris legitimi.

19 Violator clausuræ Monialium dicitur sæcularis, qui intra limen ianuæ Monasterij vtrumque pedem infert, aut Monialis, quæ extra limen ianuæ vtrumque pedem effert; secùs tamen est, si alterum tantum pedem intra, vel extra ponat, vt notat doctissimus P. Diana 5. *part. tract.* 5. *resol.* 22. *pag.* 124. & 3. *part. tract.* 2. *resol.* 52. Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.* 19. *quæst.*4. *in princ.* qui id limitat, si Monialis toto corpore non egrediatur, & maiore corporis parte intra septa remanente, pede, aut pedibus exeat.

20 Violatrix dicitur clausuræ, Monialis etiam Tertiaria, si egrediatur è ianua Monasterij, quæ est pro clausura ipsius, ad claudendam aliam ianuam vlteriorem, qua patere solet aditus sæcularibus venientibus ad Rotam, vel ad Crates, seu loca colloquijs destinata, vel ad pulsandam ipsam ianuam clausuræ, quæ loca cum patere soleant sæcularibus extra clausuram censeri debent, etiam tempore, quo clausa sunt, ita Campanil. *diuer. iur. canon. rubr.*12. *cap.*16. *num.*20. *ad fin.* & habetur ex Bulla Gregorij *sup. cit.*

21 Violatur clausuræ Monialium diceretur Episcopus, si intraret Monasteria Monialium existentium in propria Diœcesi sine necessaria causa; nec est necessaria causa, si velit explorare voluntatem puellæ professionem emittere volentis; nam hæc exploratio voluntatis est facienda, Episcopo existente extra Monasterium, & puella intra, vt benè aduertit Campanil. *cit. loc. num.* 38.

22 Infantes, idest pueri, qui nondum vsum rationis adepti sunt, nec ipsi, nec eos introducentes dicuntur violatores clausuræ Monialium, si septa Monasterij ingrediantur, notat Sanch. *in sum. lib.*9. *cap.*16. *num.* 5. Diana *resol.*67. *tract.*2. *part.* 3. *in fin.*

De censuris latius contra violatores clausuræ Monialium multis modis dicendum est. Primò, de censuris contra ingredientes clausuram. Secundò, contra introducentes intra clausuram. Tertiò, contra exeuntes à clausura.

23 In primò casu ingredientes intra septa Monasterij sine legitima in scriptis licentia, incurrunt excommunicationem ipso facto, ex Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*5. latam, cuius absolutio, ex vi Concil. non est reseruata, vt aduertit Sanch. *lib.*6. *cap.*6. *num.*71.

24 Verùm si hæc violatio fit ad malum finem, si casus occurrit extra Vrbem Romanam, & per totam Italiam, absolutio est reseruata Papæ, ita vt neque priuilegiati possint absoluere, vt statuitur in decreto Sacræ Congregationis edito iussu Clementis VIII. 26. Nouembris 1602. de quinque casibus reseruatis, & notat Filiuc. *tract.*15. *num.*119. refert Barbos. *alleg.*50. *num.*186. ac dicens, quòd si quis in hoc casu absolueret prætextu priuilegiorum, ex præsumptione incurreret excommunicationem Papæ reseruatam, & priuationem officiorum, ac inhabilitatem ad illa.

25 Dicitur, violationem ad malum finem fieri, idest luxuriæ causa, vt explicat Graf. *lib.* 1. *de casib. reseruat. cap.*5. *num.*9. 11. & 54.

26 Non incurrunt hanc reseruationem Papæ ingredientes Monasteria Monialium cum licentia, si finito ministerio, diutius ibi morentur ad malum finem, quia excommunicatio Gregorij XIII. lata est contra ingredientes sine licentia, ita P. Diana *part.*3. *tract.* 2. *resol.* 67. *pag.* 43. & 4. *part. tract.*4. *resol.*90. *pag.*115.

27 Obserua, quòd secundum opinionem multorum, quam sequitur stylus Curiæ, etiam si ingressus non sit ad malum finem, excommunicatio est Papæ reseruata, ex Bulla Gregor. XIII. 28. vel 39. quæ incipit, *Vbi gratia*, ita vt Episcopus non possit absoluere, nisi in casu occulto, iuxta Concil. Trid. *sess.*24. *cap.*6. *de refor.* notat Sanch. *lib.*7. *cap.*15. *n.*76. Bonac. *de claus. q.*1. *p.*5. *n.*1.

28 Cognoscens carnaliter Monialem, sacrilegium committit, & est crimen dignum depositione in Clericis, vt dicit

Farinac. *quæst.* 146. *num.* 26. 4. *part.* Bernard. Diaz *c.* 84. condemnatus de hoc crimine efficitur ipso iure infamis infamia iuris, & irregularis, ad dicta per Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 110. & per Sanch. *opusc. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. & est detrudendus in Monasterium, seu ergastulum ad pœnitentiam, per *text. in cap. si qua* 27. *quæst.* 1. Hodie verò hæc pœna est arbitraria, vt obseruat Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 360. *num.* 58.

29 De iure ciuili Laicus committens hoc crimen punitur pœna mortis, per *auth. de sanct. Episcop. §. penult. cap. si quis rapuerit* 27. *quæst.* 1. Farinac. *quæst.* 146. *§. rapiens Monialem, num.* 1. qui Laicus ob copulam præfatam, etiam sine violatione clausuræ, est excommunicatus, ex *d. cap. si qua, & cap. virginibus ibid.*

30 Hanc excommunicationem latam per Trident. incurrunt etiam ingredientes cum licentia subreptitie obtenta, vt notat Sanch. *cap.* 16. *num.* 37.

31 Dubitatur, an ingrediens clausuram Monialium cum licentia, sed non in scriptis obtenta, incurrat excommunicationem Tridentini *sess.* 25. *cap.* 5. *de regular.*

Resp. incurrere, ita enim expresſè legitur in *d. text.* Concil. in illis verbis, *Sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta*, & sentit Sanch. *cap.* 16. *num.* 31. Suar. *tom.* 4. *de regul. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. Confect. *de priuileg. Mendic. tit.* 20. *cap.* 6. Sed contra tenent alij, vt Homobon. & Belloch. apud Dian. *resol.* 129. *tract.* 2. *tom.* 2. Quorum opinio est omnino vera, quando periculum est in mora, vel quando semel quis ingreditur simul cum Episcopo, tunc excusatur ingrediens sine licentia in scriptis, Tambur. *de iure Abbatiss. disp.* 23. *quæst.* 5. *num.* 2.

32 Nota, quòd hæc licentia concessa pro ingressu in casibus necessarijs, potest esse generalis pro casibus specificatis, nec requiritur, quod sit toties quoties. Similiter facultas generalis concessa Abbatissæ ad concedendas licentias, non requiritur, vt sit in scriptis, ita obseruat Diana *res.* 129. *tract.* 2. *tom.* 2.

33 Ingredientes clausuram Monialium, excommunicantur alia excommunicatione Papæ reseruata, ex prædicta Bulla Gregor. XIII. 28. vel 36. quæ incipit, *Vbi gratia*, & dicta excommunicatio lata est contra quascumque personas, etiam Comitissas, Marchionissas, Ducissas, aut Comites, Marchiones, Duces, audentes ingredi clausuram sub prætextu facultatum ibi reuocatarum, & alia simili excommunicatione eisdem tenoris, ex Bulla Pauli V. 47. vel 74. quæ incipit, *Monialium*.

34 Obserua, quòd licet hæ Bullæ videantur loqui contra ingredientes prætextu facultatum; nihilominus stylus Curiæ illas intelligit generaliter, etiam contra ingredientes sine tali prætextu, vt tenet Nauar. Beya, Villag. Azor. Zecch. & Graff. quos citat Sanch. *in sum. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 77. *in fin.* Cherub. in compen. super Bulla 28. Gregor. XIII. Bonacin. *tract. de suspens. punct.* 5. *num.* 35. etsi contrarium teneat Suar. *de censur. disput.* 22. *sect.* 6. *num.* 14. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 10. P. Diana *resolut.* 23. *tract.* 4. *tom.* 1. *resolut.* 32. *Miscell.* 2. *tom.* 1. Barbos. *alleg.* 102. *n.* 37. Prosper. de August. ad Quarant. *summa Bullar. in verb. Monasteria Monialium fol.* 334. Contra hanc sententiam insurgit fortiter Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 16. *num.* 24. qui validissimis rationibus probat ingredientem clausuram Monialium sine prætextu facultatis sibi concessæ, non incurrere in excommunicationem contentam in dictis Bullis, asserens, de prædicto stylo non haberi authenticam probationem.

35 In secundo casu introducentes, siue permittentes ingressum intra clausuram Monialium, sine legitima licentia, non incurrunt in excommunicationem latam in *d. cap.* 5. *sess.* 25. Concil. Trid. *de regul.* quia in illo fit tantum mentio de intrantibus, vt notat Sanch. *cit. loc. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 71. & sequitur Diana *resol.* 34. *Miscel.* 2. *tract.* 16. *tom.* 1.

36 Verum virtute d. Bullæ Gregor. XIII. incip. *Vbi gratia* 36. vel 28. introducentes, vel permittentes ingressum intra clausuram Monialium, si sint Abbatissæ, vel Superiores vtriusque sexus, quocumque nomine nuncupentur, & hoc faciant sub prætextu licentiarum ibi reuocatarum, incurrunt in excommunicationem ipso facto inflictam, Papæ reseruatam, & pœnam priuationis dignitatum, beneficiorum, officiorum, & inhabilitatis ad huiusmodi.

Similiter virtute d. Bullæ Pauli V. 74. vel 47. incip. 37
Monialium, Abbatissæ, Priorissæ, & Superiores aliæ, prætextu licentiarum ibi reuocatarum introducentes, admittentes; vel admissum quocumque modo retinentes quemcumque intra clausuram Monialium, incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam priuationem officiorum, & inhabilitatem.

Quæ Constitutiones licet videantur loqui solum 38
contra admittentes, vel retinentes prætextu licentiarum ibi reuocatarum, tamen stylus Curiæ, Praxis totius Italiæ recepta, & authoritas plurimorum Doctorum, generaliter intelligunt contra introducentes, vel retinentes, etiam sine tali prætextu, vt diximus supra *vers. obserua quod*, contra aliquos, quorum sententia si esset sequenda, sequeretur, quòd hodie introducentes nullam incurrerent pœnam, aut excommunicationem latæ sententiæ.

Tenendo opinionem, quam tenet Praxis, dubitatur, 39
an hanc excommunicationem vltra Superiores, viri, vel fœminæ, incurrant etiam aliæ personæ Religiosæ particulares masculi, aut fœminæ quicumque introducentes quemcumque.

Resp. in dictis Bullis solùm videtur, mentionem fieri de Superioribus, & proinde Superiores tantùm incurrere, non priuatas personas, voluere Sanch. *cit. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 84. Mirand. Man. *tom.* 3. *de Monialib. quæst.* 2. *art.* 12. *conclus.* 3. Barbos. *allegat.* 102. *num.* 33. Rodriq. *qq. Reg. tom.* 1. *quæst.* 47. *art.* 3. Diana *resolut.* 33. & 34. *tract.* 16. *Miscel.* 2. *tom.* 1. qui illam particulam, *Et personas quocumque nomine vocentur*, in Bulla Gregorij XIII. positam intelligunt de personis eorundem Superiorum.

Verum contrarium, idest etiam priuatas personas in- 40
currere pœnas, & excommunicationem contentam in Bulla Gregorij XIII. tenet Filiuc. *tract.* 15. *num.* 119. & Llamas apud Sanch. *cit. loc.*

Nota, quòd hæc excommunicatio ligat in conscien- 41
tia, etiam ante declarationem, vt notat Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 7. *in fin.* nam generaliter censuræ, & irregularitates ipso iure, ex antiquissima Ecclesiæ vniuersalis consuetudine, obligant in conscientia, etiam ante declaratoriam, ita Tiraqnell. *in l. si vnquam, n.* 401. Sayr. in Clau. Reg. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. Salas *de legib. disput.* 15. *sect.* 2. *in princip.* Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *di-*
sput. 30. Pœna verò priuationis, & inhabilitatis latæ sen- 42
tentiæ, controuersum est inter DD. an obliget in conscientia ante declaratoriam; & satis probabilis est opinio non obligare, ex Nauar. *de dat. & prom. num.* 31. & 44. Molina *disput.* 96. Sanch. *de Matrimon. lib.* 9. *disput.* 30. *num.* 1. & *in summa cap.* 39. *num. vlt.* & *opusc. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 52. *num.* 11. & 13. Filiuc. *tract.* 10. *num.* 264. & alij. Opinionem verò contrariam communem dicit Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 2. & Cordub. *lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 1. Quid dicendum in foro externo, & iudiciali, alibi videbimus.

Est & alia Constitutio, & Bulla Gregorij XIII. quæ 43
incipit, *Dubijs, quæ emergunt*, & habetur post 28. Constitut. eiusdem Papę apud Cherubin. vbi statutum est, vt Prælati Monialium tam Sæculares, quàm Regulares facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta, vti possint tantum in casibus necessarijs, & paucis, & senioribus, ac religiosis personis comitati, etiam si tales Superiores sint Episcopi, aut Cardinales.
Alias transgressores, Episcopi quidem incurrant eo ipso 44
interdictum ab ingressu Ecclesiæ pro prima vice: pro secunda autem, suspensionem à munere Pontificali à diuinis: pro tertia, & vlteriori incurrant excommunicationem. Superiores autem Regulares incurrant pœnam priuationis omnium officiorum Monasterij, & excommunicationem similem.

45 Nota,

45 Nota, quòd hæ excommunicationes non sunt reseruatæ, ita Sanch. *in sum. lib.6. cap.16.num.98.* & Filiuc. *tract.* 15. *num.*118. *in fin.*

46 Obserua, quòd hæ pœnæ non militant contra Vicarios Generales, vel Prælatos sæculares Episcopo inferiores habentes quasi Episcopalem iurisdictionem in Moniales, ingredientes vt supra; quia ibi non sunt expressi, neque aliam censuram incurrunt, aut pœnam latæ sententiæ, quia nullibi lata est, ita Sanch. *cit. cap.*16. *nu.*99. Bonac. *de claus. q.*4. *punct.*5. *n.*11.

47 Neque hæ pœnæ procedunt contra ipsos Prælatos intrantes ex causa necessaria, sed associatos à multis, vel iunioribus, aut sæcularibus, vt per Sanch. *cit. loc. num.*10. nam hæ pœnæ procedunt tantum, quando sine causa necessaria intrant, vt tenet Bonac. *cit. loc. n.*12.

48 In tertio casu de Monialibus exeuntibus à clausura, obserua, quod contra eas per hunc *text. cap.*1. *de stat. regul. in* 6. quem annotamus, & Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. *de regul. cit.* non est imposita aliqua pœna, vel censura, vt patet legentis; solum enim hæ Constitutiones prohibent strictius egressum à clausura.

49 Ex Bulla Pij V. incip. *Decori* 8. exeuntes Moniales à clausura absque legitima causa, ibi designata, vt dicemus infra, & sine licentia Superioris, de qua etiam infra, non solum ipsæ, sed exeundi quoque licentiam concedentes, comitantes, & receptantes incurrunt excommunicationem latæ sententiæ Papæ reseruatam, & ipso facto priuationem officiorum, & administrationum, & inhabilitatem ad alia obtinenda, non solùm ipsæ exeuntes, sed etiam Superiores licentiam dantes.

De hac Bulla latè Sanch. *in decaleg. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 63. *& seqq.* vbi etiam de pœnis in ea contentis, de quibus etiam Barbos. in hoc *cap.*1. *de stat. Regul. in* 6.

50 Episcopus, si casus esset occultus, quòd vix contingere potest, posset absoluere ab hac censura, vigore Concil. Trid. *sess.*24. *cap.* 6. *de reform.* vt tenet Sanch. *cit. loc. num.*76. an autem possit dispensare super dictis pœnis inhabilitationis, & priuationis, Doctores aliqui affirmant, alij negant; verùm negatiua sententia videtur probabilior, ad dicta per Archid. *in cap. licet canon. de elect. in* 6. Felin. *in cap. etsi clerici*, §. *de adulterijs, num.*4. *de iud.* Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 370. *C. de reuoc. donat.* Barbos. *allegat.* 33. *de potestat. Episcop.* de his vide apud Sanchez *cit. loc. num.* 77. *&* 78.

51 Aduerte, quòd Moniales exeundo à clausura sine licentia in casu, quo periculum est in mora eam expectandi, vt in graui, subitoque incendio, terremotu, ruina, &c. non violant clausuram, ita vt incurrant hanc excommunicationem, & pœnas, nec ipsæ, nec eas comitantes, vel receptantes, vt notat Sanch. *cit. loc. num.*70. dummodò finito periculo, statim redeant ad clausuram, Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.* 19. *quæst.* 4. *ver. ad* 2. & rationem affert, quia Bulla Pij V. solas Moniales iniustè egredientes è Monasterio illis pœnis afficit.

52 Nota, Monialem incurrere excommunicationem hanc, & pœnas in omnibus illis casibus, in quibus supra diximus violare clausuram: nec incurrere quando iusta de causa exit, etiam si finita iusta causa, non statim redeat, quæ licet faciat tunc contra præceptum clausuræ, non statim regrediendo; nihilominus quia Pius V. prædictas pœnas imponens, loquitur tantum de illicite egredientibus, comitantibus, recipientibus, & licentiam dantibus, de eo casu solum debet intelligi, cum in pœnis sit facienda stricta interpretatio, ita Bonacin. *dict. loc. punct.*4. *num.*3.

53 Pœna, quæ imponitur in dicta Bulla Pij V. vltra excommunicationem est priuatio dignitatum, administrationum, & officiorum; proinde quæritur, quid contineatur sub his nominibus.

54 Resp. intelligi omnia officia, quæ Superiorum propria sunt, & in se superioritatem continent, vt est Prioratus, Prouincialatus, Generalatus, officium Visitatoris, Commissarij Generalis, Vicarij Monacorum, seu Monialium, officium Abbatissæ, Priorissæ, & similia; hæc superioritatem continent, & comprehenduntur nomine dignitatum, administrationum, & officiorum; secus dicendum de officio Concionatoris, Confessoris, Lectoris, Sacristæ, & similium, ita Bonacin. *cit. loc. punct.*4. *num.*6.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Professio Monialium an distinctione specifica differat ab illa virorum?*
2 *Votum perpetuæ clausuræ Monialium an inducat differentiam specificam?*
3 *Professio Monialium an probetur solum per scripturam, & non per testes.*
4 *Resoluitur difficultas, & notatur Præs. de Franch. decis.*711.
5 *In Monialibus an adsit tacita professio?*

Professio solemnis Monialium, an differat specie, 1
& distinctione specifica ab illa virorum in Monasterijs pulchra est indagatio.

Ratio distinctionis specificæ arguitur ab emissione 2
quarti voti perpetuæ clausuræ, ideòque differat à professione virorum, per *text. in c. omnes fœminæ*, vbi glos. 27. *quæst.*1.

Vndè in controuersiam redigitur vtrum in profes- 3
sione Monialium ad probationem illius requiratur scriptura, licet non sit necessaria, sed admittantur testes, & hanc differentiam dicta ratione disparitatis ductus assignat Præs. de Franch. *decis.* 384. *num.* 5. quem refert, & sequitur Gratian. *discept.* 640. *num.* 5. & allegat Riccius *in prax. for. Eccles. decis.* 437. *in fin.* addo Franc. de Petr. *cons.*18.

Contrarium verius dixi in *animaduers.* in Gratian. 4
*num.*3. Quia differentia specifica in moralibus desumatur ex fine, qui cum in vtraque professione sit vnus, & idem, vt puta Deo iugiter seruire, non sic de diuersitate quærendum.

Nec obstat quartum votum. Quia hoc de perpetua clausura votum non variat religionis essentiam, Laym. *tom.*2. *de regular. part.*4. *tract.*10. *de profess. q.* 27. *tom.*3. *& tract.*12. *quæst.*11.

Quod scriptura non sit necessaria, Magon. *decis. Flor.* 141. *n.*8. Honded. *cons.*78. *n.*36. *lib.*2. Et quod S.C. Neap. apud Franch. *vbi supr.* indistinctè iudicauerit quod in professione Monialium sufficiant testes, aduertit consil. Petr. Carauita *in alleg.* 104. *tom.* 3. Reg. de Marinis, quamuis perfunctoriè de Franch. distinguat.

Ratio est; Nam etiam in Monialibus admittitur 5
tacita professione. Certiùs quando ante receptionem testium non opponitur, quod testes non sunt admittendi, quia absque oppositione receptis deindè creditur, vt Franch. *vbi supra num.*6. *& d. alleg.* 104. vt dixit in Gratian. *num.*4. Et de tacita professione in Monialibus, latè Menoch. *cons.*396. More tamen consulentis ingenium vtendo, sed ad praxim vix deducibile tradit Card. de Luca *de regular. discurs.* 40. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Clausura conseruandæ, ac restituendæ onus iniungitur Episcopis.*
2 *Clausuram indicendi facultas non competit Episcopo in Monasterijs Monialium exemptis.*
3 *Pœna obtestationis diuini iudicij, & interminationis maledictionis æternæ, quid importet.*
4 *Ordinarij tenentur publicare singulis annis Decretum de clausura Monialium. Et an sub peccato mortali, num.*5.

6 *Episcopus punit Regulares violantes clausuram Monialium. Et an incurrant excommunicationem latam contra colloquentes cum Monialibus. Et quid de habentibus priuilegium exemptionis particulare.*

7 *Clausuram Monialium quomodo custodiat Episcopus.*

8 *Mœnia Monasterij Monialium diruta quis restauret, si facultates Monasterij non suppetant.*

9 *Episcopus potest vti opera Sacularium ad continendas Moniales intra clausuram.*

10 *Magistratus, qui tenentur præstare Brachium pro clausura Monialium, vigore* Conc. Trid. *qui sint, & num.11.*

12 *Principes hortantur per* Trident. *ad præstandum auxilium pro clausura Monialium.*

13 *Ecclesiastici exercentes iurisdictionem sacularem, tenentur sub excommunicatione præstare Brachium pro clausura Monialium, iuxta* Trid.

14 *Quando incurratur excommunicatio ob denegatum Brachium pro clausura Monialium, iuxta* Trid. *Et absolutio cui sit reseruata, num.15.*

16 *Clausuram exeundi, vel ingrediendi in Monasterijs Monialium, licentiam Episcopus concedit, etiam in subiectis Sedi Apostolicæ, num.17. Vbi quid in subiectis Regularibus. Quid de licentia ingrediendi. Et quid in Praxi, num.19.*

18 *Licentiam egrediendi à Monasterijs Monialium concedit etiam Vicarius, qui dicitur Ordinarius. Sed in Praxi petitur à Summo Pontifice, num.19.*

20 *Licentia ingrediendi, vel exeundi è Monasterijs pro Moniali, debet esse in scriptis. Quod fallit in necessitate, & casu adeo vrgenti, vt ad Superiorem non pateat accessus, num.21.*

22 *Causa concedendi licentiam Monialibus egrediendi è Monasterijs, n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.*

32 *Monialis incorrigibilis, an possit expelli è Monasterio, resoluitur, num.33. & 34.*

35 *Moniales an possint à Monasterio exire causa petendi eleemosynas ex Bulla* Pij V. & Gregor. XIII. *n.36. Cuius vigore potest Monialibus pauperibus applicari dimidia pars eleemosynarum pauperibus debitarum.*

37 *Infirmitas, quæ desiderat mutationem Loci, & Aeris, non est sufficiens causa concedendi licentiam egrediendi è Monasterio, si non est contagiosa.*

38 *Moniales possunt à Monasterio exire, quando imminet periculum infirmitatis totius Monasterij.*

39 *Monialis, quæ exit à Monasterio cum causa, illa finita, cum primum poterit, tenetur redire.*

40 *Licentia ingrediendi Monasteria Monialium, debet concedi honestis personis ex rationabili causa, & in scriptis. Et quid si Superior est in remotis, n. 41. Et licentiam non reliquit, num.42. Hæc licentia durat durante necessitate, num.43.*

44 *Iusta causa ingrediendi clausuram concurrit cum Medico tempore infirmitatis Monialis, qui secum non potest ducere Practicum, num.45. Quid de infirmitate non graui, num.46. Cum Tonsore causa emittendi sanguinem, num. 47. Cum Confessore in necessitate, num.48. Et quid de Sartore, num. 49. Et alijs, num.50. Cum declaratione, num.51.*

52 *Licentia ingrediendi bis in Monasterijs Monialium, quomodo intelligatur.*

ANNOTATIO V.

§. II.

1 AD quintum, per *text. in cap.* 1. quem annotamus, & prædicti Concil. Trident. *sess.25. cap.5. de regul.* iniungitur Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vt clausuram violatam restituant, & inuiolatam conseruent; hoc onus incumbit Episcopo ordinaria authoritate in suis Monasterijs; authoritate verò Sede Apostolica delegata in Monasterijs Sedi Apostolicæ subiectis, vt ex Trident. *cit. loc.* & ex Motu Pij V. incip. *Circa Pastoralis de anno* 1566. 4. *Kalend. Iunij.*

In Monasterijs exemptis, hæc facultas non competit 2
Episcopo, sed Superioribus illorum Ordinum, *ex cap. periculoso*, quod obseruamus, ex Trid. *sess. 25. cap. 9. de regul.* & ex Motu Pij V. incip. *Circa Pastoralis*, ita tenet Nauar. *in comment.4. num. 60. de regul.* Sanch. *in sum. lib.6. cap.15. num.21.* & alij, contra Zerol. *verb. Moniales, ad 4. quæsitum, & ad 8. vers.* vbi ostendit, facultatem indicendi clausuram, competere Episcopo etiam in Monasterijs exemptis, contra Zerol. vide etiam Bonac. *de clausur. quæst.1. punct.6. num.1.* Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.18. quæst.4. num.6.*

Præcipitur obseruantia clausuræ Episcopo sub pœna 3
obtestationis diuini iudicij, & interminationis maledictionis æternæ, vt in dictis iuribus, quæ verba non inducunt excommunicationem, sed significant præceptum obligare sub peccato mortali, ita Ioan. Andr. *in cap. Romana*, vbi etiam Lapus *num.1.* Gemin. *num.8. in §. procurationes*, & Franc. *de censur. in 6.* Marius Alter. *de censur. tom. 1. disput. 22. lib. 5. cap. 8. super verb. indignationem.*

In Motu Pij V. incip. *Decori, & honestati*, præcipitur 4
Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, publicatio Decreti de clausura Monialium singulis annis. Dubitatur, an hoc præceptum obliget sub mortali singulis annis?

Resp. Negatiuè, ac satis esse Decretum alias publica- 5
tum fuisse, & rigorem illius Motus imminutum fuisse, tum Praxi, tum visu, tum etiam in alio Motu eiusdem Pij V. incip. *Circa Pastoralis*, & in Motu Gregorij XIII. incip. *Deo satis*, fit sermo simpliciter de publicatione, & non præscribitur publicatio singulis annis, ita Bonac. *cit. loc. punct.4. num.3.*

Episcopus potest punire Regulares violantes clauso- 6
ram Monialium, virtute Concil. Trident. *sess.6. cap.3. de reformat.* & tenet Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.2. cap.1. num.56.* vbi etiam dicit, non incurrere Regularem in excommunicationem emanatam in edicto Episcopi, contra adeuntes Monasteria Monialium; si Regularis expresse, ex priuilegio eximatur ab Ordinarij excommunicationibus; secus est de non habentibus hoc priuilegium, de quibus optimè Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.12. cap.16. num.41.* vbi dicit, quod licet Episcopus non possit excommunicare Regulares habentes tale priuilegium pro accessu, & colloquio cum Monialibus, cum huic priuilegio non sit derogatum per Concil. Trid. *cit. loc.* potest tamen eos punire alia pœna in priuilegio non comprehensa, Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.25. q.9. per tot.*

Episcopus, vt inuiolatam clausuram Monialium 7
custodiat, iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5. de regul.* duo attendere debet. Primum, circa ipsarum Monialium personas immediatè, prohibendo egressum illarum è clausura; & mediatè prohibendo ingressum externarum personarum ad Monasteria, non solùm ingressum ad interiores partes Monasterij, sed etiam ad exteriores, alloquendo eas in Rota, Cratibus, alijsque locis, vulgò *Parlatorijs*, nuncupatis. Secundo operando, vt clausura ipsa circumsepta sit, & munita altis mœnijs, ex omni parte, ita vt accessus per ea reddatur impossibilis; & claudatur vnà tantum ianua, si fieri potest, eaque claue, & ferro munita sit, vt optimè Campanil. *cit. loc. num.19. & rubr. 12. cap. 13. num.89.* quæ ianua, die vna claue, nocte vero duabus claudi debet, nec sine Præfecta aperiri, Tambur. *de iur. Abbatissar. disp. 18. quæst.1. num.6.*

Quæritur, si mœnia Monasterij confracta sint, & fa- 8
cultates Monasterij non suppetant pro restauratione, quid agat Episcopus?

Resp. procurandas esse Fidelium eleemosynas, aut cogendos esse Monialium consanguineos, quia adhuc durat consanguinitatis vinculum, & remanet obligatio illas conseruandi in debita honestate, vt inquit in terminis Isidor. Moscon. *in suo tract. milit. Eccles. part.4. lib.2. cap.4. vers. primo itaque considerandum*, & facit *text. in cap. si quis dereliquerit, 30. dist.* Verum si consanguinei sint pauperes, compellendus est ille, cuius auctoritate, seu potius voluntate, Monasterium fuit erectum, qui prouidere tenetur necessitates futuras, ita Campanil. *cit. loc.*

loc. num.89. in fin. Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 102. *num.*10. Tambur. *cit. loc. num.*10.

9 Potest Episcopus, vel Superior Monialium vti opera Sæcularium ad continendas Moniales intra clausuram, vt Concil. Trident. hortatur Principes Christianos, & obligat Magistratus Sæculares sub pœna excommunicationis ad opem ferendam, & brachium præstandum Episcopo, vel alio Superiori pro defensione clausuræ Monialium, vt legitur in *d. text.* Concilij, Tambur. *cit. loc. num.*11.

10 Magistratus, qui virtute *præcit. text.* Concil. coguntur in foro conscientiæ excommunicatione ad præstandum opem, & brachium pro defensione clausuræ, sunt personæ publicæ, quæ iurisdictionem sæcularem exercent, ad *text. in l. eum, qui, ff. de iurisdict. omn. iudic.* De diuersis speciebus Magistratuum, vide apud Bart. *in l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* & Specul. *tit. de iurisdict. omn. iudic.* Magistratus omnes sæculares cuiuscumque sint generis, & ordinis, si requisiti per Episopum, brachium non præstiterint pro defensione clausuræ Monialium, ipso facto incurrunt excommunicationem contentam in Trident. eo quod vtatur dictione, *omnes*, quæ est vniuersalis, & nullum Magistratum excludit, ad *text. in l. Iulianus, & l. testamentum, in princ. ff. de leg.*3.

11 Ex quo infertur primò; Prætores, Iudices, Rectores Ciuitatum, Præfectos Prouinciarum, & alios iurisdictionem sæcularem exercentes, subijci huic excommunicationi, quia comprehenduntur sub generali nomine Magistratuum, vt notat Bonac. *cit. loc. de clauf. quæst.* 1. *punct.*7. *propos.*3. *num.*4. *vers. ex quo.*

12 Infertur secundò, Principes non præbentes auxilium pro clausura Monialium non ligari hac excommunicatione, quia Concil. ad hoc non cogit, sed hortatur Principes. Et illi vocantur Principes, qui proprio iure ius dicunt, & Superiorem in temporalibus non agnoscunt, ita Nauar. *in comment.*4. *num.*46. *de regular. vers. ex quibus nota*, Sanch. *lib.6. cap.*15. *num.*22.

13 Obserua, quod etiam Ecclesiastici, qui sæcularem iurisdictionem exercent, ligantur hac excommunicatione, si ab Episcopo requisiti pro tali brachio, illud negent, quoties hanc iurisdictionem exercent titulo sæcularis potestatis, vt si à Principe constituantur Præsidentes, vel Consiliarij alicuius Magistratus; Concilium enim in hoc casu non respicit præcisè ad circumstantiam personæ, sed ad qualitatem officij, à quo Magistratus nomen desumitur, Bonac. *cit. loc. num.*5.

14 Materia huius excommunicationis consistit in omissione præbendi brachium, & auxilium, sed quia excommunicatio supponit culpam grauem; meritò ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur, quod hæc omissio sit mortaliter culpabilis; vnde si Iudex sæcularis mandat satellitibus, quod auxilium præstent Episcopo petenti, si satellites fingant brachium præbere, & re vera non præbent, Iudex excusatur, vt obseruat Bonacin. *cit. loc. punct.*7. *propos.*2. *num.*2.

15 Hæc excommunicatio non habet absolutionem Sanctissimo reseruatam; quia de reseruatione ne verbum quidem legitur in *d. text.* Concil. Trident. vt obseruat Bonac. *cit. loc. propos.*4.

16 Ad vltimum, de licentia exeundi, vel ingrediendi in clausuram Monialium; dicendum est ex Concil. Trid. *cit. loc.* hanc facultatem, licentiam concedendi ad Episcopum spectare, vt patet. Sed vt distinctius procedamus, dicendum est, quoad licentiam dandam Monialibus exeundi è Monasterijs, Episcopo, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, ad ipsum Episcopum spectare, in suis iure ordinario, in Sedi Apostolicæ subiectis, tanquam ipsius Sedis Apostolicæ Delegatum, virtute citati *text.* Concil. Trident. In Monasterijs vero subiectis Re-
17 gularibus, hanc facultatem spectare ad Superiorem Regularem, & Episcopum coniunctim: Facultatem vero concedendi licentiam ingrediendi in clausuram in casibus necessarijs competit Episcopo; & in Monasterijs Regularibus subiectis competit tantum Superiori Regulari sine Episcopo, ita Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.*16. *num.*23. Bonac. *de clauf. quæst.* 1. *punct.*8. *propos. vnic. num.*1. ex Nauar. *in comment.*4. *de Relig. num.* 60. *vers.*3. & alijs apud Bonac,

Obserua primò, quòd in casu, in quo potest Episcopus hanc licentiam concedere, potest etiam & Vicarius 18
illius Generalis; quia Episcopus, & Vicarius eandem habent iurisdictionem; & in Motu Pij V. dicitur causam è Monasterio exeundi approbandam esse ab Episcopo, seu ab alio loci Ordinario, vt Vicario Generali Episcopi, qui vocatur loci Ordinarius, ita probat Bonacin. *cit. loc. num.* 2. dummodò habeat speciale mandatum, tenet Tambur. *cit. loc. disput.*23. *quæsit.* 2. *num.* 1. vbi *quæsit.* 5. adducit conditiones licentiæ ingrediendi intra septa Monialium.

Obserua secundò, quòd Campanil. *cit. loc.* refert, nostris temporibus vigere morem, pro licentia exeundi 19
Moniales è Monasterio requiri Papam, nisi temporis angustia hoc prohibeat, quia tunc sufficit Episcopum adire, ad quod adducit Molf. *ad Consuetud. Neap. part.*1. *cap.*5. sub *num.*32. *tom.*1.

Hæc licentia debet esse in scriptis, maximè exeundi è Monasterio, vt præscribitur in prædicto Motu Pij V. 20
incip. *Decori, & honestati*, in illis verbis, *Causa cognita, & expressè in scriptis approbata*, nec tenet licentia, si solo verbo fuerit data, quia scriptura in hoc casu videtur de forma, ita Bonacin. *cit. loc. num.* 2. *&* 3. optimè Tambur. *loc. cit. disp.*20. *quæsit.*6. *per tot.*

Excusatur tamen Monialis, si exeat è Monasterio sine licentia in necessitate adeo vrgenti, & periculosa, vt 21
Superior consuli non possit, ita probat Bonacin. *cit. loc. num.*5. dummodò post egressum statim admoneat Superiorem, sequitur Tambur. *de iur. Abbatifs. disp.*20. *quæsit.*5. *num.*1. *& seqq.*

In concedenda hac licentia debet obseruare Episcopus, quod intercedat grauissima causa, vt colligitur ex ob- 22
seruato *text. cap. vnic.* & ex Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. *de regul.* de hoc quicquid sit de iure antiquo, nouissimè in Constit. Pij V. & Gregorij XIII. *cit.* & præsertim in dicta Pij V. incip. *Decori, & honestati*, tres assignantur causæ legitimæ, in quibus Episcopus potest licentiam dare Monialibus è Monasterio egrediendi.

Prima est magnum incendium ipsius Monasterij; hæc enim est legitima, & grauissima causa concedendi licen- 23
tiam Monialibus exeundi è Monasterio, & ad alium locum competentem accedendi; dummodò ibi morentur clausæ, & inclusæ quousque fuerit eis de Monasterio prouisum; quod intellige, si ignis intus ardens, non potest extingui, ipsis Monialibus intra Monasterium persistentibus, vt obseruat Campanil. *diuers. iur. canon. rubric.*12. *cap.*16. *num.*21. *versic. earumque prima*, vbi *in fin.* dicit, quòd si sufficiens remansit habitatio, non debent Moniales ad alia Monasteria transire, Tambur. *cit. loc. disp.*20. *quæsit.* 1. *num.*3. qui tunc dicit, concedi egressum in hoc casu, quando Moniales non exeundo sint morituræ, vel consumandæ.

Secunda causa est infirmitas lepræ, quando ita conta- 24
giosa est, vt si illius radix è Monasterio non eijciatur, & Monialis infecta non egrediatur, omnes aliæ eodem morbo subijciantur; dummodò infirmitas sit talis, quam si haberet Laicus, extraheretur à populo, & à propria domo, Tambur. *cit. loc. n.*4.

Tertia causa est infirmitas epidemiæ, cuius nomine intelligitur contagiosus morbus, qui alios inficere solet, vt est pestis, & similes; istæ enim infirmitates sunt iustæ causæ concedendi licentiam Moniali exeundi è Monasterio, quod intellige, quando Monialibus in Monasterio existentibus alia ratione consuli non potest, quam exeundo; nam si infirmæ hæ curari possunt in Monasterio, absque aliarum infectione, tunc non est concedenda licentia, Tambur. *cit. loc. num.* 5. *&* 6. qui idem dicit in quolibet morbo contagioso.

Non solum in his tribus casibus contentis in dicta 25
Constit. Pij V. potest elargiri facultas Monialibus egrediendi à Monasterio, & clausura, sed etiam in alijs casibus similibus, & vrgentioribus in quibus intercedit eadem necessitas, & militat eadem ratio communis boni Monasterij; nam præsumitur extensio ex rationabili Superioris voluntate, dum militat eadem, & vrgentior ratio; prout communi vsu; ac praxi receptum est, ita Sanch. *in summa lib.6. cap.*16. *num.*37. Barbos. *de potestat. Episcop.* 3. *part. allegat.* 102. *num.*16. Bonacin. *de clauf. quæst.*1.

quæst. 1. punct. 9. num. 6. qui plures adducit rationes, & DD. contra Zerol. *in prax. 1. part. vers. Moniales, q. 16. dub. 2.* & alios sequuntur etiam alij, quos adducit Tamb. *cit. loc. quæst. 2. in princ.*

26 Hinc infertur, esse iustam causam concedendi licentiam Monialibus egrediendi à clausura, bellum, & hostilem incursum, quando hostes sunt Hæretici, aut Infideles, periculumque est, vt nisi Moniales è Monasterio egrediantur, graui damno afficiantur. Hic casus est similis præcedentibus, & in eo vertitur commune bonum Monialium, ita Azor. *part. 1. lib. 3. cap. 8. quæst. 1. vers. tertiò quæres*, Nauar. *in comment. 4. de Regular. num.* 48. Sanch. *loco cit. num.* 44. Barbos. *cit. loc. num.* 20. Bonac. *loc. cit. num.* 7. Campanil. *loc. cit.* & alij contra Zerol. Tambur. *cit. loc.* qui refert tenentes, id procedere etiam si hostes non sint Hæretici.

27 Infertur secundò, esse etiam iustam causam concedendi licentiam Monialibus exeundi à clausura, dum totum Monasterium de vno in alium commodiorem locum, & in Monasterium nouiter erectum de Episcopi licentia, transfertur; vt si Monasterium extra Vrbem, vel Oppidum expositum inuasionibus malorum hominum, intra Vrbem, vel Oppidum transferatur, ita Rodriq. *tom. 1. quæst. 49. art. 5. vers. quarto infertur*, Sorb. *in comp. verb. clausura cas. 6.* Tambur. *cit. loc. quæst. 2. num.* 4. Barbos. *cit. loc. num.* 27. sequitur Bonacin. *cit. loc. num.* 8. & in exemplificato casu disponit Concil. Tridentin. *sess. 25. cap. 5. de Regular. in fin.* Verum Campanil. *rubr. 12. cap. 16. num. 22. ad fin.* dicit practicari, quod in translatione Monasterij de vno in alium locum consulatur Summus Pontifex.

28 Infertur tertiò, Abbatissæ, vel Priorissæ posse concedi licentiam exeundi è clausura, ad finem præstandi iuramentum fidelitatis, ad quod tenetur ratione feudi, si per Procuratorem hoc facere non potest, & si iuramento non præstito amitteret feudum, cum notabili damno totius Monasterij; dummodò præstito iuramento statim redeat, de quo casu fit mentio in hoc *cap. 1. §. verum de stat. Regul. in 6.* & refert Bonacin. *cit. loc. num.* 9. Sanch. *num.* 51. Tambur. *cit. loc. num.* 5. qui dicit, quod si Superior in hoc casu deneget sine causa licentiam, Abbatissa potest exire sine illa.

29 Infertur quartò, esse validam causam ad concedendam licentiam Moniali pro egressu, si est gratia plantandi, vel ædificandi Monasterium eiusdem Religionis, aut illud reformandi, vel causa regiminis; vt scilicet sit Prælata alicuius Monasterij, vel vt sit Magistra Nouitiarum, vel vt deputetur alicui officio requirenti non modicam integritatem, vt est illud Custodis Portæ, vel Rotæ; hæc enim munia respiciunt publicam Monasterij vtilitatem, & proinde casus est similis præcedentibus, tenet Campanil. *cit. rubr. 12. cap. 16. num. 21. vers. secunda causa*, Sanch. *loc. cit. num.* 45. Nauar. *comment. 4. de Regul. notab. 4. num.* 48. Bonac. *loc. cit. num.* 10. & alij contra Zerol. *loc. cit.* qui *vers. addo*, dicit, quòd finito officio, talis Monialis potest ad suum redire Monasterium, Tambur. *cit. loc. num. 7. & 8.* qui ex sententia Bonacin. dicit, tutius esse in hoc casu consulere Summum Pontificem.

30 Infertur quintò, iustam causam egrediendi à Monasterio esse, si Monialis ad aliam perfectiorem Religionem transitum faciat, quia hoc conducit communi bono Monialium; nec præsumitur, Papam velle resistere Spiritui Sancto excitanti Monialem ad perfectiorem statum, vt optimè notat Bonacin. *cit. loc. num.* 11. vbi etiam, quòd hæc translatio debet esse personalis; vnde infertur, quòd secum non potest Monialis transferre dotem datam primo Monasterio. Quomodo sit facienda hæc translatio, consule Tamb. *cit. loc. quæst. 1. disp. 21. num. 3. & seqq. & quæsit. 2. num.* 7. & ibi quomodo ad id requiratur licentia Sacræ Congregationis, vel Summi Pontificis.

31 Infertur sextò, iustam etiam esse causam egrediendi à Monasterio, si hoc fiat in casu *cap. quoniam, de simon.* vbi disponitur, quòd Abbatissa, vel alia Monialis committens simoniam in receptione, siue acceptatione Monialis, aliquid loco pretij recipiendo, recepta, & recipiens eijciantur è Monasterio, & in alio arctiori loco perpetuæ pœnitentiæ reponantur; quia in hoc casu militat eadem ratio communis boni, & *text.* non reperitur adhuc reuocatus, vt disendit Bonac. *cit. loc. num.* 12. Tamb. *cit. loc. disp. 21. quæsit. 3. num.* 3.

32 Dubitatur, num sit iusta causa in Moniali, sicut est in Monachis, expellendi à Monasterio, incorrigibilitas, iuxta dispositionem *text. in cap. cum ad Monasterium, & cap. fin. de stat. Monach.* vbi permittitur Religioso viros expelli à Monasterijs, si adeò incorrigibiles sint, vt dubitetur tanquam infectas oues, sanas inficere.

33 Respondeo, Sanch. *lib. 6. cap. 9. num.* 6. tenere in rigore, etiam quòd in alio Monasterio non speretur correctio posse expelli è Monasterio, & in aliud includi. Verùm hanc rigorosam sententiam non esse sequendam tenet Bonac. *cit. loc. num. 14. vers. ego vero.* Expellere autem propter incorrigibilitatem, Religiosis viris tantùm, non Monialibus permittitur; alias magnum clausuræ detrimentum sequeretur, & Moniales efficerentur incorrigibiles, spe exeundi à Monasterijs; ideò in hoc casu Monialis non est eijcienda, sed detinenda in Monasterij carcere, vt est decisum per Rotam *in vna Vlisbonen. Monasterij 19. Nouembris 1625. coram Coccino, & per Sac. Congreg. Episc. & Regul. die 27. Maij* 1603. vt refert Gauant. *in Manual. Episcop. verb. Monialium clausura, num.* 23. Tambur. *disp. 21. q. 4. num. 2. & seqq.*

34 Sed si Monialis in suo Monasterio, ex aliqua causa corrigi non possit, & speratur correctio, si ad aliud transferatur, tunc, quia expedit communi bono Religionis, vt Monialis sine strepitu corrigatur, potest transferri de vno, in aliud Monasterium, ita voluere Sorb. Sanch. Mirand. Rodriq. & alij apud Bonacin. *loc. cit. num.* 13. aduersus Zerol. contra quos adducit Tambur. *cit. loc. quæs. 3. num. 4. Decretum Sacr. Congreg. latum 17. Maij* 1603.

35 Obserua, quòd secundum dispositionem Constit. Pij V. incip. *Circa Pastoralis*, & Gregor. XIII. incip. *Sacris Virginibus*, permittitur Monialibus conuersis exire à Monasterio causa petendi eleemosynas Conuentui necessarias, quando per alium commode peti non possunt, cum conditionibus tamen appositis in dictis Constitutionibus, & declaratione Sac. Congreg. apud Zech. *cap. 3. num. 15. vers. nono, tit. de Regul.* vt scilicet, non sint plures, quam octo, binæ incedant, nec disiungantur, sint probatæ vitæ, habentes ætatem vltra triginta nonem annos, nec pernoctent extra Oppida, vbi habent Monasteria, nisi de Episcopi licentia, & nine simul dormiant.

36 Verùm hodie hæc causa de raro tanquam iusta approbatur, cum possint per alium eleemosynas colligere, & Gregorius XIII. in præcit. Constit. ne Moniales Conuersæ è Monasterio exeant, prouidit Monialium necessitatibus; nam decreuit, vt dimidia pars omnium eleemosynarum in quacumque mundi parte, quacumque legis dispositione, vel obligatione pauperibus erogandarum conferatur Monasterijs Monialium in necessitate constitutis, & in eo loco existentibus, in quo prædictæ eleemosynæ distribuendæ sunt; modo tamen huiusmodi eleemosynæ certis pauperibus non debeantur, nec sint ad alios vsus, quam ad alendos pauperes destinatæ; nam si certis pauperibus debeantur, aut ad alios certos vsus distinctos ab alimentis destinatæ sint, non possunt Monialibus tradi, vt constat in dicta Const. & notat Nauar. *cons. 8. num. 2. de stat. Monach.* Sanch. *loc. cit. num.* 56. Bonac. *loc. cit. num.* 17.

37 Infirmitas Monialis licet sit grauis, & mortalis, & Medicorum consilio appareat Locum, aut Aerem infirmitati nocere, & alibi posse salutem recuperare, non est sufficiens causa præbendi licentiam dictæ Moniali exeundi à clausura, dummodò infirmitas non sit contagiosa, ita defendit Campanil. *cit. loc. num.* 22. Zerol. *in prax. Episcop. part. 2. verb. Moniales, ad fin.* Rodriq. Sorb. Guttier. Mirand. Barbos. Cened. Sanch. & alij apud Bonacin. *cit. loc. num.* 18. contra Nauar. & alios, quos videtur sequi Tambur. *de iur. Abbatiss. disp. 20. quæsit. 3. vers. secundum placitum.* Pro quorum oppinione adducit Riccius *in prax. 4. part. res. 194. num.* 3. copiosam allegationem Notat.

38 Secus tamen dicendum est, quando immineret periculum infirmitatis totius Monasterij, vt refert decisum

Ricc.

Ricc. *in Collect. decis. Collect.* 820. *de anno* 1600. in Monialibus Ciuitatis Nolæ, quæ, cum in Nolano territorio aquæ excreuissent, & induxissent aeris putredinem, atque ex hoc in dies incolæ morerentur, à Monasterijs egressæ ad domos consanguineorum in Ciuitate Neapolis, & alijs locis se contulerunt, adducens ad id Tap. *in Pragm.* 1. *de Monial.*

39 Obserua, quòd Monialis, quæ ex supradictis iustis causis, ac cum legitima licentia exijt è Monasterio, tenetur ad illud redire finita causa statim, non metaphysicè, sed moraliter, vt cum primum commode potest; ita vt, si per vnum, vel duos dies finita causa non redeat, non dicitur violare clausuram, nec peccare mortaliter, vt optimè Sanch. *cit. loc. num.* 68. & sequitur Bonacin. etiam *cit. loc. num.* 21. Nec si redenndo, in itinere aliquantulum immoretur, & à recto tramite viginti, aut vigintiquinque millibus deuiaret ad aliquam Ecclesiam colendam, seu ad consenguineos visitandos, quia hoc non fit in fraudem clausuræ, Tambur. *cit. loc. disput.* 20. *quæst.* 7. *in fin.*

Hactenus de licentia egrediendi è Monasterio Dicendum nunc est de licentia ingrediendi intra clausuram Monialium, quæ conceditur per Episcopum in Monasterijs sibi subiectis, vel per eius Vicarium, & per Superiorem Regularem in Monasterijs, Regularibus subiectis, vt dictum est supra ex annotato *text. cap. vnic. de stat. Regul. in* 6. & ex Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* Victorell. *de origin. & clauf. Monial. fol. mihi* 31. Tamburin. *cit. loc. disput.* 23. *quæsit.* 1.

40 Hæc licentia ingrediendi intra clausuram Monialium non debet concedi per Episcopum, vel alium Superiorem, nisi honestis personis, & concurrente causa rationabili, vt notat Nauar. *in cap. statuimus, num.* 59. *vers. secundo respondeo* 19. *quæst.* 3. Et in scriptis, vt notat idem Nauar. *in cons.* 13. *de cleric. non resid.* sequitur Gambatupta *de cas. reseruat. cap.* 13. sub *num.* 7. & obseruatur in

41 dicto loco Concil. Trident. Verùm si Superior longè absit, tunc concedat licentiam generalem in scriptis, & eam tradat Præfectæ Monasterij, vt aduertit Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 25.

42 Dubitatur, quid agendum, quando Superior est absens, & licentiam prædictam non reliquit, & occurrit casus necesse ingrediendi intra clausuram Monialium.

Respondeo, si occurrat casus repentinus, in quo est necesse ingredi intra septa Monasterij, & clausuræ, & Superior est absens, potest Præfecta Monasterij dare hanc licentiam, non tantum in casu necessitatis extremæ, sed etiam moralis, ita tenet Rodriq. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 46. *in calce art.* 2. & 4. & sequitur Campanil. *cit. loc.*

43 Obserua, quòd hæc licentia non est passim, & semper concedenda, sed durante necessitatis causa, qua cessante debet etiam, & cessare licentia, quod non solum in hoc casu, sed in omni alia concessione facta ob necessitatem procedere, ait Campanil. *loc. cit. num.* 26. & 27. per *textum in cap. quod pro necessitate* 1. *quæst.* 1. Hostiens. *in cap. cum in cunctis, sub num.* 4. *vers. necessitate, de elect.* Bart. *in l.* 1. §. *nunciatio, num.* 28. *ff. de nou. oper. nunc.*

44 Rotionabilis, & necessaria causa ingrediendi intra clausuram Monialium, est infirmitas Monialis, in qua debet concedi licentia Medico ingrediendi, & non solum Medico, siue Medicis ordinarijs Monasterij, sed si infirmitas est grauis, annuente Moniali, est etiam licentia concedenda alijs Medicis, & non tantum certis, & specificatis in licentia, sed omnibus, qui fuerint vocati de ordine Præfectæ Monasterij, ita Campanil. *cit. loc. vers. & cum in secunda.*

45 Sed Medicus ingrediendo Monasterium, non debet secum ferrè Famulum, Practicum, aut aliam personam, & per Monasterium debet associari à duabus Monialibus antiquioribus, & senioribus, vt per Campanil. *cit. loc.* Tambur. *d. loc. disput.* 24. *quæst.* 6. *num.* 2.

5 Verum si infirmitas non sit grauis, vt est Quartana, vel alia similis, est deneganda licentia Medico introeundi intra clausuram, vt aduertit Collector. *compend. Mendicant. in verb. ingredi Monasteria, notab.* 1. *vers. quintus casus*, quem sequitur Campanil. *loc. cit.*

Hinc etiam infertur, quòd concedi debeat hæc licentia ingrediendi clausuram Tonsori, causa emittendi sanguinem, dummodò talis emissio fuerit per Medicum necessaria iudicata, eamque expedire, vel si Monialis sit solita sanguinem minuere, in quo casu est etiam permittendum cum consilio Præfectæ, & Discretarum Monasterij, & Tonsor recipiatur associatus, vt dictum est de Medico, vt aduertit idem Collector. *cit. loc.* Hæc, quæ diximus de Medico, & Tonsore, reperiuntur mandata in Secunda Regula Monialium S. Claræ, & licet vendicent sibi locum in casu particulari, attamen possunt extendi ad alias Constitutiones, & Decreta eiusdem tenoris, vt optimè obseruat Campanil. *cit. loc. num.* 27. *ad fin.* & dispositum esse generaliter quoad alias, refert Tambur. *loc. cit. num.* 2. 47

Est etiam rationabilis, & iusta causa introeundi clausuram Monialium, quando Monialis tanta detinetur infirmitate, vt ad locum, pro audiendis Confessionibus destinatum, accedere, non possit, tunc est danda licentia Confessori, vt intret clausuram. Vnde rectè Vrbanus Quartus statuit in Regula, quam fecit pro Monialibus S. Claræ in *rubrica* 7. vt Confessarius ingrediens Monasterium Monialium pro administrando Sacramento Pœnitentiæ, vel alio Sacramento, intrare debeat indutus Alba, Stola, & Manipulo, solus, vel associatus duobus, vel vno saltem idoneo, & Religioso socio, vbi mos est, similiter Alba, vel ad minus Superpelliceo vestitus, qui sic induti semper permaneant coniunctim, vt saltem ad inuicem se videant, & administratis Sacramentis statim egrediantur, ita refert Collector. *d. loc.* Plura de ingressu Confessarij intra clausuram, vide apud Tambur. *disput.* 24. *quæst.* 2. & *seq.* 48

Obserua, quòd *glos. in cap. vnic.* vbi annotamus, in *verb. causa*, exemplificat iustam causam ingrediendi clausuram in Medico, & Tonsore, vt diximus supra, & deinde subdit, idem in Sartoribus; Ad quod aduertendum est, quod Sartor potest dici duobus modis, & duplicem significat personam; aut enim dicitur Sartor à *Sarrio*, & est idem, quod Sarritor, idest purgator, & vulgò, *Zappatore*, significat; vel dicitur Sartor, & impropriè, qui alio vocabulo Sutor appellatur, & vulgò, *Cusitore*, dicitur; si igitur *glosa* intellexit de primo Sartore, vtique accedente necessitate pro cultura Hortorum Monialium, semper est illi concedenda licentia; si verò intellexit de secundo Sartore, regulariter non semper procedit dictum *glosæ*, idest cum illo concurrere iustam causam intrandi clausuram; nam si metiri ab extra facile potest, est illi deneganda licentia ingrediendi. Hinc Campanil. *cit. loc. vers. & præterea, ad fin.* valdè commendat vsum cuiusdam Monasterij primarij, ac religiosissimi Neapolitani, vbi existente Moniali à latere, & retrò ianuam clausuræ, paululum aperta altera parte ianuæ, Sutore verò ab extra, mensuram vestium capere vidit. Verum Tambur. *cit. loc. quæst.* 6. *num.* 9. post Layman. Mirand. & Bonac. per ipsum adductos, simpliciter tenet, non concurrere iustam causam introeundi clausuram in Sutore, quia eius opus compleri potest sine introitu. 49

Similiter iusta, & rationabilis causa concedendi licentiam ingrediendi clausuram Monialium, est, si in Monasterio sit introducenda res ponderosa, quæ à Monialibus, siue Conuersis introduci non potest, nec diuidi, vt congruè introducatur; quod idem est, si hæc res esset extrahenda à Monasterio, vt notatur per Collector. *cit. loc. in verb. ingredi Monasteria Monialium, notab.* 1. *vers. septimus casus*, Tambur. *cit. loc. quæst.* 6. *num.* 8. qui id limitat, dummodò portent aliquid in vtilitatem Monasterij; quod generaliter dicendum est in quocumque Opere ædificij, aut refectionis, vel alterius cuiuscumque rei, siue Operis intra Monasterium faciendi, quod extra commodè fieri non potest, vt aduertit Campanil. *cit. loc. & num.* 26. vltra prædicta, exemplificat in Fabrislignarijs, Fabrismurarijs, Putearijs, Insitoribus, atque Putatoribus Hortorum, & similium. Quibus ordinarijs Medicis, operarijs, & alijs supradictis singulis quibusque trimestribus renouari debet licentia huiusmodi, vt decisum fuisse à Sac. Congr. Regul. *in vna Camarinen.* 27. *Martij* 1588. refert Sell. *select. canon. c.* 18. *n.* 28. 50

Obser-

51 Obseruandum est generaliter, quòd in prædictis casibus, ac alijs necessarijs, finito Opere, ac satisfacta necessitate, statim, atque illicò, ingressor debet exire, nec alibi se diuertere potest, & omoinò prohibetur intra clausuram dormire, aut comedere, vt aduertit etiam Collector. *citato loc.*

52 Quæritur; si per Sedem Apostolicam concedatur licentia alicui mulieri Comitissæ, Ducissæ, siue Marchionissæ ingrediendi Monasteria Monialium certis vicibus, v.g. bis, intelligitur oe illa particula, *bis*, collectiuè, an distributiuè?

Resp. Illam particulam, *bis*, iotelligi collectiuè, idest de omnibus Monasterijs concessis; non autem distributiuè, idest de singulis, ita expresè reperitur dispositum in Bulla Pij V. 52. vel 33. incip. *Facultatum*, vbi additur, quod mulieres aliter tales licentias interpretantes, aut illis vtentes, seu abutentes, incurrant ipso facto pœnas, ex Concil. Trident. & Constit. Apostol. inflictas intrantibus sine licentia.

Nec sufficit ad incurrendas has pœnas, interpretatio tantùm speculatiua, vt videtur sentire Cherubin. *ad d. Bull.* sed debet esse interpretatio practica, seu non separata ab ipso vsu; quia dictio alternatiua, *aut*, vel *seu*, posita post genus, resoluitur in expositiuam, seu declaratiuam, Rot. *recent. part.* 1. *decis.* 300. *num.* 26. & in simili vide apud Seraph. *decis.* 393. *num.* 7. 8. *&* 9. Cætera ad hanc materiam, vide apud Tambur. *cit. loc.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Clausura Monialium consideratur ab intra, & extra, & qualiter.*
2 *Episcopus quo ad clausuram an possit visitare Monasteria Monialium exempta?*
3 *Declaratio Sac. Congreg. Concilij.*
4 *Episcopi qualiter censuris valeant procedere.*
5 *Monasterium insigne S. Claræ Neapolis de Regio iurepatronatus immediatè subiectum Sedi Apostolicæ, & qualiter visitetur.*

1 Clausura Monialium oon solum ab iotra, & materialiter, vt scilicet ipsi muri non corrumpantur, & frangantur, siue quod ipsæ Moniales inter se benè viuant, & à clausura non exeant. Sed primariò, & principaliter spectari debet, formaliter, & ab extra cum populo sæculari, ne scilicet sæculares Monasterium frequentent, & cum Monialibus de facili conuersentur, aliaque non gerantur, quæ clausuræ, ac Monialium pudicitiæ præiudicare possit, eisdem sæcularibus prohibendo etiam simplicem frequentem conuersatioonem, aliosque actus indifferentes, ac remotos vtpotè maiorum malorum præparatorios. Et Clausura pendet ab extra, vt circa Medicos, Chirurgos, Fabros, Operarios Monasterium ingredientes.

2 Episcopos quoad clausuram an possit visitare Mooasteria Monialium exempta ex iurisdictione delegata vigore S. Conc. Trident. *sess.* 25. *de regul. c.* 5. ac Constit. 17. fel. mem. Gregorij XV. verba Concilij sunt *vbi violata fuerit diligenter restitui, & vbi inuiolata est conseruari maximè procurent*. Pariformiter determinans vtrumque casum, scilicet conseruationis, & restaurationis, latè Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 102. *num.* 5. Sperell. *decis.* 97. *per tot.* qui *num.* 25. confutat Fr. Emman. *qq. regular. tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 10. volentem, vt quo ad Monasteria Monialium Regularibus subiecta oihil aliud agere valeant Episcopi, oisi existente dictarum Mooialium clausora publicè ·· ·ata monere Prælatos regulares, vt illam restaurent, & Moniales in officio contineant, quod si admoniti infra sex menses id emendare neglexerint, tunc inquit ipse, ijdem Episcopi eorum defectus authoritate Apostolica, & vti delegatis supplere possint, iuxta Concilium *sess.* 21. *cap.* 21. *de reform.* & d. Fr. Emman. valdè cerpit Episcopos clausuram earumdem sanctimonialium visitationis gratia ingredientes. At nomioatim aduersus eum scribunt Sperell. *vbi sup.* & Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *de statu, & vita Regular. à num.* 146. qui *num.* 147. vult posse Episcopos, eorumqoe Vicarios ad id habentes mandatum pro clausuræ Monialium visitatione ingredi septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum semotis etiam violatæ clausuræ suspicione, ac Superiorum Regularium negligentia, & inserit declarationem S. Congreg. Cardinalium negotijs Episc. & Regular. præpositæ etiam si Monasteriorum clausuræ nunquam visitatæ fuerint; Et conformem declarationem de anno 1640. affert Sperell. *decis.* 97. *num.* 27. *ibi.*

3 Episcopum Conimbricensem vti Sedis Apostolicę delegatum potuisse quo ad clausuram Mooasteriorum Monialium Coouentus de Cellas Ordinis Cisterciensis Regularibus eiusdem Ordinis subiectum visitare etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earumdem Monialium, Monialesque ipsius, in his, quæ ad eamdem clausuram pertinent examini subijcere semotis etiam suspicione violatæ clausuræ, ac Superiorum Regularium negligeotia, ipsisque inconsultis, & irrequisitis. Ac insuper eidem Episcopo Rectorem Collegij d. Ordinis ex supradicta causa inobedientem declarare excommunicatum, & alias comminatas pœnas incurrisse.

4 Et cum quæsitum fuisset in eadem S. Congregatione, An Episcopus ob clausuram custodiendam etiam in Monasterijs Regularibus subiectis possit excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reseruatam imponere circa aperitionem ostij clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus, & colloquia cum Monialibus dictaque excommunicatio liget nedum Regulares accedentes, verùm etiam moniales, adeòvt Superior Regularis nequeat absoluere, S. Congregatio respondit posse, vt ego scripsi io Obseru. 711. de Franch.

5 Quoad insigne Monasterium S. Claræ Neapolis declarationes affert Card. de Luca *de for. compet. & iurisdict. discursu* 26. Vbi quòd Rex Robertus, & Regina Sancia coniuges fundarunt, & dotarunt d. Monasteriom, ibique annexum Cooventum FF. Ordinis Minorum, qui vnitus, & indiuisus, & pro eiusdem Monasterij gubernio, & in ipso fundationis limine apposuit nonnullas leges, inter quas præcipua, vt esse deberet de Religio iurepatrooatus immediatè subiectum Sedi Apostolicæ omninò liberum à quacumque Archiepiscopi visitatione, & superioritate, & iuxta legem fundationis fuit sub iurisdictione dicti Ordinis Minorum prius Conuentualium, deindè Obseruantium, & quoad clausuram talem iurisdictionem exercuisse Illustrissimum Nuntium Apostolicum residentiam Neapoli de his vide Card. de Luca, *vbi supra*.

ANNOTATIO VI.

De Optione Canonica.

ARGVMENTVM.

Notatur quomodo illa à Consuetudine fit, vel à Statuto. Quanto tempore præscribatur. Quis possit optare. Quis dicatur antiquior Canonicus in his terminis. Intra quantum tempus debeat fieri optio. An possit optare habens Præbendam litigiosam. Excommunicatus, Coadiutus, vel Coadiutor. In quibus Præbendis non cadat Optio. Et si Præbenda optata erat pensione grauata, quis illam soluat. Et an possit Episcopus statuere Optionem.

SVMMARIVM.

1 *Optio quid sit. Quomodo possit introduci Consuetudine, & Statuto, num.* 2.
3 *Optandi Consuetudo quanto tempore præscribatur.*

4 *Optio*

4 *Optio an possit fieri de prabenda peiori, & minoris redditus.*
5 *Optio competit antiquiori Canonico. Et quis dicatur antiquior.*
6 *Optionis terminus est viginti dierum, datus omnibus, non singulis Canonicis. Et incipit currere à die scientiæ, num.7. Qui terminus potest abbreuiari à Capitulo, vel ab Episcopo, num.8.*
9 *Optio, an possit fieri per Canonicum, qui non est in sacris.*
10 *Optio, an possit fieri per Canonicum, qui litigat suum Canonicatum.*
11 *Optare, an possit excommunicatus.*
12 *Optare, an possit Canonicus, habens Coadiutorem cum futura successione, maximè prabendam minorem, num.13.*
14 *Optare nolens Coadiutus, quid agat Coadiutor.*
15 *Optio cessat in prabenda, vbi est Coadiutor cum futura successione, & in resignatione ad fauorem, n.16.*
17 *Optio non cadit in Beneficijs reseruatis, nec Consuetudine potest contrarium introduci.*
18 *Optari possunt præstimonia, etiam in mense reseruato.*
19 *Optio an habeat locum in Beneficijs deuolutis ad Papam, ob negligentiam inferiorum.*
20 *Optio an tollatur per expectatiuam. An locum habeat in membris separatis, aut prabenda vacante in Curia. Et an tollatur per clausulas derogatorias, num.21.*
22 *Optari non potest Prabenda Theologalis, vel Pœnitentialis. Nec Theologus, aut Pœnitentiarius potest aliam optare, dimissa prima, num.23. Quòd non procedit in præstimonio. num.24.*
25 *Pensio à quo solui debeat, ab optante prabendam, vel à titulari, latè.*
26 *Præstimonium optatur in mense reseruato. Et differt à prabenda, num.27.*
28 *Titularis non tenetur ad pensionem impositam super prabenda optata, etiam si optet nouam aliam prabendam.*
29 *Capitulum, an possit impedire optionem, ex quo optans vult dimittere prabendam à se ipso grauatam pensione.*

ANNOTATIO VI.
§. VNIC.

Ad Text. in cap. vlt. de Consuet. in 6.

OBserua, quòd in hoc *text.* mandauerat Bonifacius VIII. recipi quendam in Canonicum Pictauien. ac illi primam Præbendam vacaturam assignari, vacante deinde Præbenda, non obstante tali prouisione Papæ, fuit optata per Canonicum antiquiorem prædictæ Ecclesiæ, iuxta consuetudinem illius; ex quo DD. communiter adducunt hunc *text.* pro base materiæ optionis, in quo aliqua practicabilia eiusdem materiæ notantur, de ea tractant Monet. particulari *tract. de opt. canon.* Gonzal. *ad Regul.8. Cancell glos.*34. Zerol. *in prax. verb. canonica*, Paris. *de resign. lib. 2.quæst.* 20. Barbos. *de Canon. & Dignit.cap.*30.

1 Primò; optionem, consuetudinem particularem alicuius Ecclesiæ esse, cuius virtute, vacante Præbenda, antiquior Canonicus dimissa sua Præbenda, si habet, recipere, & optare potest vacantem, eamque retinere, ac si esset legitimè prouisus; vnde hic ordo optandi in ea Ecclesia seruandus est, vbi viget talis consuetudo, quæ optio non solum solet esse inter Præbendas, sed etiam inter Canonicatus, vt est in Ecclesia Salamantina, de qua in *decis.*411. 1. *part. diuer.*

2 Secundo; hanc optionem, non tantùm posse introduci consuetudine, vt in hoc *cap. vnic.* sed etiam statuto, vt in *d. decis.*411. *diuers.* vbi Innocentius VIII. statuerat, quòd in Ecclesia Salamantina ad Dignates assumerentur Canonici, ad Canonicatus Portionarij, ad Portiones Clerici seruientes in dicta Ecclesia.

3 Tertiò; hanc consuetudinem optandi habere locum in illa Ecclesia, vbi est legitimè præscripta, quæ consuetudo cum non sit contra ius, sufficienter dicitur præscripta spatio decem annorum, ita tenet glos. *in d. cap. vnic. verb. consuetudo*, sequendo Ioan. Andr. & alios, Rot. apud Put. *decis.*196. in Præbendis, quæ non sunt vnitæ, & annexæ Canonicatibus, Cassad. *decis.*17. *de Praben.* Et hæc de optione Præbendarum. Sed quando mutatur Titulus, aut Canonicatus, quia optio est contra ius, requiruntur ad hanc consuetudinem quadraginta anni, latè Garz. *de Benefic. part.*5. *cap.*1. *num.*459. *vers. sed obiter.*

Dubitatur ex hocmet *textu*, vbi dicitur, quòd Canonici meliores, si voluerint, possint optare Præbendas. Quid dicendum; & nunquid Canonicus possit optare Præbendam peiorem? 4

Resp. per *text. in cap. cui de non, de Præb. & dignit. in 6.* videtur dicendum, quod non; nam in *d. text.* mandatur alicui prouideri de Præbenda certi valoris, & deciditur, quòd non valet prouisio facta de Præbenda minoris valoris, etiam volente prouiso. Sed non obstante *d. text.* qui loquitur in mandato, cuius fines diligenter sunt seruandi, *l. diligenter, ff. mand. cap. cum dilecta, de rescrip. in 6.* dicendum est in Ecclesia, vbi est consuetudo optandi, Canonicum non solum posse optare Præbendam meliorem, sed etiam peiorem, si vult, vt benè aduertit glos. *in dict. cap. vlt. verb. meliores*, quia cui licet plus, licet etiam & minus, per *text. in cap. cui licet, de reg. iur. in 6.* tenet Ioan. Andr. *in d. cap. fin.* Contrarium tenet Rota *in nouis decis.*3. *de consuet.* alias 227.

Quartò; hæc facultas optandi datur antiquiori Canonico, si vult optare, quòd si non vult optare, immediatè sequentes gradatim, & successiuè possunt optare, & non dicuntur antiquiores ratione ætatis, sed ratione temporis, quo in Ecclesia militarunt, vt benè aduertit glos. in hoc *cap. vlt. in verb. antiquiores.* Vnde infertur, quòd ille dicitur antiquior Canonicus, qui prior adeptus est possessionem Canonicatus, licet sit posterior prouisus; & ratio est, quia qui prior adeptus est possessionem, dicitur prior militasse in Ecclesia, Geminian. *in cap. cum tua, de sponsalib. in 6. num.*11. Caualer. *decis.*109. *num.*1. Barbos. *de canon. & dignit. cap.*30. *num.*10. *&* 11. 5

Quintò; datur terminus Canonico optare volenti viginti dierum, qui terminus non datur singulis Canonicis, sed omnibus optare volentibus; nam si vnicuique Canonico darentur viginti dies ad deliberandum, an optare voluerit, sequeretur inconueniens, quod laberentur anni, & non fieret prouisio, vt benè aduertit glos. in hoc *cap. fin.* ex mente eiusdem *cap. in vers. viginti, & seq.* Vnde est, quod elapsis viginti diebus, si primus, & antiquior Canonicus non optauerit, statim optat secundus, qui si statim non optat, optare potest tertius, & sic de singulis, Barbos. *cit. loc. num.*5. 6

Sextò; hic terminus viginti dierum non currit optare volenti à die vacationis Præbendæ, sed à die scientiæ vacationis, vt notat Rota *in nouis decis.* 1. alias 23. *de rer. permut. num.*7. seu à die verisimilis scientiæ vacationis, vt post Gonzal. & Zerol. firmat Barbos. *cit. loc. num.* 6. vbi dicit, ad id non sufficere fictam scientiam, de qua in *Clement. vnic. §. cæterum, de concess. præb.* Nec tempus prædictum currere impedito. 7

Septimò; Capitulum, & multò magis Episcopus potest hunc terminum dierum viginti datum optare volenti abbreuiare, & illum restringere, etiam ad duos dies, vt habetur in *d. glos. vlt. cap. vlt.* Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 30. *num.* 5. qui tenet, quòd prorogari potest per duos dies. 8

Quæritur. An Canonicus, qui non est in sacris, & iuxta *text.* Concil. Tridentin. *sess.*22. *cap.* 4. *de reformat.* vocem non habet in Capitulo, possit optare? 9

Resp. posse Canonicum, quamuis non sit in sacris, optare maiorem Præbendam, non secus, ac si esset in sacris, si statutum, aut consuetudo particularis non obstaret in contrarium, cum actus optandi competat Canonico ex Præbenda, non ex voce Capituli, ita glos. *in Clement. vt hi, qui, in verb. Capitulo de ætat. & qualit.* & ibi communiter DD. vt testatur Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancel. glos.* 34. *in fin. num.*128. *&* 139. Garz. *de Benefic. part.*3. *cap.*4. *num.*31. sequitur Gratian. *disceptat. forens. cap.*482. *n.*22. Caual. *decis.*109. *num.*4. vbi deciditur, præferendum esse antiquiorem Canonicum, licet sit posterior in sacris Ordinibus, Barbos. *cit. loc. num.*15.

10 Dubitatur. An Canonicus, cui fuit mota lis super Canonicatu, & Præbenda, quam possidet, vacante alio Canonicatu, & Præbenda, possit optare vacantem relicto litigioso.

Resp. posse, si constet de suo bono iure super Canonicatu, & Præbenda, quam possidet; secùs verò si constet de suo malo iure; vel fuit declaratum nullum ius illi competere super Canonicatu, quem relinquere intendit per optionem alterius, vt notat Put. *decis.* 194. & Bisignet. *decis.5. de consuet.*

Obserua, quòd natura optionis est, vt successiuè vnus Canonicus post alium, prout quisquis antiquior, siue anterior est, optet; & quilibet Canonicus habet facultatem optandi, nisi expresse reperiatur prohibitus, ita Rot. *diuer. decis.*411. *num.* 1. *&* 7. 1. *part.* Barbos. *cit. loc. num.*7. *& seqq.*

11 Quæstio est non leuis inter DD. an excommunicatus possit optare. In qua dicendum est, si per optionem non mutatur titulus, sed tantùm optio fit quoad Præbendam, & tunc excommunicatus potest optare, quia talis optio non videtur noua collatio, ita Rota *in nouis decis.*5. *de præben.* alias 195. & in *antiquis* 8. *de senten. excom.* alias 126. DD. in hoc *cap. vlt. Domi. in fin.* & Franch. *num.*6. Gig. *de pension. quæst.* 63. *num.* 15. Monet. *de opt. canon. cap.*4. *quæst.*21. *num.* 20. Garz. *de Benefic. cap.* 13. *num.*48. *part.*7. qui *vers. seq.* dicit hanc opinionem habere locum, & procedere, etiam si excommunicatus esset notorius, seu denunciatus, contra Costam *in lectura cap. referente, de præb.* & alios.

Sed si per optionem mutatur titulus, & debet fieri noua collatio, vt est quando Canonicus optat Dignitatem, & Portionarius Canonicatum, &c. & tunc excommunicatus poterit declarare suam voluntatem ad optionem, seu illam acceptare, non tamen potest sibi facere prouidere de Beneficio optato, sed differri debet prouisio, donec sit absolutus, vt aduertit Garz. *de Benefic. cit. loc. vers. vbi vero*, qui dicit, ita intelligendam esse opinionem eorum, qui volunt excommunicatum non posse optare, Ricciull. *de iure person. lib.*4. *cap.*11. *per tot.* Barbos. *cit. loc. num.*18.

Vbi verò optio solùm operatur retentionem vnius Beneficij, & dimissionem alterius, vt in terminis *cap. referente de præb.* tunc Garz. *d. loc.* indistinctè tenet valere optionem factam ab excommunicato, quia tunc nullum Beneficium acquirit, sed potius dimittit, Vgol. *de censur. tab.*3. *cap.*13. §.2. *num.*7.

Ad *textum in d. cap. referente, de præb.* vbi excommunicatus ante optionem fuit absolutus. Resp. illud factum fuisse, non quia absolutio esset necessaria ad valorem optionis, sed quia erat excommunicatus propter eandem causam, quæ pendebat coram Papa, iuxta *cap. prudentiam*, §. 6. *de offic. delegat.* ex *cap. venerabilib. de sent. excom. in* 6. & per alia, quæ ad id adducit Garz. *cit. loc. vers. non obstat*, & Moneta *de opt. canon. cap.*4. *num.*30. *&* 32.

12 Quæritur, an Canonicus, qui habet Coadiutorem cum futura successione, possit optare nouam Præbendam, dimissa prima. Notauimus in 2. *part. Annotat.*11. *vers. nec fructus.*

Respondeo, hanc quæstionem monet Gonzal. *glos.* 34. 18. *quæst. num.*97. *ad Reg.*8. *Cancel.* eamque refert Garz. *de Benefic. part.*4. *cap.*5. *num.* 118. ex quibus dictis, aliquantulum intricatis, colligi potest, quod si Coadiutus intendit optare nouam Præbendam, ad quam forsan non potest succedere Coadiutor, dimissa prima, ad quam potest, & debet Coadiutor succedere, & in hoc casu Coadiutus non potest optare, quia non potest dimittere Præbendam, ad quam ius habet, & est ad adiudicata Coadiutori per coadiutoriam cum futura successione.

Aut vult optare nouam Præbendam, dimissa prima, ad quam optatam potest succedere Coadiutor, eamque loco primæ subrogare, & vtique potest optare, cum nulla sit ratio, vel inconueniens, quòd obstet, nec gratia coadiutoriæ, quæ principaliter ad fauorem Coadiuti fuit concessa, vt habetur ex Put. *decis.*98. *lib.*2. & ex Rota *in vna Salmantina Coadiutoriæ* 2. *Iunij* 1593. *coram Penna*, debet illi esse nociua ex *reg. quod ob gratiam, lib.*6.

Dubium tamen potest esse in hoc casu, an possit Coadiutus, dimissa Præbenda pinguiori, optare nouam minoris redditus. Hæc difficultas non tangitur à DD. nam iuridicè præsumunt neminem velle perdere. 13

Resp. in hoc casu Coadiutum minimè posse optare Præbendam minoris valoris, dimissa prima pinguiori; quia hoc est in præiudicium Coadiutoris, qui ius habet ad Præbendam, & est illi adiudicata per coadiutoriam, vt diximus supra ex Garz.

Vlterius aliam, & fortiorem possem adducere difficultatem in hoc casu, an scilicet vacante Præbenda pinguiore, si Coadiutus non vult optare, & meliorare Præbendam in præiudicium Coadiutoris, quid in hoc aget Coadiutor? 14

Resp. si Coadiutor habet facultatem in coadiutoria optandi, vt fuisse solitum in aliquibus casibus testatur Garz. *d. loc. num.* 119. & colligitur ex *d. dec. Rotæ in vna Salmantina*, potest per se optare, etiam nolente Coadiuto, alias illa facultas optandi frustratoriè data esset Coadiutori; si verò Coadiutor non habet hanc facultatem optandi in coadiutoria, & tunc si Coadiutus non vult optare, nec & ipse posset, quia nullum ius habet ad optionem. Verùm si Coadiutus non vellet optare in odium, & fraudem Coadiutoris, quia fraus patrocinari nemini debet, ideò permitterem, Coadiutorem posse comparere coram legitimo Superiore, & compellere Coadiutum ad optandum. Si Coadiutus consentiat, vel non dissentiat, Coadiutorem posse optare per se in beneficium Coadiuti, notatum est 2. *part. Annotat.* 11.

Obserua, quòd Præbenda vacans etiam in mense Ordinarij per mortem Canonici, qui habet Coadiutorem cum futura successione, non potest optari, quia per coadiutoriam censetur sublatum ius optandi, vt est decisum per Rotam *in vna Capuana optionis* 23. *Martij* 1609. *coram Lancellotto*, notatum est latius 2. *part. Annot.*11. 15

Similiter optio non habet locum in resignatione ad fauorem certæ personæ, ex *decis.* Caputaq. 282. *part.*2. *&* *decis.* Caual. 116. *num.*3. Nec in quacumque Præbenda resignata in Curia, aut alio modo vacante in Curia, vt disponitur in hoc *cap. vlt.* vbi DD. omnes, aduertit Paris. *de resign. Benefic. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 55. Nec in permutatione coram Ordinario, Barbos. *de canon. & dignit. cap.*30. *num.*24. *in fin.* 16

In Beneficijs reseruatis, siue generaliter, siue specialiter Motu proprio cadit optio, est commune DD. in hoc *cap. fin.* Gig. *de pensionib. quæst.* 63. *num.* 9. Paris. *de resignat. Benefic. lib.*2. *quæst.*20. Garz. *part.*5. *cap.*1. *num.* 40. Rota *decis.*1. *in nouis de rer. permut. num.*4. vbi Add. *n.* 9. Cassador. *decis.*4. *de concess. præben.* Put. *decis.* 4. *lib.* 2. Mohedan. *decis.*27. *de præb.* alias 297. vbi expresse, quòd optio non habeat locum in Beneficijs vacantibus in octo mensibus reseruatis, Monet. *de opt. canon. cap.*3. *quæst.*3. *& cap.*8. *quæst.*1. *à num.*6. Gratian. *discept. forens. cap.*52. *num.*7. *&* 8. Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 32. *num.* 22. qui alios citat, & testatur decisum.

Supradicta adeo procedunt, vt nulla consuetudine ordinaria, siue immemorabili possit optio introduci in Beneficijs reseruatis, vt tenet Gratian. *cit. loc. num.* 8. & sequitur Garz. *eod. loc. num.* 454. referens sic fuisse decisum pluries per Rot. & plura adducens ad hanc materiam, & rationem affert, quia contra hanc consuetudinem obstant Regulæ Cancellariæ per singulos Pontifices renouatæ. 17

Hanc reseruationem non procedere in Præstimonijs, ait idem Garz. *cit. loc. num.*457. illa enim optantur, etiam in mensibus reseruatis, quia Præstimonium non est annexum Canonicatui, & Præbendæ æquè principaliter, & vt titulus distinctus, sed accessoriè, & per modum incorporationis, & suppressionis, ac tanquam prædium pro præbenda temporali applicatum tali Canonicatui, & Præbendæ non perpetuò, & inseparabiliter, sed pro vita illius Canonici, & sic non cadit sub reseruatione. Hæc Garz. 18

Nota, quòd Ioan. Andr. *in hoc cap.* super *verb. vacantibus*, dixit, quòd optio habet locum etiam in Beneficijs deuolutis ad Papam, ob negligentiam inferiorum, quod 19

videtur

videtur mirabile, & non posse practicari, secundum Addent. *ad decis. nou.* Rot. *decis.* 1. *de rer. permut.* alias 23. *num.* 7. sed Io. And. absolutè sequitur Barbos. *de iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 14. qui alios citat, *& de canon. & dignit. cit. cap.* 30. *num.* 24.

20 Non tollitur optio per mandatum de prouidendo, seu expectatiuam, & reseruationem, etiam Motu proprio de Beneficijs incertis vacaturis pro aliquo, vt per Garz. *cit. loc. num.* 451. & alios apud eundem, Crescent. *decis.* 9. *de concess. preb.* vbi refert, alias fuisse per Rot. iudicatum.

21 Obserua generaliter, quòd hæc optio non habet locum in membris separatis à Canonicatu, & Præbenda, vt notat Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 917. vbi dicit, quòd nec habet locum in Præbenda vacante in Curia; hæc enim non potest optari, Rot. *in nouis decis.* 4. *de consuet.* alias 296. malè adducta per Ricc. pro *decis.* 3. Et vltimo, quod hæc consuetudo in Ecclesia, in qua adsunt maiores, & minores Præbendæ, tollitur per clausulas derogatorias in Literis Apostolicis positas, ita in *decis.* Rotæ *in nouis* 5. *de consuet.* alias 300.

22 Optio non se extendit ad Præbendam Theologalem, & Pœnitentialem; hæc enim non possunt optari per Canonicos, cum vacant, prout pluries fuisse decisum per Rot. refert Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 132. Moner. *de option. cap.* 3. *quæst* 6. *à num.* 98. Barbos. *cit. cap.* 30. *num.* 20. & notatum est 2. *part. Annot.* 10.

23 Similiter Theologus, vel Pœniteotiatius non potest optare aliam Præbendam, dimissa Præbenda illi assignata pro Lectura, vel Pœnitentiaria; retento officio Pœnitentiariæ, vel Lecturæ, vt post Nauar. *cons.* 14. *de reb. Eccles.* sequitur Garz. *de Benefic. loc. cit. num.* 133. non solùm retento ipso officio Pœnitentiariæ, vel Lecturæ, sed nec etiam dimisso, vt declaratum esse per Sac. Congreg. pluries, refert Garz. *cit. loc. num.* 134. contra Monet. sed vide quæ latius notata sunt *part.* 2. *Annot.* 10.

24 Hæc regula de non optando Præbendam Pœnitentialem, & Theologalem, non procedit io Præstimonio; nam Theologus, vel Pœnitentiatius potest aliud optare Præstimonium, relicto primo; & è contra, Præstimonium Theologi, & Pœnitentiarij potest optari, quando vacat, ab alio Canonico, vt seruari in Ecclesia Corduben. in qua non optantur Præbendæ, sed Præstimonia, refert Garz. *cit. loc. num.* 135.

25 Hic obiter quæri potest, an pensio imposita super fructibus, & distributionibus quotidianis Canonicatus, & Præbendæ, si talis Canonicatus, & Præbenda vacent, & Præbenda fuerit optata per antiquiorem Canonicum, & de Canonicatu fuerit alius prouisus, solui debeat à possessore Canonicatus, an per optantem, & possessorem Præbendæ, an potius diuideoda inter eos, iuxta ratam fructuum.

Et dicendum est, pensionem esse onus reale, vt communiter aduertunt DD. notant Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. glos.* 24. *num.* 46. *in fin.* Romao. *cons.* 388. *num.* 9. Paris. *de resign. Benefic. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 94. *vsque ad* 97. Gratian. *discept. forens. cap.* 805. *num.* 4. sed onus reale est soluendum à possessore rei, super quam onus est impositum, nec potest possessor liberari à tali onere, quauis causa, vel priuilegio, vt habetur in *l. his oneribus, in princ. & in l. sunt, ff. de vacation. muner. & in l.* 2. *& in l. neque, & l. penul. C. de muner. patrimon. lib.* 10. refert Paris. *cons.* 52. *num.* 1. *lib.* 1. dicens, nec pacto posse possessorem liberari ab onere reali, ex *l.* 1. *C. sine censu, vel reliq.* ergo pensio est solnenda per possessorem Canonicatus, & possessorem Præbendæ, quando fuit imposita super fructibus Canonicatus, & Præbendæ; esto transeat per optionem ad quemcumque, quia transit cum onere suo, & proindè pensio est diuidenda à prædictis possessoribus pro rata fructuum; hanc opinionem expressè tenent Gig. *tract. de pension. quæst.* 39. *num.* 5. *&* 6. *quæst.* 40. *num.* 1. *& quæst.* 43. *num.* 2. *& quæst.* 47. *num.* 2. Riminald. iun. *cons.* 298. *num.* 6. Decian. *cons.* 37. *num.* 14. *lib.* 2. Monet. *de distribut. quotid. part.* 3. *quæst.* 8. *num.* 22. *& de option. canon. cap.* 7. *quæst.* 3. Leo. *Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *tit. de pension. cap.* 7. *num.* 44. *& seqq.* Gonz. & Paris. *de resignat.* locis supra citatis, & est commune.

Sed cum his casus occurrisset in facto in Insigni, Nobili, & ex omni parte Spectabili Reuerendiss. Capitulo Capuano, vbi ego ipse primus Primicerius, licet indignus, eram; audiui hanc communem, & indubitabilem opinionem positam esse in quæstione, & quidam Legisperitus Canonicus optans Præbendam grauatam pensionem, recusabat illam soluere pro rata fructuum Præbendæ optatæ, asserens totam pensionem soluendam esse per Titularem, & adducens pro sua opinione *decis.* Mantic. 273. vbi pensionem impositam super fructibus, & distributionibus quotidianis Canonicatus, & Præbendæ, & Præstimooij illis annexi, optato Præstimonio, fuit indicatum non esse diuidendam pro fructuom rata inter optantem Præstimonium, & possessorem Canonicatus, & Præbendæ, sed integram soluendam esse à possessore Canonicatus, & Præbendæ.

Argumentum sanè ita friuolum, vt responsione non indigeat; attameo ad exuberantiam dico, quid commune habet Præbenda cum Præstimonio, vt possit ab hoc ad illam deduci argumentum, maximè cum Præstimonijs Ecclesiæ Cordub. de quibus loquitur *decis.* Mantic. illa enim vt refert Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 456. *&* 457. non sunt annexa Canonicatui, & Præbendæ æque principaliter, sed accessoriè, & per modum incorporationis, & suppressionis, ac tanquam prædium pro Præbenda temporali applicatum tali Canonicatui, & Præbendæ non perpetuò, & inseparabiliter, sed pro vita illius Canonici.

26 Vnde est, quòd Præstimonium, etiam si vacauerit in mense reseruato, & in quo non cadit optio, potest nihilominus optari, vt dictum est supra; quod secus est in Præbenda, vt per Garz. *d. loc.*

Similiter Præstimooium, maximè in dicta Ecclesia Corduben. est quædam temporalis portio prædij; Prebenda verò est titulus beneficialis, vt notat eadem *decis.* Mantic. *in vers. sed cum die, circa med.*

27 Si ergo Præstimonium, & Præbenda sunt inter se dissimiles, quomodo potest inter ea adduci argumentum à simili, quod non procedit, etiam inter similia, quando datur dissimilitudo etiam parua, secundum Felin. *in cap. præterea, de sponsalib. num.* 11. *vers. quinto limita.*

Confiteor calamum meum erubescere, dum nitor respondere tali argumento, si ipsemet Mantic. *cit. loc. vers. sed cum die, & vers. vnde non obstat*, dicit, vt patet iustè legeoti, quòd decisio procedit tantum in tali Præstimonio temporali, non in Præbenda, quæ secum dicit onus reale pensionis ad quemcumque transeat, vt concludit in *fin. d. vers. vnde non obstat.*

28 Igitur dicendum est, prædictam *decis.* Mantic. non obstare communi opinioni, peosionem diuidendam esse inter optantem Præbendam, & Titularem pro rata fructuum; quæ procedit, etiam si Titularis aliam optauerit Præbendam, in casu, in quo Præbendæ sunt distinctæ inter Canonicos, & Capitulum non habet illarum administrationem; & ratio est, quia cùm pensio sit onus reale, vt diximus supra, & sequatur Beneficium, super quod est imposita, & illius bona fructus producentia censeantur hypothecata pro pensione, & Titularis, siue nouiter prouisus nullum fructum percipiat ex Præbenda, & bonis illius, hypotheeatis ad pensionis solutionem, meritò dicendum est non teoeri ad ratam pensionis pro Præbenda nouiter optata, supra quam pensio non erat imposita, vt tenet expressè Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 47. ex Monet. & Gig. ibi adductis. Non procedit opinio principalis, quando Canonicus, qui pensioni consensijt, viuens dimisit Præbendam, & aliam optauit retento titulo, quia tunc Titularis tenetur soluere pensionem secundum dicta per Lotter. *de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 19. *à n.* 30. *vsque ad* 35. & Barbos. *loc.* infra *citand.*

29 Obserua, Capitulum posse impedire Canonicum, qui consentit reseruatiooi pensionis super eius Canonicatum, & Præbendam, si vult aliam optare Præbendam, dimissa illa, quam grauati consentit, quia cùm dictus Canonicus consenserit oneri pensionis, non potest Prębendam facto suo tali pensione oneratam dimittere, & liberam optare, cùm alteri per alterum iniqua conditio inferri non possit, nec æquitas concedat aliquem cum alterius iactura locupletari, *l. nam hoc natura, ff. de cond.*

indeb. & Menoch. *conf.* 27. *num.* 36. ita tenet Leo *cit. loc. num.*48. cuius opinio habet difficultatem, quia Canonicus optando vtitur iure suo; procederet tamen quando adesset suspicio fraudis, vt quia Canonicus consensit pensioni, quia de proximo per optionem sperabat dimittere Præbendam, ita Barbos. *de canon. & dignitat. cap.* 30. *num.* 17. & sine dubio procedit etiam, quando dimittitur Præbenda, retento eodem titulo, quia tunc pensio remanet dimittenti, qui consensit illius impositioni, iuxta supra dicta.

Obserua, posse Episcopum statuere optionem in sua Ecclesia inter Præbendas, quia in hac optione non mutatur titulus. Non potest tamen illam statuere inter Canonicatus, aut Beneficia, quia in hoc casu mutatur titulus, quod cum sit contra Ius, Episcopus non habet potestatem statuendi contra illud, quod procedit in Præbendis conferendis per ipsum Episcopum, ita Garz. *de Benefic. 5. part. cap.* 1. *num.* 459. *vers. quando vero, & vers. ita consultus*, idem dicit de Capitulo Sede vacante.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *OPtio Canonica describitur, & quando competat.*
2 *Natura ascensus, & optionis, qua sit.*
3 *Consuetudinis iuris, optandi ius, & canonica aequitas assistit.*
4 *Canonicus portionarius, cui annexa est prabenda an possit optare aliam prabendam?*
5 *Nauarrus, & alij reprobantur, & declarantur.*
6 *Optio ad integrum beneficium non debetur, nisi habenti dimidium.*
7 *Ius optandi an cesset si beneficia sint reseruata Sedi Apostolica?*

1 DE Ascensu, seu optione canonica ad integrum beneficium, vel antiquiorem dignitatem nunc est sermo quod ius optandi in iure dicitur commendabile, & fauorabile, ad *text. in cap. fin. de consuetud. in 6.* vbi Gemin. Franch. & alij deducti per Burratt. *decis.* 195. Merlin. *decis.* 380. & 838. Card. de Luca *de benefic. disc.* 33. *num.* 2.

Optio, vt competet concurrere, vel consuetudo optandi, vel particulare statutum Ecclesiæ, vel priuilegium Apostolicum, *vt in cap. fin. de consuetud. in 6.* Monet. *de opt. cap.* 2. *num.* 1.

2 De natura optionis, quòd successiuè vnus post alium, prout quisque antiquior est optet vt litteraliter probat *text. in cap. fin. de consuetud. in 6.* ibi: In qua consuetudo habetur quod antiquiores Canonici gradatim meliores, si voluerint possint, cum vacant per se, vel per alios optare præbendas, Barbos. *de canonic. & dignit. cap.* 30. *n.*12. Et succedit optio dignitatis dimissæ per alium subsequentem puta Canonicatum, Rota *decis.* 127. *num.* 26. *par.* 13. *recent.*

3 Assistitius, & æquitas consuetudini optandi in Ecclesia, qua caueatur dimidios portionarios antiquiores posse ascendere ad integram portionem, vt antiquior præbendarius optare possit, iuxta notata per gloss. & Canonistas *in cap. fin. de consuet. in 6.* latè Moneta *vbi sup. cap.* 1. *num.* 2. *& seqq.*

4 Canonicus Portionarius, cui annexa est præbenda an possit optare aliam præbendam, vel sua præbenda possit optari ab alijs Canonicis? Nauarr. *cons.* 14. *de rebus Eccles. non alien.* consuluit quod non, & sequuti sunt Gonzal. *regul.* 8. *Cancel. gloss.* 34. Garzias *de beneficijs p.* 5. *cap.* 4. *num.* 133. & declarasse Sacr. Congreg. Concilij refert Merlin. *decis.* 100. *num.* 2. vbi quod id affirmant Doctores adducti, quoad præbendam Theologalem.

Nauarro acerrimè dissentit Moneta *cap.* 4. *quæst.* 1. *num.* 11. *& seqq.* laudatus per Merlin. *vbi sup. num.* 4.

In simili Canonicus licet habeat dignitatem in eadem Ecclesia non tamen prohibetur optare pinguiorem præbendam, Puteus *decis.* 100. *part.* 3. Achill. de Grass. *decis.* 1. *de consuetud.* Gonzal. *d. gloss.* 34. *num.* 37.

5 Nauarrus, & dissidentes loquuntur quando officio Pœnitentiarij, vel Theologi annexa, & vnita esset præbenda, nam tunc diuisio, & sectio fieri nequit inter pœnitentiariam, & ipsam præbendam, quæ in vnum valuerunt per vnionem, ita Merlin. *vbi sup.*

6 Optio ad integrum beneficium non detur nisi obtinenti dimidium ea dispositione motus proprij Clement. VIII. & datur possidenti in eadem Ecclesia beneficium minus pingue, Bich. *dec.* 219. *num.* 1. *& seqq.*

Optans præbendam acquirit tantùm meram temporalitatem non autem titulum beneficij, sed antiquum, & primum retinet, Bich. *dec.* 377. *num.* 17. Lotther. *de benefic. lib.* 2. *quæst.* 38. *num.* 31.

7 Ius optandi an cadat super beneficijs reseruatis? Rota iuxta diuersas reseruationis qualitates variauit, vt Ludouis. & Beltramin. *dec.* 378. Rota *dec.* 140. *par.* 10. *recent.* Card. de Luca *de benefic. discur.* 33. *num.* 3.

Distinguendum erit: Aut ius optandi competit ex consuetudine, & tunc non cadit optio, sed reseruatio illud tollit; Idemque si competit ex gratia, vel indulto; Aut competit ex lege in limine fundationis adiecta. Quia reseruatio non comprehendit beneficia de iure patronatus, ita Card. de Luca *vbi supra*.

ANNOTATIO VII.

De citatione per edictum.

ARGVMENTVM.

Notatur qui de illa tractent. In quo casu sit permissa. Et an possit fieri contra incertum, qui certificari de facili potest. Et quid quando locus, in quo debet fieri citatio, non habet tutum accessum. Et an contra vagabundum, vel inclusum in domo, vel Clericum non residentem. Et quando vigore huius citationis possit procedi ad sententiam diffinitiuam. Quomodo exequatur hæc citatio. Et quando est exequenda in locis vicinioribus. Quæ dicantur loca viciniora. Quot in locis sit exequenda. Quando hac citatione possit citari Capitulum. A quo Iudice decerni possit. De modo citandi Vniuersitatem campestrem, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per edictum in quibus casibus permittatur.*
2 *Citatio per edictum emanatur, quando contradictor est incertus, nec certificari potest.*
3 *Citatio per edictum non datur, nisi capta informatione de non tuto accessu. Et quando statur relationi Cursoris. Et sufficit, quod accessus non sit tutus ipsi Cursori, licet sit tutus alijs, num.4.*
5 *Citatur per edictum impediens citationem, etiam sine dolo.*
6 *Vagabundus quomodo citetur.*
7 *Citatur per edictum continens se domi.*
8 *Citatur per edictum Beneficiatus non residens. Et quomodo ad finem priuandi eum fructibus, vel Beneficio.*
9 *Citatio per edictum an sufficiat in causa priuationis, vel in sententia diffinitiua.*
10 *Citandus non est per edictum, qui potest inueniri cum notabili diligentia.*
11 *Citatio per edictum debet continere competentem terminum, alias est nulla, & potest appellari.*
12 *Citationis per edictum modus, & forma.*
13 *Citatio per edictum debet affigi ad valuas Ecclesia Maioris, vel ad valuas Ecclesia Beneficij, si citatur Beneficiatus, num.14.*

15 *Cita-*

15 *Citatio in locis vicinis quomodo facienda. Et quot in locis, num. 16.*
17 *Citari per edictum an possit Capitulum.*
18 *Citare per edictum non potest Delegatus absque speciali commissione. Et de differentia inter Delegatum Papæ, & inferioris.*
19 *Communitas campestris quomodo citetur.*
20 *Citatio per edictum potest relaxari in casu, in quo est permissa citatio per proclama.*
21 *Citatio per edictum inducit præsumptam notitiam.*

ANNOTATIO VII.

§. VNIC.

Ad Textum in cap. vlt. de elect. in 6.

TRactant hic communiter DD. materiam citationis per edictum, de qua etiam in *Clement. 1. de iudic.* & Ciuilistæ, præsertim Bart. *in Extrauag. Henrici Imperatoris VII.* incip. *Ad reprimendam*, & Felin. *in cap. quoniam frequenter, à num. 14. vt lit. non contest.* apud Marant. *in specul. Aur. part. 6. tit. de citat. 1. membr. à num. 82.* Ricc. *collect. decis. collect. 117. par. 1. & in prax. 3. part. resol. 96.* secundum vltimam impressionem, Cæuall. *commun. contra commun. quæst. 22.* Gallup. *in prax. Sacr. Consil. tit. de cit. cap. 2. n. 5.* & alij. Nos vero pro nostro instituto dicemus aliqua practicabilia, quæ ad Canones pertinent, pro quorum intelligentia.

1 Notandum est primò, hanc citationem per edictum esse permissam in hoc *text.* quando contradictor est incertus, & per edictum citantur, quorum interest, iuxta *l. si eo tempore, C. de remiss. pign. & l. si pupillus, §. proscribere, ff. de instit. & cap. videtur, qui matrim. accus. poss.* Et in dicta *Clement. 1.* quando citandus per se, vel per alium impeditum quoquo modo, ne ad eum possit citatio peruenire, & quando non est tutus, vel liberus accessus ad locum, vbi est citandus; extra enim hos tres casus, est omninò prohibita talis citatio per edictum, vt apparet in hoc *cap. & d. Clement. 1.* quicquid sit de iure ciuili, de quo nos non loquimur, vt benè aduertit glos. *in d. Extrauag. ad reprimendam, verb. per edictum, in princ.* quæ licet permittat hanc citationem solùm in duobus casibus enarratis in *d. Clement. 1.* attamen, quia ipsa *Clement.* non reuocat hunc *text. cap. vlt.* dicendum est, & in eius casu esse permissam citationem per edictum, vt aduertit Felin. *in d. cap. quoniam frequenter, num. 14.* Mantic. *decis. 232. num. 6.* qui damnant expresè hanc citationem extra illos duos casus *Clementinæ*.

2 Nota secundò, quòd non requiritur ad decernendam citationem per edictum, vt contradictor sit omninò incertus, sed sufficit, quod nec de facili sciri, & certificari possit, vt aduertit Felin. *in cap. exhibita, de iudic. n. 1. vers. secundo limita*, quòd non procedit, si per inuestigationem possit haberi certitudo, vt refert Garz. *de Benefic. 9. part. cap. 4. num. 8.*

3 Nota tertiò, non citari per edictum sub prætextu non tuti accessus, nisi prius captis informationibus de accessu non tuto, iuxta *decis. 17. de dol. & contum. in antiq.* adducta per Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 177.* & testes examinati parte non citata, probant non tutum accessum, vt optimè Farinac. *decis. 50. num. 2. & 3.* & apud Put. *decis. 160.* fuit habitus pro probato non tutus accessus ex relatione executoris attestantis non fuisse receptum, ac ei illatas minas, quo minus citaret.

4 Nota quartò, quòd sufficit ad relaxandam citationem per edictum, quando accessus non est tutus Executori, siue Cursori citanti, licet sit alijs tutus, vt aduertit Crescent. *decis. 7. de dol. & contum.*

5 Nota quintò, quòd etiam si citatus caruit dolo ad impediendam citationem, potest citari per edictum. Idque procedit non solum in Papa, sed etiam in Ordinario, vt obseruat Felin. *in cap. quoniam frequenter, num. 15. vt lit. non contest.* contra glos. *in Clement. 2. vt lit. pend.* qui Ordinarius liberè potest citare per edictum in casu permisso, Ricc. *in prax. resolut. 96. part. 3.* secundum vltimam impressionem.

6 Reducitur ad casus *Clement.* prædictæ, etiam citatio vagabundi, qui cum non reperiatur personaliter, nec habeat certam domum, potest citari per edictum, quando alio modo citari non potest, ita Bald. *in l. si accusatoribus, num. 15. de accusation.* qui dat formam citationis; & dicit, quòd si Iudex committat Nuncio, vt citet eum personaliter, & si non inueniat de persona, citet eum domi, & si domum non habet, citet eum per edictum, & affixionem ad valuas Ecclesiæ, sequitur Marant. *in suo specul. part. 6. tit. de cit. 1. memb. num. 83.* Felin. *in cap. quoniam frequenter, citat. num. 23.*

7 Potest etiam citari per edictum qui stat clausus in domo sua, & non patitur se videri, adhoc vt citari possit, & hic casus reducitur etiam ad contentos in *d. Clement. 1.* Et edictum debet affigi ad ianuam domus suæ, & habetur, ac si personaliter esset citatus, ita Alex. *in l. plerique, col. 2. ff. de in ius vocan.* Marant. *loc. cit. num. 86.*

8 Nota sextò, quòd in *cap. ex tua, de Cler. non resid.* adducitur alius casus, in quo potest quis citari per edictum, & est si Clericus, qui Beneficium tenet cum onere residentiæ, se à residentia absentauerit, potest citari per edictum affigendum ad valuas suæ Ecclesiæ, & contra eum vigore dictæ citationis potest procedi vsque ad priuationem Beneficij, si ad residentiam non redeat, dummodò edicta sint tria, nec sufficit vnum peremptoriè pro tribus, & debet expectari per sex menses, iuxta *d. cap. ex tua*, vbi Abb. *num. 3. & 4.* Qui *text.* per Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reformat.* non est reuocatus quoad citationem per edictum, immò est confirmatus, cum disponatur, quòd contra non residentes procedatur iuxta Constitutiones sacrorum Canonum. Verum Concilium non procedit ad priuationem Canonicatus in primo anno absentiæ, in quo priuat non residentem solùm medietate fructuum Canonicatus, & Præbendæ; nec in secundo anno, in quo priuandum eum dicit omnibus fructibus illius anni; crescente verò contumacia, dicit contra ipsum procedendum iuxta Constitutiones sacrorum Canonum. In hoc casu aduerte, quod hæc citatio est permissa, si Beneficiatus non possit citari personaliter, vt aduertit Abb. *in d. cap. num. 3.*

9 Nota septimò, hanc citationem per edictum non sufficere in causa priuationis alicuius, vel in sententia diffinitiua, ex opinione Ricc. *in collect. decis. collect. 117. part. 1.* ad quod adducit Caputaq. *decis. 114. & decis. 117. & in fin. d. collect.* dicit, quòd citatus per edictum dicitur fictus, non vero contumax.

Sed opinio Ricc. in sententia deffinitiua recipit dubitationem, maximè quando quis fuit semel personaliter citatus, vel semel in iudicio comparuit, & adest difficultas iterum citandi: nam in hoc casu apud Put. *decis. 271. lib. 2.* fuit admissa citatio domi, & recessum à rigore citationis personalis.

10 Nota octauò, quòd contra eum, qui de facili reperiri potest, licet cum notabili diligentia, non est relaxanda citatio per edictum, vt optimè Put. *decis. 6. lib. 2. num. 1. & 2. ex decis. Aegid. 679.*

11 Nota nonò, hanc citationem per edictum debere continere competentem, & congruum terminum, in quo verisimiliter possit peruenire ad notitiam citati, alias citatio est nulla, & iustam præbet causam appellationis, ita Put. *decis. 150. lib. 3.* Cassad. *decis. 6. de dol. & contum.* Afflict. in Constit. incip. *Si quem nostrorum, in 7. notab. lib. 1. Constit. Regni.*

12 Modus exequendi citationem per edictum ponitur per Rotam *decis. 8. de dol. & contum.* alias *224. in nouis*, & per Cassador. *decis. 1. eod. tit. de dol. & contum.* & per Put. *decis. 164. lib. 2.* & est, vt Executor citationis legat cam publicè, & deinde affigat ad valuas; & licet Rota prædicta *in nouis* requirat, quòd affigatur originalis, non copia citationis, quia pars non tenetur credere copiæ, quæ non facit fidem; nihilominus Praxis obseruat contrarium, vt affigatur copia, quæ citatio debet remanere affixa per competentem terminum arbitrio Iudicis, vt per Bart. *in d. Extrauag. ad reprimendum*, & sequitur Put. *decis. 27. lib. 2.* hinc Executores, adhoc, vt de termino prædicto constare possit, apponunt in relationibus tempus affixionis, & ademptionis. Alia de modo exequendi hanc citationem, vide apud Ricc. *in prax. resolut. 96. num. 8. & 9. part. 3.* secundum vltimam impressionem.

Obser-

13 Obſerua, quòd hæc affixio debet fieri in valuis Eccleſiæ Maioris, vt dicitur gloſ. in d. Clement. 1. de iud. & Abb. in ead. Clem. num. 12. & quod Eccleſia Maior appelletur Eccleſia Matrix in loco, licet non ſit Cathedralis, vt eſt in Oppido, ſeu Villa, io quibus locis hæc affixio fit in Eccleſia Parochiali, benè aduertit Put. deciſ. 207. lib. 1. quod oon procedit in citando Beneficiato non reſidente, vt diximus ſupra, qui citatur ad valuas Eccleſiæ Beneficiatæ, nec procedit in citatiooe per edictum, quæ fit ante inſtitutionem præſentati in Iurepatronatus, quia hæc citatio affigitur ad Eccleſiam, in qua eſt Iuſpatrooatus, vt refert Garz. cit. loc. & obſeruat Praxis.

14 Solet quandoque committi per Signaturam, hanc citationem per edictum fieri in locis vicinioribus, & tunc arbitrabitur Iudex loca viciniora, in quibus non tantùm vicinitas obſeruari debet, ſed etiam vt loca, & Ciuitates, in quibus eſt exequenda citatio, ſint ioſignes, & ad eas confluant de omni ratione, adhoc, vt veriſimiliter ad notitiam citati peroenire poſſit citatio, vt optimè aduertit Put. deciſ. 150. lib. 3. num. 3.

15 In quo caſu, vbi in reſcripto data fuerit poteſtas citandi in locis vicinis, non ſatis erit id fieri in voo tantùm loco vicino, cum ſit facienda citatio in duobus ſaltem, ob pluralem illam locutionem, ita Felin. in cap. quoniam frequenter, col. 14. num. 17. vt lit. non conteſt. ſequitur Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. ſuſceperit liberos, num. 234. C. de reuoc. donat. Vbi etiam de poteſtate citandi in Eccleſijs intelligitur de duabus, Cardinal. in Clement. 1. quæſt. 32. de for. comp.

16 Quæ ſunt intelligenda, quando in commiſſione exprimitur citationem, ſeu edictum eſſe faciendum in locis, quaſi tuoc hoc detur pro forma, ideò oon ſufficit vnus locus, cum aliud ſit, quando hoc non fuiſſet expreſſum, ſed ſimpliciter mandatum fieri citationem, quia tunc non debet fieri in pluribus, ſeu duobus locis, ſed in vno ſufficit, Clement. cauſam, §. verum, vbi gloſ. in verb. aliquo, de elect. Caſſador. deciſ. 1. num. 2. de dol. & contumac. Bald. in l. poſt edictum 73. in 1. lect. in princ. verſic. item videmus Florentia, de iudic. Soc. de citat. quæſt. 9. art. 23.

Quicquid aliud ſentiant, Rolan. conſ. 68. num. 28. lib. 2. Pariſ. conſ. 31. num. 31. lib. 4. cum contraria opinio ſit verior, vt teſtatur Menoch. conſ. 100. num. 173. vſque ad 177. lib. 1. poſt Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 133. Vbi etiam, quòd ſufficeret in duobus locis citatiooem publicari, quamuis dictum fuerit in tribus, iuxta deciſ. Bellam. 194. quam refert, licet de ea dubitet Socc. de citat. art. 23. num. 10. in fin. verſ. & nota, quod licet, quæſt. 6. intelligendo copulatiuè, non alternatiuè, videlicet in duobus ex tribus in Curia, & in duobus etiam ex tribus in partibus, Caſſador. deciſ. 1. num. 2. de dol. & contum.

17 Quæritur, nunquid Capitulum ad inſtar Vniuerſitatis de iure ciuili, poſſit citari per edictum, cum non ſemper poſſit haberi.

Reſpondetur, regulariter Capitulum non poſſe citari per edictum. Verum ſi facta inſtantia Decano, vel alio, ad quem ſpectat conuocare Capitulum, ille recuſet, aut latitet, vel impediat coouocare Capitulum, & executionem citationis, vel Capitulum aliquo modo renuat, vel differat ſe congregare, ad impediendam citationem, tunc poteſt citari per edictum, ad dicta per gloſ. in cap. ſi Capitulo, in verb. factam, de conceſſ. præb. in 6. ſequitur Put. deciſ. 9. lib. 1. Quomodo Ciuitas, vel Vniuerſitas poſſit per edictm citari, vide Marant. in ſuo ſpecul. loc. cit. num. 94. & Bald. in l. etiam, col. 4. C. de exec. rei iudic. eſt conforme diſpoſitioni Clement. 1. cit. cum qua diximus ſupra, impedientem ſe citari, poſſe citari per edictum.

18 Obſerua, quòd hæc citatio per edictum eſt nimis præiudicialis, & propterea non poteſt decerni per iudicem Delegatum abſque ſpeciali commiſſione de citando per edictum, vt benè aduertit Abb. in dict. Clement. 1. de iudic. num. 8. qui loquitur de Delegato à Papa.

Iudices verò Inferiores, Ordinarij, & ſucceſſiuè Delegati ab Inferioribus Iudicibus cum ſpeciali commiſſione, poſſunt etiam citare per edictum, in caſu à iure permiſſo, vt ſupra, & dicit Speculat. lib. 2. particul. 1. tit. de citat. §. ſequitur, num. 13. Verum, cum hac differentia; nam Papa, vel eius Delegatus in Vrbe citant abſentem in quauis parte remota per affixionem ad valuas Palatij Apoſtolici. Inferiores verò debent citare per edictum affigendum ad valuas Maioris Eccleſiæ illius loci, vbi ſolitus eſt habitare, & conuerſare citandus, vt apud Marant. in ſuo ſpecul. Aur. part. 6. verb. rectè concipiatur citatio, num. 84. fol. mihi 320. expreſsè habetur. Sed Felin. in d. cap. quoniam frequenter, num. 14. nimis rigoroſè tenet Inferiores à Papa non poſſe citare per edictum, niſi in illis duobus caſibus Clement. 1. de iudic. & hoc ſi faciant citationem intimari, loquendo de Iure Canonico. Iudices verò pedanei non poſſunt citare per edictum, l. ſancimus, C. de iudic. Ric. cit. reſol. 96. num. 2.

Nota, quòd Populus, & Communitas campeſtris, & ruralis, oec ſolita ad certum locum congregari, ſed tantummodò conuenire ad Eccleſiam ad audiendas Miſſas, poteſt citari per edictum affigendum ad eandem Eccleſiam, ita Canaler. deciſ. 408. num. 1. & tenuit Rota in vna coram Ptolomeo, quæ eſt deciſ. 1057. part. 3. diuer. 19

Aduerte in caſu, in quo poteſt fieri citatio per proclama, io eo, & à fortiori poteſt fieri per edictum, probat 20 optimè Marant. loc. cit. num. 95. quia vox Præconis paucis innoteſcit, ſed per edictum res efficitur magis notoria, vt ex auth. qui ſemel, C. quomodo, & quando Iud. deducit Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. Præſides, ff. de requir. reis.

Aduerte, ad Statuta, & Diſpoſitiones facientes mentionem de vera notitia, non ſufficere notitiam inductam 21 per citationem per edictum, quæ præſumptam, non veram inducit notitiam, tenet Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 230. adducens ad id Marſil. ſing. 359.

Vltimò obſerua, non valere Practicam citandi per edictum intereſſe prætendentes, quaſi tunc Clericus comparens dicatur actor, & noo reus, ſi conſtet quisnam poſſideat. Is enim vt perſona certa oominatim, non per edictum, & proclama citandus eſt, l. 1. §. penult. ff. de ventr. inſpic. Bart. in Extrauag. ad reprimendam, in verb. per edictum, in fin. Alexan. conſil. 107. num. 1. lib. 5. Iaſ. conſ. 86. num. 12. lib. 1. Pariſ. conſ. 31. num. 29. lib. 4. latè Menoch. cit. loc. à num. 227. Afflict. deciſ. 2. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. 238. num. 72. Guttier. canonic. qq. cap. 34. num. 31.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *SVbſtantia citationis differt à modo illa de Iure Diuino, & Naturali, iſte de poſitiuo.*
2 *Perſonalis regulariter debet eſſe citatio.*
3 *Domi quando fiat, vel penes domeſticos relicta.*
4 *Quid ſi citandus affectatè latitat. Vel non ſit tutus acceſſus.*
5 *Probatio non tuti acceſſus an debet præcedere, vel ſtetur relationi Nuntij de minis citandi?*
6 *Ceſſante doloſa latitatione citatio perſonalis eſt neceſſaria.*
7 *An per citationem per edictum Parochus ſub pœna priuationis poſſit priuari officio?*
8 *Intellectus Sac. Concil. Trident.* ſeſs. 23. cap. 1. de reform.
9 *Differentia inter pœnas minores interdicti, & ſuſpenſionis, & illam excommunicationis maioris.*

INter ſubſtantiam citationis, & modum illius diſtinguendum eſt. Subſtantia eſt iuris Diuini, & Naturalis. Vnde magna quæſtio eſt, vtrum lex poſitiua poſſit tollere citationem? Et quoad ſubſtantiam negatur, cum ipſemet Deus cum Adam primo Parente poſt contrauentionem primi præcepti io terreſtri Paradiſo practicauerit, deinde cum Caim fratricida. Secus quoad ſolemnitatem, ſcilicet exequutionem, vel modum citationis, vtpotè iuris poſitiui, quod ita inducit probationem, vel 1

præ-

præsumptionem scientiæ, cuius finis est citatio, Reg. Capyc. Latro *decis*.188. *num*.34. Buratt. *decis*.188. Card. de Luca *de iudic. discurs*.9. *num*.12.

2 Regulariter citatio personalis esse debet, neque alias afficit; Nec sufficiat fieri domi habitationis, vel penes domesticos, siue prædictum, aut per proclama, quoniam, ad inducendam contumaciam necessaria est scientia vera, & certa, quæ sine citatione personali non verificatur ob contrariam possibilitatem, vt alias facta ad eius ootitiam non deuenerit, Reg. Rouit. *in pragm. de citat.* Vestr. *in praxi lib*.5.*cap*.13. vbi addit Card. de Luca *de benefic. discus*.73. *num*.15.

3 Plures limitationes hæc regula patitur. Et primò vbi illius Tribnnalis stylus est in contrarium, quòd citatio facta domi solitæ habitationis, vel relicta penes domesticos sufficiat, vt stylus Auditoris Cameræ, & quarumdem aliarum curiarum, Rouit. *vbi supra*, Buratt. *decis*. 186.

Præterea limitatur vbi ex statuto, vel alia lege municipali cautum sit, vt citatio domi solitæ habitationis sufficiat, & habeatur, ac si personaliter facta esset, vt in pluribus locis praxis docet, & in Regno adest *pragm*.2. *de ord. iudic.* qua cauetur, vt si quis possit citari persooaliter, vel domi. Vtrum dicta alternatiua sit voluntatis ad electionem Nuntij, vt nullis factis diligentijs super exequutione citationis de persona possit citari domi citandus scripsi *in obseru*. 322. *per tot.* vbi de solemnitate citationis domi attenta præsertim forma tradita per iodicem maodantem.

4 Ad hæc limitatur vbi ipse citandus affectatè leniter, seu alius impedimeotum præstet, quominus citatio contra eum demandetur eaecutioni, dum ita affectando latitationem, vel impedimenta scire indicat, se citari debere, seu citationem contra ipsom decretam esse, Ridolphin. *in prax. part*. 1. *cap*. 3. *num*. 11. Celsus *decis*. 130. & 177. Card. de Luca *vbi sup. num*. 13. *lib. de iudic.*

Pariter vbi citandus est in loco ad quem non patet tutus accessus Nuntij exequentis, & deoegatur facultas exequendi citationem, vnde propterea notoria sunt impedimenta, quæ præstari solent absque probabili spe eaequendi, tunc sufficiat citatio in locis magis adiacentibus per edicta. Quoniam non dato tuto accessu locus est citationi per edictum, vt Rouit. *super pragm. in rubrica de citat.* Buratt. ac Add. *ad decis*. 943. & Rota *decis*. 70. *part*. 7. *recent.*

5 Ex oritur dubitatio: An debeat præcedere probatio non tuti accessus? Rota *d. decis*. 70. *num*. 7. quod sic ibi: *Quia Auditor Cameræ processit per edictum nulla præcedente probatione non tuti accessus, quæ probatio prius est facienda in Curia, & est fundamentum necessarium huius generis processum iuxt. decis*. 17. *de dol. & contumacia in antiq.* Cassador. *decis*. 2. *eod. tit.* cum adductis per Vantium *de nullit. ex defect. citat. num*. 127. At standum relationi Nuntij de diligeotijs facta citatione ad valuas, Rota *decis*. 103. *par*. 2. *rec.*

Prosequitur Rota *num*. 9. ibi: *Quia in edicti executione simpliciter dicitur illud fuisse publicatum, & Ecclesiæ ostio affixum, & nullibi constat id factum fuisse de tempore, quo multi intrabant, & exibant de Ecclesia prout requiritur iuxt. decis*. Crescent. 5. *de dol. & contumac.*

6 Cessante dolosa latitatione, seu alias culposo, seu affectato impedimento necessaria est ad inducendam contumaciam veram ob quam ad pœnam ordinariam procecedi valeat, Card. de Luca *de beneficijs discurs*. 77. *num*. 7. & 8.

7 Vtrum Parochus vel habens beneficium curatum possit per citationem per edictum ad residendum venire coactus priuari io contumaciam? Affirmandum videtur stante culposa latitatione, seu affectato impedimento *cap. ex parte vestra cum duobus seqq. de Cleric. non resid.* Abb. *cons*. 67. *num*. 2. *lib*. 1. Barbos. *de Canonic. cap*. 20. *num*. 18. Lotter. *lib*. 3. *de re benefic. quæst*. 27. *num*. 83. Fagnan. *in cap. ex tua de Cleric. non resid. n*. 4. & 9. Card. de Luca *vbi sup. num*. 8.

8 Per S. Conc. Trident. *sess*. 23. *de reformat. cap*. 1. expressè deciditur, vt etiam cum sola citatione per edictum procedi possit contra absentem ad pœnas ibi inflictas, vt etiam tradit Fagnan. *in cap. ex tua de Cleric. non resid.*

Hinc alias dubitatum fuit an cum huiusmodi citatione procedi possit solum ad pœnas minores scilicet priuationis fructuum, & alias ibi contentas, & non ad pœoam priuationis. Attamen S. Congregatio eiusdem Concilij declarauit, quod sic teste Fagnan. *vbi sup. num*. 31.

Aduertit cæterum Card. de Luca *de beneficijs disc*. 77. *num*. 10. Conciliare decretum intelligendum cum limite iuris præcedente culposa, & iniusta absentia, & in certam esset, vbi Clericus moraretur cum perquirere non debeat Episcopus locum Clerici vagabundi. Secus autem vbi innotescit locus, vbi moratur, tunc enim debet personaliter citari, Fagnan. *num*. 4. & 14. & 15. ootans mendosam dictam declarationem.

Citatio per edictum sufficit in censuris minoribus, quæ pœnam adeò grauem excommunicationis non important, neque illaqueant, vt sunt interdictum, & suspensio cadentes etiam in Innocenöbus, ita Concil. Trident. intelligit Card. de Luca *de benefic. disc*. 60. *num*. 9. Aliter sit in maiori, vel priuatiooe beneficij, nisi dolosè, & affectatè citandus latiter. 9

ANNOTATIO VIII

De Appellatione.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. A qua sententia detur appellatio in vim *Concil. Trident.* Quæ dicatur sententia diffinitiua? Quæ dicatur sententia, quæ habet vim diffinitiuæ. Quale sit decretum continens irreparabile damnum. Et quomodo decretum Excommunicationis, Capturæ, & Torturæ dicatur irrogare damnum prædictum. Et quando possit ab illis appellari, & quando non. Adducuntur multa exempla, in quibus à decreto interlocutorio, & continente damnum irreparabile, datur appellatio. Et alia decreti, quod habet vim diffinitiuæ sententiæ, & admittitur appellationem.

In §. II. Notantur requisita, quæ concurrere debent in appellatione ab interlocutoria. Primò, expressio causæ. Et in qua appellatione ab interlocutoria requiratur expressio causæ. Et quomodo. Et an requiratur in appellatione à decreto sequestri, vel super desertione. Secundò, quòd appellatio interponatur in scriptis. Et quando dicatur interponi in scriptis. Tertiò, petitio apostolorum. Quartò, quòd interponatur infra decem dies. Quintò, quòd interponatur coram Iudice. Et quando possit interponi coram honestis viris. Multa de termino prædicto decem dierum.

SVMMARIVM.

1 *APpellatio non datur de Iure Canonico, nisi à sententia diffinitiua, vel ab habente vim diffinitiua, & à sententia, cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non potest.*

2 *Sententia diffinitiua quæ sit, & de eius signis. Et an sententia lata in iudicio executiuo dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, num*. 3.

4 *Sententia, quæ habet vim diffinitiuæ quæ sit.*

5 *Decretum continens grauamen per diffinitiuam irreparabile, quæ requirat. Et exemplificatur in tribus casibus, in decreto Carcerationis, Torturæ, & Excommunicationis, num*. 6.

7 *Appellatio datur à grauamine irreparabili, etiam quod non præcedat decretum.*

8 *A decreto de carcerando quomodo, & quando detur appellatio.*

9 *Appellatio datur à decreto de torquendo, & comminata*

nata tortura. Quod declara vt num. 10. & 11.

12 *Appellatio datur a decretu excommunicationis. Et quando ad effectum suspensiuum.*

13 *Appellatio datur à decretu de compromisso faciendo, vel non. Et à decretu condemnationis ad Triremes, num.14. A decretu, quo Iudex se declarat competentem expressè, vel tacitè per processum ad vlteriora, num.15. A decreto legitimationis persona, num.16.*

17 *Appellatur à decretu possessorij, si contineat damnum irreparabile ad vtrumque effectum, declara vt n.28. in fin. & 31.*

18 *Grauamen irreparabile, quod admittit appellationem, dicitur, quod continet factum. Et illud, quod potest reparari per diffinitiuam, sed cum difficultate, vel cum praiudicio partis, vel reparari potest in parte, non in totum, num.19.*

20 *Appellari potest à decreto admissionis, vel reiectionis probationum.*

21 *Appellatio à decretu continente damnum irreparabile per diffinitiuam ligat manus Iudicis à quo. Et qui appellauit à tali decreto, potest impunè resistere volenti procedere ad executionem decreti, num. 22.*

23 *Appellatio à grauamine irreparabili, debet interponi infra decem dies. Et quid si grauamen sit successiuum, puta carcerationis, & similis. Et declaratur, num.24. 25. 26. & 27.*

28 *Appellatio quando detur à mandatu de exequendo. Et quando à processu ad vlteriora, num. 29.*

30 *Sententia, qua habet vim diffinitiua, & ab ea appellari potest, dantur nonnulla exempla. Vbi de appellatione à decretu delationis iuramenti, quando detur post decem dies, ab omissione condemnationis expensarum, à decretu sequestrationis mulieris, à decretu absolutionis instantia. Quod an sit diffinitiuum, vel interlocutorium, discutitur num.32.*

33 *Appellatio datur à decreto legitimationis persona, & à decretu iniusta admissionis articulorum.*

34 *Appellatio à decretu habente vim diffinitiui, debet interponi in scriptis. Et attentata post appellationem à decreto pradicto, sunt reuocanda, num. 35.*

36 *Appellatio datur à pracepto Iudicis emanatu cum causa cognitione, & ab interlocutorio decreto, quod parat praiudicium negotio principali, num. 37.*

ANNOTATIO VIII.

§. I.

Ad Text. in cap. Romana, de appellat. in 6.

HIc *text.* confirmatur, & mandatur inuiolabiliter obseruari à Concil. Trident. *sess.22. cap.7. de reformat.* in causis appellationum, non obstante quouis Stylo, Priuilegio, vel Consuetudine in contrarium. In quo *text.* prohibetur appellatio ante diffinitiuam sententiam, sine probabili, seu legitima causa. Quæ sit hæc probabilis, & legitima causa, in qua appellatio potest interponi ante sententiam diffinitiuam, explicat idemmet Concil. Trident. *sess.24. cap.20. de reformat.* dum dicit, appellationem non esse recipiendam, nisi à sententia
1 diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat. Itaque iusta dicitur appellatio, quæ interponitur à sententia diffinitiua, & quæ interponitur à sententia habente vim diffinitiuæ, vel quæ interponitur à grauamine, quod per appellationem à diffinitiua sententia reparari non potest, de quibus Lancellott. *de attent. cap. 12. limit. 1.* Scac. *de appell. quæst. 17. limit. 47.* Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de appellat. resol. 13. & seqq.* & alij.

2 Quoad primum, sumus in claris; semper enim, quòd interponitur à sententia diffinitiua, appellatio dicitur iusta. Et illa dicitur sententia diffinitiua, quæ diffinit negotium, ita vt partes à lite recedant, & non expectent aliam sententiam post se, ita Bart. *in l. si cum exceptione, §. hac autem, ff. quod met. caus. & in l. dicere, ff. de arbitr.* Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 12. limitat. 1. num. 5.* qui refert quatuor signa diffinitiuæ sententiæ. Primum, quando sententia diffinit negotium principaliter, & directo, & non per consequentiam. Secundum, quando requirit ordinem iudiciarium. Tertium, quando per eam finitur officium Iudicis. Quartum, quando sententia producit actionem.

3 Fallit hæc descriptio in sententia lata in iudicio executiuo, quæ licet non expectet aliam sententiam post se, communiter tamen dicitur interlocutoria, dicit Lancellot. *cit. loc. num.9.*

4 Quoad secundum, de sententia, seu decreto habente vim diffinitiuæ, & est illa, quæ non imponit finem causæ, sed expectat aliam sententiam post se, vt dicit Abb. *in rubr. de sentent. & re iudic. num.8.* vel aliter; & est illa, quæ fertur sine solemnitatibus requisitis in diffinitiua; tamen illud idem iniungit, quod iniungeret diffinitiua, ita refert Fel. *in d. rubr. de sent. & re iud. num.3.*

5 Quoad tertium de decreto continente grauamen per sententiam diffinitiuam irreparabile. Obseruandum est, requiri, quòd hoc grauamen sit indebitè, & euidenter illatum. Et dicitur indebitè illatum, idest iniustè, & contra iustitiam. Dicitur grauamen euidenter, idest quando de eo manifestè ex actis apparet, & non in dubio, vt benè explicat hæc duo requisita, Campanil. *diuer. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 312. & 313.* vbi *num. 314.* dicit, quòd cùm hæc ex actis pateant, ideò & illa transportanda erunt, vt ipsis visis, cognoscat Superior, si appellatio ipsa admittenda sit, & inhibitio decernenda.

6 Hinc obserua primò, duos esse statutos casus per glos. *in Clement. 1. vers. ipso iure, de heret.* ex quibus oritur hoc grauamen. Primus in casu carcerationis. Secundus in casu torturæ; sed clarius mandatum est per Sacr. Congregat. sub die 13. Octobris 1600. præcedente Oraculo SS. Clementis Octaui, quod Decretum adducit Genuen. *in prax. cap. 88. in Annot. 9. §. eiusdem decreti*, referens hoc grauamen in tribus casibus, in duobus prædictis, scilicet carcerationis, & torturæ, & in tertio scilicet excommunicationis, in his tribus casibus, videlicet carcerationis, torturæ, & excommunicationis dicitur irrogari grauamen irreparabili, & in illis dari appellationem; at extra eos cum non detur hoc grauamen irreparabile, consequenter denegatur appellatio; ita vt nec Iudex, à quo teneatur deferre appellationi, vt benè notat Quar. *in sum. ver. Archiepiscopi autoritas* sub *num. 20.* & optimè probat Campanil. *cit. loc. num. 315.*

7 Obserua secundò, in his tribus casibus, in quibus dicimus irrogari grauamen irreparabile; in rigore deberet intercedere decretum, vt probatur ex verbis Concilij Trident. *cit. loc.* & colligitur ex dictis per glos. *in Clement. 1. vers. ipso iure, de heret.* ac sequitur Marescot. *lib. 1. var. resolut. cap. 35. num. 131.* sed de æquitate dici irrogari grauamen irreparabile, ac dari appellationem ex actu ipso carcerationis, & excommunicationis, absque alio decreto, defendit Campanil. *loc. cit. num. 316. in fin.* ex dispositione prædicti Decreti Sacr. Congr.

8 Collige, capturam irrogare damnum irreparabile. Et à sententia interlocutoria, vt quis in carcerem conijciatur, posse appellari, dummodò carceratio sit euidenter indebita, Ricc. *in collectan. decis. collect. 642. 2. part.* Prosp. de Angust. in add. ad Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi autoritas, fol. 67. lit. I.* vbi refert Sacram Cardinalium Congregationem ita censuisse, *SS. D. N. audita relatione Congregationis Concilij declarauit ita esse intelligendum; & ideo ab huiusmodi grauamine appellari posse, & Ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum transferre ad Iudicem appellationis, interim tamen Reum manente in carceribus, donec Iudex appellationis causa cognita, aliud censuerit.*

9 Vlterius, quòd tortura afferat damnum irreparabile, vltra prædictos tenent Hypp. *in l. 1. ff. de Quæst. num. 34.* Iul. Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 27.* Carauit. *ritu. 249.* Ricc. *d. collect. 642. vers. secundo, & in decis. Cur. Archiepiscop. Neap. decis. 92. num. 2. part. 2.* Zerol. *in verb. appellatio, §. 9.* quod non solum procedit in decreto de torquendo, à quo potest appellari, vt tenent DD. *in l. 2. C. de appellat. recip.* & alij apud Ricc. *cit. decis. 92.* sed etiam procedit ante decretum, & solum à comminatione torturæ; à qua comminatione potest appellari, vt notat Ricc. *d. decis. num. 2.* allegans ad id Alex. &

Cardin.

Cardin. in cap. vt debitus, col. 19. de appellat. Angel. de malefic. §. & dictus se defendendo, Brun. de indit. & tortur. 2. part. quaest. 5. num. 14. & alios.

10 Verùm appellatio à decreto de torquendo, siue comminata tortura procedit, quando tortura est euidenter indebita, vt obseruauimus supra cum Campanil. sed quando omnia ritè, & rectè processerunt, vt quia datae fuerunt defensiones, & repulsa concessa, cum esset petita, & publicatus processus, & auditus Reus in omnibus suis iuribus, cum eius Procuratore, & Aduocato, & inditia non sunt euacuata per defensiones, & alia requisita concurrunt; quia videtur potius appellari ad dilatandum, & ad differendum sceleris punitiones, tunc non debet admitti appellatio à comminata tortura, vt benè aduertit Zerola d. verb. appellatio, §. 9. vnde est quòd Curia Archiepiscopalis Neapolis non admittit huiusmodi appellationes à tortura, vti friuolas; maximè cum ad eam non procedat, nisi manifesta adsint inditia contra Reum, vt testatur Ricc. in decis. d. Cur. cit. decis. 92. in fin.

11 Sed si haec appellatio esset iustè interposita, ita ligaret manus Iudicis, vt etiam ante inhibitionem Reum torquere non posset, vt per Baiard. ad Clar. in prax. §. fin. quaest. 64. num. 85. Carauit. rit. 259. num. 12. Vbi hoc ampliat, etiam si Reus esset torquendus ad habendam responsionem affirmatiuam, vel denegatiuam, ad dicta per Farinac. quaest. 37. num. 117. Cartar. Lancellot. Marant. & alios apud Ricc. cit. decis. 92. num. 5. vbi num. 6. dicit, quòd pendente appellatione, in decreto de torquendo, Iudex debet supersedere, & nihil innouare, quod idem procedit pendente termino ad appellandum; alias confessio extorta per torturam, pendente appellatione, erit nulla, & inefficax, Francisc. Marc. decis. 40. num. 12. Lancellot de attent. cap. 12. limit. 1. num. 99. Follet. Cotta, & alij adducti per Ricc. cit. loc.

12 Quòd à sententia excommunicationis per decretum interlocutorium pro lata detur appellatio, quia continet irreparabile grauamen, resoluunt Duen. Reg. 52. fallent. 2. Rebuff. ad leges Galliae, tit. de friuolis appellat. in rubr. sub glos. 1. in fin. ver. fallit, quando grauamen, Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. glos. 9. §. 1. in Annot. n. 197.

Sed in hoc casu aduertendum est, quòd si appellatio est à decreto, in quo quis excommunicatur, licet possit appellare, non tamen impeditur illius decreti exequutio; & potest appellatione non obstante denunciari excommunicatio, iuxta text. in cap. is cui, de sent. excommun. in 6. Zerol. in praxi Episcopi 2. part. §. appellatio, vers. nono quaritur, latè Ricc. decis. 214. 2. par. Quòd si appellatio est à decreto declarante incursum in excommunicationem, producit vtrumque effectum, suspensiuum nempè, & deuolutiuum, si est iustè interposita, ita Zerol. cit. loc. §. excommunicatio, versic. sexto licet pulchre, Nauar. Felin. Franc. Cab. & alij apud Ric. cit. decis. num. 4.

13 Obserua tertiò, à decreto interlocutorio de compromisso faciendo, vel non faciendo, dari etiam appellationem, quia continet grauamen irreparabile, vt docet Montald. Consil. decis. 39. part. 2. Ricc. collect. 643. 3. part. vers. 3.

14 Obserua quartò, decretum condemnationis ad triremes continere grauamen irreparabile, & proinde ab illo appellari, docet de Franch. decis. 139. sequitur Ric. cit. loc. vers. quarto.

15 Obserua quintò, dari appellationem à decreto interlocutorio, quo Iudex se declarat competentem; non solum quando expressè pronunciat, sed etiam quando tacitè per processum ad vlteriora, vt per Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. n. 822. Granat. ad Vestr. lib. 3. cap. 10. num. 6. Misinger. obseru. 35. cent. 3. eadem ratione, quia hoc casu, grauamen non potest reparari per appellationem à diffinitiua, ita aduertit Gratian. discept. forens. cap. 77. num. 1. & 2. vbi num. 4. dicit, quòd hoc decretum habet vim diffinitiuae sententiae, si profertur à Delegato, secus si ab Ordinario, ex doctrina Roman. cons. 358. in fin. & Bald. in cap. significantibus, de offic. Deleg. num. 1. Vnde omninò ab eo dari appellationem; etiam si alias per statutum prohiberetur appellatio ab interlocutoria, aduertit idem Gratian. cit. loc. num. 7.

16 Hinc infertur generaliter, quòd omne decretum legitimationis personarum, quia secum trahit executionem, & praeiudicium, quod infert, non potest per appellationem à diffinitiua reparari, admittit appellationem, etiam si sit interlocutorium, Honded. cons. 27. num. 20. & 21. lib. 1. Bart. in l. ante sententiam, num. 13. de appellat. recip. Roland. cons. 33. num. 3. lib. 4. Gratian. d. loc. num. 3.

17 Obserua sextò, quòd licet à decreto in causa possessorij non detur appellatio, saltem qooad vim suspensiuam, ad adducta per Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 828. nihilominus si hoc decretum irrogaret grauamen, quod per sententiam diffinitiuam in petitorio reparari non posset, appellatio esset admittenda quoad vtramque vim, vt per Menoch. cit. loc. à num. 863.

18 Obserua septimò, dici irreparabile grauamen, quando continet factum; quia cum infectum fieri non possit, habetur pro irreparabile, DD. in l. quod iussit, ff. de re iudic. Lancellott. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 103.

19 Similiter dicitur grauamen irreparabile, ad finem inducendi iustam appellationem à decreto interlocutorio, illud, quod reparari potest, sed cum difficultate, vt idem Lancellot. cit. loc. num. 104. Menoch. cit. loc. num. 866. & non solum illud, quòd reparari potest cum difficultate, sed illud, quod potest reparari, sed cum praeiudicio partis, dicitur grauamen irreparabile ad hunc effectum, ita Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. glos. 9. §. 1. num. 177. Bernard. Greue ad Pract. Cur. Imper. lib. 1. conclus. 29. num. 6. Sic etiam dicitur decretum irrogare grauamen irreparabile, qoando per appellationem à diffinitiua potest reparari in aliqua parte, non ex toto, Felin. in cap. cum semper, num. 17. de re iudic. Surd. decis. 36. num. 13. vsque ad 17. & ibi Io. Baptista Hodierua I. C. & Adnocatus Neap. nemini secundus vita, & doctrina conspicuus, Gratian. disceptat. forens. cap. 77. num. 9.

20 Obserua octauò, quod decretum reiectionis probationum; vel admissionis probationum, quae non debent admitti, continet grauamen irreparabile, & proinde ab eo iuste appellari potest, quia sine probationibus non potest reportari iusta sententia; quamuis alia non sint de substantia, ita vt sine illis sententia sit valida, l. prolatam, C. de sentent. ita tenet Gratian. discept. forens. cap. 77. num. 11. 12. & 13. Bald. in l. post sententiam, num. 4. C. de sentent. & interloc. omn. Iud. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. vlt. vers. ideo si Iudex num. 8.

21 Aduerte, quòd diximus supra in appellatione à tortura esse ligatas manus Iudicis, illa iustè interposita, etiam ante inhibitionem Iudicis ad quem, procedere etiam generaliter in appellatione à quouis decreto continente grauamen, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest, ita Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 2. num. 105. Cotta in memoral. in verb. appellatio interposita, post Bald. in rubr. C. comminationes epistol. Maranta in specul. quaest. 2. tertia partis principalis, num. 21.

22 Obserua nonò, quòd appellans à decreto continente grauamen irreparabile, potest impunè resistere volenti procedere ad executionem, spreta appellationes, vt dicit Angel. in l. addictos, C. de appellat. Veronens. caut. 6. Felin. in cap. querenti col. penult. post princip. de offic. deleg. Cotta in memorial. d. verb. appellatio interposita nil innouet. fol. 39. sequitur Lancellot. cit. loc. num. 107. pro singulare id celebrans.

23 Obserua decimò, quòd ad instar aliarum appellationum, haec appellatio à grauamine irreparabili debet interponi infra decem dies, à die illati grauaminis, vt optimè notat Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 50. à n. 78. Verùm hoc procedit in momentaneo, quod si grauamen non esset momentaneom, sed successiuum, vt est in carceratione, & similibus, potest appellari, etiam post decem dies, & vltra, quia dum durat grauamen, semper dicitur esse in fieri, & consequenter dicitur appellatio semper esse infra decem dies, qui dantur ad appellandum, vt notat Speculat. in tit. de appellation. §. restat, num. 6. latè Franc. in cap. super eo, il 2. n. 4. 8. & 9. de appellat. Felin. in cap. accedens il 2. num. 19.

& seqq. vt lit. non contest. Rota *decis.* 4. alias 54. *de restit. spol. in antiqu.* Lancellot. *de attent. cit. loc. num.* 148. qui declarat hanc sententiam pluribus modis.

24 Primò, eam non procedere, quando quis appellaret specificè à grauamine iam sibi illato, puta per mensem antea, quia tunc male appellaret, cum respectu præteriti non diceretur verè esse infra decem dies.

25 Secundò, si Iudex vltra illationem grauaminis, etiam pronunciaret carcerationem iustam, &c. quia tunc debet intra decem dies à tali pronunciatione appellari.

26 Tertiò, si verba dispositionis concedentis appellationem sint fundata in causa tractatus successiui, & reiterabilis, secus si in causa momentanea; hæ tres declarationes, siue limitationes habentur ex Felin. *in d. cap. accedens, sub num.* 24.

27 Quartò, ex *cap. quoad consultationem, num.* 42. *de re iud.* & ex Paul. de Castr. *cons.* 25. *col.* 3. nisi condemnatus fecerit antea actum denotantem sententiam inferentem grauamen successiuum, videri iustam: nam hoc casu oportet volentem ab huiusmodi sententia reclamare, quòd infra decem dies appellet, ita distinctè in his quatuor casibus loquitur Lancellot. *cit. loc. à num.* 150.

28 Aduerte, quòd licèt regulariter à decreto, siue mandato de exequendo non detur appellatio; nihilominus si hoc decretum, siue mandatum in aliquo grauet, vt quia addit sententiæ, vel quid simile, admittit appellationem, & à prædicto decreto, siue mandato potest appellari, vt per Rot. *diuers. decis.* 100. *num.* 1. *&* 17. 1. *part.* per opinionem Bald. *in l. terminato, num.* 9. circa med. *C. de fruct. & lit. expens.* Abb. & Felin. *in cap. quoad consultationem, de re iudic.* dummodò causa grauaminis sit vera, vt per Innocent. *in cap. in nostra, num.* 5. *&* 6. *de procurat.* Geminian. *in cap. quamuis, num.* 4. *in princ. de elect. in* 6. Imol. *in cap. bonæ, num.* 15. *de appellat.* vbi etiam Dec. *num.* 9. 23. *&* 24. Eadem Rota *diuers. decis.* 356. *num.* 7. clarius dicit, quòd à quocumque decreto lato in possessorio datur appellatio, quando continet grauamen, quod in petitorio reparari non potest, secundum opinionem Bart. *in l.* 2. *col.* 2. *de appellat. recip.*

Verùm appellans à decreto lato in possessorio sub prætextu grauaminis, debet hoc grauamen exprimere in appellatione, cum det causam appellationi, adhoc vt Iudex possit esse certus, an debeat deferre appellationi, & supersedere in executione, vt notat glos. in hoc *cap. Romana*, & declarat Felin. *in cap. quoad consultationem, num.* 2. *circa med. vers. reperitur autem, de re iudic.* sequitur Rota *diuer. decis.* 659. *à num.* 4. & refert, sic alias fuisse resolutum *coram R. P. D. Robusterio in vna Firman. attentatorum die* 11. *Ianuarij* 1575. *& in nouis de appellat. decis.* 2. vbi appellans ab vno certo grauamine, & ab omnibus alijs grauaminibus, de quibus in actis, non potest prosequi appellationem, nisi super grauamine expresso.

29 Obserua vndecimò, quòd per processum ad vlteriora, cùm censeatur Iudex reijcere oppositam exceptionem dilatoriam, dicitur grauare, & proinde datur appellatio in tali casu, vt resoluitur Rota *in vna Romana domus* 29. *Martij* 1574. & in alia etiam *Romana census* 10. *Decembris* 1578. *coram Seraphino inter diuers.* 444. 1. *part.*

30 De sententia, quæ habet vim diffinitiuæ, non potest assignari certa Regula. Dantur tamen nonnulla exempla apud DD. Vt est decretum, per quòd denegatur appellatio, dicitur habere vim diffinitiui; & datur appellatio, vt asserit Valasc. *cons.* 47. Idem de præcepto de soluendo testatur Rota *Lucens. decis.* 80. Et de sententia, siue decreto, quo Iudex pronunciauit aliquem non esse minorem, vel non habere restitutionem; à quo potest appellari, affirmat Gram. *decis.* 159. *n.* 1. Viu. *decis.* 302. Similiter à sententia delationis iuramenti alteri parti per Iudicem factæ, vt Misinger. *centur.* 1. *obseru.* 39. & Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 50. *num.* 192. vbi voluit, posse etiam appellari elapso decennio à die delationis iuramenti per Iudicem, dummodò sit intra decem dies à die præstationis iuramenti; & hæc appellatio potest interponi à parte, contra quam est delatum iuramentum, Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. glos.* 9. §. 1. *in Annot. num.* 195.

31 Vlterius potest appellari à decreto immissionis in possessionem, quia vim diffinitiui habet, vt tenet Stephan. Gratian. *decis.* 60. sed de iure canonico hoc non est in quæstione, nam in Foro Ecclesiastico à quocumque decreto in possessorio, siue sententia lata, potest appellari, ex *cap.* 1. *de caus. poss. & propr. & cap. cum ad sedem,* vbi omnes præsertim Bellam. *num.* 10. qui latè hanc rem explicat, & Bero. *quæst.* 52. *de restit. spol. Clem.* 1. *de re iudic.* Bald. *in l.* 1. *C. si de moment. possess. fuer. appellat.* Pract. Pap. *in forma libelli in caus. spol. poss. in verb. per nostram diffinitiuam, num.* 3. Natta *cons.* 566. *lib.* 3. Io: Old. *tract. de iur. & aquir. tit.* 12.

32 Item datur appellatio ab omissione condemnationis expensarum, vt tenet Gam. *decis.* 65. Guid. Pap. *decis.* 42. Et à decreto sequestrationis mulieris, resoluit Anna *allegat.* 82. Et à decreto pronunciationis, executionem esse reuocandam, probat de Amat. *decis.* 19. Et à decreto absolutionis instantiæ, vulgariter dicto ab obseruatione iudicij ob ineptitudinem libelli, vel ob aliam causam, datur etiam appellatio, vt voluit Crescent. *decis.* 6. *de appellat.* quod decretum licet sit interlocutorium, tamen habet vim diffinitiui, vt per Abb. *in cap. ad dissoluendum, in* 1. *notab. de desponsat. imped.* sed melius, quia hoc decretum diffinit, & absoluit, multum videtur participare cum diffinitiua sententia, vt optimè idem Crescent. *cit. decis.* 6. *num.* 6. per doctrinam Bart. *in l. Iulianus in fin. col.* 9. *de cond. ind.* non tamen dicimus ratione huius participationis esse diffinitiuum, sed potius mistum, quam merum interlocutorium, ita Rota *in vna Gebennen. Prati coram D. Ludouicu*, vt refert idem Crescent. qui dicit in *d. decis.* quod licet regulariter ab interlocutoria non appelletur, etiam in casu appellabili, nisi in scriptis, iuxta *cap. cordi, de appellat. in* 6. nihilominus ab hoc decreto absolutionis ab obseruatione iudicij potest appellari viua voce, ex doctrina Abb. *in cap. ad dissoluendum cit.* Franc. *in cap. vt debitus, col.* 9. *de appellat.* Anton. de Butr. *in cap. cum cessante, in* 2. *col. de appell.* Matthesil. *not.* 39. & in specie Angel. Aret. *in l.* 1. §. *libelli ff. de appellat. & in l. eius qui ideo, de appellat. recip.* licet Rota *in decis.* 13. alias 1. *vt lit. pend. in nou.* & Ægid. *decis.* 335. videantur contrarium tenere.

33 Decretum legitimationis personarum potest etiam dici habere vim diffinitiui; immò illud reduximus supra ad decretum, quòd continet damnum irreparabile, ideò ab eo datur appellatio, ita Cappell. Tholos. *decis.* 38. Sic etiam appellatur à decreto iniustæ admissionis articulorum, vt per Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. glos.* 9. §. 1. *in Annot. num.* 191. Et à decreto iniustæ reiectionis articulorum, vt in vtroque casu loquitur Gratian. *discept. forens. cap.* 74. *num.* 15. sequutus opinionem Bald. *in l. post sententiam, num.* 4. *in fin. vers. pone ergo, C. de sentent. & inter. omn. iud.* Et ab incidentibus in causa suspicionis Officialium tenet Vincent. de Franch. *decis.* 408.

34 Obserua duodecimò, quòd appellatio à sententia habente vim diffinitiuæ non potest interponi viua voce, sicut potest interponi in sententia diffinitiua, sed omninò debet esse in scriptis, iuxta *text. cap. cordi, de appellat. in* 6. ita tenet Io. Monac. *in cap. cupientes,* §. *si vero per viginti dies, de elect. in* 6. in glos. magna, Guid. Papa *decis.* 463. *num.* 19. Et ita seruatur in omnibus appellationibus ab interlocutorijs, iuxta dispositionem *cap. cordi cit.* Et quod appellans ab habente vim diffinitiuæ, debeat seruare formam *d. cap. cordi*, optimè Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 1. *num.* 60.

35 Obserua decimotertiò, quò[illegible]gula illa, quòd gesta appellatione pendente, ab interlocutoria, non sunt attentata, non procedit in gestis appellatione pendente ab interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ; nam sunt attentata, & veniunt reuocanda, cùm hæc appellatio reguletur secundum naturam appellationis à diffinitiua, ita Alex. *cons.* 18. *in princ. lib.* 6. Lancellot. *de attent. cit. loc. num.* 57.

36 Obserua decimoquartò, quòd præceptum Iudicis præcedente causæ cognitione, habet vim diffinitiuæ, & admittit appellationem, tenet Specul. *tit. de act. seu petit. in* §. *super actione, seu petitione, vers. sed qualiter formabit libellum, & vers. cæterum & vers. fin.* 4. §. *num.* 3. *&* 11.

& 11. DD. *in cap. hi qui, de appellat.* Guid. Pap. *decis.* 12. *num.* 5.

37 Obserua decimoquintò, quòd vbicumque interlocutoria parat præiudicium negotio principali, tunc interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ secundum Bart. *in l. Titia, ff. de accus. & in l. eius, qui, ff. de appellat.* Guid. Pap. *cit. loc. num.* 2. & admittit appellationem.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *IVs Canonicum in materia appellationis an concordet cum S.C. Trid.* sess. 22. de refor. cap. 7.
2 *Adducitur discrimen contra Ventrigliam.*
3 *Ius Canonicum hodiernum S.C. Trid.* sess. 24. de reform. cap. 20. *quam appellationem permittat.*
4 *An detur appellatio à decreto torturæ?*
5 *Expenso Riccio resoluitur quæstio.*

1 IVs Canonicum in materia appellationis concordat cum decreto Concil. *sess.* 22. *cap.* 7. *de reformatione*, videtur iudicare Ventriglia *num.* 1. & 2. quoad Concilium Trid. reperitur statutum, vt non possit recipi appellatio nisi à sententia definitiua, vel definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat. Idemque disponere *textum in cap. Romana de appell.* tradit Ventrigl.

2 Veriùs tamen, est quod Ius Canonicum permittit appellationem ab interlocutorijs, *cap. super eo il 2. de appellat. in 6. & concord. in l. vnic. C. si de moment. poss. oppos.* 3. *num.* 5. ait Summos Pontifices id statuisse, vt lites cum iustitia, & sine grauamine pertransirent, & Bal. *in l.* 2. *num.* 4. contra Petrum de Bellapersica obloquentem contra iura canonica non respexisse, nisi extorsionem pecuniæ, ideòque admisisse crebras appellationes ait, Bellapersicæ dictum esse falsum, nam quod possit appellari ab interlocutoria fuisse introductum, inquit à Sanctis Viris propter æquitatem, & iustitiam.

3 Ius Canonicum hodiernum iuxta Sacr. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformatione cap.* 20. prohibet appellationem ab interlocutoria non habente vim definitiuæ, & cuius grauamen potest reparari per appellationem à definitiua, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *lim.* 7. *membr.* 7. *num.* 29. fusè dixi in Gratian. *discept.* 76. *à num.* 1.

4 Appellatio an detur à decreto torturæ? Iuxta Conciliare decretum videtur affirmandum quia illatio torturæ pareret præiudicium omninò irreparabile, & tortura illata, appellatio nihil opeparetur, Hyppol. Clar. Caracc. & alios congerit Ventrigl. *num.* 9.

Restringit Ventrigl. *num.* 10. Quando tortura est euidenter indebita, sed quando omna ritè, & rectè processerunt, vt quia datæ fuerunt defensiones, & repulsa concessa, & auditus Reus in omnibus suis iuribus cum Aduocato, & Procuratore, & inditia non sunt euacuata per defensiones, & alia requisita concurrerent, quia videtur potius appellari ad dilatandum, & ad differendam sceleris punitionem non debeat admitti appellatio, comprobet praxi Archiepiscopalis Curiæ Neapolis non admittentis huiusmodi appellationes à tortura, vti friuolas, vt testatur Ricc. *decis.* 92. *part.* 2. *in fine*, ita Ventrigl. *num.* 10. scio consil. D. Carol. Petram *in ritu* 259. *n.* 12. recensere Oraculum Apostolicum pro Curia Archiepiscopali negans appellationem. At ego non potui inuenire, nec meum intellectum captiuare pro inappellabilitate decreti. Veneror tantum virum omni quo comendandum.

5 Rectiùs dicendum erit appellari posse à decreto torturæ, quia contineat grauamen irreparabile, vt Reg. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 1. *in. num.* 13. Consil. de Rosa *in praxi crimin. cap.* 12. *num.* 6. vbi inquit quòd per appellationem ipse abstineret à tortura. Beneuerum quoties friuola esset appellatio tunc appellatio reijcatur, per *l.* 2. *ff. de appell. rec.* Baiard. ad Clarum *quæst.* 64. *num.* 85. eumdem Consil. Rosa *vbi sup.* ratò, & per quam ratò appellationem posse esse friuolam, puto iuxta eumdem Authorem.

SVMMARIVM.

1 *APpellatio ab interlocutoria debet interponi cum expressione causæ. Quæ debet exprimi nominatim, num. 2. Etiam si causa sit notoria, num. 3. Declaratur num. 4. Et sufficit, quod talis causa sit probabilis, num. 5. Et ex pluribus causis expressis sufficit, quod iustificetur vna, num. 6. Et coram Iudice ad quem, num. 7. Et quomodo debeat probari ad finem inducendi attentata, num. 8.*
9 *Appellatio ab excessu executionis debet continere causam expressè, & nominatim. Limitatur, quando ex verbis appellationis comprehenditur causa, n. 10.*
11 *Appellatio ab interlocutoria non est necesse, quod contineat causam in decreto sequestri. Declara n. 14. & 15. Quod limitatur, num. 13. Nec à decreto torturæ, num. 12.*
16 *Tertius appellans pro suo interesse debet exprimere, & probare causam.*
17 *Sententia super desertione appellationis an sit interlocutoria, vel diffinitiua.*
18 *Appellationis ab interlocutoria requisita omnia.*
19 *Appellatio quando debeat interponi in scriptis. Et quando possit interponi voce. Et quando dicatur nulla appellatio defectu scripturæ, num. 20. Quid de Iure Canonico, num. 21. Et an causet attentata, num. 22.*
23 *Appellatio quando dicatur in scriptis. An ita debeat esse in causis summariis, num. 24.*
25 *Appellatio ab interlocutoria debet continere petitionem apostolorum. Et qui dicantur apostoli. Et quare sic dicti, num. 26. Et dicuntur multis modis, num. 27. Et sunt de substantia appellationis, nu. 28. Quos sufficit petere intra triginta dies, num. 29. Et quando incipiat currere hic terminus, n. 30. Et petitio apostolorum fit cum iteratis instantiis, n. 31.*
32 *Appellatio admissa sine petitione apostolorum valet.*
33 *Appellans debet infra terminum triginta dierum petere, & recipere apostolos. Iudex potest abbreuiare dictum terminum, n. 34. Et quando teneatur pars redire pro apostolis, num. 35. Quid si impedita, num. 36.*
37 *Appellans, si in termino iuris non redierit pro apostolis, sed procurauerit causæ commissionem, an dicatur appellatio deserta.*
38 *Praxis concedit copiam sententiæ loco apostolorum.*
39 *Appellatio ab interlocutoria, vel à grauamine debet interponi infra decem dies. Qui an dicantur vtiles, vel continui, num. 40. Currunt de momento ad momentum, num. 41. Quando incipiant currere, num. 42. Et an currant impedito, num. 43. & an dies sententiæ computetur, num. 44. Et etiam adhærens appellationi, debet adhærere infra decem dies, num. 45. Ac etiam ratificans, num. 46.*
47 *Appellans à reiectione tacita per processum ad vlteriora, debet appellare infra decem dies. Et cautela, si non est ita appellatum.*
48 *Appellatio, nec de consensu partium, potest interponi post decem dies, qui currunt, etiam pendente compromisso. Et in sententia conditionali quando incipiant currere, num. 49. Et quid de restitutio in integrum per decem dies, num. 50. Et quid in appellatione à sententia Arbitri, vel Arbitratoris, nu. 51. Et quid in appellatione coram honestis viris, n. 52.*
53 *Paupertas an excuset ab appellando infra decem dies.*
54 *Appellatio tacita, idest arreptio itineris ad Superiorem debet fieri infra decem dies. Appellans ad Superiorem debet illum declarare infra decem dies, nisi vnicum habeat Superiorem, num. 55.*
56 *Fiscus appellare tenetur infra decem dies. Qui currunt, etiam opposita nullitate, num. 57.*

58 *Contumax quomodo appellet infra decem dies. Et quomodo computandi dies isti.*

59 *Appellatio post decem dies valet à grauamine successiuo. Quid de appellatione ab actibus extraiudicialibus puta electione, &c. Et quid si actus confirmatur Iudicis decreto, num. 60.*

61 *Appellari an possit post decem dies ex Consuetudine, vel Statuto. Quid de tertio veniente ad causam, num. 62.*

63 *Appellatio post decem dies valet, si appellans non habuit copiam Iudicis à quo, & ad quem.*

64 *Appellatio à sententia excommunicationis sub conditione valet post decem dies.*

65 *Appellatio in dubio non præsumitur infra decem dies.*

ANNOTATIO VIII.

§. II.

Diximus §. *præced.* dari appellationem à sententia diffinitiua, & à sententia interlocutoria, quæ habet vim diffinitiuæ, aut continet grauamen irreparabile per sententiam diffinitiuam. Hìc obseruamus appellationem ab interlocutoria differre ab appellatione à diffinitiua; nam illa debet habere requisita *cap. cordi, de appellat. in 6.* Quorum primum est, quòd in appellatione ab interlo-
1 cutoria regulariter debet exprimi causa, vt expressè *in d. c. cordi, & in Clement. appellanti, de appellat.* Rota *decis.* 2. aliàs 7. *de appellat. in nouis*, vbi *num.* 2. dicit, hanc expressionem causæ esse inductam duplici ratione. Prima, vt deferatur Iudicibus honor debitus, ex *cap. vt debitus, de appellat.* adhoc vt Iudex possit cognoscere si, & in quo grauauit, & quales apostolos dare debeat, vt in *d. cap. cordi*. Secunda, vt pars non possit amplius variare à grauamine, à quo appellauit.

2 Hinc deducitur, non valere appellationem ab interlocutoria, si appellans per clausulam generalem expresserit causam, siue causas, dicendo, appello à grauamine, siue grauaminibus, quæ ex actis, & processu causæ colligi possunt; imò appellans ab interlocutoria, expressa vna, vel pluribus causis nominatim, & in particulari, & deinde cum generali clausula dixit, ab omnibus alijs grauaminibus, quæ ex actis, &c. non potest prosequi appellationem vigore dictæ clausulæ generalis quoad grauamina nominatim non expressa, vt vno ore fuisse decisum testatur Rota *in nouis decis.* 2. aliàs 7. *de appellat.* & licèt contra hanc opinionem posset adduci *decis. Lanfranch.* 208. tamen quia ipsemet Lanfranch. & Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 48. testatur, multos DD. tenere prædictam opinionem, per ea, quæ adducuntur in *præcit. decis. Rotæ in nouis*, ideò ab ea non est discedendum. Eaque opinio vt in appellatione ab interlocutoria debeat exprimi causa.

3 Ampliatur primò procedere, etiam si ipsa causa esset notoria; nam quamuis notorium excuset ab onere probandi, quia per se dat finem probationis, non tamen excusat à necessitate formaliter opponendi, quia notorium sui natura non dat hunc finem expressionis, vt notat glos. *in d. Clement. appellanti, verb. alias causas*, DD. *in cap. accedens, de accusat.* Felin. *in cap. cum dilecta, col.* 16. *de rescript.* & habetur apud Rot. cit. *in nouis, num.* 4.

4 Declaratur conclusio proposita, vt tunc debeat exprimi causa in appellatione ab interlocutoria, quando iniquitas interlocutoriæ detegitur ex allegationibus, & probationibus in facto, & ita procedit opinio *glos. cit.* & sequacium; sed si iniquitas interlocutoriæ consistat in iure, & detegatur ex allegationibus iuris, non requiritur in tali appellatione expressio iustitiæ causæ, & in hoc casu procedit opinio Innocentij relata per glos. *in d. Clement. appellanti*, ita distinguitur, & declaratur conclusio prædicta apud Rot. *in dec.* 2. *de appellat. in nouis, num.* 4. *vers. alia additio*, per Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *lim.* 53. *num.* 54. & Gratian. *discept. forens. cap.* 232. *num.* 29. *&* 30. Ex quibus infertur, quòd vbicumque ex facie sententiæ appareat iniquitas interlocutoriæ, quod tunc sufficiat dicere, appello propter iniquitatem sententiæ, quæ euidens est ex actis. Nec obstat, quod diximus supra cum glos. *in d. Clement.* quod notorietas non excusat ab expressione, quia intelligitur de alio notorio, quam de notorio ex actis constante, vel ex tenore sententiæ, quod esse notandum testatur Anton. *in d. Clement. appellanti*, optimè Lancellot. *cit. loc. num.* 52.

Ampliatur secundò, causam expressam in appellatio- 5
ne ab interlocutoria sufficere esse probabilem ex processu, vt probat Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limitat.* 1. *num.* 51. testans ita fuisse decisum in vna *Asten. Occupationis Sedis, sub die* 12. *Februarij* 1552. adducta inter *Recollect.* Caputaq. *decis.* 118. alias 121. incip. *sententia lata*.

Obserua primò, quòd si in appellatione ab interlocu- 6
toria fuerint expressæ plures causæ nominatim, sufficit pro validitate appellationis, quod vnà tantum causa iustificetur, ac probetur, *cap. significauit, & cap. significante*, vbi Abb. & Dec. *de appellat. in vlt. notab.* sequitur Bocr. *decis.* 74. *num. vlt.* & refert Lancellot. *de attent. loc. cit. num.* 49.

Obserua secundò, sufficere hanc causam expres- 7
sam in appellatione ab interlocutoria iustificare coram Iudice ad quem, relicto Iudice à quo; nam benè potest hæc causa iustificari coram Iudice ad quem, Franc. *in cap. interposita*, post *princ. de appellat.* Lud. Gozzad. *cons.* 22. *num.* 15. sequitur Lancellot. *de attent. loc. cit. num.* 50.

Obserua tertiò, quòd ad finem inducendi attentata, 8
hæc causa exprimenda in appellatione, ab interlocutoria debet probari, & sic dicitur iustificata appellatio, quo facto, & non ante, attentata post appellationem ab interlocutoria reuocantur, ad *textum in cap. vt debitus, de appellat.* & clarius in *cap. non solum eod. tit. in 6.* Franc. *in cap. super eo el* 1. *ad fin. & in cap. significantibus, num.* 8. *vers. vltimo, & in cap. interposita, in princ. de appellat.* Rot. *decis.* 1. *in vlt. addit. & decis.* 35. alias 234. *de appellat. in nouis, & decis.* 8. alias 81. *eod. tit. in antiq.* ex quibus Lancellot. *cit. loc. limit.* 1. *num.* 40. tenuit hanc probationem causæ, ad hunc effectum attentatorum, esse simpliciter necessariam. Verùm ipsemet *num.* 43. dicit, quòd si hæc probatio non fuit admissa, sufficit, quòd oblata fuerit.

Obserua quartò, quòd in appellatione ab excessu exe- 9
cutionis, omninò debet exprimi causa grauaminis nominatim, & non in genere, per relationem ad acta, cùm in hoc casu dicatur appellatio interponi contra formam iuris, adhoc vt Iudex sciat, an appellationi sit deferendum, optimè notat Gratian. *discept. for. cap.* 333. *num.* 13. vbi *num.* 15. testatur, non esse solitum apud Signaturam recipi appellationes ab excessu executionis, & causas illius committere cum facultate inhibendi executori, nisi gustato aliquid de grauamine, Rota *de appellat. in nouis, decis.* 45. *&* 50. Felin. *in cap. quoad consultationem* 15. *col.* 12. *ad fin. vers. & quod Iudex, num.* 18. *de re iud.* Rot. *diuers. decis.* 100. *num.* 16. *part.* 1.

Obserua quintò, quòd si ex verbis appellationis ab in- 10
terlocutoria necessariò comprehenditur causa grauaminis; tunc illa dicitur satis expressa ad hunc finem, tenet Angel. *in l. Prætor ait, §. interdictum, in fin. ff. de nou. oper. nunc. & in l.* 1. *ad med. vers. & per hoc, num.* 3. *ff. de lib. & posthum.* Gratian. *discept. for. capp.* 444. *num.* 51. *&* 52. testans id esse notandum.

Obserua sextò, quòd in appellatione ab interlocutoria 11
concedente sequestrum, non est exprimenda causa, cùm ex decreto sequestri constet de grauamine ex præsumptione iuris. Ista enim interlocutoria est iniusta, cùm contineat concessionem sequestri, quæ est contraria iuri, quare propter præsumptum vitium pronunciationis non est necessaria expressio causæ appellationis, prout idem
etiam dicimus, quando appellatur à decreto de torquen- 12
do, cùm tortura sit contra ius, nisi appareant inditia sufficientia, *l. maritus, ff. de Quæst.* Vnde erit superuacanea expressio causæ in re apertè prohibita, argumento *l. si constat, de appellat. l. qui testamento, de excus. tutor. l. si quis procuratione, de appell.* & ita in specie de sequestro, & tortura concludit Bald. *in l. minoribus*, post *princ. n.* 5. *vers. sed in appel. C. de his, quib. vt indig.* sequitur Castr. *ibid. col.* 1. *in fin. vers. dicitur hoc, num.* 7. Franc. *in cap.* 1. *col.* 3. *ad med. vers. quarto limita, n.* 7. *de appellat. in 6.*

Ex

13 Ex prædictis infertur, quòd in appellatione à sequestro relaxato iuxta formam *Clement. 1. de sequestr. poss. & fruct.* erit inserenda causa, cum ius permittat dictum sequestrum, & cesset præsumptum vitium interlocutoriæ, vt contrariorum sit eadem disciplina; si enim in appellatione à sequestro non est exprimenda causa, quia regulariter ius prohibet sequestrari, vt dictum est, ergo quando idem ius concedit sequestrum, opus erit eiusdem causæ expressione, si appelletur, quasi colligatur iniquitas appellationis interpositæ contra id, quod iure permittente fuit factum; cum contraria procedant, quando ius expressè facit contra interlocutoriam, non quando ei assistit, Cassad. *decis. 4. num. 3. vers. vnde dicas aliter, & num. 5. versic. ex quibus constat, de sequestr. possess. & fruct.*

14 Neque obstat, quòd non semper ius assistat concessioni sequestri, iuxta formam *d. Clement.* cum etiam detur casus, in quo non est locus sequestro, quando videlicet condemnatus possederat Beneficium triennio, prout in Rota ita seruari testatur Mandos. *regul. 29. de subrogand. litigan. quæst. 5. num. 2. in fin. vers. sicut etiam fecit*, sufficit enim, quòd solum moueatur lis contra triennalem pacificum possessorem, quamuis regula triennali non possit gaudere, nam lata sententia contra talem possessorem, non est locus sequestro, cum *d. Clement.* solum requirat tempus triennalis possessionis pacificæ, non autem effectum regulæ triennalis, seu alia requisita, etiam quod triennalis habuerit sententiam contra se priuatoriam ob non solutionem pensionis; solum enim cursus triennalis pacificæ possessinnis sufficit ad excludendum sequestrum, non obstante tali priuatione infectiua, Card. Cassad. & alij per Mandos. *d. Regul. 29. quæst. 5. in fin. num. 4.* & sicut non potest decerni sequestrum contra triennalem possessorem, ita neque contra cessionarium, nisi Beneficium possessionis triennalis sit personale, Put. *decis. 347. num. 2. part. 3.*

15 Quia respondetur, quòd ista est quæstio facti, & non iuris; vnde magis debet talis possessor triennalis exprimere causam, adhoc vt eius appellatio à sequestro valeat; non enim ex hoc redditur ius obscurum, quod concedit sequestrum, vnde debet constare, & allegari Iudici ex probationibus facti, & non prodest, nisi ex deductis hoc manifestè appareat, & sic est exprimenda causa, cum non sit res aperta, prout est quando iniquitas detegitur per allegationem iuris, quo casu non requiritur alia expressio causæ, tanquam in re clara, & manifesta, prout distinguit Bald. *in l. minoribus, ad med. num. 6. vers. vbi ergo, C. de his quib. vt indig.* Franc. *in cap. 1. col. 2. de appellat. in 6.* & in specie triennalis sequestri Cassad. *decis. 4. num. 3. in fin. vers. neque obstat, de sequestr. possess. & fruct.*

16 Obserua septimò, quòd tertius appellans pro suo interesse ab interlocutoria, siue diffinitiua, non solum habet exprimere causas appellationis, sed eas debet iustificare, saltem semiplenè, antequam ad vlteriora procedatur, Felin. *in cap. cum super 17. in princip. de sent. & re iud.* Quoties enim quis pro suo interesse vult admitti in iudicio, debet saltem docere de eo semiplene, ita vt iste articulus præiudicialis sit prius examinandus, Aret. *in l. à sententia, de appellat.* post Bart. *in l. si quæramus, de testam.* Innoc. *in cap. veniens, il 2. de testib.*

17 Hinc ad cognoscendum si in appellatione sit exprimenda causa, & quomodo sit appellandum. Quæritur, an sententia lata super desertione appellationis sit interlocutoria, an diffinitiua; nam in appellatione à diffinitiua non requiritur expressio causæ, vt testatur Specul. *lib. 2. de appellat. §. 6. num. 2.*

Resp. DD. in hoc casu diuisi sunt in triplicem sententiam. Alij enim tenuere esse sententiam interlocutoriam, ita Bald. quem sequitur Salic. *in l. si Præses, C. quo, & quand. Iud.* Henric. Bahic. *in cap. in literis, de offic. deleg.* Io. Andr. *in glos. Clem. fin. de appell.* Cappell. Tholos. *decis. 47. & decis. 28.* & alij. Secunda sententia tenuit non esse diffinitiuam, neque interlocutoriam; non diffinitiuam, quia non est lata super negotio principali, sed super processu, non interlocutoriam, quia non expectat aliam sententiam diffinitiuam post se, ita tenet ex *decisionib.* Rotæ Add. ad Guid. Pap. *decis. 11. vers. finis causa, lit. B.* Tertia sententia cum distinctione processit, dicens, si pronuncietur super desertione appellationis interpositæ à sententia interlocutoria; tunc sententia super desertione, dicitur etiam interlocutoria, quia non imponit finem negotio principali, & in hoc casu debet appellari in scriptis, & cum expressione causæ, iuxta *cap. cordi cit.* si verò pronuncietur super desertione appellationis interpositæ à sententia diffinitiua, & sententia desertionis dicitur diffinitiua, cum ex tali desertione imponatur finis causæ principali, & ita distinguit Guid. Pap. *d. decis. 11.* referens, secundum eandem decisionem fuisse iudicatum.

18 Rursus diximus requiri ad appellationem ab interlocutoria expressionem causæ, pro primo requisito *cap. cord. cit.* Obseruandum est, vltra prædictum requisitum, requiri & alia, quæ vsque ad decem numerat Roman. *cons. 501. num. 1.* dicens in appellatione ab interlocutoria requiri decem, quorum altero deficiente, non valere appellationem. Primò, requiritur causa grauaminis illati, vel comminati, *cap. cum cessante de appellat.* Secundò, quòd sit causa legitima, *cap. vt debitus, & cap. cum speciale, de appellat.* Tertiò, quòd sit vera, *cap. interposita, cit. tit.* Quartò, quòd sit expressa coram Iudice, *cap. vt debitus, & cap. cum causa, de appellat.* Quintò, quòd non sit admissa petitio, vel exceptio, *cap. dilecte de appellat.* Sextò, quòd fiat in scriptis, *cap. cordi, eod. cit. tit. in 6.* Bart. *in l. eius qui ff. de appellat. recip. num. 4.* Septimò, quòd ideò appelletur, quia non fuit admissa petitio, vel exceptio, vt in *d. cap. dilecte.* Octauò, quòd petantur apostoli, vt in *d. cap. cordi, & in Clemen. quamuis eod. tit.* Nonò, quòd si appellans hoc petierit, veniant partes instructæ cum singulis munimentis ad causam facientibus, vt in *d. cap. cordi.* Decimò, quòd fiat infra decem dies, *cap. bone de conf. vtil. vel inutil. cap. cum inter, de re iud.* quæ omnia decem requisita præstringuntur ad causam in scriptis, cum petitione apostolorum, & infra decem dies, vt in *d. cap. cordi.* Dicto igitur de causa, sequitur modo de scriptura appellationis. Ad quod

19 Obseruandum est cum Specul. *lib. 2. tit. de appellat. 6. §. in princ.* appellari posse à diffinitiua viua voce, & sine scriptura, si appellatio interponatur illicò, & incontinenti post latam sententiam; dicitur inconninenti, dum Iudex sedet pro Tribunali ad proferendam sententiam, & alios actus iuridicos exercendos; quòd si ad alia negotia diuertit, non dicitur incontinenti, vt obseruat Specul. *loc. cit.* Si verò appellatio interponatur non incontinenti, sed ex interuallo, idest dum Iudex diuertit ad alia negotia, tunc est appellandum in scriptis, per *text. in l. 2. in fin. ff. de appellat.* Put. *lib. 3. decis. 102. in princip.* Quando dicatur incontinenti, & quando ex interuallo, latè Marant. *in specul. part. 6. tit. & quandoque appellatur 137.* Quocumque verò tempore appellatur ab interlocutoria, vel ab alio grauamine, siue incontinenti, siue ex interuallo, semper appellatio est interponenda in scriptis, in iudicio, vel extra, glos. *in cap. vt debitus, de appellat.* contra Hostiens. *in cap. 1. de appellat. in 6.* qui tenet scripturam requiri solum in appellatione, quæ fit ad Papam; nam contra Hostiens. est verior opinio practicata etiam in Rota, vt testatur Add. ad Specular. *cit. loc. lit. C. vers. adde, quod necessaria.*

20 Quæ opinio ampliatur, vt appellatio interposita ab interlocutoria sine scriptura dicatur friuola, & inualida, & appellans habeatur pro non appellante, ac nullum producat effectum, & deuolutionem negotij, vt optimè Rota *in nouis de appellat. decis. 54.* alias 385. Quæ procedunt, quando Iudex, à quo est appellatum ab interlocutoria sine scriptura, & sic friuole non detulit appellationi; sed si Iudex eam admisit, & appellationi detulit, tota iurisdictio est ad Superiorem deuoluta, vt notat Put. *decis. 102. lib. 3.*

21 Ampliatur secundò, hanc opinionem procedere indubitate de Iure Canonico, per decisionem *text. in d. cap. cordi*, & posse etiam persuaderi veram de Iure Ciuili, testatur Bart. *in l. eius, qui num. 4. de appellat. recip.*

22 Ampliatur tertiò, vt cum hæc appellatio ab interlocutoria sine scriptura sit iniusta, ac friuola, non producat

atten-

attentata, quando à Iudice non fuit admiſſa; vnde geſta tali appellatione pendente non veniunt reuocanda, ad latè tradita per Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 12. limitat. 6.*

23 Dicitur appellatio ſine ſcriptis, quando non fuit data cedula, ſiue vt vulgò dicitur, comparitio continens appellationem, etiam ſi fuiſſet rogatus Notarius, vt appellationem redigeret in ſcriptis, quia aliud eſt appellare in ſcriptis, & aliud appellationem verbalem redigi in ſcriptis, ita optimè notat Put. *deciſ. 104. lib. 2.* ſequutus opinionem Franc. *in cap. 1. in princip. col. fin. verſ. ſecundò aduerte, de appellat. in 6.* reſpondens ad *deciſ. Aegid. 15.* tenet etiam Lancel. *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. n. 77.*

24 Dubitatur, an appellatio ab interlocutoria in cauſis ſummarijs, & in quibus proceditur abſque ſtrepitu, & figura iudicij, debeat eſſe in ſcriptis, vt in Beneficialibus, &c.

Reſp. poſſe fieri ſine ſcriptis, videtur ſentire Franc. *in cap. vt debitus, col. 7. de appellat.* Verùm Rota apud Put. *deciſ. 102. lib. 3.* receſſit ab hac opinione Franc. ne introduceretur Stylus, quòd in omnibus cauſis Beneficialibus appellaretur ſine ſcriptura.

25 Tertium requiſitum neceſſarium per *cit. cap. cordi*, ad appellationem ab interlocutoria, eſt petitio apoſtolorum, quæ etiam in appellatione à diffinitiua intercedit, de quibus etiam in *cap. ab eo*, & Clement. *quamuis, de appellat.* & ſeruat Praxis.

26 Dicuntur apoſtoli in Iure Literæ datæ appellanti, in quibus continentur allegationes, & qualiter in cauſa proceſſum ſit, ita gloſ. *in Clement. 1. de appellat. in verb. notat apoſtolos.* Et gloſ. *in d. cap. cordi, verb. petat apoſtolos*, vocat apoſtolos Literas dimiſſorias, quæ à Iudice à quo, ad Iudicem ad quem mittuntur acceptationis, ſiue refutationis appellationis. Dicuntur apoſtoli ab *Apo*, quòd eſt, *de*, & *Stolon*, quòd eſt miſſio, quaſi miſſio, quam facit vnus Iudex ad alium, ſic etiam de Apoſtolis dicimus, quòd à Deo, vel de Cœlo miſſi fuerunt, ita gloſ. *cit. in d. cap. cordi.* Praxis vocat apoſtolos ſcripturam continentem appellationem interpoſitam coram Iudice à quo, cum acceptatione, vel refutatione illius, & copiam decreti, à quo eſt appellatum.

27 Apoſtoli alij dicuntur conuentionales, vt ſi vna pars appellauit, & altera admiſit appellationem in iudicio, Iudice refutante, vel acceptante, ſiue extra iudicium, & ſcriptura hoc continens apoſtoli conuentionales poteſt dici, ita Specul. *lib. 4. part. 2. tit. de apoſtol. 3. §. num. 1.* Alij dicuntur apoſtoli teſtimoniales, & eſt illa ſcriptura, quæ teſtificat de appellatione facta coram Iudice, vel coram publicis, & honeſtis perſonis, Specul. *cit. loc.* Alij dicuntur apoſtoli dimiſſorij, & eſt illa ſcriptura per quam apparet, quod Iudex à quo appellationi detulit, & partem à ſua iuriſdictione dimiſit, & eam ad Iudicem ad quem mittit, & alias dicuntur Literæ dimiſſoriæ, ita Specul. *cit. loc.* Alij dicuntur apoſtoli refutatorij, & continentur in illa ſcriptura, ſeu decreto, in quo apparet, quòd Iudex non defert appellationi, & Iudex, qui refutat appellationem, debet dicere cauſam refutationis, ita Specul. *cit. loc. num. 6.* Alij, & vltimo dicuntur apoſtoli reuerentiales, & continentur in decreto, ſeu in illa ſcriptura, qua Iudex à quo, ob reuerentiam Iudicis ad quem appellationem admiſit, ita Specul. *cit. loc. num. 8.* qui *num. 10.* optimè aduertit, quòd libellus appellationis, quod idem eſt, ac apoſtolus, debet continere regulariter, quis appellat, à quo Iudice, contra quem, & ad quem Iudicem, ſuper quo decreto, ſiue grauamine, & quare appellat, & in calce huius libelli ſi Iudex detulerit, vel refutauerit appellationem.

28 Quicquid ſit de nomine apoſtolorum, de quo alibi; obſeruandum eſt, quòd apoſtoli dicuntur eſſe pars, & de ſubſtantia appellationis, ita vt illis non petitis, appellatio dicantur nulla, & inualida, & ſi appellans pro illis non redierit in termino præfixo, appellatio ſit deſerta, ita Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 50. à n. 219.* Rota *in nouis deciſ. 41.*

29 Praxis obſeruat, quòd in libello appellationis petat etiam apoſtolos, ſed verè hoc non eſt neceſſe, nam ſufficit petere apoſtolos infra triginta dies, ita Specul. *cit. loc. num. 15.*

30 Terminus de Iure Canonico ad petendos apoſtolos eſt triginta dierum, ad *text. in l. Iudicibus, & in l. eos, §. apoſtolos, C. de appellat. cap. ſuper, & cap. ab eo, de appellat. in 6. Clement. quamuis, eod. tit.* A quo tempore incipiat currere hic terminus triginta dierum, controuerſum eſt inter Doctores. Nam alij dicunt, quòd incipiat currere à die ſententiæ, vt teſtatur Guid. Pap. *tract. de appellat. quæſt. 27. ad med.* ſequitur Miſinger. *ſingul. obſeruat. centur. 4. deciſ. 36.* qui teſtatur de communi. Alij verò tenent, quòd currat à die appellationis, ita Hoſtienſ. *in cap. cordi, de appellat. in 6.* & ſecundum hanc opinionem iudicauit Rota *in nouis deciſ. 5.* alias 29.

31 Petit apoſtolos Praxis cum iteratis inſtantijs, vnde dicit, peto apoſtolos inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſimè, & hoc ex diſpoſitione *Clement. quamuis, de appellat.* vbi diſponitur, quòd non ſolum inſtanter, ſed etiam ſæpius, quod vnico conſenſu, ideſt vna petitione, ſeu comparitione poteſt fieri, vt in *d. Clement.* in illis verbis, *Sufficere, quod per appellantem ſimul vno conſenſu apoſtoli inſtanter, & ſæpius poſtulentur*, vnde per Tribunaliſtas dicitur in appellationibus, *Appello, &c.* bis, ter, quater, & toties, quoties opus fuerit, vt ſatisfaciant particulæ illi in *Clementina* poſitæ, *Sæpius*. Ratio verò, cur petitio apoſtolorum fiat cum tantis iteratis inſtantijs, redditur per Rot. *in nouis de appellat. deciſ. 46.* alias 351. & eſt, vt Iudici debitus honor deferatur, & ipſe moueatur ad reuocandum grauamen, ſi grauauit, quod fortè non faceret, ſi talis inſtantia non fieret.

32 Ex qua ratione collige, quòd ſi Iudex detulit appellationi, eamque admiſit, non eſt neceſſe petere apoſtolos cum tanta inſtantia, & appellatio valet, ſuoſque producit effectus, & hic eſt caſus *cit. deciſ. 46.* Et Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 12. num. 221. limit. 50.* clarius dicit, quòd ſi Iudex appellationi deferat, etiam ſi apoſtoli non ſint petiti, appellatio videtur admittenda, propter vim ipſius delationis, ita Pariſ. Rolan. à Valle, & Boer. apud eundem Lancellot.

33 Terminus triginta dierum, de quo ſupra, non ſolum datur de Iure Canonico ad petendum apoſtolos, ſed etiam ad illos recipiendum; nam appellans debet intra dictum terminum apoſtolos recipere, per *text. in cap. ab eo, de appellat. in 6.* adeo, quòd ſi intra dictum terminum appellans non petat, & recipiat apoſtolos, cenſetur renunciaſſe appellationi, & illa efficitur deſerta, vt in *d. cap. ab eo, & Clement. quamuis cit.* Sed ſi requiſitus non det apoſtolos, debet appellans proteſtari, vt habetur in *d. Clement. quamuis*, & per gloſ. *in l. 1. ff. de libell. dimiſſ.*

34 Iudex poteſt abreuiare hunc terminum triginta dierum, vt communiter DD. *in d. Clement. quamuis*; & proinde pars appellans tenetur redire in termino dato à Iudice, non ſolum in primo termino, ſed etiam ſi Iudex dederit alium ſecundum terminum, dummodò ſit intra terminum iuris, adhuc tenetur comparere pro apoſtolis, vt dicit Abb. *in d. Clement. quamuis num. 5.* non tamen tenetur comparere vltra ſecundam vicem, ita Creſcent. *deciſ. 17. num. 7. de cauſ. poſſ. & propr.*

35 Nota, quòd ſi Iudex dicat, & ſtatuat, quod pars appellans redeat, ſiue compareat pro apoſtolis infra terminum iuris, vel infra terminum viginti dierum, poteſt quandocumque appellans comparere pro recipiendis apoſtolis, dummodò ſit intra dictum datum terminum. Sed ſi dicat, quòd redeat, ſiue compareat in termino iuris, vel vigeſima die, tunc non poteſt comparere ante vltimum diem termini, vt benè aduertit Abb. *in d. Clement. quamuis, num. 6.* Sed ſi Iudex dicat velle dare apoſtolos infra terminum iuris, poteſt tenere impeditum appellantem per totum terminum iuris, vt habetur in *d. Clem. quamuis*, & ibi gloſ. *verſ. vel infra*, & Abb. *num. 10.* At ſi ſemel Iudex dederit apoſtolos infra terminum, appellans non tenetur amplius comparere, & petere apoſtolos, Bald. *num. 2.* & Salicet. *num. 5. in fin. & l. eos, §. fin. C. de appellat.* Seraph. *deciſ. 16. num. 1.*

36 Impeditus, qui poteſt comparere per Procuratorem, non excuſatur ſi in termino non petat, & recipiat apoſtolos; prout in impedito infirmitate, fuit iudicatum per Rot. apud Seraph. *deciſ. 1031.* per doctrinam Bart. *in l. ſed & ſi, §. 1. quib. ex cauſ. maior.* & Bald. *in l. eos, §. apoſtolos*,

ſtelos,

stolos, in princ. C. de appellat. Boer. *decis.* 43. *num.* 9.

37 Obserua, quòd si appellans petijt apostolos, sed non redijt pro illis in termino iuris; verum intra dictum terminum causam appellationis committi fecit, adhuc non dicitur deserta appellatio, ita decisum per Rotam apud Crescent. *decis.* 75. *de appellat.* refert Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 222. Sed verius *decis.* 2. *de appellat.* apud eundem Crescent. vbi ipsemet Crescent. testatur fuisse in contrario voto, quam opinionem tenent multi DD. præsertim Franc. & Ægid. quos ipse citat, & tenet etiam Felin. *in cap. personas, num.* 4. *ad fin. de appellat.* Oliua *super ritu Cur. Archiepiscop. Neap. rit.* 35. *num.* 4. qui magnificat opinionem prædictam. Verum quia in hoc casu reperiuntur diuersæ opiniones Doctorum, & Rotæ decisiones inter se pugnantes; & verè decisio huius casus pendes ab illa intricata quæstione, quando gesta pendente termino receptionis apostolorum sint nulla. In qua quæstione optimè processit Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 13. *limitat.* 53. *à num.* 16. cum multis ampliationibus, & limitationibus, quas omnes referre, esset transcribere, ideò ibi te remitto.

38 Vltimo obserua, quòd Praxis loco apostolorum concepit copiam sententiæ, seu decreti, à quo est appellatum; vt benè seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Ric. *in decis. eiusd. Cur. decis.* 261. *in fin.* 2. *part.* dicens pro apostolis Curiam Archiepiscopalem concedere appellanti copiam sententiæ, quod exprimit Vicarius, quando admittit appellationem, illis verbis, qui Dom. Vicarius appellationem admisit, & mandauit pro apostolis concedi appellanti copiam sententiæ, cum termino dierum decem ad illos recipiendos, decem ad arripiendum iter, & se præsentandum conspectui Apostolico, & aliorum dierum decem ad faciendam fidem Domino Vicario de diligentia in impetratione rescripti, cum comminatione, quod si defecerit in vnoquoque termino, appellatio habeatur pro deserta, vt testatur Oliua cit. Ric.

39 Debere habere aliud requisitum appellatio ab interlocutoria, vel à grauamine, & in hoc conuenit cum sententia diffinitiua, & est vt sit interposita infra decem dies, *cap. anteriorum* 2. *quæst.* 6. *cap. dilecti, de elect. cap. significauerunt, de testib. cap. bonæ de confir. vtil. vel inutil. cap. quoad consultationem, de re iudic.* quòd etiam disponitur de iure nouissimo ciuili, vt in *auth. hodie, C. de appellat.* Bald. & Ias. *in l. arbitro, ff. qui satisd. cog.* De hoc tempore decem dierum, vide apud Specul. *lib.* 2. *particul.* 3. *tit. de appellat.* 5. §. Marant. *in specul. part.* 6. *tit. & quandoque appellatur, à num* 213. Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 50. *à num.* 46. Franc. *de appellat.* Muscatell. & alios. Et ideò regulariter infra dictum tempus appellatio interponi debet, alias erit nulla, secundum Rotam *decis.* 30. *de appellat. in nouis*, alias 190. *& decis.* 2. *de concess. Preb. in nouis*, alias 125. Alex. *cons.* 87. *lib.* 2. Franc. *in cap.* 1. *n.* 11. *de appellat.* Felin. *in cap. quoad consultationem, n.* 35. *de re iudic.*

40 Isti decem dies ab initio dicuntur esse vtiles, & quoad progressum dicuntur esse continui, ita glos. *in cap. concertationi, in verb. sciuerit, de appellat. in* 6. Felin. *in cap. quoad consultationem, num.* 37. *de re iudic.* Rota *in nouis, decis.* 2. *in princip. de dol. & cont.*

41 Hinc infertur primò, quòd isti decem dies computantur de momento ad momentum, ita glos. *in d. cap. concertationi*, Alex. *cons.* 87. *num.* 1. *lib.* 2. qui testatur de communi, & dat cautelam vt appellans apponat horam in appellatione, quia alias vbi posset esse dubium, an appellatio fuerit interposita decima die, vel elapsa decima die, computato tempore de momento ad momentum, non admitteretur appellatio, per id, quod habetur in *l. matrem, C. de probat.* & per notata per Bart. *in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de oper. nou. nunc.*

42 Infertur secundò, hunc terminum dierum decem incipere ab ipsa die prolationis sententiæ, vt notant DD. *in d. auth. hodie*, Lancellot. *de attent. loc. cit. num.* 52. quod procedit contra scientem sententiam: contra vero ignorantem sententiam non incipiunt currere decem dies, nisi à tempore scientiæ prolationis sententiæ, *cap. concertationi, de appellat. in* 6. & benè probatur ex eo, quò diximus supra, dictos decem dies ab initio dici vtiles, tamquam non currant impedito, vel ignoranti, vt aduertit optimè Marant. *loc. cit. num.* 215. Specul. *d. loc. num.* 1. *text.* est, & ibi Bart. *in l.* 1. *§. dies, de appellat.*

Verum quoad impeditum, aduerte, quòd debet intercedere protestatio infra decem dies de impedimento, adhoc vt admittatur deinde, elapso impedimento, post decem dies ad appellandum, vt aduertit Marant. *cit. loc.* & Bart. *in d. §. dies.* 43

Obserua, quòd dies, in quo fertur sententia, computatur in numero decem dierum, cum hoc tempus computetur de momento ad momentum, vt diximus supra, ita tenet Specul. *lib.* 2. *partic.* 3. *tit. de appellat. num.* 3. adducens ad id Bart. ita vt si sententia feratur prima die Septembris, hora vigesima, vel notitia sententiæ superuenerit prima die Septembris, hora vigesima, ab eadem hora dicuntur incipere decem dies, & finire, atque compleri die vndecima Septembris, hora vigesima, exclusiue tamen quoad horam vigesimam vndecima diei, ita Specul. *cit. loc.* 44

Certum est enim, quòd appellatio debeat omninò interponi infra decem dies à recitatione sententiæ, de momento ad momentum computandos, alias est nulla, & non deuoluit, Rot. *decis.* 3. *de appellat. in nouis* alias 11. nec sufficit probare fuisse appellatum, nisi etiam probetur fuisse appellatum infra decem dies; quia appellatio post decem dies non dicitur esse secundum leges, glos. *in l. præsens, ff. de re iud.* Mising. *singul. obser. centur.* 3. *decis.* 15.

Quòd procedit etiam in adhæsione facienda ipsi appellationi; adhærens enim appellationi pro suo interesse debet adhærere infra decem dies, vt notat glos. *in verb. adhærentes, in cap. vt circa, de elect. in* 6. Rota *in nouis decis.* 5. alias 225. *de sentent. excommunic.* & alias facta adhæsio post decem dies est nulla, quoad fauorem adhærentis, secus contra adhærentem, ita Oldrad. *consil.* 328. *col. fin. vers. item constat, & consil.* 376. *col. vlt. in fin.* 45

Procedit etiam in ratificatione appellationis; nam sicut appellatio est facienda infra decem dies, ita etiam ratificatio debet fieri infra decem dies, ita Oldrad. *cons.* 329. *num.* 9. Guid. Pap. *cons.* 124. sub *num.* 7. *vers. ad sextum*, Tiraquel. *tract. de vtroq; retract.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 85. Corn. *cons.* 292. *col.* 2. *lib.* 3. Crauet. *cons.* 252. *num.* 2. Verùm in hoc casu hi decem dies sunt computandi à die scientiæ appellationis interpositæ, ita Oldrad. *cit. loc.* sed in dubio præsumitur hæc ratificatio facta infra decem dies à die scientiæ, vt notat Franc. *in cap. bonæ, num.* 20. *de appellat.* 46

Similiter à reiectione tacita exceptionis per processum ad vlteriora debet etiam infra decem dies appellari, ita Franc. *in cap. intimasti, num.* 8. *vers. tu aduerte, de appellat.* Verùm si sint elapsi decem dies, à die reiectionis appellationis, potest pars instare pro admissione exceptionis altera vice, & si secundo fuerit reiecta exceptio per processum ad vlteriora, potest appellare infra decem dies, à die secundæ reiectionis, ita Paul. de Castr. *cons.* 334. *num.* 6. *lib.* 1. ita etiam si quis fuerit grauatus per Iudicem, nec potuerit appellare, potest etiam elapsis decem diebus instare coram Iudice pro reuocatione grauaminis, ita Rota *decis.* 5. alias 29. *in nouis, de appellation.* 47

Appellatio post decem dies, nec de consensu partium potest interponi, vt aduertit Felin. *in cap. quoad consultationem, num.* 37. *de re iud.* Guid. Pap. *de appellat. quæst.* 114. & si consentientes ambæ partes procederent in causa appellationis interpositæ post decem dies, sententia inde sequuta non valeret, ita glos. *in Clement. si appellationem, in verb. desertam, in fin. de appellat.* Felin. *cit. loc.* Salic. *in auth. hodie, de appellat.* sub *num.* 2. *quæst.* 6. vbi etiam Bald. sub *num.* 5. *vers. quinto quæro*, Osasch. *decis. Pedem.* 7. *num.* 6. licet alias consensus partium multum faceret ad sustentandam appellationem friuolam, & frustratoriam, vt dicit Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit. princip.* 6. *num.* 26. *vers. quarto limita*. Quæ etiam procedunt, si partes pendente hoc termino decem dierum compromitterent; nam non obstante compromisso, currit hic terminus, ita vt illis elapsis, non possit amplius appellari, ita Guid. Pap. *decis.* 115. 48

deciſ. 115. Blanc. *in tract. de compromiſſ.* 6. *quæſt. princ. num.* 27. *verſ. quarto intellige*, qui teſtatur, alias fuiſſe ſeruatum in Ciuitate Lucana, Franc. *in cap. ex ratione*, *de appellat.* Quod fecus eſt in termino proſequendæ appellationis, qui terminus non currit pendente compromiſſo facto partium conſenſu, per *textum in Clement. quandiu, de appellat. & in auth. ſi tamen*, *C. de tempor. appellat.* Caſſad. *deciſ.* 9. *num.* 7. *de appellat.*

49 Quæritur, ſi ſententia ſit conditionalis, & concepta in euentum alicuius conditionis, an decem dies ad appellandum ſint computandi à die ſententiæ, an à die purificatæ conditionis?

Reſp. appellandum eſſe infra decem dies à die prolatæ ſententiæ, nullo expectato euentu purificatæ conditionis, non obſtante quod conditio nihil ponat in eſſe, nam quoad actum appellationis interponendæ, conditio non ſuſpendit diſpoſitionem, quominus intra decem dies etiam à conditionali ſententia ſit appellandum, ad *text. in l.* 1. *§. biduum*, *ff. quando appell. ſit*, Innoc. *in cap. quoad conſultationem*, *num.* 4. & Abb. *num.* 1. *de re iud.* Et ea eſt ratio, quia dicta ſententia, etiam pendente conditione, dicitur grauare, ex quo euenire poteſt conditio, Franc. *in cap. præterea requiſiſti*, *num.* 9. *de appellat.* Oſaſch. *deciſ.* 146.

50 Reſtitutus in integrum ad appellandum poſt lapſum primorum decem dierum, non poteſt appellare, niſi infra dies decem à die prolationis ſententiæ reſtitutionis in integrum, docet Veſtr. *in Prax. Rom. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 18. *de reſtitut. in integr.* Guid. Pap. *tract. de appellat. quæſt.* 103. Rota *in nouis deciſ.* 62. alias 446. *num.* 2. *verſ. præter*, *de appellat.*

51 A ſententia Arbitri eſt appellandum infra dies decem, vt ſupra. A ſententia verò Arbitratoris, ſiue laudo, poteſt peti reductio vſque ad triginta annos, vt optimè docet Marant. *in ſpecul. in* 3. *part. ſexta partis principalis*, *in* 2. *actu*, *num.* 112. Boer. *conſ.* 32. *num.* 1. *lib.* 3. Afflict. *deciſ.* 132. quoad illud de Arbitratore, cuius laudum poſt trigita annos tranſit in iudicatum, Abb. Sicul. *in cap. Quintauallis*, *de iureiur.* 8. *diſt.*

52 Appellatio eſt interponenda coram Iudice regulariter. Verùm ſi intercedat iuſta cauſa, poteſt interponi coram honeſtis viris, vt per Innocent. *in cap. ſi iuſtus metus*, *de appellat.* & adhuc eſt interponenda infra decem dies, Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *ampliat. princ.* 15. *num.* 49.

53 Paupertas licet excuſet à proſecutione appellationis; non tamen excuſat ab appellatione facienda infra decem dies, niſi in caſu, quo appellatio eſt interponenda in ſcriptis, vbi requiritur aliqua impenſa; nam tunc paupertas excuſat, Lancellott. 2. *part. cap.* 12. *ampliat. princ.* 1. *num.* 61.

54 Tacita appellatio, quæ reſultat ex arreptione itineris ad Superiorem, eſt etiam facienda infra decem dies; nam in illa debent concurrere omnes qualitates, quæ concurrere habent in vera appellatione. De qua itineris arreptione latè Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *ampliat. princ.* 16. *per tot.* & quod debet fieri infra decem dies, *num.* 17.

55 Appellatio poteſt licitè interponi generaliter, dicendo, *Appello ad Superiorem*, vel alternatiuè, dicendo, *Appello ad Metropolitanum*, *vel ad Papam*, cum conditionibus, de quibus per Felin. *in cap.* 2. *num.* 1. & 2. *de appellat.* dummodò dictus appellans declaret infra terminum decem dierum certum Iudicem, ad quem appellet. Et ſic collige, quod non ſolum appellatio, ſed etiam declaratio debet fieri infra decem dies, ita Felin. *cit. loc. num.* 1. *ad fin. verſ. ſi tamen*, Alex. *conſ.* 79. *num.* 5. *lib.* 7. quod non procedit, quando Iudex, à quo appellatur, non habet niſi vnicum certum Superiorem, in quo caſu dicendo, *Appello ad Superiorem*, quia Superior eſt certus, non eſt facienda alia declaratio infra decem dies, ita Bero. *conſ.* 80. *num.* 12. *lib.* 3.

56 Fiſcus tenetur etiam appellare infra decem dies; nam in hoc nullum inuenitur Priuilegium conceſſum Fiſco, qui non habet prærogatiuam, niſi in quibus expreſsè reperitur priuilegiatus, *l. placuit*, *ff. de iur. Fiſci*, & fuit deciſum in Rota *in vna Peruſin. hæreditatis* 14. *Martij* 1567. *coram Sarmiento.*

57 Decem dies dati ad appellandum currunt etiam oppoſita nullitate, Guid. Pap. *de appellat. quæſt.* 65. Bart. *in l. ſi expreſſim*, *de appellat.* Butr. *in l.* 1. *C. quando prou. non eſt neceſſ.*

58 Contumax an habeat decem dies ad appellandum, & à quo die currere incipiant, diſtinguendum eſt. Primò modo dicitur verus contumax, & eſt ille, qui fuit citatus perſonaliter, ac non comparens iuris ordine ſeruato fuit factus contumax, hic non appellat, per *l. ex conſenſu*, *§. fin. ff. de appellat.* Felin. *in cap. quoad conſultationem*, *num.* 24. & ibi Add. *de ſent. & re iud.* & proinde non procedit cum illo hic terminus decem dierum; hæc enim militant de rigore iuris, ſed de æquitate etiam verus contumax admittitur ad appellandum, & illi ſtatuitur dictus terminus decem dierum, à die ſententiæ computandus, vt habetur per Rotam *in nouis deciſ.* 22. alias 137. *de appellat.* & extat Ritus de hac materia in Curia Archiepiſcopali Neapolitana relatus apud Carauit. *Rit. eiuſd. Cur.* 34. cuius verba ſunt hæc, *Item Reus contumax, quem citatus perſonaliter apprehendit, ſi appellat à diffinitiua, auditur de æquitate iuris infra decem dies à tempore ſententiæ, non autem ſcientiæ, &c.* & ſupra *d. Rit.* eleganter Alberic. Oliua, & Campanil.

Fictus verò contumax, & dicitur ille, qui non citatus perſonaliter, ſed ad domum, vel per edictum, aut alio modo; aut ſi citatus perſonaliter, legitimè impeditus, fuit factus contumax non comparendo, iſte contumax appellat infra decem dies, à die ſcientiæ computandos, ita Rot. *deciſ.* 2. aliàs 49. & *deciſ.* 16. aliàs 364. *de dol. & contum. in nouis*, Felin. *cit. loc. num.* 23. Specul. *de appellat. §.* 5. *verſ. illud autem notandum*, Veſt. *in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 21. Campanil. *in cit. Rit.* apud Carauit. & eſt commune. Quibus modis dicatur quis fictus contumax, vide eleganter Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limitat. princip.* 50. *num.* 158. & *ſeqq.*

59 Appellatio à grauamine ſucceſſiuo poteſt ſemper interponi durante grauamine, etiam poſt decem dies, vt diximus ſupra, & tenent Specul. *tit. de appellat. §. reſtat*, *num.* 6. Franc. *in cap. ſuper eo*, *il* 2. *num.* 4. 8. & 9. *de appellat.* Felin. *in cap. accedens il* 2. *num.* 19. & *ſeqq. vt lit. non conteſt.* Rot. *deciſ.* 4. alias 54. *de reſtitut. ſpol. in antiqu.* & alij communiter.

60 Appellationes extraiudiciales, puta quæ fiunt ab electionibus, prouiſionibus, & ſimilibus, fiunt infra decem dies à die ſcientiæ illati grauaminis, vt deciditur in *text. cap. concertationi*, *de appell. in* 6. Specul. *cit. loc. num.* 6. Franc. *in cap. bona*, ſub *num.* 19. & *ſeq. verſ. octauo debet*, *de appellat.* Rota *cit. deciſ.* Verùm ſi actus extraiudicialis ſit confirmatus per decretum Iudicis, vt ſolet fieri in confirmatione electionis, debet appellari infra decem dies, à die decreti confirmantis, vt aduertit Specul. *cit. loc. verſ. ſed quid dices*, & obſeruat Rota *in antiq. deciſ.* 4. aliàs 54. *de reſtit. ſpol.*

61 Poteſt Conſuetudine, vel Statuto introduci, vt appelletur poſt decem dies, & valet appellatio, vt notat gloſ. *in l. præſcriptione*, *in verb. iuris ſcripti*, vbi Iaſ. *num.* 12. *C. ſi contra ius*, *vel vtil. publ.* & ibi etiam Bald. *col.* 7. Franc. *in cap. cum ſit Romana*, ſub *num.* 7. *de appell.*

62 Tertius poteſt appellare pro ſuo intereſſe infra decem dies, non à die ſententiæ, ſed à die ſcientiæ ſententiæ latæ, etiam ſi ſciuerit litem antea, ita Alex. *in l. ſæpè*, *num.* 82. *de re iud.* Io. Cæphal. *conſ.* 106. *per tot. lib.* 1. qui doctè aſſerit, & probat, quòd venditor poteſt appellare infra decem dies à die ſcientiæ à ſententia lata contra emptorem, etiam ſi antea ſciuerit cauſam agi contra emptorem, quia adhoc vt ſibi currat tempus ad appellandum, non ſufficit ſcientia litis, ſed requiritur ſcientia ſententiæ.

63 Obſerua, quòd hic terminus dierum decem non currit illi, qui intendit appellare, nec poteſt habere copiam Iudicis à quo, nec Iudicis ad quem; is enim poteſt appellare, etiam elapſis decem diebus, vt aduertit Miſinger. *ſingul. obſeru. centur.* 2. *deciſ.* 2. Et tunc dicitur haberi copiam Iudicis, quando Iudex in publico ſe oſtendit, per *textum in l.* 1. *§. dies*, *ff. quando appellat. ſit.*

64 Nota, quòd terminus dierum decem ad appellandum à ſententia excommunicationis lata ſub conditione,

non

non dicitur currere à die latæ sententiæ, sed à die purificatæ conditionis, quod singulare est in appellatione à sententia excommunicationis, ita Bald. *in cap. Pastoralis*, §. *præterea*, *n.* 10. *de offic. deleg.* Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit. princ.* 21. *num.* 40. Ofasch. *decis.* 146. *num.* 7.

65 Controuertitur inter DD. an præsumatur appellatio interposita infra decem dies, si constet de appellatione, sed non appareat quo tempore fuerit interposita. Hanc quæstionem ponit Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit. princ.* 50. *num.* 195. & refert DD. & Rot. decisiones hincinde. Verùm ipse videtur inclinare in opinionem, quod non præsumatur hæc qualitas, itavt si aliquo modo dubitaretur, an appellatio fuisset, vel non fuisset interposita infra decem dies, hoc esset omninò probandum, alias appellatio non valeret, quia hæc est qualitas intrinseca, & est probanda, vt tenet Rota *decis.* 30. alias 190. *de appellat. in nouis*, ergo non præsumitur, Misinger. *singul. obseru. cent.* 3. *decis.* 11.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à decreto interlocutorio habente vim diffinitiui in quo differat ab ea, quæ fit à sententia deffinitiua?*

2 *Interlocutoriarum plures species recensentur.*

3 *In Iudicijs exequutiuis per appellationem non retardatur exequutio.*

4 *Mandatum de manutenendo non est appellabile.*

5 *Decendium ad appellandum quando currat, & differentia quando gesta sint attentata.*

6 *Apostoli testimoniales, vel dimissoriales, aut reuerentiales si dentur, an censeatur delatum appellationi?*

1 Decretum interlocutorium habens vim deffinitiui erit appellabile sicut æquè, ac deffinitiuum, iuxta gloss. *in cap. fin. verb. manes de elect. in* 6. Alex. *consil.* 182. *num.* 1. *lib.* 6.

In eo tamen interlocutorium differt quia ad effectum, vt gesta infra decendium ante appellationem non sunt attentata infra tempus datum ad appellandum prout in sententia deffinitiua, vt vtrumque iudicatum distinguit, *text. in cap. non solum de appellationibus in* 6. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 29. Bicchius *decis.* 453. *num.* 12. Nam alio quia nusquam esset litium finis, si in qualibet interlocutoria vim deffinitiuæ habente Iudex expectare deberet per decem dies.

Præterea, licet ab interlocutoria de iure canonico expressa causa detur appellatio, hæc tamen non suspendit Iurisdictionem Iudicis à quo *cap. non solum de appellat.* Bich. *vbi sup. num.* 14. vsque quo inhibitio obtineatur.

Cæterùm si per signaturam Iustitiæ causa appellationis simpliciter fuit commissa, præuia discussione grauaminis, & meritorum appellationis in interlocutorijs necessaria, tunc admissio habet implicitam declarationem, quod decretum ab initio appellabile esset, & retrotrahitur ad diem decreti, itavt omnia in illo decendium gesta sint attentata, ita decisum testatur Bichius *vbi sup. n.* 17. *& seqq.* vbi quòd deinde fiat sequestrum.

2 Sententiæ distinguuntur à decretis, plures autem sunt huiusmodi decretorum species. Vna scilicet eorum, quæ concernunt ordinem iudicij puta super admissione iurium, & articulorum, siue positionum, earumque responsionum, vel super concessione remissoriæ, seu compulsoriæ, & in alijs huiusmodi, quæ ordinem, seu compilationem processus respiciunt, Card. de Luca *de Iudic. disc.* 36. *num.* 15.

Altera super prouisionibus, quæ causa pendente capiuntur puta super sequestro prouisionali, vel super alimentis, & sumptibus litis, vel super decretatione alicuius summæ in causam declarandam, & alijs concernentibus quid mixtum, quod scilicet non concernunt

merè ordinatoria iudicij, minusque decisoria causæ principalis, sed sunt mera incidentia, ita Card. de Luca *vbi supra*.

Tertia est illa, quæ continere videtur decisoria in iudicijs summarijs, & exequutiuis ex eorumdem priuilegio, & natura absque eo quod resultet præiudicium totale in negotio principali, vt sunt decreta relaxationis mandati exequutiui contra debitorem, pro exequutione obligationis Cameralis, vel penes acta, aut pacti exequutiui, siue etiam de iure communi puta super purgatione attentatorum. Ac etiam sunt decreta, quæ interponuntur in summario, ac exequutiuo Iudicio manutentionis. In alio pariter exequutiuo associationis, in quibus procedit ur per decretum interloquutorium, non autem per sententiam definitiuam.

Datur quarta species decretorum in actibus voluntariæ Iurisdictionis, vel sub materia alienationis, & contractuum prohibitorum cadens, vt in contractibus virorum, ac mulierum, aliarumque similium personarum, & hæc species decreti non cadit sub hac inspectione iudiciorum. Et in decretis interloquutorijs reintegrafacultas est reponendi vsquequo eorum exequutio consumata non fuerit, ac etiam impediendi vlteriorem consumationem, ac etiam cœptæ exequutionis concedendo supersessoriam, & quandoque etiam reuocando, & proindè reputantur huiuscemodi decreta modici præiudicij ad effectum reponendi, & ita in dies in Curia seruatur.

In Iudicijs executiuis, & de sui natura inappellabilibus potest procedi ad executionem, etiam post appellationem citra vitium attentatorum, *cap. non solum de appellatione in* 6. Surd. *decis.* 160. *num.* 14. Butatt. & ibi Ferentil. *decis.* 63. *num.* 1. *&* 12. & appellatio hoc casu denegatur in Iudicijs summarijssimis, cum secus, ac in executiuis tam de iure ciuili, quàm de canonico iure, Postius *de manut, obser.* 106. *num.* 14. Bichius *decis.* 331. *n.* 6. 3

Decretum de manutenendo non est appellabile, Bich. *decis.* 440. *num.* 12. Card. de Luca *de benef. disc.* 98. *num.* 18. 4

Sententia à qua non fuit interposita appellatio infra decem dies à die sententiæ, licet sit appellabilis, & possit appellari, quia tempus currat à die sententiæ, non sunt attentata, Lancellot. *de attent. p.* 1. 2. *cap.* 12. *lim.* 50. *n.* 183. Bich. *decis.* 440. *num.* 11. *& seqq.* Rota decis. post Post. idem Bich. *decis.* 217. *num.* 21. 5

Apostoli testimoniales, vel dimissorij, aut reuerentiales in forma, si dentur, tunc continentur refutatorij, Vestrius *in praxi lib.* 7. *cap.* 2. *num. vlt.* Bich. *decis.* 242. *n.* 21. 6

ANNOTATIO IX.

De Diuortio ratione sæuitiæ.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Coniugem spoliatum esse restituendum, nisi magna sit Viri sæuitia. Et ad obtinendam restitutionem debet probare Matrimonium, si negetur. Quæ exceptiones obstent petenti restitutionem Coniugis. Et quomodo sint probandæ. In quo casu Coniux spoliatus non est restituendus. Et in particulari contra exceptionem sæuitiæ. Separatio ex causa sæuitiæ quomodo sit facienda. Et quando pendente causa super Diuortio. Cognitio causæ Diuortij quomodo remittatur Iudicis arbitrio. Et quid seruare debeat Iudex. Et quid si sæuitia inducat graue damnum, non vitæ periculum. In quibus casibus sæuitia inducat iustam causam Diuortij, & deneget restitutionem sub cautione. Et quando fiat restitutio cum cautione. Et in quo loco sit reponenda Mulier, pendente causa diuortij, vel post factam separationem.

§. II. Quando Vxori diuertenti è domo Viri possit Vir denegare alimenta, & quando non. De cautione, sub qua solet restitui Coniux Coniugi. Quomodo illa debeat esse fideiussoria, vel pignoratitia. Et quando sufficiat iratoria. In quo casu præstari debeat, vel non. Et quid in casu, quo Mulier dedit causam sæuitiæ. Et an cautio prædicta debeat esse generalis de non offendendo pro quacunque causa. Et an stante cautione prædicta possit illam corrigere.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio sæuitiæ impedit restitutionem Coniugis spoliati.*
2 *Coniux spoliatus si restitui petat, habet probare Matrimonium, & Copulam.*
3 *Exceptiones, quæ possunt opponi contra Coniugem petentem restitutionem, num.4. & 5. Et quomodo sint probandæ, num.6.*
7 *Exceptio quando dicatur probari incontinenti.*
8 Cap. literas, de restit. spol. *procedit in Viro contra Vxorem, & in Vxore contra Virum.*
9 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
10 *Sæuitia est iusta causa separationis Coniugum, non solum quando est probata, sed etiam pendente illius probatione, num.11.*
12 *Sæuitiæ cognitio remittitur arbitrio Iudicis, quæ tunc sufficit ad separationem, quando adest periculum vitæ, vel grauis mali, num.13. & 14.*
15 *Separatio Coniugum est facienda non obstante cautione oblata. Primò, quando Vir Vxorem accusauit de adulterio. Secundò, quando Vir mortem machinatur Vxori, num.16. Tertiò, quid quando Vir est nimis morosus, num. 17. Quartò, quid quando Vxorem acriter verberat, num. 18. Quintò, quid quando minæ præcesserunt, num. 19. Sextò, quid quando Vir debitum coniugale vi extorquet, nu. 20. Septimò, si discordiæ, & iurgia grauia, & frequentiora intercedant inter Coniuges, num.21. Octauò si venenum fuerit paratum, num.22.*
23 *Sæuitia futura quando præbeat iustam causam separationis Coniugum, declara num. 31.*
24 *Sæuitiæ præsumptio est retentio concubinæ.*
25 *Sæuitia Parentum Viri est iusta causa separationis Coniugum.*
26 *Coniugis furor quando sit iusta causa separationis. Et quid de ebrietate, num.27.*
28 *Viri scelera quando inducant iustam causam separationis, & num.29.*
30 *Sæuitia est iusta causa separationis, etiam si petens separationem, dederit causam ad illam.*
31 *Restitutio Coniugis sub cautione quando facienda, & quando non, num.32.*
33 *Sæuitia, quæ inducit separationem, qualis. Et qualis, quæ exigit cautionem.*
34 *Separationis Coniugum aliæ causæ, remissiuè.*
35 *Vxor quo in loco sit reponenda, vertente causa super separatione ratione sæuitiæ, & facta separatione, num.36.*

ANNOTATIO IX.

§. I.

Ad Textum in cap. literas, de restit. spol.

1 Coniux Coniuge spoliatus est restituendus, non obstante exceptione consanguinitatis, quæ non potest incontinenti probari, nisi sit magna Viri sæuitia. Hoc dicit *text.* qui conuenit cum *cap. ex transmissa, eod. tit.* de qua materia latè Sanch. *de matrim. lib.10. disp.18.* Gutier. *canon. qq. lib.1. cap.24.* Sot. *4. sent. dist.46. q.vnic. art.1.* Barbos. *sol. matr. part.2. num. 18. & seqq.* Caualc. *decis. Finiz. 18. n.26. par.2.* Campan. *diuers. iur. canon. rubr.6. cap.3. n.44.* Ricc. *decis.120. & seq. 1. part.* Tiraq. *de legib. connub. glos.1.* & alij. Ad quem *text.*

Annoto primò, quòd Coniux, qui petit restitui, debet probare titulum, nempè Matrimonium contractum iuris ordine seruato, idest validè, & possessionem, idest copulam, vt deciditur in *d. cap. ex transmissa*, ex illis verbis, *Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quod prafata Mulier predicto militi legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis, &c.* quod procedit, quando hæc negarentur, vt per DD. communiter in eodem *textu*. 2

Annoto secundò, quòd agenti ad restitutionem Coniugis obstant plures exceptiones. Prima est exceptio sæuitiæ intolerabilis, vt in hoc *cap. literas*, secundum vnum intellectum. Secunda est exceptio proprietatis, quam excipiens se offert incontinenti probaturum, vt etiam in hoc *cap. literas* secundum alium sensum. Tertia est exceptio adulterij, vt in *cap. significasti, de diuort.* quæ exceptio cessat in septem casibus traditis per glos. *in sum. 37. quæst.6.* Quarta est exceptio suspicionis hæresis, vt in *cap. inter, de pur. canon. & cap. quanto, de diuort.* Quinta est exceptio voti castitatis communiter emissi, *cap. quod Deo 34. quæst.5.* de quo *Scribent. in cap. dudum, de conuers. coniug.* Sexta est exceptio voti de ingrediendo Religionem alterius ex Coniugibus, emissi ante copulam, vt in *cap. ex publico, de conuers. coniug.* Septima est exceptio virginitatis, nam si excipiens de proprietate dicat se esse adhuc virginem, non erit restitutio facienda ante omnia, vt in *cap. cum locum, de sponsalib.* quòd intellige vtroque confitente non esse secutam copulam, sed si alter negaret, & alter affirmaret, seruanda esset dispositio *cap. continebatur, de despons. impub.* Octaua est exceptio impossibilitatis, quæ est triplex, vt per glos. *in sum. 33. quæst.1.* 3

Annoto tertiò, quòd ad impediendam restitutionem petitam per Coniugem, exceptio consanguinitatis est facienda in gradu in quo Matrimonium irritatur, vt benè aduertit Abb. *in d. cap. litteras, num. 1.* nam in tali gradu militat ratio, quare in hoc casu denegetur restitutio spoliatu, quæ est, ne ob peccati periculum irreparabile damnum sequatur, quam adducit Menoch. *de recuper. poss. remed. 1. num.418.* 4

Annoto quartò, quòd in hoc *text.* duplici exceptione impeditur restitutio Coniugi spoliato. Prima est exceptio consanguinitatis in gradu prohibito contrahi, & dirimente contractum. Secunda est exceptio sæuitiæ Coniugis petentis restitutionem. In quo est aduertendum, quòd non solum exceptio consanguinitatis, sed etiam exceptio sæuitiæ est probanda incontinenti, ad finem impediendi hanc restitutionem, vt optimè notat P. Sanchez *tract. de matrim. lib. 10. disput. 18. num. 2.* paulò antè *fin.* 5 6

Annoto quintò, quòd in hoc casu dicuntur probationes offerri incontinenti, etiam si excipiens illas secum non habeat in promptu, dummodò non petat dilationes longas, sed intra breuem terminum sie illas exhibiturus, vt ex *cap. exhibita, de iudic. & l. quod dicimus, & l. ratum, ff. de solut.* deduceit Abb. *in d. cap. literas, num.6.* contra Io. Andr. *in cap. interposita, de appellat.* Sed quanti temporis debeat esse hæc dilatio, siue terminus, variant DD. Archid. *3. quæst.1. in princip. num.5.* tenet eam esse tridui, Hostiens. *in sum. tit. de diuort. num. 7. vers. dicas,* Alderic. *in d. lit. M. verb. Matrimonium, 8. vers. quid si aliquis Coniugum,* & alij tenent eam esse octo dierum. Sed melius dicendum est cum Bald. *in l. 2. C. de edict. Diui Adrian. toll.* Alex. *cons. 166. n.6. lib. 2.* Guid. Pap. *quæst.32.* Soc. *cons.67. num.9. lib. 1.* & alijs, quando dicantur offerri probationes incontinenti, remitti totum arbitrio Iudicis, prout benè sequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib.2. cent.1. cap.12. num.4.* qui tenet, quòd si ad exceptionis discussionem necesse foret testes examinare, vel instrumenta antiqua, super quibus disputandum esset, producere, non posset dici exceptio incontinenti oblata, quæ opinio quoad receptionem testium non est tuta; nam DD. omnes admittunt in *d. cap. literas,* testes ad probandum exceptiones, de quibus in *text.* immò exceptiones illæ, idest parentelæ, & sæuitiæ non possunt probari, nisi per testes; vnde dicendum est, exceptionem dici incon- 7

incontinenti oblatam, etiam si pro ea verificanda, sint inducendi testes, dummodò infra breue tempus inducantur, ideò benè in Praxi obseruatur, quod in Curijs Ecclesiasticis quando Mulier diuertit à Viro, & Vir petit restitui, non admittitur ad hanc restitutionem, si Mulier opponat exceptionem sæuitiæ, cui statuitur breuissimus terminus dierum quatuor, in quo summarijssimus doceat de sæuitia.

8 Annoto sextò, quòd dispositio *cap. literas*, de quo hic, procedit in Viro contra Vxorem, & in Vxore contra Virum, vt per DD. ibi, præsertim Abb. *num.* 7. at quia frequentius accidit, vt Vir sæuiat in Mulierem, ideò DD. adaptant terminos in Marito sæuiente in Vxorem: sed eadem dispositio procedit, si Mulier sæuiat, vel veneno tentet occidere Virum, & quod disponitur in vno, censetur dispositum in alio, ita P. Sanch. *de matrimon. lib.* 10. *disp.* 18. *num.* 8.

9 Annoto septimò, spoliatum ante omnia esse restituendum, & sine cunctatione esse faciendam restitutionem, vt in *l.* 1. *C. si per vim. &c. & in l. si quis ad se, C. ad leg. Iul. de vi*, nec potest audiri spoliator circa proprietatem, nisi restituendo, *cap. frequens, de restit. spol. in* 6. & in spoliantis odium inductum est, vt sta...n possessionis restitutio fiat, *cap. cum, qui, de prab. in* 6. Menoch. *de recup. possess. remed.* 1. *quæst.* 2. *num.* 38. Vnde nec ipse Coniux spolians Coniugem suam possessione Matrimonij est audiendus in aliqua exceptione, nisi facta prius restitutione, *cap. quanto, de diuort.* Exceptis casibus duobus positis in *d. cap. literas*, nempè in casu parentelæ in gradu dirimente probandæ incontinenti, & hoc fauore animæ propter periculum peccati, vt tradit glos. in hoc *cap. literas, verb. incontinenti, & in cap.* 1. *verb. contentionem, eod. tit.* vbi habetur specialem esse dispositionem huius *cap. literas*. Vnde est, non procedere in alijs exceptionibus, quæ possent opponi contra petentem restitutionem coniugis, de quibus diximus supra *Annot.* 2. & aduertit P. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 22. Et in casu sæuitiæ, quando Coniugis securitati per cautionem prouideri non potest, & hoc periculo personæ, vt notat Abb. *in eod. cap. literas num.* 7. In alijs verò exceptionibus est omninò ante omnia facienda restitutio, vt declarat P. Sanch. *loc. cit.*

10 Annoto octauò, iustam causam separandi Coniuges esse sæuitiam alterius, vt communiter aduertunt DD. in hoc *text.* Verùm inter eos, etiam modernos inuenitur discordantia; nam multi loquentes de sæuitia in hoc casu, dicunt illam iustam præbere causam separandi Coniuges quoad Thorum; melius est enim dicere separationem istam debere esse quoad Thorum, & habitationem, vt in *d. cap. literas*, & clariùs in *cap. ex transmissa, eod. tit.* vbi Papa iudicauit, vxorem, cui per cautionem succurri non poterat, retinendam esse penes honestam Mulierem, quod idem est, ac extra domum viri.

11 Annoto nonò, hanc separationem non solum posse fieri probata sæuitia sufficienter, & post factas probationes, sed etiam vertente, & pendente causa separationis inter ipsos Coniuges, & in hoc casu propriè loquuntur *cit. cap. ex transmissa, & cap. literas*; terminis tamen habilibus, idest quando securitati Coniugis per cautionem prouideri non potest, vt in dictis iuribus, & dummodò si ante probationes, illas incontinenti producere offerat; alias pendente causa, Coniux diuertens omninò cogendus est redire, vt aduertit Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 6. *cap.* 3. *num.* 44. *vers. subsistit, ad fin.*

12 Cognitionem huius exceptionis sæuitiæ, qualis nempè sit, & an sufficiat ad inducendam separationem, totam remitti Iudicis arbitrio, testantur communiter DD. & probant Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. omnia, vel partem, sub num.* 31. *C. de reuoc. donat.* & Menoch. *de arbitr. Iudic. cap.* 139. *in fin.* sequitur Rota coram Gipsio, *in vna Perusina separationis Thori* 28. *Iuny* 1589. *inter decis. Farinac. decis.* 278. & in altera etiam *Separationis Thori Romana apud Seraphin. decis.* 226. vbi *num.* 1. tota ista materia remittitur arbitrio Iudicis, tam ratione subiectæ materiæ separationis, vt per Abb. in hoc *cap. literas, num.* 7. quàm ratione iusti metus, vt in *l. metus causa, ff. ex quib. caus. maior.*

13 Debet tamen Iudex regulare suum arbitrium, ex hoc *cap. literas, §. fin. de restit. spol.* & tunc inducere separationem, quando sæuitia magna est, & talis, qua stante, mulieri, iustè de sua vita trepidanti per cautionem succurri non possit, vt ex *d. §. fin.* tenet Campanil. *loc. cit.* sub *num.* 44. *vers. altera quam, in princ.* Verùm P. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *num.* 10. tenet inducendam esse hanc separationem, non solum quando mulier de propria vita dubitaret, sed etiam quando timeret graue damnum, ac tale, quale metum viri constantis inducit: nam vltra malum vitæ, sunt, & alia mala, quæ incutiunt metum cadentem in virum constantem, & DD. in multis casibus absque vitæ periculo admittunt diuortium, vt habetur ex Pegu. *in suis decisionibus criminalib. cap.* 20. *num.* 9.

Hinc infertur primò, iustam causam concedendi separationem inter Coniuges esse, quando Vir vitæ Mulieris insidiaretur, eamque continuo odio prosequeretur; in quo casu, etiam si Vir offerret cautionem, non est ei restituenda Mulier, vt obseruat Farinac. *quæst.* 143. *n.* 129. *part.* 4. Mar. Ant. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 35. *num.* 7. & alij, ex expressa decisione *text. in d. cap. ex transmissa, §. si autem capitale odium.* 14

Infertur secundò, concedendam esse separationem inter Coniuges, quauis oblata cautione idonea non obstante, quando Vir Mulierem accusauerit de adulterio, & illud non probauerit, quia de hac iniuria non facilè obliuisci solent Viri, qui in hoc casu difficilius simulant, quam in alijs etiam grauibus, vt testatur Campanil. *cit. loc. vers. altera quam*, adducens Triuis. *decis.* 61. Menoch. *cons.* 299. *num.* 10. *volum.* 3. 15

Infertur tertiò, esse etiam iustam causam deducendi separationem inter Coniuges illam relatam per Peguer. *decis.* 20. *part.* 1. vbi Vir nunquam alloquebatur Mulierem, nec cum illa concubebat, eamque multis malis tractationibus opprimebat, & ad mortem inducere machinabatur. 16

Infertur quartò, quòd inter actus sæuitiæ connumeratur etiam quando Maritus est nimium morosus, & sæuus, vt tenet Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neap. decis.* 8. *n.* 11. 2. *part.* vbi ad id adducit Anchar. *cons.* 468. contra Soc. *cons.* 286. *in fin.* qui tenet, Vxorem debere permanere cum Marito, etiam si esset peruersa persona, sequitur Sylua *Nuptial. in verb. non est nubendum num.* 37. quod est intelligendum, quando sæuitia non est notabilis, vt intelligit Ricc. *cit. loc. num.* 11. 17

An verbera inducant iustam causam concedendi inter Coniuges separationem, controuersum est inter DD. apud Sanch. *cit. loc. num.* 14. *& seqq.* nam alij tenent grauia verbera inducere iustam causam separationis; alij verò tenent tunc verbera esse iustam causam separationis, quando ex eis probabiliter potest mortis periculum timeri. Ipse verò Sanchez *num.* 16. videtur inclinare in primam opinionem, dummodò verberatio grauis sit, excedens limites correctionis, saltem repetita per duos actus, & non solum sit præterita, sed probabiliter timeatur futura, etiam si mortis periculum non inferat. Sed melius dicendum est cum Ricc. *decis.* 121. *num.* 2. verbera, & percussiones ad inducendam iustam causam separationis, debere esse immoderatas, atroces, & tales, vt cum cautione de non offendendo illis reparari non possit; ibique *num.* 3. *& vlt.* tenet percussiones, & verberationes immoderatas, atroces, & ad Thori separationem sufficientes esse eas, ex quibus sanguinis exiuit, vel quæ in facie, vel in capite, seu oculo illatæ fuerunt, vel cum hasta, seu baculo fracto in percussionibus, vel in pectore, ex quibus per decem dies percussa, sanguinem expuerit, vel manibus, in quibus verberata fuit, per decem dies non potuerit vti, aut similibus percussionibus, quæ fecerunt percussam stare in lecto. Quæ exempla admittenda sunt cum declaratione, de qua Sanch. *cit. loc.* sub *num.* 16. idest dummodò ea non ex opinatn excessu, & semel acciderint. 18

Minæ inducunt iustam causam separationis inter Coniuges, quando malum, quòd timetur, est graue, minans est persona terribilis, ac solitus minas exequi, quia hæ minæ incutiunt iustum metum, tenet Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *num.* 13. sequitur Ricc. *decis.* 121. *n.* 2. *vers. vnde non sufficiunt*, 1. *part.* dummodò minæ proferantur, non ex calore iracundiæ, sed odio, & nulla 19

causa iusta præcedente, ita Paris. cons. 54. num. 32. vol. 4. & aduertit Ricc. decis. 8. num. 13. part. 2. & deducitur ex l. hæc autem, ff. si cui plus.

20 Tenent alij iustam separationis Coniugum causam esse sæuitiam viri, quando vi debitum coniugale extorquere solet ab Vxore, inter quos est Anton. in cap. literas, de quo hic num. 20. & Graff. 1. part. decis. lib. 2. cap. 84. num. 3. quam opinionem improbat Sanch. cit. loc. num. 17. quia Vxor potest vim illam cauere, sponte reddendo, vt tenetur.

21 Præbent etiam iustam causam separationis inter Coniuges molesta cohabitatio, discordiæ, & iurgia grauia, & frequentia inter ipsos Coniuges; inducunt enim metum mali cadentem in virum constantem, ita tenet Sanch. cit. loc. num. 11. & docet Henriqu. lib. 11. de matrimon. cap. 17. num. 7.

22 Iustam causam separandi Coniuges esse, si alter Coniux tentauerit veneno alterum Coniugem occidere, aduertunt DD. communiter, præsertim Abb. in cap. quemadmodum, in fin. de iureiur. Hyppol. in l. vnic. col. penult. C. de raptu virg. sequitur Couar. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 5. num. 2. vel quocumque modo vitæ illius insidietur.

23 Obserua, separationem istam, non solum concedi propter sæuitiam præteritam, sed etiam propter futuram, quando verisimiliter timetur, tenet Barbos. solut. matrim. 2. part. num. 32. Aymon. cons. 31. num. 2. & 3. 1. volum. Guttier. lib. 1. canon. qq. cap. 24. num. 9. sequitur Sanch. cit. loc. num. 19. qui in fin. ponit exemplum, quando inter Coniuges lis oriretur super maiori parte bonorum, tunc enim posset præsumi futura sæuitia; sicut etiam præsumeretur, & multò magis, si Maritus inueniret literas amatorias penes Vxorem, vt refert Barbosa cit. loc. num. 36.

24 Præsumeretur etiam iusta causa sæuitiæ, si Vir concubinam teneret, in quo casu non solum propter adulterium, sed etiam propter præsumptam sæuitiam liceret Vxori à Viro diuertere; nam non benè conueniunt Vxor, & concubina, soletque hæc vitæ illius insidiari, vt docet Bald. in cap. 1. num. 3. vt lit. non contest. Thesaur. decis. 130. num. 4. vol. 4. qui docet idem procedere, si vir retineat concubinam extra domum Vxoris, quia hæc retentio est causa molestæ cohabitationis, & continuæ discordiæ inter Coniuges, sequitur Sanch. cit. loc. num. 20. & docet experientia.

25 Non solum sæuitia Viri, sed etiam parentum illius, in cuius domo Vxor detinetur, præbet iustam causam separationis inter Coniuges, vt benè colligitur ex d. cap. transmissa, ibi, vel parentes eius, vbi benè aduertit Abb. num. 4. & tenet Graff. 1. part. decis. lib. 2. cap. 84. num. 3. Verùm si Vir in alia domo portet Vxorem, vbi nec parentes sæuientes adsunt, hæc causa est finita, colligitur ex Sanch. cit. loc. num. 23. & patet ad sensum.

26 Furor Coniugis an reddat iustam causam separationis, diuersimode loquuntur DD. Sed nos veriorem sententiam sequentes, dicemus, non solum furorem esse iustam causam separationis, quando ex eo vertitur periculum vitæ, vt tenent Barbos. solut. matrim. 2. part. num. 27. ad fin. Couar. 4. decr. 2. part. cap. 7. §. 5. n. 3. Thesaur. decis. Pedem. 130. num. 2. Graff. cit. loc. in fin. & alij, sed etiam, quando ex furore aliud graue damnum timetur, licet non sit vitæ, vt benè aduertit ex Couar. Graff. & alijs, Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 18. Secus tamen dicendum, quando absque graui periculo cum furioso possit habitari; nam congruit rationi, vt Coniuges in tribulationibus se ad inuicem coadiuuent.

27 Idem, quòd diximus de furore extendit etiam Sanch. cit. loc. num. 18. ad fin. ad ebrietatem; si enim Coniux sit solitus se inebriari, cum periculo vitæ, vel grauis mali alterius Coniugis, erit iusta causa separationis inter eos, tenet etiam Henriq. lib. 11. de matrimon. cap. 19. num. 17.

28 Non solum sæuitia, sed etiam scelera viri possunt inducere iustam causam separationis inter Coniuges, quando illa irrogant periculum vitæ, vel alterius grauis damni mulieri, quod exemplificat Barbos. solut. matrimon. cit. loc. num. 19. ad fin. quando mulier timet, ne consentiat furtis viri, & tanquam furtorum receptatrix puniatur, iuxta notata in l. 2. C. de furt. sequitur Sanchez cit. loc. num. 21. declarans id procedere, quando vir non vult à furtis se abstinere, & ex illis detrimentum consurgit vxori, ex quibus Sanch. cit. loc. num. 22. infert, quòd maritus habet iustam causam separationis contra vxorem, quæ est venefica, quia fœminæ tali crimini deditæ, sunt pessimæ, & solent viris nocere, vel quæ liberos necauit, quia hoc cedit in graue Matrimonij detrimentum, vel quæ viri facultates dilapidat.

29 Scelera, ex quibus probabiliter timetur periculum perditionis animæ, inducunt iustam causam separationis inter Coniuges, & tantò fortiùs, quantò anima præstat corpori, quia si cum periculo corporis Coniux non tenetur habitare cum suo Coniuge, multò minus cum periculo animæ, cap. si habes ad fin. 24. quæst. 3. Ex quibus deducunt DD. crimen Infidelitatis, & Sodomiæ tentatæ cum Vxore, inducere iustam causam separationis, latè Barbos. cit. loc. num. 30. Couar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 6. & alij apud Barbos.

30 Aduerte, separationem concedendam esse inter Coniuges ratione sæuitiæ, etiam si Coniux, qui separationem petit, dederit causam sæuitiæ, & futuri timoris, vt aduertit Paris. cons. 54. num. 13. lib. 4. Barbos. solut. matrim. part. 2. sub num. 27. Sanch. cit. loc. num. 5. & constat ex cap. de Benedicto 32. quæst. 1. & ex l. nec timorem, ff. de eo, quod met. caus. vbi iustus iudicatur metus ortus ex culpa metum passi.

31 Obserua, quòd in casibus supra positis, & alijs, qui possent afferri in exemplum timoris futuræ sæuitiæ, ad præbendam iustam causam separationis inter Coniuges, est constituenda differentia inter timorem futuræ sæuitiæ, scilicet verberum, seu percussionum, & similium, circa periculum vitæ, & inter timorem futuri periculi vitæ; nam in prima causa, quamuis graue sit damnum, quod timetur, potest succurri Coniugis periculo per cautionem, qua præstita de non offendendo, vel non maletractando, est facienda restitutio; in secundò verò casu, quando timetur futurum periculum vitæ, nullo modo fit restitutio, etiam cum magna cautione, sed omninò est concedenda diuisio inter Coniuges, ita, & optimè distinguit Campanil. diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 3. sub num. 44. vers. altera, quam, circa med. & deducitur aperte ex cap. ex transmissa, de restitut. spol.

32 Semper enim, quòd inter Coniuges intercessit grauissima, & atrocissima offensio, vnde capitalis inter eos exorta est inimicitia, & odium, dicitur concurrere periculum vitæ, & proinde non debet Iudex sub prætextu cautionis, quæ fragilis securitas est, ad restitutionem deuenire, sed omninò ad separationem procedere, nam cautio, maleuolum animum non mutat, §. fin. Instit. de suspect. tutor. ita concludit P. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 18. num. 33. ex doctrina Aymon. cons. 31. num. 4. volum. 1. qui dicit non esse fidendam cautioni Vxorem, quæ cum Viro litigat circa maiorem partem bonorum, cum ex hoc capitalis inimicitia oriatur.

33 Qualis debeat esse sæuitia, ad finem inducendi separationem, & qualis ad finem exigendi cautionem, vel quanta debeat esse ista cautio, quia non potest assignari certa regula, est remittendum arbitrio Iudicis, perspectis benè omnibus circunstantijs occurrentibus, cum nec in hoc cap. literas, nec in d. cap. ex transmissa, nec alibi in Iure inueniatur præscriptum, quanta debeat esse ista cautio, & qualis sæuitia, ita Menoch. de arbit. Iud. centur. 2. cas. 138. num. 4. & 5. & ante eum Abb. in cap. literas, num. 7. Couar. 4. decretal. 2. part. cap. 7. §. 5. num. 2. in fin. Paris. cons. 54. num. 36. volum. 4.

34 Sunt & aliæ causæ, ex quibus conceduntur in iure separationes inter Coniuges, quæ cum non veniant appellatione sæuitiæ, nec tali nomine comprehendantur, nec de illis fiat mentio in text. super quo annotamus, ideò quoad illas, pro nunc remitto te ad Sanch. de matrim. lib. 10. & ad Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 3.

35 Vertente hac causa separationis inter Coniuges in iudicio Ecclesiastico, sæpè controuertitur, in quem locum reponenda sit Vxor, quæ à Viro diuertit. In qua quæstione considerandæ sunt duo tempora. Primò,

tempus,

tempus, in quo pendet iudicium separationis. Secundò, tempus post decretam separationem. In primo tempore, si Vir non petit restitui, vel si petit, obijcitur ei exceptio sæuitiæ incontinenti probanda, potest Mulier sequestrari penes honestam Matronam, vt probatur expresse in *cap. ex transmissa cit.* vbi requiritur, quòd hæc Matrona sit honesta, & proba, & tenet glos. *fin.* in hoc *cap. literas*.

Verùm DD. *in d. cap. ex transmissa*, præsertim Hostiens. sub *num.* 5. Io. Andr. sub *num.* 3. Butr. *num.* 9. & Abb. sub *num.* 4. tenent Vxorem in hoc casu reponendam esse in aliquo loco religioso, quæ opinio est conformis dispositioni Rotæ *in vna Hipporeg. Matrimonij, coram Comitulo* 3. *Martij* 1589. vbi ad finem explorandi voluntatem Puellæ de Matrimonio contrahendo, fuit iudicatum, extrahendam esse à loco violentiæ suspecto, & reponendam in Monasterio, & est sancitum in Bulla Sixti V. §. *quod si pendentibus*, cuius verba sunt hæc, *Quod si pendentibus huiusmodi litibus, & controuersijs super separatione, vel diuortio, aut subsecuta vt præmittitur thori separatione Vxor ipsa arbitrio Iudicis, ad quem spectauerit in Monasterio aliquo Monialium, aut certe in aliquo tuto, vel honesto loco, siue apud aliquas probas, honestas, & non suspectas personas, deposita, & collocata fuerit*. Idem seruare Praxim testatur Peguer. *decis.* 20. *part.* 1. & Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 6. *cap.* 3. sub *num.* 44. *vers. nunc vanum, in prin. fin.* refert ita iudicate Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam: & in facti contingentia Vxor, quia Vir dissentiebat, non fuit reposita in domibus suorum Consanguineorum, nec etiam Filiarum, quamuis alias essent personæ omni exceptione maiores, sed fuit reposita in loco magis tuto, idest in Monasterio Monialium, seu Conuersatorio Puellarum; & ante electionem loci Curia citauit ambas partes ad dandam listam locorum suspectorum, ad finem eligendi per Curiam, locum non suspectum partibus.

36 In casu verò secundi temporis, idest postquam facta est separatio per decretum ratione sæuitiæ, tunc non est cogenda Mulier intrare locum aliquem, sed potest in seculo manere in omni loco honesto, dummodò continenter viuat, & penes honestas personas, quæ conditiones sunt exprimendæ in sententia separationis, vt legitur in vna *Romana separationis Thori* 22. *Martij* 1574. & proinde posse Vxorem manere in domibus Matris, Fratris, & Sororum, declarauit Rota die 18. Iunij eiusdem Anni, vt testatur Cæsar. de Grass. *decis.* 182. siue *decis. vnic.* sub *tit. de diuort.* & alias in vna *Anchonitana coram Seraph.* in illius *decis.* 1276. Sed in domo Matris non est reponenda, quando ipsa Mater insterisset pro separatione in iudicio, vt deciditur in alia *Romana Matrimonij* 29. *Aprilis* 1579. *coram Blanchetto*.

Dixi, postquam facta est separatio per decretum ratione sæuitiæ, ad differentiam separationis, quæ fit ratione adulterij Mulieris, quia in hoc casu non est relinquenda Mulier in seculo, sed omninò est recludenda in Monasterio, in pœnam adulterij, vt in *cap. de Benedicto* 32. *quæst.* 1. vbi glos. *in fin.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *SEparatio Matrimonij quo ad thorum, & habitationem fit ex capite sæuitia viri.*
2 *Materia separationis an sit grauis, & sufficiant testes singulares, & patientes repulsam.*
3 *Rota Rom. videtur variasse.*
4 *Sæuitia qualiter probetur.*
5 *Nobilitas, & educatio mulieris attendenda.*
6 *Refertur praxis cum assertis.*
7 *Quando sit locus cautionis.*
8 *Recensentur causa diuortij.*

1 AMplissima, & frequens est materia separationis matrimonij quoad thorum, & habitationem ex causa sæuitiæ Viri, si hic malè tractet vxorem, ex *cap. literas*, vbi Abbas *de restitut. spoliat.* Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 21. *num.* 12. vbi quòd cogendus est maritus extra propriam domum in loco honesto vxorem alere, & si maritus offert sufficientem cautionem, non fit separatio, nisi per cautionem non possit esse consultum vxori, Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 268. vbi quòd donec à Iudice competenti non fuerit super petita separatione diffinitiuè pronunciatum, non possunt neque de iure, neque de facto coniugale commercium, possessio coniugalis, & similis impediri, & restituendus est vir quoties vxor de facto ab illo discesserit.

2 Materia separationis thori à plerisque indicatur grauissima, volentibus etiam quod testes debent esse omni exceptione maiores, Menoch. *cons.* 85. *quæst.* 3. Rolan. & alij. Nihilominus magis recepta, nec non æquior opinio stat in contrarium firmans in iudicio separationis thori ad probandos actus maritalis sæuitiæ, aut alia eiusmodi, quæ sunt difficilis probationis sufficere testes, quamuis non omni exceptione maiores, & sic admitti consanguineos, affines, domesticos, familiares, aliosque huiusmodi, vt latè deducitur ex *l. consensu §. super placitis C. de repud.* vbi ad probanda inter coniuges vulnera admittuntur serui, & ancillæ ea ratione, quod ea, quæ in domesticis penetralibus geruntur, non ita omnium passim pateant oculis, nec facilè possunt per alios comprobari dum clanculum, remotisque arbitris, ac eliminatis domesticis, ac familiaribus à viro aduersus vxorem intra patritiores domus recessus fiunt, Ludouis. *decis.* 414.

Hinc probationes etiam minus validę admittunt Farin. *quæst.* 543. *num.* 168. §. *probatio*, Ludouis. *vbi sup.*

3 Beneuerùm Rota coram Bichio *decis.* 425. ad effectum separationis ob sæuitiam Mariti plures actus sæuitiæ postulat, ac tales vt vxori futuri periculi probabilem metum incutiant, & per concludentes probationes, quia causa diuortij sit grauis, & requirantur testes omni exceptione maiores, quam opinionem minus rationabilem existimo, vel potiùs arbitrio Iudicis remittendum.

4 Præterea etiam testes singulares admittuntur, quando agitur de probanda sæuitia ex successiuis actibus, vt Farin. & Ludouis. *vbi sup.* secus si ageretur de probanda vnica percussione, Rota *decis.* 278. *num.* 13. *part.* 4. *diuers.*

5 Nobilitas Mulieris aggrauat iniuriæ accerbitatem ad inducendum aduersus verbera, & flagellationes priuilegium, Pontius *de Matrim. lib.* 9. *cap.* 23. *num.* 5. Si nata signanter sit in nobili Ciuitate, Rota *decis.* 155. *part.* 6. *recet. num.* 30.

6 Si Mulier propria authoritate diuertat, & postea nolit redire ad cohabitandum restituitur Maritus ad possessionem thori maritalis. Vnde statim, ac mulier separationem thori, & cohabitationis petit pro causa magnæ sæuitiæ offert incontinenti probationes, & Iudex mandat, produci testes ad effectum capiendi informationem sommariam, qua capta si sufficiens Iudici causa videbitur, interloquendo pronunciat Mulierem esse deponendam penes honestam Matronam, vel in aliquo Monasterio interim, dum causa deciditur, & si opus esse agnoscit marito, eiusque agnatis mandat, ne illi molestiam inferant, vel sub censuris, alijsque pœnis, quæ praxis docetur, *ex cap. ex transmissa de restit. spoliat.* Nec non mandat eidem consignari vestes, eique subministrari alimenta, hanc praxim post alios docet Sperell. *decis.* 138. *num.* 19. & 20.

Ex sæuitia Viri, quando magna est, & frequens potest peti separatio, Thesaur. *decis.* 130. *num.* 1. Barbos. *in rubr. sol. matrim. part.* 2. *num.* 22. Rota *decis.* 239. *part.* 6. *recent.* Similiter inimicitiæ capitales inter coniuges subortæ, idem operantur Gratian. *disc.* 738. *num.* 53.

Testes de audito adminiculum faciunt, quatenus in aliquo fides testium de visu diminueretur, Ludouis. *decis.* 248. *num.* 6. Rota *vbi sup. num.* 6.

Et quamuis percutere vxorem pugno non videatur immoderata sæuitia, Thesaur. *decis.* 130. *num.* 3. Farin. *quæst.* 143.

*quæst.*143. *num.*4. Attamen ijdem admittant, quando percussio illa leuis iudicata, & permissa viris infligitur sine magna causa, ac est iterata, Farinac. *quæst.*173. *num.* 184. *&* 203. Rota *vbi sup. num.*9.

Alapæ attenta nobilitatis Ciuitatis, & innocentiæ qualitate reddunt iniuriam grauiorem, Pontius *de matrim. lib.9. cap.25. num.* 5. Gratian. *disc.* 138. *num.* 40. Rota *num.*9.

Leuis sine causa sit tunc semper est immoderata, & atrox, Rota *num.*10. Sperell. *decis.*139. *num.*18.

Carceratio sine magna causa, & cum cibi subtractione viris probibita, vti subordinata ad vitæ priuationem, Farin. *num.* 205. concurrente potissimum honestate mulieris.

Ad thori separationem, vt deueniatur exigitur sæuitia præterita frequens, & magna, & simul timor futuræ, vt mulieri trepidanti non possit sufficiens seueritas prouideri, & hæc duo requiruntur ex parte vxoris, vt diuortium à viro obtinere in iudicio separationis thori ob præsumptionem odij, vt si remanserunt acerbissima odia, & capitales inimicitiæ, Rota *decis.* 161. *part.* 6. *recent. num.*1.

Ad inducendam frequentiam duo soli actus sufficiunt, Sanch. *de matrimon. lib.*4. *disp.*1. *num.*22.

Fama publica semiplenam facit probationem, glos. *in cap.*1. *vers. fama de appell.* Cardin. *cons.*9. *num.*8. Rota *decis.* 191. *par.*6. *recent. num.* 20. Et probatur facta etiamsi testes authorem famæ non referant, dummodò deponant se publicè audiuisse, Bald. *in cap. præterea cel.*1. *de testibus*, Rota *vbi sup. num.*20.

Testes super sæuitia præferuntur testibus super negatiua, Gratian. *vbi sup. num.*56. ibi: *Nec faciunt testes ex aduerso examinati, dum probant maritum non esse crudelem, nec iracundum, sed placidum, & honoratum, & per eum benè tractari vxorem. Quia possunt intelligi de aliquo tempore, & sufficiat, quod aliquando fuerit malè tractata.* Farinac. *de testibus quæst.* 5. *num.*700.

Ex diuturna perseuerantia in seruiendo insurgit præsumptio incorrigibilitatis, & ob cautionis fragilitatem Mulier futuram admodum probabiliter viri sæuitiam perhorrescens, illam subire non tenetur, *l. qui ita §.* 1. *ff. ad Trebell.* ibi: *Quamuis ei caueatur propter fragilitatem cautionis.*

Si in progressu litis superuenerunt acerbissima odia, & capitales inimicitiæ, *d. cap. ex transmissa vbi glos.* Lis enim super separatione ad augendam inimicitiam confluit, Rota *decis.*199. *part.*13. *recent. num.*11.

7 Thori separatio permissi non debet sub prætextu, quòd vir concubinam retineat, si vir cautionem præstet de illam non amplius retinenda, Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *disp.*18. *num.*20. Bich. *decis.*412. *num.*1.

8 Sub leui prætextu retardari non debet reintegratio vxoris ad Thorum viri, *cap. ex parte, & l. ex litteris de restit. spoliat.* Bich. *vbi sup.*

Dum requiruntur ad separationem Thori, sæuitia, & timor futuræ, & malè tractationis ob periculum, quod vxori imminet, Sperell. *decis.*139. *num.*38.

Sæuitia ex verbis contumeliosis resultat quæ inter coniuges pariunt inimicitias, & odia, Bart. *in l.* 1. *§. non solum ff. de adim. legat.* Item ex iteratis verberationibus, & liuoribus in facie, quæ excedunt limites correctionis, Sperell. *num.* 62. Sanch. *d. disp.* 18. *num.*10.

Modus verberandi vxorem in cubiculo clausam, & semiuiuam relictam irrationabilem sæuitiam, probat Rota *d. decis.* 199. *num.*4.

Testes de auditu ab ipsa vxore in re clanculum peracta sufficiunt, Rota *decis.*199. *num.*5. *part.*13. *num.*6.

Vir si persecutus sit Vxorem gladio, eo quia conquæsta esset, quod ille non curauerat eam alere, consulendum est vxori aduersus maritum ope separationis.



SVMMARIVM.

1 *Maritus potest denegare alimenta Vxori, quæ à domo eius diuertit propria auctoritate, nisi Maritus dederit causam, vel fuerit in culpa vt discederet, & tunc tenetur illam alere post sententiam, & pendente lite, num.*2.

3 *Maritus tenetur præstare alimenta Vxori iustè diuertenti à domo, etiam appellatione pendente in causa separationis. Etiam si non dederit dotem, num.*4.

5 *Maritus non tenetur alere Vxorem iniustè discedenti à domo, etiam si penes se retineat dotem.*

6 *Maritus non tenetur alere vxorem, quando ei fuit promissa dos, & non soluta.*

7 *Maritus tenetur præstare alimenta futura, non præterita Vxori iustè diuertenti è domo.*

8 *Maritus an teneatur alere Vxorem iustè diuertenti, quando habet aliunde, vnde viuere possit, num.*9.

10 *Iudex Ecclesiasticus est competens in causa alimentorum inter Coniuges petentes separationem.*

11 *Cautio præstanda ad fauorem Vxoris timentis de sæuitia viri, debet esse pigneratitia, vel fideiussoria. Nec admittitur obligatio, vel hypotheca, num.*12. *Nec iuratoria, num.*13. *Nisi Maritus esset persona discreta, & emendata vita, num.* 14. *Et quid quando non habet aliam cautionem, num.*15.

16 *Cautio prædicta quando præstanda. Et quomodo remittatur Iudicis arbitrio. Et quid si sæuitia magna non sit, num.*17. *Et quid si Vxor dederit causam sæuitiæ, num.*18. *Et an hæc cautio possit exigi à Iudice sine partis instantia, num.*19.

20 *Cautio prædicta an debeat esse particularis, vel an generalis.*

21 *Cautione prædicta non obstante Maritus potest corrigere Vxorem, & leuiter verberare.*

ANNOTATIO IX.

§. II.

Diximus §. *præced.* faciendam esse separationem inter Coniuges ratione sæuitiæ, quando cautio non est sufficiens remedium illius; quando verò succurri potest Vxori per cautionem, omninò esse faciendam restitutionem. Hic verò dicemus de alimentis præstandis in casu separationis, & de cautione in casu restitutionis.

1 Quoad primum absolutum est, Maritum posse denegare alimenta Vxori, quæ ab eius domo diuertit, nec vult redire; cum solum teneatur alimenta Vir præstare Vxori in propria eius domo degenti, *l. consensu, C. de repud. l. sicut, ff. de oper. lib. l. Mensa, §. fin. ff. de ann. legat.* latè Specul. *in tit. de sponsalib. §. postremo, versic. de expensis*, ex professo Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.*1. *& seqq.* Sanch. *de matrim. lib.*9. *disp.*4. *num.* 20. & est commune, nisi Maritus dederit causam, siue fuerit in culpa, vt Vxor discederet, quia tunc tenetur illam alere, etiam extra domum, vt dicunt citati DD. sequitur Peguer. *decis.*20. *num.*4. & Farinac. *quæst.* 143. *n.* 238. 4. *part.* & de communi testatur Lancell. *de attent. cap.* 4. *limit.* 11. *num.*16. Surd. *cit. loc. num.*11. dummodò sit talis culpa, quæ inferat Mulieri iustum metum, vt obseruat Peguer. *cit. loc. num.*9. & Thesaur. *decis.* 130. exemplificat si Maritus Vxorem flagellis percusserit. Et Vincent. de Franch. si eam seuerè verberauerit, *decis.* 44. *in fin.*

2 Quam conclusionem amplia primò, vt Maritus, qui fuit in culpa, vt Vxor discederet, teneatur eam alere, non solùm post latam sententiam separationis, sed etiam pendente lite, & causa separationis; si Mulier diuertendo secum nec dotem, nec aliquid de bonis Mariti tulerit, Afflict. *decis.* 10. Tusch. *conclus.* 309. *num.* 4. *litter. A. volum.*1.

3 Amplia secundò, Virum teneri ad præstandum alimenta Vxori iustè diuertenti extra domum, etiam appellatione pendente, quia licet sit appellatum à sententia lata in causa separationis; tamen dicta sententia con-

tinet

tinet tacitè præstationem alimentorum, & à sententia præstationis alimentorum non admittitur appellatio, vt in *l. fin. ff. de ap. recip.* & notat Bald. *in l. Mela, ff. de aliment. & cib. leg.* ita Afflict. *decis.* 152. *num.* 3. *vers. item quia,* sequitur Ricc. *decis.*8. *num.*14. *part.*2.

4 Amplia tertiò, vt Maritus teneatur præstare alimenta extra domum Vxori, quæ culpa viri discessit; etiam si Mulier non dederit dotem, eamque indotatam acceperit, vt aduertit Ricc. *cit. loc.* adducens ad id Capell. Tholos. *decis.*80. nisi eam promiserit, & non soluerit, Crescent. *decis.*8. *de iud.* Guid. Pap. *decis.*439. *num.*1.

5 Limita primò, suprapositam conclusionem, vt Maritus non teneatur alere Vxorem extra domum, quando absque culpa Mariti discessit, etiam si Maritus penes se habeat dotem, ita Cost. *in l. quod in vxorem, num.*5. *de negot. gest.* Surd. *cit. loc. num.* 15. & rationem reddunt DD. quia Vxor tenetur Viro dotem tradere, & illi obsequia præstare, quare si in alterutro deficiat, cessat alendi obligatio, sequitur Sanch. *de matrim. lib.*9. *disp.*4. *n.* 21. tenet Flau. Ventriglia in suis elegantissimis *epist. forensib. epist. ad R. P. D. Thomam del Bene, vers. & in vniuersum.*

6 Limita secundò, vt nec teneatur Vir Vxorem alere, etiam si dederit culpam discessui, quando Viro fuit promissa dos, non tamen soluta, ex *l. fin. C. ad Velleian.* notat Cassan. *ad Consuet. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *vers. secunda est,* & conferunt dicta per Couar. *de sponsal.* 2. *par. cap.*7. *sub num.*1.

7 Limita tertiò, quòd Maritus teneatur alimenta præstare Vxori extra domum, si fuit in culpa, vt Mulier discederet; intelligendum esse tantùm de alimentis futuris, non autem præteritis à die petitionis, ita Campeg. *in cap. Regni* 165. *Mulier, num.*23. Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.*6. *cap.*3. *num.*44. *vers. sed mulier.*

8 Dubitatur, an Maritus, qui dedit culpam Mulieri, vt diuerteret ob eius sæuitiam, teneatur illam alere extra domum, si ipsa habeat aliunde vnde viuere possit.

9 Resp. etiam in hoc casu teneri Maritum Vxori alimenta præstare extra domum, & etiam si Mulier haberet patrem diuitem, defendit Lancellot. *de attent.* 2. *par. cap.*4. *limit. princ.* 11. *num.* 34. *& seqq.* videtur tenere Afflict. *decis.*10. *sub num.* 3. Ferret. *cons.*34. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 8. *num.*22. *lib.*1.

10 Obserua, an Iudex Ecclesiasticus sit competens Iudex, non solum causæ separationis inter Coniuges, sed etiam causæ alimentorum prædictorum, & quando dicatur causa accessoria ad causam separationis, Card. *cap. fin. num.*2. *quæst. penult. de adulter.* & ibi Anan. *num. vlt.* Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *sub num.* 15. & quomodo possit Iudex Ecclesiasticus cognoscere in causa alimentorum, *cap. significantibus, de offic. deleg.* Bart. *in l. solent, num.*13. *ff. de aliment. & cibar. leg.* Couar. *in epitom. de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 6. Ludouic. Molin. *de primog. Hispan. lib.*2. *cap.*15. *num.* 76. & alij relati per Surd. *de alim. tit.*8. *priuil.*9. & an probari possit, quia causa alimentorum dicitur causa pia, & in causa pia Iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem, Bald. *in l. hereditas, §. si defuncto, ff. de pet. hæredit.*

Sunt & alij casus, in quibus tenetur Maritus alere, & alij, in quibus potest alimenta denegare Vxori, qui cum non faciant ad causam separationis Coniugum ob sæuitiam, de qua hic est sermo, ideò de illis non hic, sed alibi; interim consule Sanch. & Surd.

11 Quoad secundum de cautione præstanda ad fauorem Mulieris timentis viri sæuitiam, ad præscriptum huius *cap. literas, & cit. cap. ex transmissa,* in quibus iuribus dicitur, quòd hæc cautio debeat esse sufficiens, nomine autem sufficientis cautionis venit tantùm pignoratitia, & fideiussoria, probatur ex *l. si mandato Titij, §. fin. ff. mandat.* tenet glos. *in cap. quoniam, §. in alijs, verb. cautione vt lit. non contest. & in cap. ex publico, verb. sufficienti, de conuers. coniug. & in cap. ad nostram il* 1. *verb. sufficienti, de iureiur.* Felin. *in cit. cap. ad nostram,* & alijs, quos lata manu congerit Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.*18. *num.*35. *&* 40.

12 Hinc non admittitur in hoc casu obligatio, siue hypotheca bonorum, quia ea non sufficit, vbi pignora, vel fideiussores exiguntur, vt tenet Oldrad. *cons.* 68. *num. vnic.* Ias. *in l. sancimus num.* 3. *C. de verb. signific.* Felin. *in d. cap. ad nostram il* 1. *num.* 8. *de iureiur.* Dominic. *in cap. fin. in princ. num.* 13. *de vsur. in* 6. vbi etiam Franc. *num.* 21.

Nec admittitur Maritus ad præstandam cautionem iuratoriam ad fauorem Mulieris timentis eius sæuitiam, 13
quia iuratoria non dicitur sufficiens cautio, ad præscriptum *d. cap. ex transmissa,* vbi glos. *in verb. sufficienti cautione,* & Hostiens. *num.*3. Anchar. *num.*2. Abb. *num.*6. tenet expressè Farinac. *quæst.*143. *nu.*213. Viu. *decis.*435. *à num.*24. Campanil. *diuers. iur. canon. rub.*6. *cap.*3. *n.*44. *vers. altera, quam, circa med.*

Verùm si Maritus esset persona discreta, & emenda- 14
tæ vitæ, ac tantò timens iuramentum, vt iustè crederet Iudex prouidere indemnitati Mulieris per eius cautionem iuratoriam, tunc non esse eum ad aliam cautionem obligandum, tenet Roland. *cons.*29. *in fin. vol.* 3. Felin. *in cap. ad nostram il* 1. *num.* 10. *de iureiur.* Sanch. *cit. loc. num.*41. *&* 43. sequitur Farinac. *cit. loc. num.*216.

Quòd si Maritus iuramento asserat, non inuenire cau- 15
tionem fideiussoriam, tenet Farinac. *cit. loc. num.* 216. admittendum esse ad præstandam iuratoriam, quia ad impossibile nemo tenetur, per doctrinam Hostiens. *in d. cap. ex transmissa num.*4. *&* 5. *de restit. spol.* & Natt. *cons.* 616. *num.*7. *& seqq.* Negant hoc aliqui Summistæ, vt est Eman. & Vega apud Sanch. *cit. loc. num.* 42. *vbi circa med.* apertè insurgit contra Eman. & Veg. dicens non esse recedendum à regula communi, vt satisfaciat iurando, qui aliam cautionem, ad quam iure tenebatur, non potest exhibere, sitque ei iuranti credendum se non posse aliam præstare, ex *auth. generaliter, C. de Episc. & Cler.* & glos. *in cap. Odoardus, verb. idonea, de sol.* & ex alijs. Verùm ipse Sanch. *in fin. eiusd. num.* 42. considerata ratione optionis contrariæ, aliquantulum frigescit, & à proposita opinione discedendo, tenet totum hoc remitti arbitrio Iudicis, qui consideratis sęuitijs, ac circumstantijs occurrentibus, posset admittere Maritus ad præstandam iuratotiam cautionem, si ei videtur sufficienter prouisum incolumitati Mulieris, sin minus ab ea abstineat; ego enim non discederem ab opinione illa Sanch. in qua remittit se arbitrio Iudicis, quia securitati adhæret, & onus alieno humero imponit: sed si Iudex meam peteret sententiam, dicerem cum Natt. & Farin. *cit. loc.* quòd si Vir est persona honesta, & probatæ vitæ, & verè constat non habere aliam cautionem, eum admitterem ad iuratoriam, dummodò non appareret in contrarium aliqua suspicio.

Obserua, DD. loquentes de hac cautione præstanda 16
per Maritum de Vxorem non offendendo, vt plurimum se remittere Iudicis arbitrio; nam huic materiæ certa regula assignari non potest, vt loquitur Sanch. *cit. loc. num.*42. proindè sciat Iudex posse se extendere, & restringere in hoc casu, prout sibi iustè videbitur; aduertendo, hanc cautionem peti non posse sine causa; nec sufficere quamlibet causam timoris, nisi verisimilem, & legitimam, tenent Hyppol. Rimin. *cons. matrim. diuer.* 81. *num.*33. *& seq.* Natt. *cit. cons.*616. *num.*2. *in fin. & seqq.* Et vanum timorem omninò repelli apud Sanch. *cit. loc. num.*26. *&* 27. Causam timoris esse omninò probandam testibus omni exceptione maioribus, nec stari iuramento petentis cautionem, vt optimè aduertit Sanch. *cit. loc. num.* 28. & sequitur Farinac. *quæst.*143. *num.*221.

Non est prætermittendum, Iudici memoriæ man- 17
dare, quòd aduertit in his terminis Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 6. *cap.* 3. *sub num.*44. *vers. quod si tanta, fol. mihi* 99. 1. *col. in princ.* dicens esse restituendam Vxorem Viro nulla præstita cautione, quando sæuitia, quæ opponitur, magna non est, si Vir cum Vxore habitet comedendo, dormiendo, remque præsertim veneream habendo, quæ probatur ex procreatione filiorum, quamuis sua natura Vir sit iracundus, solitus in domo continuò vociferari, & cum Vxore irasci, & ad iniurias procedere, ita quod quodammodo omnibus sit infestus; imò etiam si illam leuiter, & concurrente causa verberaret, quod Viro ad correctionem non prohiberi, testatur Abb. *in cap. quemadmodum, §. illud autem, de iureiur.* Roland. *cons.*27. *lib.*3. Farinac. *decis.*278. *nouit. nouiss.*

Hæc

18 Hæc cautio eſt præſtanda à Viro ad fauorem Mulieris in caſu magnæ ſæuitiæ, etiam ſi Vxor dederit cauſam, & fuerit in culpa, vt à Marito offenderetur; nam, vt diximus ſupra, in tali caſu admittitur ſeparatio, ex doctrina Abb. *in cap. ex tranſmiſſa, num. 2. in 1. notab. de reſtit. ſpol. & in cap. literas*, de quo hic *num.* 23. Surd. *de aliment. tit. 7. quæſt. 16. num. 8.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ.* 1018. *num.* 4. Barboſ. *ſel. matrim. part. 2. num. 27. ad fin. verſ. ex qua ratione*, Sanch. *cit. loc. num.* 5. Farinac. *quæſt.* 143. *num.* 212. Vnde ſi ſuſpecta de adulterio, auſugit à Viro, non poteſt compelli redire, cautione non præſtita, ſi cautio ſufficit pro ſecuritate Mulieris, probatur ex gloſ. *in d. cap. ex tranſmiſſa, in figurat. caſus, in fin. verſ. item cum timetur*, vbi etiam Abb. *poſt num.* 4. Farinac. *cit. loc. num.* 209. vbi dicit, quòd quacunque ex
19 cauſa timeat Vxor offendi, poteſt petere cautionem. Ad quam poteſt etiam Iudex ex officio, & nulla præcedente inſtantia Mulieris, obligare Virum, ad dicta per Sanchez *cit. loc. num.* 44.

20 Dubitatur, an cautio iſta debeat eſſe generalis, vel potius particularis, ideſt in illo caſu, in quo Vxor culpa ſua dedit cauſam ſæuitiæ, vt in caſu adulterij, debeat ne eſſe pro adulterio commiſſo, ita vt Vir caueat eam non offendere pro adulterio, an generaliter pro quacumque alia cauſa, etiam pro culpa, ſeu adulterio forſan committendo.

Reſp. debere eſſe generalem, & amplectentem delicta etiam futura, ſecundum veriorem intellectum, *cap. de Benedicto* 32. *quæſt.* 1. vt teſtatur Sanch. *cit. loc. num.* 45. qui reprobat DD. præbentes contrarium intellectum, *cit. cap. de Benedicto*, allegans pro ſua opinione Hug. Archid. Turrecr. Couar. & alios.

21 Aduertat Vxor, quòd non obſtante hac cautione de non offendendo per Maritum præſtita, poteſt Vir eam corrigere, & caſtigare, & ſic leuiter, & moderatè verberare, ſicut etiam poterat antequam cautionem præſtaret, ſecundum Abb. *in cap. ex tranſmiſſa, num. 3. de reſtit. ſpol.* Pariſ. *conſ. 54. num.* 34. *lib.* 4. Foller. *in pract. crim. in verb. quod ſuffocauit vxorem, num.* 68. Bertaz. *conſ.* 228. *num.* 14. vbi amplius, quòd Vir non poteſt cogi ad cauendum de non corrigendo malos mores Vxoris. Et *num.* 15. *in fin.* Roland. *conſ.* 27. *num.* 14. & 15. *lib.* 3. ad quæ vide etiam Surd. cum allegatis per eum *de alim. tit. 7. quæſt. 16. num. 10. & ſeq.* Thom. Sanch. *de matrim. lib. 10. diſp. 18. quæſt. 2. num.* 46. Graff. 1. *part. deciſ. lib. 2. cap. 84. num. 1.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non habet actionem ad alimenta à domo viri voluntariè diſcedens.*
2 *An præſumatur iuſta cauſa diſcedendi?*
3 *Petitorium, & poſſeſſorium, an locum habeat in hac materia, & quæ ſit praxis fori?*
4 *Articulus reſtitutionis dotium, & præſtationis alimentorum ad quem ſpectet?*
5 *Dote non ſoluta, vel non promiſſa, an teneatur maritus vxorem alere?*
6 *Sæuitia viri an ſit concludenter probanda, & quid excipiendo?*
7 *Sæuitia viri quando cenſeatur probata.*

1 MVlier non habet actionem ad alimenta extra mariti domum, à qua voluntariè diſceſſit, niſi conſtet ex iuſta cauſa diuertiſſe ex culpa viri, Surd. *de aliment. tit. 7. quæſt.* 26. Reg. Galeot. *lib. 2. contr.* 65. *num.* 47.

2 In dubio autem non eſt præſumenda iuſta cauſa, niſi probetur pro *text. in l. conſenſu C. de repud.* Surd. *vbi ſup.* Cavaler. *deciſ.* 469. *num.* 1.

3 Quamuis autem de ſtricta iuris cenſura etiam in hac materia intret diſtinctio petitorij, & poſſeſſorij, & vir petere valeat manutentionem, in quaſi poſſeſſione recipiendi ab vxore obſequia maritalia, ex adductis per Merlin. *deciſ.* 67.

Attamen Rotæ, & Curiæ Romanæ ſtylus eſt in hoc regulandi ex facti qualitate, ac circumſtantijs, ex quibus pendet, an cautioni ſit fidendum, necne adeout videatur materia Iudici arbitraria, vt apud eumdem Merlin. vel ſcilicet cogendi vxorem ad cohabitandum, vel illam ſequeſtrandi apud honeſtam Matronam, ſiue in Monaſterio, capta prius ſummaria informatione, vt ſuperiùs dictum eſt *num.* 6.

Idque nimium pendet à qualitate perſonarum. Quoniam ſi agitur inter Magnates inter quas contractæ ſunt indignationes, ob quas ad iudicium veniatur, non id arguet magnam cauſam, idcircò non de facili cautionis remedium adhibetur, dum lis duratura ab inconuenientia, quæ reſultare poſſunt, ſecus autem vbi agatur de perſonis priuatæ fortunæ, & quæ iuxta mores regionum faciliter rixantur, ac ſeparantur, ſed de facili conciliantur, quoniam tunc huiuſmodi prouiſiones proficuæ eſſe ſolent ad lites omninò componendas, ideòque certam non recipit regulam, Card. de Luca *de matrim. diſcurſ. 2. num. 10. & ſeqq.*

Articulus reſtitutionis dotis, & præſtationis alimen- 4
torum dependens à ſeparatione Thori ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, iuxta *text. in cap. de prudentia de donat. inter virum, & vxorem*, vbi gloſ. & Abbas, Molin. *de primogenit. lib. 2. cap. 15. num.* 76. Barboſ. *in l. 1. num. 46. ſol. matrim.* & Iudex Laicus gerit partes executoris impertiendo brachium, Card. de Luca *d. diſcurſ. 2. num.* 8.

Vno autem caſu rectè Iudex laicus poſſet iuxta Card. de Luca deſuper manus apponere, vbi ſcilicet ageretur de alimentis prouiſionalibus, donec per Rotam, vel per alium Iudicem Eccleſiaſticum deſuper prouideretur, ne ob loci diſtantiam, ac temporis interuallum, quod de natura litis eſt neceſſarium, in huiuſmodi prouiſione à Iudice Eccleſiaſtico facienda, mulier interim alimentis careat.

Alimenta ſuppeditare interim lite pendente non tene- 5
tur maritus vxori, ſi dos ipſi non fuerit ſoluta. Aliter ſit indotatam ſcienter pauperem duxit, Card. de Luca *vbi ſup. num.* 2.

Sæuitia viri concludenter eſt probanda ſi agatur ad ſe- 6
parationem Thori, & reſtitutionem Dotis. Secus ſi excipiatur ſolum de ſæuitia viri ad effectum, nè illi vxor reſtituatur, ſed ponatur in loco tuto, nam ſummaria eſt hęc cognitio, & ſufficit ſemiplena probatio, Farin. *q.* 143. *num.* 164. & *ſeqq.*

Sęuitia Viri an cenſeatur probata, ex eo quod Mulier 7
audiatur in domo clamans, plorans, & auxilium vicinorum implorans. Vel pariter oculi liuidi, & tumefacti reperiantur? Farin. *num. 169. & ſeqq.* probat negatiuam opinionem, vbi etiam de muliere habente medicamenta ſuper facie.

ANNOTATIO X.

De ſeparatione Coniugum ex cauſa adulterij.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. An Vir poſsit propria auctoritate expellere Vxorem adulteram. Separatio ratione adulterij fit contra Virum, & contra Vxorem adulteram, etiam ſi Vir fuerit in culpa in adulterio Vxoris. Hæc ſeparatio fit quoad habitationem, Thorum, & diſciplinam; etiam ſi vnicus actus adulterij interceſſerit, vel Sodomiæ, quod crimen etiam tentatum cum Vxore ſit cauſa huius ſeparationis. Actio ad petendam hanc ſeparationem

nunquam

nunquam præſcribitur. In quibus caſibus adulterium non ſit iuſta cauſa huius ſeparationis. Et quomodo Coniux innocens poſſit recipere nocentem. Quando Vir teneatur Vxorem adulteram alere. Et quid pendente iudicio ſeparationis. Adulterium quando dicatur notorium. Et quando exceptio adulterij impediat reſtitutionem. Et quomodo probetur.

§. II. Quando, & quomodo mutua adulteria compenſentur. An ſententia diuortij tranſeat in iudicatum. Et quid ſi Coniux innocens poſt ſententiam, quæ fecit tranſitum in iudicatum, labatur in adulterium.

SVMMARIVM.

1 *ADultera Vxor poteſt expelli per Virum propria auctoritate, & agens ad reſtitutionem quomodo expellatur hac exceptione.*

2 *Adulterium Vxoris, & etiam Viri præbet cauſam ſeparationis. Et quid ſi Viri culpa Vxor adulterata eſt, num.3.*

4 *Adulterium præbet cauſam ſeparationis, etiam quoad curam, & diſciplinam Coniugis.*

5 *Adulterium etiam ſemel patratum dat cauſam ſeparationis, ſecus in adulterio ſpirituali.*

6 *Sodomia etiam paſſiua eſt iuſta cauſa ſeparationis Coniugum. Et quid de commiſſa inter duas fœminas, num.7. Et de commiſſa, vel tentata cum propria Vxore, num.8.*

9 *Actio, quæ competit Coniugi ad petendum diuortium, nunquam præſcribitur.*

10 *Adulterium non præbet cauſam ſeparationis, quando Viri cauſa factum eſt, vel ipſe Vxorem proſtituit latè, num.11.*

12 *Adulterium expreſsè remiſſum non præbet cauſam ſeparationis. Et quando poſſit inter Virum, & Vxorem tranſigi. Et etiam ſi remiſſum ſit tacitè per reconciliationem, quæ quomodo præſumatur facta, num.13. Et quid ſi reconciliatio eſt poſt ſententiam diuortij, num.14.*

15 *Separatione facta inter Coniuges ratione adulterij, Coniux innocens poteſt recipere nocentem, Clauſula apponenda in ſententia ſeparationis, num.16. Et quid ſi innocens fornicatus ſit poſt ſententiam, num.17.*

18 *Maritus an teneatur alere Vxorem, facta ſeparatione ob adulterium, vel quando eam expulerit propria auctoritate, num.19. & 20. Et quid lite pendente, num.21.*

22 *Maritus quando poſſit propria auctoritate expellere Vxorem adulteram, latè num.23. & 24.*

25 *Adulterium notorium quando dicatur.*

26 *Vxor poteſt propria auctoritate diſcedere à Viro retinente concubinam in propria domo, & quam cautionem poſſit petere.*

27 *Adulterium occultum, ſed incontinenti probari allatum, an impediat reſtitutionem faciendam Coniugi ſpoliato. Et quando propter tale adulterium poſſit Coniux Coniugem expellere.*

28 *Adulterium quomodo probetur ad inducendam ſeparationem.*

ANNOTATIO X.

§. I.

Ad Textum in cap. ſignificaſti, de diuort.

TRactatur in hoc *text.* materia ſeparationis Coniugum ob cauſam adulterij, de qua latè Sanch. *de matr. lib.*10. per plures diſputationes habetur *per tot.* 32. *quæſt.*7. *in Decreto, & in cap. ex literis, eod. tit.* vbi Abb. Hoſtienſ. *in cap.*1. *num.*1. & ibi etiam Io. Andr. *num.*2. *de* *diuort. gloſ. in cap.*2. *in figurat. caſus in fin. & in verb. vel alio, eodem tit.* & ibi Hoſtienſ. *num.*1. Abb. *n.* 2. & Card. *num.*1. idem Cardin. *in cap. porro, poſt num.*3. *& in* 2. *oppoſ. in fin. eod. tit.* Anchar. *in cap. de illa, num.* 2. *in* 1. *notab. cit. tit.* vbi etiam Zabar. *in fin. verſ. ego puto*, & Præpoſ. *n.*5. *in fin.* gloſ. *in cap. gaudemus, in verb. Euangelio*, vbi etiam Io: Andr. *num.*13. *in fin. eod. tit. de diuort.* tractant Bermon. *de public. concub. rubr. de adult. num.*22. *verſ. pœna ergo, & rubr. de fornic. num.*8. *& ſeqq.* vbi ponit plures rationes huius concluſionis, Pract. Corrad. *rubr. de adult. num.*2. Couar. *in* 4. *decret. p.*2. *cap.*78. *num.*8. *& §.*6. *num.*6. *verſ. imo poterit vxor*, Clar. *in pract. §. adulterium, num.*12. *verſ. alia quoque eſt pœna*, & ibi Baiard. *in addit. num.* 85. Petr. Barboſ. *in repet. rubr. ff. ſolut. matr. part.*2. *ſub num.*18. nouiſſimè D. Carol. de Baucio, Vir variarum virtutum exemplar, qui peruetuſtæ Nobilitati ſuæ Familiæ propriam, & eminentiorem literarum, & virtutum præclaritatem adiunxit, in ſuo accurato *tract. Miſcell. pract. caſ. conſcient. fol.* 182. *& ſeqq. petet primo, & ſeqq.* & alij apud Sanch. apud quem inuenies quicquid dici poteſt in hac materia, quæ cum in tribunalibus non ſit multum frequens, & cum ſit vulgaris apud omnes DD. dicemus hic tantum aliqua practicabiliora. Ad quod

Anooto primò, quòd non ſolum datur ſeparatio inter Coniuges ob adulterium Mulieris, vt in *cap. ex literis, de diuort.* vbi DD. communiter, ſed etiam Vir poteſt propria auctoritate expellere Vxorem adulteram notoriè, vt in proprio caſu huius *text. cap. ſignificaſti*, vbi etiam DD. communiter; imò etiam excipiendo impeditur reſtitutio facienda Coniugi ſpoliato, vt tenet Henriq. Boich. poſt Hoſtienſ. in hoc *cap. ſignificaſti, n.*8. *in* 4. *caſ.* Verùm contrarium, ideſt, quòd exceptio adulterij non impediat reſtitutionem, voluit Archid. *in cap. de Benedicto, num.*2. 32. *q.*2. vbi etiam Bellam. *num.* 1. *verſ. non ſecundum Hugonem*, ſed veritas huius quæſtionis pendet ab illa diſtinctione, an occultum ſit adulterium, vel notorium, de qua infra. 1

Anooto ſecundò, quòd licet *text.* in hoc *cap. ſignificaſti, & in cit. cap. ex literis*, concedat ſeparationem inter Coniuges ob adulterium Vxoris; idem etiam procedit ob adulterium Viri, vnde alteri ex Coniugibus, contra alterum Coniugem datur hæc actio ſeparationis. Vir enim, & Vxor non debent ad imparia iudicari, & ſtatuta in Vxore procedunt etiam in Viro, ad *text. in cap.* 2. *in fin. de diuort.* vbi gloſ. *in verb. in viris*, Anchar. *num.* 5. Anton. de Butr. *num.*4. & Card. Zabar. *num.*2. Baiard. ad Clar. *in pract. §. adulterium, verſ. & ſciat; num.*89. & ipſe Clar. *num.*13. diximus *annot. præced.* & tenet Sanch. *de matr. lib.*10. *tit. de diuort. diſp.*3. *num.* 1. 6. *& ſeqq.* vbi multos allegat, & ad contraria reſpondet, quòd procedit, etiam ſi cum ſoluta fornicatus fuerit Vir, Pariſ. *conſ.*54. *num.* 43. *& ſeqq. lib.* 4. Baiard. ad Clar. *cit. loc. num.*85. *&* 95. 2

Annoto tertiò, propter adulterium dari ſeparationem inter Coniuges, etiam ſi culpa Viri Mulier inciderit in adulterium, vt ſi illam expulerit de domo, denegando ei alimenta, non reddendo debitum, aut quid ſimile, vt in hoc *text.* vbi gloſ. *verb. materiam, & cit. cap. ex literis*, in illis verbis, *Quod cum Vir negaret ei in neceſſarijs prouidere, crimen compulſa eſt incurrere memoratum*, vbi DD. quòd non procedit, quando Vir Vxorem inuitam tradidit alteri ad adulterandum, vt per cit. gloſ. *in verb. materia*, in hoc *cap. ſignificaſti*, vbi Innocent. & Hoſtienſ. vel quando Vir expuliſſet Vxorem de domo ea inteotione, vt adulterium committeret, vel alimenta denegaſſet, vt neceſſitate compulſa adulterium perpetraret, tunc idem eſt, ac ſi Vir adulterio conſentiret, & proinde ei denegatur actio ad ſeparationem, tenet Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. diſp.*5. *num.* 6. vel quando dedit cauſam, vt infra. 3

Anooto quartò, quòd ex cauſa adulterij hæc ſeparatio fit, non ſolum quoad Thorum, & habitationem, vt concludit Sanch. *de matr. lib.*10. *tit. de diuort. diſput.*3. *num.*2. vbi dicit concluſionem eſſe de Fide, & à nemine in controuerſiam adduci, & inniti rationibus naturalibus, ſed etiam quoad curam, & diſciplinam, vt tenet Imol. *in cap. tua, num.* 5. *de procur.* & ſequitur Sanch. 4

*cit. loc. num.*3. vbi improbantur contrarium tenentes, & datur intellectus ad *text. in cap. admonere* 33. *quæst.*1.

5 Ampliatur primò sententia, quòd ratione adulterij fiat separatio inter Coniuges, vt procedat etiam si vnica intercedat fornicatio; sufficit enim ad separationem inducendam vnicus actus adulterij, vt obseruat Barbos. *solut. matr. part.*2, *num.*23. Berm. *de public. concub. rubr. de fornicat. num.*13. *vers. sed notate*, Sanch. *de matrim. lib.*10. *disp.* 15. *num.* 11. qui dicunt, contrarium procedere in fornicatione spirituali; ratione enim hæresis non datur separatio inter Coniuges, nisi intercedat pertinacia, itavt etiam post plures actus si Coniux hæreticus resipiscat, Coniux Catholicus teneatur illum recipere, probatur *ex cap.*2. *de diuort.* & glos. *in cap. fin. verb. iudicio, de conuers. coniug.* secus dicendum in adulterio carnali, in quo facta separatione, Vir non tenetur recipere Vxorem etiam emendatam, vt allegat Barbos. *cit. loc. n.* 25. & Sanch. *cit. loc. & disp.* 13. *per tot.* vbi facit plures illationes, & totam materiam ad saturitatem explicat.

6 Amplia secundò, iustam causam separationis præberi Vxori, non solum si Maritus inciderit in adulterium, sed etiam si in crimen Sodomiæ, per quod magis videtur læsum fœdus Matrimonij, secundum opinionem Barbos. *ff. solut. matrim.*2. *part.* intra *num.*30. hanc opinionem tenuere Abb. *in cap. maritus*, *num.* 3. *de adult.* Franc. Marc. *decis.*379. *num.*4. *in* 2. *part.* Andr. Sicul. *cons.* 64. *à num.*10. *lib.*1. Clar. *in pract. crim. lib.*5. §. *Sodomia*, *n.*7. Syluest. *verb. diuortium, num.*10. Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. disp.*4. *num.*2. 3. & 4. vbi validas adducit rationes, penè innumeros DD. & respondet contrarijs; eandemque opinionem *num.*4. extendit ad Sodomiæ crimen passiuè patratum, itavt siue actiuè, siue passiuè in hoc crimen incidat Vir, potest Vxor petere separationem, licet alij teneanr contra. Et *num.* 5. dicit idem pro-

7 cedere pro Viro contra Mulierem, si hoc crimen Sodomiæ inter duas fœminas committatur, quod si quis desideret scire modum, quomodo hoc crimen committatur, & consummetur inter duas fœminas, consulat ipsum Sanch. *cit. loc. num.*5.

8 Si Vir committeret, vel tentaret Sodomiam cum propria Vxore inuita, tunc iustam habet causam separationis Vxor, & licet de perpetua separatione videantur loqui DD. de quibus Sanch. *cit. loc. num.*6. 7. & 8. tamen ipse Sanch. dicit hanc separationem debere esse ad tempus, idest ad tempus arbitrarium in secundo casu quando hoc crimen est tentatum. Sed in primo casu quousque Vir desistere à scelere illo renuit, ad quod allegat aliquos Summistas. De alijs casibus pollutionis, & peccatis contra naturam etiam particularissimis remitto te ad Sanch. *cit. disp.*4.

9 Obserua, quòd actio, quæ competit Coniugi ad petendum diuortium, nunquam præscribitur, quamuis ius accusandi de adulterio præscribatur quinquennio, tam quoad pœnam criminalem, quàm quoad ciuilem, ex *l. adult.* 3. *C. ad l. Iul. de adult.* ita vt transacto quouis tempore, integrum est Coniugi innocenti separationem petere, glos. *in cap. admonere*, *verb. pœnitentia*, 33. *q.* 2. quæ reprobat tenentes hanc actionem, præscribi spatio annorum viginti, vide Anan. *in cap. maritus*, *in fin. de adult.* Farinac. *pract. crimin. quæst.* 10. *num.* 2. 1. *part.* Sanch. *cit. loc. disp.*3. *num.*9.

10 Obserua, quòd non potest in multis casibus, secuto adulterio, inter Coniuges peti hæc separatio. Et primò Maritus non potest petere separationem sub prætextu adulterij Vxoris, cui ipse causam dedit, quòd si fuit in culpa solum, diximus *num.*3. vel quando Vir ipsam Vxorem prostituerit, *cap. discretionem, de eo, qui cognouit consang.* probatur ex adductis per Farinac. *qu.* 142. *num.* 80. 4. *part. crim.* Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. disp.* 17. *num.*6. vbi habetur, quòd Vxor potest propria auctoritate diuertere à Viro, si ille sit Vxoris leno.

11 Ampliatur hæc limitatio, vt procedat, siue Vxor inuita, aut coacta prostituta fuerit, siue etiam volens, & consentiens, secundum Io. Andr. *in hoc cap. significasti*, *num.*7. Anton. de Butr. *num.*7. Abb. *num.*6. Præp. *num.* 4. & Alex. de Neuo *num.* 7. sequitur Sanch. *cit. loc. disp.* 5. *num.*4. vbi *num.*5. idem tenet, si Vir aduertens de Vxoris adulterio, noluit prohibere, cum potuerit, quia tunc idem est, ac si expresse consensisset, qui etiam declarat, quando, & quomodo Maritus dicatur impotens ad prohibendum Vxori adulterium, & quid è contra de Vxore conscia adulterij sui Viri, & illud non prohibente. Et quid de Viro domi insimul cum Vxore adulteram retinente, vide eundem Sanch. *cit. loc. disp.*14. *num.* 17. vbi concludit perinde haberi, ac si Vxoris leno existeret, quatuor tamen concurrentibus, de quibus ibi per eum. Et *num.* 18. vbi de Viro se familiarem exhibendo cum adultero, insimul cum eo ludendo, ridendo, & comedendo. Et *disp.*17. *num.*7. vbi de Viro admittente ad domum suam viros procaces, & parum pudicos.

Secundò, Maritus non potest petere separationem sub prætextu adulterij Vxoris, quando ei expresse remiserit, & renunciauerit hanc actionem; nam ad ius renunciatum redire non potest, *l. si maritus*, §. *si negauerit*, *ff. ad l. Iul. de adult.* Barbos. *ff. sol. matrim. part.* 1. *num.*100. *ante fin. vers. hæc autem reconciliatio*, & *n.*104. *vers. vlterius*, & *num.*105. & *seqq.* vbi latè disputat, & declarat an, & quando valeat transactio inter Virum, & Vxorem super adulterio, & quando post dictam transactionem, & ea non obstante possit Maritus Vxorem de adulterio accusare, de quo etiam per Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. disp.*6. *n.*10. & per Surd. *de aliment. tit.*7. *quæst.*16. *num.*35. & *seqq.* vbi à *num.*89. disputat, an valeat expresse remissio facta per Virum Vxori adulteræ quoad odium, & rancorem sine præiudicio interesse ciuili prædicto, sequitur Sanchez *cit. loc. disp.* 8. *num.* 22. & *disp.*5. *num.*19. vbi quando Maritus à propria accusatione desistit. 12

Procedunt etiam supradicta si Maritus tacitè se reconciliauerit, vt quando sciens Vxoris adulterium, tacuit, & eam in domo retinuit; nam tunc censetur tacitè remisisse actionem, quam habebat ad separationem, & dotis amissionem, secundum glos. *in l. cum mulier*, *in verb. approbauit*, *ff. solut. matrim.* argumento *text.* à contrario sensu in *cap. plerumque*, *de donat. inter vir. & vxor.* vbi glos. *in verb. nec reconciliata*, & DD. Barb. *in l.* 2. *in princip.* 1. *part. ff. solut. matrim. num.* 53. *vers. illud vtique*, & *num.* 100. *vers. limita tertio*, & *num.* 161. vbi ampliat, etiam si Maritus non reduxerit Vxorem adulteram ad domum suam; dummodò cum ea rem habuerit, Azor. *in sum. ad leg. Iul. de adult. post num.*13. Gram. *decis.* 273. & *decis.* 274. *num.*6. Boer. *decis.* 338. *num.*4. Couar. *in* 4. *decret. part.*2. *cap.*7. §.6. *num.*7. Clar. *in pract.* §. *adulterium*, *num.*18. *vers. caueat etiam*, & ibi Baiard. *num.*116. qui tenet, quòd Vxor, quæ passa est se cognosci carnaliter à Viro, non potest amplius contra ipsum agere de adulterio, Viu. qui testatur de communi *opin. vlt. num.* 13. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuort. disp.*5. *num.*19. & *disp.*14. *num.*1. & 2. vbi ampliat in hac reconciliatione Viri cum Muliere, siue expressa, siue tacita, non esse necessariam Coniugis acceptationem. Et *num.* 4. & *seqq.* ampliat, siue reconciliatio sequatur post sententiam diuortij, & siue adulterium sit notorium, siue etiam occultum, dummodò reconcilianti notum. Et *num.*19. ad reconciliationem sequutam per oscula, & amplexus. 13 14

Obserua, quòd prætextu adulterij non dissoluitur Matrimonium quoad vinculum, probatur ex *text. in cap. gaudemus, de diuort.* vbi Abb. *num.*9. *notab.* 5. & ex *text. omnes cautiones*, *vers. quamdiu viuit vir* 32. *quæst.* 7. Barbos. *solut. matrim. part.*2. *num.* 15. & *seq.* qui refert contrarium tenentes, Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. disp.*2. *per tot.* vbi resolutis contrarijs, probat hanc conclusionem pluribus argumentis.

Hinc est, quòd facta hac separatione ob causam adulterij, poterit Coniux innocens, si voluerit, in consortium recipere Coniugem adulterum, & illum sibi reconciliare, etiam inuitum, dummodò professionem non emiserit, iuxta glos. *fin. in cap. ex literis*, vbi etiam DD. præsertim Abb. *num.*12. Innoc. *in cap. de illa, ante fin. vers. sed si vir, de diuort.* vbi aduertit Iudicem pronunciantem super separatione thori propter adulterium Vxoris, vt addat in sententia clausulam, *quamdiu viro accusatori iustè placuerit*, quam sententiam sequuti sunt omnes Canonistæ ibidem, vt testatur Hostiens. *num.* 1. *in fin.* & 2. *in princip.* 15 16

Infertur

17 Infertur etiam, quod facta separatione Thori, si Maritus cum aliqua Mulier fornicetur, reintegratur Matrimonium, & Vxor potest petere ad Virum restitui, ad text. in hoc cap. vbi glos. in verb. ab inuicem segregati, & in glos. fin. & Hostiens. col. 2. num. 2. vers. sed quod si post sententiam, Abb. num. 1. & 6. & 11. qui testatur de magis communi, Felin. in cap. lator, num. 9. declarat. 8. de sent. & re iudic. Couar. 4. decr. part. 2. cap. 7. §. 6. n. 5. vers. imo lata sententia, Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 16. num. 52. qui contra oooollos testatur de communi, latè Sanch. de matr. lib. 10. tit. de diuort. disp. 9. quæst. 3. n. 27. & seqq. qui in proposita quæstione quatuor recenset Doctorum sententias, quarum vltima, cui ipse adhæret tanquam probabiliori est, vt isto casu Coniugi nulla competat actio aduersus Cooiugem, quia fornicatus fuit post sententiam diuortij ad sui fauorem latam; sed benè Iudex ex officio, ad euitandum fornicationis periculum, potest, & debet Coniuges reconciliare, & insimul ad habitandum cogere, & hanc seotentiam, sic in vtraque parte distinctam probat auctoritatibus Canonistarum, & Theologorum.

18 Facta separatione Thori inter Coniuges propter adulterium Vxoris, an teneatur Maritus illam alere, controuersum est inter DD. defenduot alij teneri, quia licet sit adultera, non propterea desinit esse Vxor, vt testatur Card. Alex. in cap. ex parte, col. fin. vers. sed operæ pretium, de sponsal. sequitur, qui testatur de communi Clar. in §. adulterium, num. 17. vers. facta autem. Alij verò oppositam tenent sententiam, quos videre est apud Barbos. hanc cootrariam seoteotiam sequentem in rubr. ff. solut. matr. part. 2. num. 47. qui testatur de magis communi, & veriori opinione, & apud Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 16. num. 19. Sanch. verò de matrim. lib. 10. tit. de diuort. disput. 8. num. 34. videtur inclinare in sententiam hanc negatiuam, si adulterium est nototium, secus si noo est notorium. Pro cuius opinionis veritate aduertendum est, quòd Sanch. loquitur de alimentis præstandis à Viro Vxori adulteræ post decretum separationis: nam ante decretum, & pendente lite loquitur eod. loc. num. 28. Si igitur adulterium constat ex actis, quorum probatiooe Iudex processit ad sententiam separationis, dicendum est adulterium esse notorium; cum notorium sit, quod ex actis resultat, ex doctrina Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 166. num. 6. & aliorum; & in his terminis sententia facit notorium, quòd nulla tergiuersatione celari potest, Sanch. lib. 10. disp. 12. num. 13. ergo distinctio illa notorij, & noo notorij, non cadit in hoc casu.

19 Benè tamen cadit distinctio in casu, in quo Vir propria auctoritate eiecit Vxorem adulteram; nam si eam eiecit propter adulterium notoriom, non tenetur alere, secus si adulterium non sit notorium; nam tunc tenetur eam alere, prout distinguit optimè Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 16. num. 16. & seq. Pontan. de aliment. cap. 13. num. 2. Peguer. decis. crim. 2. num. 1. & ratio est, quia Maritus licitè, & iustè expellit Vxorem nototiè adulteram, per doctrinam Surd. cit. loc. num. 18. vbi num. 2. à contrario deducit, quòd si Vxor non eiecta à Viro, sed spontè recedit propter adulterium non potest petere à Viro alimenta, ad dicta per Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num. 9.

20 . Ampliatur conclusio, quòd Maritus non teneatur præstare alimenta Vxori adulteræ, etiam si Maritus illam è domo expellendo iniustè, dederit causam, vt adulteraret: quia expulsio, licet iniusta, minimè excusat adulterium Vxoris, quæ debet omnia perpeti incommoda, quamuis grauissima, potius, quam adulterium committere, l. si quis propter, ff. de furt. hanc opinionem tenent Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 16. num. 42. Sanch. de matr. lib. 10. tit. de diuort. disp. 8. num. 26.

21 Vltimò in hac materia alimentorum obseruandum est, quòd pendente lite, & causa super separatione Coniugum ex causa adulterij, indistinctè tenent communiter DD. quod Maritus tenetur præstare alimenta Vxori adulteræ, & non solum alimenta, sed etiam litis expensas, defendit Barbos. rubr. ff. solut. matr. part. 2. num. 44. in fin. vers. poterit tamen, Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 118. num. 5. optimè Ceuall. in commun. opin. q. 734. num. 18. & seqq. vbi relatis, & reprobatis contrarijs, testatur de communi, Afflict. decis. 10. num. 2. & ibi Vrsill. num. 1. & 6. vbi testatur in hoc omnes DD. conuenire, Crescent. decis. 233. Triuisan. decis. 16. num. 5. lib. 2. qui conclusionem ampliat, etiam quòd adulterium sit notorium, quando mulier oon habet alia bona, ex quibus se alere, & litis expensas facere valeat, sequitur Sanch. de matr. lib. 10. tit. de diuort. disp. 8. num. 28. Vbi ampliat, siue Thori separatio intentetur à Viro contra Vxorem, siue ab Vxore contra Virum. Sunt & alij DD. quos refert Ceuall. cit. loc. qui tenent, quòd quando adulterium est notorium, Maritus non tenetur præstare alimenta, & litis expensas Vxori pendente lite, quæ opinio licet sit fulcita minori numero DD. tamen validatur validiori ratione; nam certum est, quòd Mulier nototiè adulterans potest expelli iustè per Maritum ante sententiam separationis, vt diximus supra cum Clar. Sanch. Surd. & alijs; si ergo illam iustè expellere potest, ergo non tenetur alere, vt probat Sanch. cit. loc. num. 24. intelligendo de notorio, vt infra.

Posser dubitari an vera sit conclusio illa, quòd Maritus valeat expellere Vxorem adulteram nototiè propria auctoritate, & sine iudicio Ecclesiæ. Partem negatiuam, idest, quod non possit, tuentur Hostiens. in cap. porrò, num. 3. qui testatur de communi de diuort. Io. Andr. ibid. num. 3. Anch. num. 9. Butr. num. 12. glos. in cap. gaudemus, in verb. ceciderunt, de conuers. coniug. & in cap. ex parte, verb. manifesta, de sponsal. vbi Host. num. 4. Tur. in cap. Agathosa, in fin. in verb. vxorem 27. quæst. 2. à qua opinione non videtur discedere Couar. in 4. decret. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 12. licet supra num. 9. & seq. multa in contrarium adducat Baiard. ad Clar. §. adulterium, n. 91. vers. sed aduerte, Barbos. rubr. ff. solut. matr. part. 2. n. 26. vers. & quamuis, Franc. Marc. decis. 534. num. 24. part. 1. sequuntur multi Theologi, de quibus Sanch. lib. 10. tit. de diuort. disp. 12. num. 11. 22

Alij verò contrariam tuentur sententiam, quòd possit Maritus propria auctoritate sine iudicio Ecclesiæ expellere Vxorem ob adulterium notorium, ita Præpos. Alex. in hoc cap. significasti, num. 4. col. 2. ad med. vers. secunda autem causa, Alex. de Neuo in cap. plerumque, num. 10. vers. in glos. 1. de donat. inter vir. & vxor. glos. in cap. Agathosa, in verb. fornicationis 27. quæst. 2. Abb. in cap. constitutus, num. 4. de conuers. coniug. & in cap. ex parte, in fin. vbi etiam Alex. de Neuo num. 10. de sponsal. Catellian. in suis memorial. in verb. vxor suspecta, vers. tamen contrarium, Clar. in pract. crim. §. adulterium, num. 12. vers. alia quoque est pœna, in fin. qui testatur de communi, Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 16. num. 16. & seqq. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 12. quæst. 2. num. 12. 23

Alij verò concordant hanc dissonantiam Doctorum, in prima opinio, quæ tenet non posse Maritum expellere propria auctoritate Vxorem adulteram, procedat, quando adulterium est occultum, aut oon totaliter notorium, itavt possit aliqua tergiuersatione celari. Secunda verò opinio, quæ tenet posse Maritum expellere Vxorem adulteram propria auctoritate procedat, quando adulterium est adeò notorium, vt nulla tergiuersatiooe celari possit. Pro hac distinctione multos refert, & sequitur DD. Sanch. cit. loc. disp. 12. quæst. 2. num. 13. 25. & 26. qui d. num. 13. dicit, quòd non omne notorium ad hoc sufficit. 24

In his terminis dicitur notorium, quòd nulla tergiuersatione celari potest, quando Coniux est conuictus per sententiam de adulterio, vt diximus supra, vel quando Coniux spontè in iudicio confessus est adulterium, vel quando Coniux inuenit Vxorem prostitutam in lupanaria, vt docet Sanch. cit. loc. num. 13. adducens ad id glos. Couar. Tur. & alios. Similiter dicitur notorium in hoc casu, quando est facti permanentis, & est, quando Vxor postquam recessit à Viro, sobolem procreauit, vt deducitur ex hoc text. cap. significasti, in illis verbis, Verùm Mulier non continuit, sed sobolem de alio Viro suscepit; vbi Innoc. in princ. vers. sed vbicumque, Hostiens. num. 1. verb. sobolem, Ioan. Andr. num. 3. Abb. num. 4. & alij, sequitur Sanch. cit. loc. Farinac. in prax. quæst. 36. num. 200. 25

Similiter dicitur adulterium notorium in his terminis,

si Vxor publicè moretur cum adultero, ita Archid. *in cap. de Benedicto*, *num.*232. *quæst.*1. vbi etiam Bellamer. *num.*1. *vers. nam secundum Hugonem*, Couar. *in* 4. *decretal. part.* 2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 12. *vers. potest tamen*, Baiard. ad Clar. §. *adulterium*, *num.*91. *in fin.* Dicitur etiam notorium adulterium, de quo hic, quando Maritus retinet concubinas domi, & tunc etiam propria auctoritate Vxor potest recedere à Viro, & si Maritus agat ad restitutionem, illa ei denegatur, Berno. *de public. concub. rubr. de adult. num.*69. *in fin. vers. decis. ista*, Lup. *in rep. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §.64. *nu.*11. *vers. & hinc est*, vbi quòd Vxor, quæ discessit à Ma-
26 rito retinente concubinam in sua domo, non tenetur redire, nisi præstita cautione per Maritum de expellendo concubinam, & amplius ea non retinenda, ex Bald. quem allegat in *cap.* 1. *vt lit. non contest.* Viu. *opin.* 478. *num.*10. Thesaur. *decis. Pedem.*30. *num.* 4. Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. disp.*18. *num.*20.
27 Dubitatur, an Coniugi spoliato petenti restitutionem ante omnia, obstet ad impediendam hanc restitutionem exceptio adulterij non notorij, si tamen excipiens offerat incontinenti probationes occulti adulterij.

Respondent aliqui affirmatiuè, ex *cap. literas*, *de restit. spol.* vbi denegatur restitutio Coniugi spoliato sub prætextu probationis consanguinitatis incontinenti faciendæ, tenent hanc opinionem Innoc. *in hoc cap. significasti*, *ante med. vers. item intelligo*, ibi etiam Hostiens. *num.*1. *in verb. excommunicationis*, *& seqq.* vbi quòd dicitur facta incontinenti probatio adulterij, quæ fit intra octo dies, ibi etiam Io. Andr. *num.*4. *vers. & hoc verùm*, Couar. *in* 4. *decret. part.*2. *cap.* 7. §. 5. *num.* 9. *in fin.* Verùm alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.*12. *quæst.*2. *num.*22. *& seqq. tit. de diuort.* tenent sub prætextu exceptionis adulterij non notorij, sed quod offertur probari incontinenti, non esse retardandam restitutionem alterius Coniugis spoliati, quod defendit mordicus ipse Sanch. relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, dicens dispositionem *cap. literas*, esse specialem in illius casu ob periculum animæ.

Hinc deducitur conclusio, quòd propter occultum adulterium non potest Vir Vxorem propria auctoritate expellere, & sine iudicio Ecclesiæ, & è contra Vxor Maritum, vt voluit Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.*16. & quòd exceptio occulti adulterij non impediat restitutionem faciendam Viro, aut Vxori respectiuè, glos. in hoc *cap. significasti*, *in verb. si notorium*, *& in verb. nisi constet*, Bertaz. *consil.*228. *num.* 1. *& seqq.* qui dicit id etiam procedere, si super adulterio fuissent receptæ aliquæ probationes, Sanch. qui alios refert concordantes *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. disp.* 12. *quæst.* 2. *num.*14.
28 Obserua, quòd adulterium ad hunc finem inducendæ separationis, probatur præsumptionibus, & coniecturis, vt in *text. cap. literis*, *de præsumpt.* vbi ponuntur duæ principales præsumptiones; vna, quæ oritur ex solitudine in locis secretis, & latebris, & alia ex solitudine, & nuditate in eodem lecto, & pariter de pluribus præsumptionibus, quando ad separationem agitur, loquitur etiam *text. in cap. tertio loco*, *cit. tit. de præsumpt.* vbi glos. *in verb. impediendum*, item & *text. in cap. præterea*, *de testib.* Marsil. *in rubr. de probat. num.*248. *vers. item ad prædicta*, Ioan. Bapt. Ferrett. *cons.* 168. *num.* 4. *in fin. vers. confirma prædicta*, *& num.*5. vbi quòd quando agitur ciuiliter ad separationem, sufficit suspicio probabilis, & vehemens, etiam quod non sit violenta, Bos. *in tit. de par. supposito*, *num.* 31. Verùm Sanch. *de matrim. tit. de diuort. disp.*12. *quæst.*3. *num.* 4. *& seqq.* reprobando opinionem Ferret. & aliorum tenet, quòd ad effectum dimittendi Coniugem, & ad faciendam separationem, non sufficit quælibet suspicio, nisi illa sit violenta, & *num.* 45. *& seqq.* declarat, ex quibus actibus ista violenta suspicio oriatur.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Per adulterium vnius ex coniugibus fit separatio thori.*

2 *Muliere inuenta cum viro in camera ianuis clausis dispectorata, an probetur adulterium?*

3 *Ad probandum adulterium, an sufficiant præsumptiones si ciuiliter agatur ad separationem thori?*

4 *Amissio dotis ex quibus indicijs resultet?*

5 *Vxori ob adulterium separatæ à viro, an debeantur alimenta?*

6 *Adulterium viri, an compensetur cum illo vxoris si agatur ciuiliter ad separationem thori?*

7 *De directo, & perneceße non probatur adulterium. Et quæ moralis certitudo.*

Ex causa adulterij per vnum coniugem commissi datur innocenti eodem macula cum sedato ius petendi separationem thori, *cap. significasti*, *& cap. gaudemus de diuort.* Sanch. *de matr. lib.* 10. *disp.*3. Gratian. *discept.*737. *num.*50. 1

An concludat probatio adulterij, ex eo quod Mulier inuenta esset in camera ianuis clausis cum viro despectorato, & cum caligis solutis? Bald. *cons.*445. *num.* 1. *lib.* 2. & Bursat. *cons.*435. *num.*35. negant, quia non probatur secutos effectus. 2

Cæterùm istæ sunt consulentium subtilitates in gratiam clientum, cum prorsus impossibile sit vt præcedentibus amoribus, alijsque signis in subsequuta mora amasij cum amasia per horas in aula ianuis clausis diù debeat non probatum adulterium, Card. de Luca *de matrimonio disc.* 13. *num.*6. & potissimè ad hunc effectum separationis Thori.

Adulterium cum clam, & in occulto committi soleat, adeòvt ferè nulli fiant casus, in quibus expressa, & concludens probatio haberi valeat, vt Mascard. *cons.*57. *n.*3. Rota *decis.*95. *num.*12. *part.*2. *diuers.* Idcircò ad præsumptiuam, & coniecturalem probationem recurrendum est, dummodò præsumptiones, & coniecturæ sint violentes, Barbos. *in lib.*2. *in princ. num.*76. *& 79. sol. matrimon.* Card. de Luca *vbi sup. num.*3. 3

Cùm igitur ciuiliter ad effectum separationis thori, & restitutionis dotis sufficiunt etiam testes singulares, & coniecturæ, Farin. *de testibus quæst.* 64. *num.* 229. Maximè si adulterium sit coniunctum cum mala tractatione vxoris, Seraph. *decis.*226. Rota *decis.*202. *num.* 8. *& seq. part.*6. *recent.*

Ex osculo, & amplexu non potest resultare amissio dotis. Attamen quando vlterius concurrit locus secretus, opportunitas temporis aliter erit, Menoch. *de arbit. lib.*2. *in addit. ad cas.*285. *num.* 38. vbi loquitur, quando mulier passa est deosculari in loco abdito, & sola cum solo, & præsumptiones, quæ ex solitudine, loco, tempore, sexuum, & qualitatis diuersitate oriuntur, coniunctæ sint, & violentæ sunt præsumptiones, latè Andreol. *controu.*336. *num.*19. *&* 20. 4

Et præsumptio adulterij est allocutio Mulieris cum viro extraneo in loco, & horis ad fornicationem commodis, & ex consabulatione viri, & mulieris, & si extraneus visus sit ingredi domum mulieris, & postea egredi, de quibus Andreol. *vbi sup.* At hæc cum grano salis erunt intelligenda.

Vxori propter adulterium separatæ à viro non debentur alimenta. Secus pendente lite super adulterio, Afflict. *decis.*10. Farin. *quæst.* 142. *num.*42. *& seq.* E contrario si vxor recedat à viro retinente concubinas, potest petere alimenta, vel fructus dotis ad sui electionem, Vrsill. *vbi sup.* ad Afflict. Farin. *num.*45. 5

Adulterium viri an compensetur cum illo vxoris? Dic quo ad separationem thori, & amissionem dotis ciuiliter. Secus criminaliter, quia vxor non accusat virum de adulterio, Sanch. *lib.*10. *tit. de diuort. disp.*8. *num.*38. 6

Farin.

Farin. *quæst.* 142. *num.* 43. vbi refert Barbos. *in l.* 2. *in princ. part.* 1. *sol. matr.* volentem, vt vxor per viam exceptionis possit repellere maritum accusantem.

7 Regulariter adulterium directè, & pernecesse probari nequit cum in occulto, & clam committi soleat, & ex mora viri per plures horas ianuis clausis si non phisica saltem moralis certitodo habeatur feruens amor, secretæ allocutiones, Rota *decis.* 337. *part.* 12. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *ADulteria mutua, compensantur in hac materia separationis inter Coniuges. Et quid si ex vna parte sint plura Adulteria, vel emendatio, num. 2. Vel quando commissa sint diuerso tempore, num. 3. Et an compensatio detur ab Adulterio ad Sodomiam, vel è contra, num. 4. & 5. Et an ab Adulterio carnali ad fornicationem spiritualem, num. 6. Hæc exceptio compensationis quando opponi possit tam in causa accusationis Adulterij, quam in causa separationis, num. 7. Et an ad compensationem requiratur exceptio Adulterij notorij, latè num. 9.*

10 *Diuortij, vel separationis sententia inter Coniuges quando transeat in iudicatum.*

11 *Diuortio, siue separatione facta ob Adulterium per sententiam quid si Coniux innocens adulteret.*

ANNOTATIO X.

§. II.

1 OBserua primò ex hoc *cap. significasti*, quòd quando Mulier eiecta est à Viro sine causa, & petit tanquam spoliata, sibi Virum restitui, & Vir ad ipsam repellendam excipit de notorio Vxoris adulterio, post spoliaonem commisso, potest Vxor sic excipientem Maritum repellere replicando de eodem suo adulterio, ex quo *text.* communiter DD. colligunt regulam, quòd separatio propter adulterium Vxoris impeditur, si Vxor excipiat de eodem adulterio Viri, & è contra; fit enim in hoc casu mutua delictorum compensatio, DD. communiter in hoc *text.* est etiam *text. in l. viro, atque vxore, ff. solut. matrim.* vbi glos. *in verb. accusantibus*, & ibi communiter Ciuilistæ, facit *text. in cap. ex literis, de diuort.* vbi glos. *in figuratione casus, & in fin.* Innoc. in vltimis verbis, Io. Andr. *num.* 5. *in verb. redire*, Anchar. *num.* 11. Card. Zabar. *num.* 4. *vers. nota, quod paria delicta*, Paris. *cons.* 54. *num.* 51. *lib.* 4. Sanch. *de matrimon. lib.* 10. *tit. de diuort. disp.* 5. *num.* 2. & *disp.* 8. *num.* 20. & *seqq.* vbi plures refert.

2 Procedit regula compensationis inter Coniuges ratione mutui adulterij, etiam si vnus Coniux vnum commiserit adulterium, & alter plura, cum iura respiciant fractionem fidei, & non oumeros, vt optimè ootat Sanch. *cit. loc. disp.* 6. *num.* 8. qui reprobat contrarium tenentes. Et *disp.* 7. *num.* 4. tenet, quòd si vnus Coniux semel tantùm adulteriom commiserit, sed postea emendatus, vult separari ab Vxore, quæ plura commisit adulteria, & adhuc non emendata persistens in adulterio, non potest repelli exceptione compensationis à Coniuge in adulterijs persistente, & licet Sanch. *cit. loc.* duas alias referat seotentias, in hac tamen ipse persistit, illam optimè probans, & declarans.

3 Procedit etiam compensatio, quando adulteria commissa sont eodem tempore, & quando diuerso tempore; nec refert, vter Coniugum io adulterium prius lapsus sit; solum enim iura ponderant Coniuges simili crimine infectos, fidem Matrimonij violasse, nulla habita ratione prioritaois, vel posterioritatis delicti, secundum glos. *in cap. veniens, in verb. sponte, de conu. coniug.* Nattar. *lib.* 4. *consil. tit. de diuort. consil.* 1. *num.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.* 50. sequitur Sanch. *cit. loc. disp.* 6. *num.* 6.

4 Similiter si Vir petat separationem propter adulterium Vxoris, poterit Vxor petere compensationem propter sodomiam Viri, & sic impedire separationem, & è contra, si Vxor petat separationem propter sodomiam Viri, poterit Vir excipere de adulterio Vxoris, atque compensationem petere cum sodomia, & separationem impedire, oon obstante quod sodomia sit crimen grauius adulterio, & ad effectum compensationis delicta videantur debere esse qualitate paria, vt optimè rationibus benè replicatis, probat Sanch. *de matrimon. lib.* 10. *tit. de diuort. disp.* 16. *num.* 4. & 5. vbi alios refert, & tenet indistinctè dari compensaoonem ab adulterio ad sodomiam, & à sodomia ad adulterium contra aliquos.

Non tamen datur compensatio de sodomia ad adulterium, quando sodomia non est perfecta, & consummata, sicut est coosummatum adulterium, secundum eundem Sanch. *cit. loc. disp.* 6. *num.* 3. vbi ait, quòd adulterium non compensatur cum mollitie alterius, vel pollutione cum tertia persona extra vas, & ijs similibus, quibus de iure per sodomiam non fit separatio Coniugum. 5

De compensatione fornicationis carnalis ad spiritualem, idest hæresim, & è contra, adest *text. in cap. fin. de conu. coniug.* vbi DD. omnes Hostiens. & Io. Andr. *in cap. de illa*, ambo sub *num.* 3. qui dicunt, quòd si quis accusetur de spirituali fornicatione, & excipiatur de carnali, adhuc in accusatione proceditur, & sic oon fit compensatio: secus si quis accusetur de carnali, & excipiatur de spirituali; quia tunc super exceptione in primis procedetur, & si de ipsa appareat, & lapsum non pœniteat, fiat compensatio, ad quæ vide etiam Bermon. *de public. concub. rubr. de fornic. num.* 12. *vers. secundo dubitatur*, & latissimè Sanch. *cit. loc. disp.* 16. vbi fusè materiam explicat. 6

Hæc exceptio compensationis ad effectum repellendi Virum ab accusatione criminali, debet ab Vxore opponi ante litis contestationem, vt tenet Albet. *in l. consensu, C. de repud.* Farinac. 4. *part. tit. de delict. carn. quæst.* 142. *num.* 41. & *seq.* sed si Vir agat ad separationem, aut amissionem doos ciuiliter, tunc poterit Vxor de adulterio Viri excipere, etiam post litem contestatam, vt tenet Conar. *in* 4. *decretal. part.* 7. *cap.* 7. §. 6. *num.* 6. quem refert, & sequitur Baiard. ad Clar. *in* §. *adulterium*, *n.* 88. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.* 56. & *seqq.* & latius Sanch. *de matrim. lib.* 10. *tit. de diuort. disp.* 6. *num.* 12. & *disp.* 9. *num.* 25. vbi amplius dicit, quòd post senteotiam latam super separatione Matrimonij, potest Coniox agere ad restaurationem Matrimonij propter adulterium à Coniuge commissum ante dictam sententiam, licet de eo non exceperit, & reddidit rationem, quia in mutua delictorum compeosaoone, delictum non deductum per viam exceptionis ante sententiam, potest post sententiam deduci per viam actionis; hæc opinio est contra oonnullos DD. quos ipse Sanch. refert, & reprobat. 7

Aduertunt aliqui in hac materia, quòd compensatio adulterij ad adulterium admittatur, quando adulterium, de quo excipitur, & de quo petitur compensatio, est certum notorium, & liquidum, secus si dubium, & incertum, per regulam *l. fin. C. de compensat.* tenet Hostieos. *in cap. fin. num.* 1. & ibi eoam Io. Andr. *num.* 1. Anch. *num.* 3. Card. *num.* 1. *in* 1. *opposit.* Anan. *num.* 1. *de adulter.* quos refert, & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.* 10. *tit. de diuort. disput.* 16. *num.* 11. & *disput.* 12. *quæst.* 2. *num.* 18. 8

Quod declaratur, aut enim agitur petitorio, aut possessorio; si petitorio, vtputa quia Vir contra Vxorem agat ad separationem propter adulterium, & tunc exceptio adulterij opposita per Vxorem, siue sit de ootorio adulterio, siue de occulto, impedit dictam separatiooem, & consequeoter admitteodæ suot probationes Vxoris super adulterio Viri; si verò agitur possessorio, vtputa quia Vir sioe causa eiecit Vxorem, & Vxor sic spoliata, petit restitui Viro, noo potest Vir Vxorem petentem hanc restitutionem, exceptione adulterij repellere, & sic restitutionem impedire, oisi excipiat de adulterio notorio; & sic primo casu admittitur exceptio occulti adulterij; secundò verò casu non admittitur, oisi exceptio adulterij notorij, secundum Innoc. in hoc *cap.* 9

signifi-

ſignificaſti in verb. conſtaret, vbi ponit rationem diuerſitatis. Et amplius ponit, quòd ſi Mulier reſtitutionem petens, velit replicare de adulterio Viri, talis replicatio pariter debeat eſſe de adulterio Viri notorio; ſic eſt exceptio Viri contra ipſam, & huic opinioni Innocentij adhærent omnes Canoniſtæ in hoc *cap. ſignificaſti*, & ſequitur Sanch. *de matrim. lib.*10. *tit. de diuort. diſput.* 12. *num.*8. *&* 9. 28. *&* 29. qui alios refert. Hæc non procedunt in foro conſcientiæ, nam ſiue notorium ſit adulterium, ſiue occultum, admittitur regula compenſationis, vnde Vir adulter, & ſi eius adulterium ſit occultum, non poteſt in foro conſcientiæ, propter adulterium Vxoris, petere ab illa ſeparationem in foro conſcientiæ, quicquid ſecus ſit in foro exteriori, ita Goffred. *in ſum. tit. de diuort. num.*15. Hoſtienſ. etiam in *ſum. & eod. tit. num.* 11. *in princip. & in cap. fin. num.* 3. vbi Io. Andr. *n.* 7. & Anchar. *num.* 5. *de adulter.* Abb. *in cap. conſtitutus, n.* 8. *in fin. de conuerſ. coniug.* Sanch. *cit. loc. diſp.*8. *num.* 30. *&* 41. *& ſeqq.* vbi notabiliter dicit, quòd licet in Foro conſcientiæ non poſſit Coniux occultus adulter petere ab Vxore ſeparationem propter Vxoris notorium adulterium, benè poteſt in eodem Foro conſcientiæ eandem ſuam Vxorem criminaliter accuſare.

10 Quæritur, an ſententia ſeparationis inter Coniuges, ſiue diuortij, tranſeat in rem iudicatam. Hanc quæſtionem ponit Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 9. *q.* 1. *per tot.* vbi refert tres opiniones, & vltimæ adhæret, quæ eſt, ſententiam diuortij, ad fauorem Coniugis adulteri non tranſire in iudicatum, benè tamen in eius odium, & contra adulterum, ad fauorem verò innocentis Coniugis, & ad eius commodum tranſit in iudicatum; & proinde adulterum Coniugem tranſactis decem diebus ad appellandum non eſſe audiendum allegantem contra ſententiam per viam appellationis, aut petentem reconciliationem, ſecus tamen de Coniuge innocente, qui poteſt etiam poſt decem dies agere ad reconciliationem, nec poteſt adulter ſub prætextu rei iudicatæ illum expellere, ita etiam tenuit Felin. *in cap. lator, in* 8. *decl. num.* 9. *de ſent. & re iud.* & faciunt dicta per Abb. *in cap. ex literis, num.* 11. *ad fin. de diuort.* & alios, de quibus Sanch. *cit. loc.* qui *quæſt.* 2. dicit, quòd ſi poſt latam ſententiam diuortij conſtet condemnatum fuiſſe innocentem, vel conſtet vtrumque Coniugem fuiſſe adulterum, tunc ſi res eſt integra, ita vt neuter mutauerit ſtatum, ſententia eſt retractanda, & Coniuges ſunt reconciliandi; ſi alter mutauerit ſtatum, vt quia profeſſus eſt, vel Ordines ſuſcepit, adhuc eſt reſtituendus ad alterum Coniugem, qui non mutauit ſtatum, verum poteſt reddere debitum, non petere; ſi vterque mutauerit ſtatum, omnes credentes diuortium fuiſſe iuſtè celebratum, & ideò mutarunt ſtatum, tunc quia vterque mutauit ſtatum inductus ex falſa cauſa, liceat vtrique alterum repetere; ſed ſi alter tantum mutauit ſtatum ex dicta falſa cauſa, eidem liceat repetere alterum, qui etiam mutauit ſtatum, ſed non inductus ex falſa cauſa, ſed ſimpliciter, ad quod ipſe Sanch. multos allegat DD. Et *num.* 13. diſputat, an profeſſio illa ex errore diuortij iuſtè celebrati ſit valida.

11 Dubitatur, ſi poſt tranſitum in iudicatum factum per ſententiam diuortij facti ex cauſa adulterij, Coniux innocens labatur ipſe etiam in adulterium, compenſentur ne mutuo delicta, ita vt ſit cogendus hic redire, & reconciliari?

Reſpondetur, hanc dubitationem habere quatuor opiniones DD. de quibus Sanch. *lib.* 10. *tit. de diuort. diſput.* 11. *quæſt.* 3. *num.*27. Sed duæ ſunt principaliores. Prima ait, compenſari adulteria in hoc caſu, & proinde iure actionis poſſe Coniugem dimiſſum repetere alterum, & hoc ex *cap. ex literis, de diuort.* vbi poſt celebratum diuortium, quia Coniux innocens tranſiuit ad ſecundas nuptias, fuit dictum compellendum eſſe ad priorem Vxorem redire, & ibi gloſ. *verb. ab inuicem*, Hoſtienſ. *num.* 2. Io. Andr. *num.* 10. Anton. *num.* 9. Anchar. *num.* 5. *in fin. & num.* 13. Cardin. *num.* 7. *oppoſit.* 3. Præpoſ. *num.* 3. Henric. *num.* 14. Couar. 4. *decret.* 2. *part. cap.* 7. §. 6. *num.* 5. Iul. Clar. *lib.* 5. *recept.* §. *adulterium, verſ. facta autem Thori ſeparatione*, Gabr. *comm. opin. tem.* 1. *lib.* 1. *fol.* 21. *col.* 2. *& fol.* 25. *col.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 52. & alij. Secunda opinio tenet, nullam competere actionem Coniugi dimiſſo ex cauſa adulterij ad repetendum alterum Coniugem, qui poſt ſententiam diuortij adulterium commiſit, benè tamen poſſe Iudicem ex officio illos cogere ad reconciliandum, hanc ſententiam ſequitur Sanch. *cit. loc. num.* 30. quam probat validis argumentis, & confirmat auctoritatibus Doctorum. Sed hæc ſecunda ſententia non eſt iure tuta, nam ſi nullam actionem acquirit Coniux adulter in hoc caſu ad repetendum alterum Coniugem factum adulterum poſt ſententiam, ergo nec acquirit actionem ad petendum officium Iudicis; ſed Iudex ſuum officium impartiri non poteſt, niſi petenti, vt deciditur in *l.* 4. §. *hoc autem, ff. damn. infect.* & ſentit Bart. *in l. Seius, ff. ad leg. falcid.* ergo, &c.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſiue imparia numero, & qualitate delicta mutua compenſatione tolluntur in ſpecie diuortij.*

2 *Differentia inter petitorium, & poſſeſſorium matrimonij.*

3 *Quid ſi adulterium ſit commiſſum culpa viri eijcientis vxorem, vel aliter?*

Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, ſi agitur 1 ciuiliter pro ſeparatione Thori propter adulterium vxoris, quia ſi vxor excipiat de eodem viri adulterio, fit delictorum compenſatio, *l. vir, atque vxor, ff. ſoluto matrim.* in materia compenſationis vnius adulterij, cum alio non attenditur, an quis vnum, vel plura commiſerit adulteria. Vnde imparia numero delicta etiam compenſantur, cum iura fractionem fidei, & non rationem numeri habeant poſt Sanch. & alios Farinac. *quæſt.* 143. *num.* 70. *& ſeqq.*

Nihilque refert, vter coniugum in adulterium, quis prior lapſus ſit, gloſ. *in cap. veniens verb. ſponte de conuerſ. coniugat.* Farin. *num.* 73.

Compenſatio etiam fit de ſodomia ad adulterium, & è contra, quamuis delicta ſint qualitate imparia, cum ſodomiæ crimen ſit minus graue adulterio, poſt Sanch. Farin. *num.* 74. *& ſeq.* vbi reſtringit ſi ſodomia ſit perfecta, & non agatur de mollitie.

Verius ſiue dicas, vt etiam pollutio extra clauſtra pudoris inducat ſeparationem non perpetuam, ſed donec reſipiſcat, Farin. *vbi ſup. num.* 90.

Differentia eſt in hac materia inter petitorium, & poſ- 2 ſeſſorium. Quia ſi agatur petitorio, quia vxor agat ad ſeparationem Thori, vel è contra, & tunc indiſtinctè admittitur exceptio adulterij, ſiue adulterium ſit notorium, ſiue non. Aut igitur poſſeſſorio de ſpolio, & tunc adulterium debet eſſe notorium, poſt alios Farin. *num.* 81. *&* 82. vbi ſublimitat in foro conſcientiæ, in quo fit compenſatio de adulterio occulto, ideòque Vir adulter, & ſi eius adulterium ſit occultum non poteſt propter ſimile adulterium petere ab vxore ſeparationem Thori, licet criminaliter poſſit agere.

Adulterium vxoris inducit ſeparationem Thori, & 3 cauſat amiſſionem dotis, etiam quod illud ſit commiſſum culpa viri, vtputa ſi vir dederit occaſionem expellendo eam de domo, non reddendo debitum, denegando alimenta, latè Farin. *vbi ſup. num.* 12. *quæſt.* 142. *num.* 11. vbi hac intentione vir egerit, vt ipſa neceſſitate vrgente adulterium perpetraſſet, quod profundiùs eſt examinandum. Et quid ſi maritus fornicetur, poſt diſceſſum vxoris abſque cauſa, videndus Farin. *quæſt.* 143. *num.* 17. *& textum in cap. ſi tu abſtines* 37. *quæſt.* 2. Sanch. *lib.* 5. *n.* 7. Rota *deciſ.* 277. *part.* 6. *rec. num.* 33.

ANNO-

ANNOTATIO XI.

De Interrogatorijs.

ARGVMENTVM.

Notatur, super quibus possint, vel non possint interrogari testes. Et quæ Interrogatoria admittantur, vel reijciantur tanquam impertinentia. An testes examinari sine Interrogatorijs probent. An sit concedenda copia articulorum, vel assignandus terminus pro illis formandis. Et an sint danda nomina testium. Et an si in termino non præsententur Interrogatoria, possit pars negligens petere repeti testes cum Interrogatorijs. Testes examinati non citata parte, sed cum Interrogatorijs, an probent. Et quando debeant interrogari super Interrogatorijs, antè, vel post articulos. Et quid si iurauerint in faciem inquisiti. An aduersus Interrogatoria non præsentata concedatur restitutio. Et an illa det excommunicatus per annum. Et an interrogans confiteatur.

SVMMARIVM.

1 *Interrogari de quibus circumstantijs possit testis. De loco, num. 2. Et tempore, eodem num. Quod declara, num. 3. De credulitate, num. 4. & 5. Et generaliter de quibus possit interrogari, num. 6.*
7 *Interrogari an possit testis de ijs, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem ipsius continent.*
8 *Interrogatoria impertinentia, incongrua, & superflua quomodo reijcienda. In dubio non præsumuntur impertinentia, num. 9. Quæ iudicentur impertinentia, num. 10.*
11 *Interrogatoria impertinentia possunt dari testi suspecto.*
12 *Interrogatoria non debent continere, quod non continetur in articulis, nec nouum capitulum.*
13 *Testes examinati sine interrogatorijs datis, an probent, latè.*
14 *Interrogare an possit testes Iudex ex officio.*
15 *Pro interrogatorijs formandis est danda copia articulorum petenti, alias testes non probant.*
16 *Interrogari qui petit testes, debet citari ad præsentandum interrogatoria infra competentem terminum.*
17 *Interrogatoria non debent ostendi parti producenti testes.*
18 *Nomina testium an sint danda parti, quæ vult interrogatoria formare.*
19 *Testes non euacuantes interrogatoria, non probent.*
20 *Interrogatoria si non fuerint in termino præsentata, an possit peti recipi testes super illa.*
21 *Interrogatoria an suppleant defectum citationis ad videndum iurare testes.*
22 *Testes quando debeant deponere super interrogatorijs, antè, vel post depositionem super articulorum.*
23 *Expensa pro recipiendis testibus super interrogatorijs, à quibus soluantur.*
24 *Testes, qui iurarunt in faciem inquisiti, an sint repetendi cum interrogatorijs ipsius inquisiti.*
25 *Interrogatoria non præsentanti in termino, an possit concedi restitutio in integrum aduersus illorum non præsentationem.*
26 *Interrogans an dicatur fateri id, de quo in interrogatorio.*
27 *Excommunicatus insordescens per annum non potest petere repetitionem cum interrogatorijs.*

ANNOTATIO XI.

§. VNIC.

Ad Textum in cap. præsentium, de testib. in 6.

OBseruandum est hic cum Canonistis aliquid in praxi frequentius, de interrogatorijs, testibus faciendis, de quibus Bald. *in cap. per tuas, num. 5. de testib. & in l. testium, num. 11. & seq. C. de testib.* Speculat. *lib. 1. part. 4. tit. de test. 6. §. in 1. vol.* Farin. *de testib. quæst. 73.* Gayll. *obseru. 95. num. 1. & 2. lib. 1.* apud quos habentur plures definitiones, seu descriptiones, nec non & diuisiones interrogatoriorum.

1 Nota primò, pro formandis interrogatorijs, quòd testes possunt interrogari super conceptis principaliter in articulis, & super circumstantijs, ex *text. in cap. cum causam*, vbi glos. & DD. *de testib.* præsertim Bald. *n. 3. & num. 47.* qui dicit circumstantias, quæ aggrauant factum, vel possunt mouere animum Iudicis ad credendum, vel discredendum, de quibus circumstantijs nonnulla adducit Zabar. *in d. text.* quodque limitat Farinac. *cit. loc. num. 27.* vt procedat in circumstantijs substantialibus, & pertinentibus ad causam, secus de impertinentibus, & non substantialibus, de quibus regulariter testis non potest interrogari, nisi sit suspectus; nam tunc etiam de circumstantijs non substantialibus interrogari potest, vt latè Farinac. *cit. loc. num. 52.*

2 Nota secundò, quòd testes possunt etiam interrogari de loco, & tempore, vt habetur in *text. cap. cum causam cit.* vbi glos. reddit rationem, quia si testes diuersi sint in loco, & tempore, nihil probant, DD. omnes in *d. cap. cum causam*, Specul. *cit. loc. num. 9. & 10.* Bart. *in l. 3. §. ideoque, num. 6. ff. de testib.* Farinac. *cit. loc. num. 28.* qui voluit, quòd ista interrogatio non debet esse restricta ad angulum temporis, vel loci, ex quibus Farinac. *num. 29. cit. loc. ad fin.* damnat interrogatoria de loco loci, & hora diei.

3 Aduerte, quòd licet testes possint interrogari de tempore, non tamen possunt interrogari de qualitate temporis, an scilicet fuerit nubilosum, vel serenum; nisi testis Iudici suspectus sit, vt tenet Specul. *cit. loc. num. 14.* & sequitur Farinac. *cit. loc. num. 30.* per glos. *in d. cap. cum causam, in verb. tempore, vers. nec intellige,* vbi Innoc. *num. 3.* & Hostiens. post *num. 9.* & alij apud Farinac.

4 Nota tertiò, quòd possunt interrogari testes, non solum quid certo sciant de negotio, sed etiam quid de eo credant, vt expressè habetur in *d. cap. cum causam*, in illis verbis, *credulitate, fama, & certitudine*, vbi Abb. *num. 2.* Pract. Corrad. *§. 2. de offic. Prætor. in caus. ciuil. rubr. de interrog. num. 2. ad med. fol. 63.* vnde in fine interrogatorium solent Procuratores formare hoc interrogatorium. Interrogetur testis, an credat ea, quæ deposuerit, esse vera; adhoc vt si testis respondeat se credere, arguant eius testimonium non valere, tanquam testimonium de credulitate.

5 Sed melius cum Specul. *cit. loc. num. 24.* vbi Io. Andr. *lit. F. num. 32. & seq.* & alijs, hoc interrogatorium cancellandum esse, & non admittendum. Et ad *text. in cap. cum causam*, respondetur loqui non de Iudice interrogante testes, dum examinantur, sed de Iudice inquirente super conditione testis post eius examen, quo casu, vt benè illius fidem iudicet, inquirere debet, an testis de certitudine, an verò de credulitate, fama, vel auditu deposuerit. Hæc Farinac. *cit. loc.*

6 Nota quartò, circa personas testium, quòd potest interrogari testis de omni eo, propter quod repelli potest, & de omnibus, quæ animum Iudicis mouere possunt ad sententiandum, vt aduertit Specul. *cit. loc. num. 19. ad med.* vnde interrogatur testis de sua ætate, an diues sit, vel pauper, an prece, vel pretio testificetur, an speret aliquod lucrum, vel damnum ex causa, seu victoria alicuius partis, an sit amicus, vel inimicus alicuius partis, & an vnquam mala verba cum aliqua parte habuerit, quam partem magis diligat, vel mallet obtinere, cuius sit professionis, & patriæ, ad cognoscendum an sit honesta

perso-

perſona, vel an poſſit veroſimiliter eſſe informatus de eo, quod depooit; prout hæc, & alia congerit Specul. *cit. loc. num.* 19. *& ſeq.* poteſt etiam interrogari de cauſa ſcientiæ, iuxta opinionem Bald. *in cap. cum cauſam, poſt num.* 3. *de teſtib.* qoem ſequitur Farinac. *cit. loc. num.* 36. Genuen. *in prax. cap.* 27. *num.* 12. qui dicit, quòd poteſt interrogari teſtis de omni eo, quod reſpicit inhabilitatem ad teſtificandum, & non continet infamiam, vel turpitudinem teſtis.

Poſſunt etiam interrogari teſtes de diffinitione illius rei, de qua deponunt, vt ſi teſtificentur de fama, de notorio, de conſuetudine, de poſſeſſione, & ſimilibus, poſſunt interrogari, quid ſit fama, notorium, conſuetudo, poſſeſſio, & ſimilia, tenet Bart. *in l.* 1. *num.* 10. *& ſeqq.* & ibi etiam concordat Bald. *num.* 3. *col.* 3. *in princ. verſ. & nota vltimo*, ſequitur Paul. de Caſtr. *num.* 15. *& ſeq.* Angel. *num.* 5. Roman. *num.* 7. qui teſtatur de communi, Aret. *num.* 7. Iaſ. *num.* 14. Rip. *num.* 28. *& ſeqq.* & alij, *ff. ſi cert. pet.* contra Salyc. *ibid.* cui benè reſpondet Alex. *cit. l.* 1. *num.* 15. *ad med. verſ. ad rationem.* Quòd adeò verùm eſt, vt etiam in tali caſu admittantur interrogatoria contraria, vt ſi teſtis deponat de bona fama, vel de nocte, poteſt interrogari, quid ſit mala fama, & quid ſit dies, &c. ita teneot Bald. Angel. & Alex. quos ſequitur, & allegat Ripa *in d. l.* 1. *num.* 31. *ff. ſi cert. pet.* Ad quod interrogatorium quomodo teneatur teſtis reſpondere, nempè groſſo modo, non per diffinitionem iuris, & alia, vide fusè apud Farinac. *de teſtib. quæſt.* 73. *num.* 41. *& ſeqq.*

Poſſunt etiam interrogari teſtes pluribus alijs modis, de quibus, ne longitudinem tangam, remitto te ad gloſ. in hoc *cap. præſentium, verb. interrogatoria*, ad Specul. *cit. tit. de teſte, §. iam de interrogatorijs, num.* 4. *& ſeqq.* ad Veſtr. *in prax. lib.* 5. *cap.* 7. *rubr. de reſponſionib. Rei ad poſitiones, &c. num.* 1. latè Monticell. *in repertor. teſt. fol.* 160. *& ſeqq.*

7 Quæſtio eſt in hac materia inter DD. an poſſit teſtis interrogari de ijs, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem ipſius teſtis continent. Affirmatiuam partem videtur tueri gloſ. *in d. cap. cum cauſam, in verb. de cauſis, verſ. ſed nunquid teſtis*, dum admittit poſſe interrogari teſtem, an ſit criminoſus, periurus, vel talis, qui teſtificari non poſſit, refert Butr. *in d. cap. cum cauſam, num.* 20. *col.* 6. *verſ. ſi quæritur*, ſequitur Alber. *in l.* 3. *num.* 8. *ff. de teſtib. & in auth. ſi teſtis, num.* 4. *in fin. C. eod.* faciunt adducta per Specul. *cit. loc. num.* 22. *in princip.*

Contrariam ſententiam tenent cæteri Doctores numero maiores, nempè non poſſe interrogari teſtem de ijs, quæ continent eius infamiam, & turpitudinem, ita Hoſtienſ. *in d. cap. cum cauſam, num.* 20. *in fin. verſ. ſed nunquid teſtis*, & Ioan. Andr. *num.* 15. qui benè reſpondent ad contraria, & in ſpecie ad *text. in l.* 3. *ff. de teſtib.* Butr. *num.* 20. qui quamuis primam referat ſententiam, tamen hanc ſecundam tenet Abb. *num.* 13. *&* 14. qui relatis alijs opinionibus, hanc dicit ſibi magis placere, Felin. *num.* 10. qui teſtatur de communi, Speculat. *cit. loc.* qui refert de conſuetudine ita ſeruari, & dicit, honeſtati conſonum eſſe, Couar. *pract. qq. cap.* 18. *num.* 7. Pract. Corrad. *rubr. de interrog. num.* 5. *fol.* 64. *col.* 1. *& num.* 6. *verſ. & communis*, & *in fin.* teſtatur de communi opinione, & conſuetudine, Olaſch. *deciſ. Pedem.* 66. *num.* 2. qui loquitur in poſitione criminoſa, Viu. *opin.* 912. *in princ.* & alij apud Michael. Craſs. *com. opin. lib.* 2. *cap.* 13. *quæſt.* 33. quòd procedit, ſiue occultum ſit crimen, ſiue notorium, & publicum, ita Felin. *cit. loc. num.* 10. *poſt med. verſ. & procedit iſta concluſio*, Couar. *cit. loc.* Pract. Corrad. §. 2. *de offic. Prætor. in cauſa ciuili, rubr. de interrogat. num.* 6. Hanc opinionem ſequitur eam ampliando, & limitando Farinac. *de teſt. quæſt.* 73. *à num.* 53. *vſq; ad* 63. Genuenſ. *in prax. cap.* 27. *num.* 12.

Verùm quicquid ſit inter Doctores in ſcribendo, Praxis quotidiana admittit interrogari teſtes, an ſint confeſſi peccata ſua eo anno, contra quod interrogatorium inſurgit Pract. Corrad. *cit. loc.* Vlterius Praxis permittit interrogari teſtes, an ſint inquiſiti, proceſſati, vel querelati, & ſi inquiſitio, proceſſus, vel querela ſit finita, vel adhuc indeciſa pendeat.

8 Sed aduerte, quòd non admittenda, ſed reijcienda ſunt interrogatoria impertinentia, incongrua, ſuperflua, & extra articulos, quia non faciunt ad cauſam, nec ad perſonam teſtis; imò ſi admittantur, teſtis non tenetur ad illa reſpondere, & ſi reſpondendo dicat ſe neſcire, non vitiatur depoſitio, ita Specul. *tit. de teſte, §. iam de interrogatorijs, num.* 19. *in fin. verſ. caueat tamen Iudex*, qui aduertit Iudicem, vt non interroget teſtes indifferenter de odio, lucro, & ſimilibus, quæ non ſunt de negotio principali, ſed ſolum de ſubſtantialibus, puta de cauſis, perſonis, loco, & tempore, nec de facto alieno, gloſ. in hoc *cap. præſentium, verb. interrogatoria, lit. N. in fin. verſ. & ſi qua reperit ſuperflua*, vbi Hoſtienſ. *num.* 30. & Archid. *num.* 7. DD. *in l.* 3. *ff. de teſtib.* præſertim Albet. *num.* 8. *ad fin.* Buttig. *in l. teſtium, col.* 1. *verſ. non tamen, C. cit. tit. de teſtib.* Andr. Gayll. *obſeru.* 95. *num.* 1. *& ſub num.* 6. *lib.* 1. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 73. *num.* 48. qui *num.* 49. aduertit Curiales, vt potius faciant interrogatoria ſuperflua, quam omittant neceſſaria, & vtilia.

9 In dubio verò interrogatoria non ſunt iudicanda impertinentia, & proinde ſunt admittenda, vt aduertit Iaſon. *in l.* 1. *num.* 16. *verſ. & nota hoc, ff. ſi cert. pet.* Franc. in hoc *cap. præſentium, num.* 6. *verſ. & in dubio*, Farinac. *cit. loc. num.* 50. Genuenſ. *cit. loc.*

10 Similiter iudicantur impertinentia, & non ſunt admittenda interrogatoria ſubtilia, cauilloſa, & facta ſolum ad inuoluendum teſtem, quæ ſi fuerint de facto admiſſa, teſtis non tenetur ad illa reſpondere, voluit Hoſtienſ. *in cit. cap. cum cauſam, num.* 9. *verſ. nec de talibus, de teſtib.* Specul. *cit. loc. num.* 24. Odofred. *in l. ſi quando, n.* 8. *verſ. ſed denuo quæro, C. de teſtib.* Farinac. *de teſtib. q.* 73. *num.* 51. qui *num.* 52. limitat, hæc non procedere in teſte 11 alias ſuſpecto, qui interrogari poteſt interrogatorijs etiam impertinentibus; imò Iudex debet laborare, vt talem teſtem in mendacijs, & contrarietatibus intercipiat, per doctrinam gloſ. *in d. cap. cum cauſam, in verb. tempore, verſ. niſi eſſet ſuſpectus*, vbi Innocent. *num.* 3. *in fin.* Hoſtienſ. *num.* 9. *&* 26. & Bald. *num.* 54. *in fin.* qui Iudicis arbitrio remittit, an teſtis ſit ſuſpectus, Odofred. & Genuenſ. *cit. loc.*

12 Nota quintò, quòd interrogatoria non debent excedere contenta in articulis, nec debent continere nouum capitulum, vtputa ſi actor articulet probandum per teſtes mutuum, Reus non poteſt dictos teſtes interrogare ſuper ſolutione, nec hoc interrogatorium debet admitti, quia continet nouum capitulum, quod tenetur Reus principaliter, & per ſuos teſtes probare, ita Alber. de Malet. *tract. de teſtib. cap.* 8. *num.* 4. Monticell. *in repert. teſt. rubr. quomodo, & qualiter teſtes circa, vel extra articulos ſint interrogandi, fol.* 169. *col.* 2. *verſ.* 1. ſequitur Farinac. *cit. loc. num.* 72.

13 Controuertitur inter DD. an teſtes examinati ſine partis interrogatorijs probent. Negant aliqui abſolutè, dicentes dictis teſtibus non adhiberi fidem, in dicto *cap. cum cauſam*, præſertim Io. Andr. *num.* 12. *ad med.* Butr. *num.* 17. Zabarell. *col.* 1. *poſt num.* 3. Abb. *num.* 6. *in fin.* Felin. *num.* 2. *col.* 3. *in princ.* Pract. Corrad. *de offic. Prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de interrog. n.* 4. *fol.* 64. Maſcard. *de prob. lib.* 2. *concluſ.* 684. *num.* 3. & alij multi. Aliqui verò DD. ex *cap. per tuas, de teſtib.* tenent, hos teſtes examinatos abſque interrogatorijs, à parte datis debere reperi cum dictis interrogatorijs, etiam poſt publicationem, ex quo videtur dicendum, qood tales teſtes probant, licet conſeruetur ius parti repetendi, tenet Specul. *cit. tit. de teſte, §. iam de interrogatorijs, num.* 21. *verſ. nam Iudices*, Alex. *conſ.* 41. *num.* 9. *lib.* 4. Matant. *de ord. iud. part.* 6. *rubr. de Interrogatoriorum Productione, num.* 4. Grauar. ad Veſtr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *rubr. de teſtib. & eorum induct. num.* 56. Andr. Gayll. *obſeru.* 95. *num.* 7. *lib.* 1. Gabr. *conſ.* 118. *num.* 69. *& ſeq. lib.* 2. & alij.

Tamen verior opinio eſt, quòd quando pars, proteſtata eſt recipi teſtes ſuper interrogatorijs, & illa præſentauit, aut non eſt elapſus terminus ad illa præſentanda, ſi teſtes recipiantur ſine interrogatorijs, non probant, eorumque teſtimonium non valet, voluit Burſat. *conſ.* 358. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 4. qui teſtatur de magis communi, ſequitur Farinac. *de teſtib. quæſt.* 73. *num.* 6. referens ſic fuiſſe per Rot. Roman. pluries deciſum, faciunt DD. adducti

ducti in prima opinione. Nec secunda opinio huic aduersatur, nam non dicit, quòd testes in hoc casu probent, sed quod debeant repeti cum interrogatorijs, implicitè tenens, quod si non repetantur, non probant, quòd simpliciter procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt ex Honded. *consil.* 101. *num.* 28. tenet Farinac. *cit. loc. num.* 8. contra Clar. & Foller. qui testantur ex consuetudine minimè dari interrogatoria per inquisitum contra Fiscum, quorum opinio est damnabilis.

14 Verùm si pars omittat dare interrogatoria, potest Iudex ex officio supplere, & interrogare testes, tenet Couar. *pract. qq. cap.* 18. *num.* 7. *vers. quamobrem*, quòd idem potest facere Notarius, siue Examinator electus, sequitur Viu. *opin.* 912. *num.* 7. Idemque procedit, si pars dederit interrogatoria, sed non perfecta, adhuc Iudex, vel Examinator potest supplere, Andr. Gayll. *obseruat.* 95. *num.* 8. *lib.* 1. refert Farinac. *cit. loc. num.* 9. *& seqq.* vbi *num.* 12. ex opinione Bossij *tit. de public. process. & test. num.* 23. *in fin.* dicit, quòd licet Iudex possit hoc facere, non tamen tenetur, vel adstringitur.

15 Obserua, quòd ad finem formandi interrogatoria, est concedenda parti copia Articulorum partis aduersæ, si eam petat, vt dicit Specul. *in tit. de teste*, §. *iam de interrogatorijs*, *num.* 3. Innocent. *in cap. per tuas*, *num.* 1. Abb. *num.* 2. Felin. *num.* 2. *ad fin. de testib.* Gayll. *obseru.* 95. *num.* 6. *vers. copia verò*, *lib.* 1. Nihilominus si hæc copia data non fuerit, & testes examinati sint, valet testium depositio, secundum aliquos DD. apud Farinac. *cit. loc. num.* 17. quam opinionem non sequitur ipsemet Farinac. & benè; nam si ex defectu, ex quo non fuit data dicta copia, fuerunt testes examinati sine interrogatorijs, & contra partis instantiam, non probant, vt diximus supra de testibus receptis sine interrogatorijs, & tenet Farinac. *cit. loc. num.* 18.

16 Aduertendum est, quòd si pars protestata sit recipi testes cum eius interrogatorijs, debet deinde citari ad præsentandum interrogatoria, vt habetur in Pract. Vestr. *lib.* 6. *cap.* 2. *rubr. de testib. & eorum inductione*, *sub num.* 6. *& num.* 17. obseruat Gayll. *obseruat.* 102. *num.* 1. *lib.* 1. & hęc citatio debet continere aliquem competentem terminum arbitrio Iudicis, ad finem vt pars valeat interrogatoria formare, vt tenet Specul. *cit. loc. num.* 1. *&* 2. Marant. *in specul. part.* 6. *rubr. de interrog. product. num.* 1. Vestr. *cit. loc. num.* 17. vbi Grauat. *num.* 54. Put. *decis.* 10. *de testib.* qui tenet, quòd testes examinati, non dato termino ad producendum interrogatoria, non probant, præsertim si terminus fuerit petitus, voluit Ioan. Andr. *in cap. cum causam*, *col.* 2. *de testib.* & alij apud Put. qui in alia *decis. lib.* 2. *decis.* 308. *per tot.* refert fuisse iudicatum, quòd testes examinati pendente termino ad dandum interrogatoria, sunt repetendi expensis illius, qui nimium præcucurrerat, licet examen non esset nullum.

17 Nota, quòd copia interrogatoriorum non est danda parti producenti testes, vt benè obseruat Praxis, & voluit glos. in hoc *cap. præsentium*, *verb. interrogatoria*, *lit. N. vers. & hæc*, vbi Franc. *num.* 6. DD. *in cap. per tuas*, præcipuè Abb. *num.* 2. & Felin. *num.* 3. Marant. *in specul. part.* 6. *cit. num.* 3. Gayll. *obseruat.* 95. *num.* 6. *lib.* 1.

18 Quæstio est inter DD. in hac materia, an sint danda Nomina testium examinandorum, adhoc, vt de eorum inhabilitate possint formari interrogatoria, de qua vide Farinac. *cit. loc. num.* 20. *& seqq.* vbi adducit Doctores pro vtraque sententia, & concludit pro affirmatiua. Verùm hæc quæstio est inutilis, nam antequam examinentur testes, obseruat Praxis, vt citet partem ad videndum iurare testes, in qua citatione describuntur testes examinandi cum Nominibus, & Cognominibus; quæstio solum procedit in criminalibus, in quibus non dantur Nomina testium, vt seruari testatur Genuens. *in prax. cap.* 27. *num.* 11. *circa fin.* sed citatur Reus ad videnda iuramenta sine Nominibus testium.

19 Obseruandum est etiam, quòd si testes recusent respondere interrogatorijs, & illa non euacuent, nihil probant, tenet Farinac. *de testib. quæst.* 73. *num.* 14. voluit Rota *decis.* 700. *num.* 32. *part.* 2. *in recentiorib.* apud Seraphin. *decis.* 836. *num.* 2. qui dicit, quòd testis nolens euacuare interrogatoria, redditur suspectus, sequitur Ludouis. *decis.* 553. *num.* 10. & ibi Annot. *num.* 17. *lit. C.*

Nota, quòd si pars citata ad præsentandum interrogatoria, non curauerit præsentare in termino, non potest deinde præsentatis interrogatorijs petere, quod repetantur testes cum eius interrogatorijs; sibi enim hoc est imputandum, nam examen est validum, Decian. *cons.* 51. *num.* 121. *lib.* 2. Farinac. *vbi supra*, *num.* 33. Rota *in vna Vallisoletana Iurisdictionis* 6. *Aprilis* 1614. *coram R. P. D. Verospio*, Ludouis. *decis.* 351. *num.* 47. *& seq.* qui idem tenet, si interrogatoria fuerint exhibita coram Notario, vel Examinatore electo ad recipiendum examen super Articulis partis, nam in hoc casu interrogatoria sunt pręsentanda Iudici, Franc. Marc. *decis. Delphin.* 427. *part.* 2. quod est nimis rigidum. 20

Obserua, quòd valet examen testium examinatorum cum interrogatorijs partis; & licet pars, quæ dedit interrogatoria, non fuerit citata ad videndum iurare testes prædictos, tamen hic defectus erit sanabilis per commissionem, vt tenet Cresc. *decis.* 1. *num.* 1. *de fer.* Put. *decis.* 300. *per tot. lib.* 3. qui refert idem fuisse decisum, si testes fuerint examinati extra tempus, vel locum designatum, Achill. *decis.* 1. *num.* 4. *de testib.* vbi dicit, quòd dans interrogatoria, videtur vti velle dictis testium, licet alias nullitas citationis sit insanabilis, sicut & iurisdictionis, & mandati, Com. *in compend. Signaturæ*, *num.* 68. *&* 69. Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 6. *& in cap. fin. num.* 125. Marchesan. *de commiss.* 2. *part. cap.* 1. *super nullitatib. num.* 19. *& seqq.* Ferret. *cons.* 209. *num.* 9. *lib.* 2. Farinac. *decis.* 818. *num.* 1. *&* 2. 21

Quæritur, quando debeant examinari testes super interrogatorijs, ante Articulos, vel postquam deposuerunt super Articulis? 22

Resp. glos. *in hoc cap. præsentium*, *verb. interrogatoria*, & alij dicunt, quod testes prius sunt examinandi super Articulis, & deinde interrogandi per interrogatoria ex aduerso data. Verùm Praxis, maximè in Curia Romana, & in Regno, seruat contrarium, quoniam priusquam testes examinentur per aliquem Articulum, tenentur respondere omnibus interrogatorijs partis aduersæ, vt quotidie præ manibus habemus. Vnde Practici Aduocati solent in ijsdem interrogatorijs addere protestationem, & ante omnia interrogari testes per interrogatoria ab eis data, quam per Articulos examinari, qua stante protestatione, non potest aliter procedi, vt testatur Flau. Peregrin. *decis.* 49. *lib.* 1. Rota *in impress. decis.* 511. *n.* 4. *lib.* 3. *part.* 3. *diuersor.*

Annota, quòd quando examen testium committitur extra Curiam in partibus, pars dans interrogatoria, debet contribuere in expensis, quæ crescunt ratione interrogatoriorum, vt notat Franc. Pauin. *tract. de offic. & potest. Cap. Sed. vac. part.* 1. *quæst.* 10. *num.* 11. 23

Dubium est inter Scribentes, an testes, qui iurauerunt in faciem inquisiti, & fecerunt confrontationem, sint postea repetendi cum interrogatorijs inquisiti, de quo latè per Farinac. *de testib. quæst.* 22. & ante ipsum Honded. *cons.* 101. & nouissimè Genuens. *in prax. Cur. Archiepiscop. Neap. cap.* 27. *num.* 13. & Ricc. *in decis. eiusdem Cur. part.* 2. *decis.* 242. *per tot.* ex quibus concluditur, quòd possunt pro inquisitis repeti testes cum interrogatorijs, non obstante confrontatione in faciem inquisiti, quia confrontatio licet suppleat defectum repetitionis, secundum Afflict. *in Constitut. Si damna clandestina*, *num.* 28. quem sequitur Clar. *quæst.* 11. & alij apud Ricc. *cit. loc. num.* 6. non tamen supplet defectum interrogatoriorum, cum quibus debent testes examinari in ciuilibus, & criminalibus, vt in *cap. cum causam*, *& cap. per tuas*, *de testib.* & in hoc *cap. præsentium*. Refert tamen ipse Genuens. *cit. loc.* Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam denegasse quandoque in atrocibus delictis, & ferè notorijs repetitionem, quando ex repetitione sperabatur potius subuersio testium, & iustitiæ, quam indagatio veritatis; & aliquando fuisse monitos inquisitos ad facienda interrogatoria in actu confrontationis, iuxta dicta per Farinac. *cit. loc.* Et aduerte, quod Ricc. sibi ipsi contrarius aliud refert in *collect. decis. part.* 4. *collect.* 1044. *limit.* 2. 24

Obserua, quòd parti, quæ non dedit interrogatoria in tempore, non conceditur restitutio aduersus dicta 25

interrogaroria omiſſo, quamuis eſſet minor, niſi prius conſtet de læſione, iuxta *deciſ.* Put. *9. de reſt. in integr. & deciſ.*23.*lib.*3. Viu. *opin.*896.*num.*5. Farinac. *de teſtib. quæſt.* 73. *in fin. num.*72. & ſi de facto ex gratia concedirur repetitio, fit expenſis partis contumacis in dandis illis, Alex. *conſ.*172.*num.*9.*lib.*2. Put. *deciſ.*427.*part.*1.*& deciſ.*317.*part.*2. Rota *diuerſ. deciſ.*84.*lib.*1.*part.*3. quos ad hoc citat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 391. *num.* 37. ſed non citantur ad literam.

26 Quæri poteſt in hac materia, an interrogans videatur fateri id, de quo interrogat? Et reſponderi poteſt affirmatiuè, ex gloſ. 2. *in cap. fin.* 31. *quæſt.* 1. & Archid. *in cap. quod ait* 22. *quæſt.* 2. & gloſ. *in verb. confeſſus, in cap. cum venerabilis, de except.* Sed contrarium eſt verius, nempè quod interrogans non fateatur id, de quo interrogat, tenet Felin. *in cap. quoniam contra, num.* 6. *de probat.* & refert in *cap. examinata, num.*4. *de iudic.* ad quod citat Abb. *in cap. vlt. de confeſs.* voluit etiam Bart. *in l.* 2. *§. quod obſeruari, C. de iureiur. propter calumn. & in l.* 1. *ad fin. ff. de interrog. act. in* 1. *col. verſ. quæro*, Addent. ad Felin. *in d. cap. examinata, lit. D.*

27 Obſerua, quòd excommunicatus perſiſtens in excommunicatione per annum, cum habeatur pro confeſſo, & conuicto de delicto principali, pro quo fuit citatus, & non comparens excommunicatus, amplius non eſt audiendus, vt latè diximus *Annot.*2. & non poteſt petere repetitionem teſtium, ac dare interrogatoria; ſiquidem repetitio teſtium fit ad probandam intentionem Fiſci, ſed Fiſcus in tali caſu eſt in probatis, ergo non eſt neceſſaria repetitio, ita tenet Genuenſ. *in prax. Cur. Archiepiſcop. Neap. cap.* 26. *num.* 1. *&* 2. ex opinione Rip. Bart. Menoch. & aliorum apud eum. De materia Interrogatoriorum in cauſa hæreſis, vide relata per Farinac. *de Hæreſi, quæſt.*188. §.1. *num.*14. *ampliat.*4.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *INterrogatoria cur dentur teſtibus?*
2 *Praxis Eccleſiaſtica interuentus Interpetris.*
3 *Receptor teſtium quando nequeat examinare ſuper interrogatorijs.*
4 *An interrogari poſſit teſtis, an cupiat, vt is pro quo deponit vincat?*
5 *Expenditur vltimum interrogatorium.*

1 NE de facili practicetur teſtium ſubornatio antequam deueniatur ad examen ſuper articulos præcedit examen ſuper interrogatorijs, quæ diligenter, ac cautelatè concipi ſolent, & ex eis teſtes de mendacio conuincantur. Vnde propterea recepta eſt propoſitio, quòd teſtium dicta attendantur potius ſuper interrogatorijs, quàm ſuper articulis, cum in articulis præſumatur voluiſſe fauere inducenti, Bich. *dec.*628.*num.*17. quodque teſtis, qui non reſpondet ſuper interrogatorijs, fide indignus eſſe cenſeatur. Niſi pars ea dare negligat. Vel niſi agatur de impertinentibus, vel de continentibus crimen, ſeu turpitudinem ipſius teſtis, Ludouiſ. & ibi Beltram. *dec.* 351. Buratt. & Ferentill. *dec.*110. Card. de Luca *de iudic. diſcurſ.*32.*num.*18.

2 Vbi viget ſtylus prout in Curia examen teſtium fieri debet cum interuentu Interpretis per alteram partem conducendi, vt idem examen ſequatur præuia intimatione pro die, hora, & loco certis, vt ita ſciat altera pars, quando Interpetrem mittere debeat, & Interpetrum quilibet reſpectiuè pro ſuo munere teſtem interroget, adeòvt Notarius aliud ſcribere non valeat, niſi id quod teſtis dicat per eadem verba præciſa; Aliquæ interueniunt moræ, vel ſuper electione Interpetris, dum prohibitum hoc munus explicari per procuratorem, vel ſollicitatorem partis, vel ob diſcordias inter ipſoſmet Interpetres ſuper modo interrogandi, vel ſuper eorum congreſſu, dum aliqui malitioſi indiſcretè, & impertinenter eos interrogare ſatagunt.

Receptor teſtium ſi habet in mandatis facultatem examinandi teſtes, an poſſit addere, & detrahere interrogando ſuper interrogatorijs, vel Pars debeat redire ad Iudicem? Ludouiſ. *deciſ.*351.*num.*48. affirmat. 3

Interrogari an poſſit teſtis, an cupiat, vt is in cauſa obtineat pro quo deponere vult? Peregr. *conſ.*92. *num.*12. *lib.*2. Marzar. *conſ.* 17. *num.* 13. & Andreol. *contr.* 377. *num.* 26. tradunt hos teſtes probare etiam ſi ita deponerent. 4

Rurſus quæritur an poſſit interrogari teſtis, an ea quæ deponit credat ita eſſe, & ſi aliter foret non deponeret? Ventriglia *num.*4. *&* 5. de hac re agit, ad hoc vt cognoſcatur an ſit teſtis de credulitate, & non probet, & refert Speculatorem volentem cancellandum hoc interrogatorium, At ego vidi ſemper inſeri hoc interrogatorium in formulis ex Vrbe tranſmiſſis. 5

ANNOTATIO XII.

De Proceſſionibus.

ARGVMENTVM.

Notatur in §. Vnic. Quare ſic dictæ. Et quæ ſint publicæ, & quæ priuatæ. Et qui poſsit indicere publicas Poceſsiones. Regulares quas Proceſsiones facere poſsint. Qui Clerici teneantur accedere ad publicas Proceſsiones, & qui non. Et qui Regulares. Et Confraternitates. Differentias præcedentiæ in Proceſsionibus componit Epiſcopus appellatione remota. Qui debeant præcedere inter Clericos ſæculares, inter Canonicos, & inter Capitula. Quid dicendum inter Capitulum, & Vicarium Epiſcopi, & de Abbate. Et quid inter Capitulum, & Parochum in funeralibus. Inter Regulares qui præcedant. Et quid inter Confraternitates.

SVMMARIVM.

1 *PRoceſſio vnde dicatur. Et ſi in ea poſſint geſtari Reliquiæ Sanctorum.*
2 *Proceſſio quotuplex ſit.*
3 *Proceſſio publica quæ dicatur. Et quis poſſit illam indicere, num.* 4. *Vbi quas Proceſſiones poſſint facere Regulares per circuitum Monaſterij.*
5 *Proceſſiones qui Clerici teneantur adire. An qui longè abſunt à Ciuitate, num.*6. *An Sacerdotes ſeruientes Eccleſijs Equitum Hieroſolymitanorum, num.*7.
8 *Ad Proceſſiones Regulares accedere tenentur, num.*9. 10. *Et quomodo compellantur, num.*11.
12 *Proceſſiones Confratres adire tenentur. An poſſint compelli, num.*13.
14 *Præcedentiæ differentias in Proceſſionibus Epiſcopus componit. Et quomodo. Quid attendere debeat inter Clericos, num.*15. 16. *&* 17.
18 *Digniori eſt dandus locus honorabilior. Nec valet Conſuetudo in contrarium, num.*19.
20 *Capitulum Cathedralis præcedit Capitulum Collegiatæ, etiam in Eccleſia ipſa Collegiata, & extra Diœceſim.*
21 *Capitulum præcedit Vicario Generali, quando facit vnum corpus cum Epiſcopo. Et quid in Abbate, num.* 22.
23 *Capitulum an præferatur Parocho in funeralibus.*
24 *Præcedentiæ differentias componit Epiſcopus inter Regulares. Et quid attendere debeat, n.*25. *&* 26.
27 *Præcedentiæ differentias inter Confratres in Proceſſionibus componit Epiſcopus. Et quid attendere debeat. Et quid de Iudice ſæculari, num.*28.

ANNO-

ANNOTATIO XII.

§. VNIC.

Ad Textum in cap. nimis praua, de excess. Prælat.

IN hoc *text.* inter cætera fit mentio de Processionibus, in quibus mandatur, quòd ex leui causa vocari non debent Regulares. Ad cuius euidentiam annotabimus aliqua ad Praxim frequentiora de Processionibus, & qui ad illas accedere debeant, ac de componendis differentijs præcedentiæ, quæ in illis occurrere solent, de hac materia tractant Fusc. *de visit. lib. 2. cap.* 154. Quarant. *sum. Bullar. verb. præcedentia*, Piasec. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. Campanil. *diuers. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 12. *&* *cap.* 13. *num.* 117. *& seqq.* Leo *Thes. for. Eccles. part.* 1. *cap.* 8. Anton. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 112. *cap.* 35. Salgad. *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. Lauor. *var. elucub. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 207. *& seqq.* Barbos. *de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 28. *num.* 26. *& seqq. & in sum. Apost. dec. verb. Processio.*

1 Quoad primum, Processiones dicuntur à procedendo, & eundo; nam fiunt conuocato, & procedente Clero cum Vexillis, Crucibus, & Cereis, & sequente Populo, vt docet Petr. Gregor. Tholos. *in lib.* 1. *partit. iur. canon. tit.* 20. *cap.* 4. in his Processionibus pulsantur campanæ ad excitandam Populi deuotionem, & solent gestari aliquæ Reliquiæ Sanctorum, non tamen in Processione Corporis Christi, vt refert Eman. Sà *in lib. aphorism. verb. processio.*

2 Hæ Processiones possent dici duplici modo priuatæ, & publicæ. Priuatæ dicuntur, quæ aliqua particularis Ecclesia pro re leui, vel deuotione ipsius Ecclesiæ particularis facere solet, de quibus nihil dicendum est, nam ad eas nemo tenetur accedere. Publicæ Processiones, quæ etiam supplicationes dici solent, vt refert Petr. Gregor. *cit. loc.* duplici modo dicuntur, nempè, vel Statæ, vel Impetratæ. Stata supplicatio est illa, quæ statutis temporibus singulis annis fit, quæ etiam duplex dicitur, nempè maior, & minor; maior est illa, quæ fit in Festo S. Marci; minor verò, quæ fit in triduo antecedente Ascensionem Domini, cuius orationes Ecclesia appellat Rogationes; Impetratæ verò sunt supplicationes illæ, quæ ratione occurrentis necessitatis ad placandum Deum inducuntur iussu Ordinarij, quæ adhuc dupliciter dici possunt, publicæ, scilicet, & priuatæ, vt in prima distinctione; dicuntur priuatæ, quæ pro leui, & priuata causa fiunt.

3 Quæ verò dicantur publicæ Processiones; certum est, quòd Statæ supplicationes, de quibus supra, dicuntur publicæ, vt docet vsus, & tenent DD. in hoc *cap. nimis praua*, præsertim Abb. *num.* 3. Impetratæ verò dicuntur publicæ illæ, quæ ex magna causa fiunt, quarum exempla adducit Abb. *cit. loc.* nempè, quæ fit in nouo introitu Episcopi, vel Legati, vel imminente peste, seu alio flagello, adducit & alia exempla Cappell. Tholosan. *dec.* 485. & nouissimè Auctor. *prax. Episcopal. verb. Processiones*, §. 1. *part.* 1. & Campanil. *diuer. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 18. *circa med.* Refert Sac. Congreg. Concil. eas dici Processiones publicas, quæ pro bono publico indictæ sunt, aut alias consuetas, & publicas. Dicitur bonum publicum, idest vtilitas communis omnium, vt explicat glos. *in l.* 1. *in verb. bono publico ff. de vsucapion.* similiter dicuntur publicæ Processiones, quæ fiunt pro publico honore, Leo *in Thes. for. Eccles. part.* 1. *cap.* 8. *intra num.* 18. Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. processio* 1. *n.* 23.

4 Publicas Processiones nemo potest indicere, nisi Ordinarius, cum illas de iuribus Episcopalibus dicat, Innocent. *in cap. cum inter, num.* 2. *de sentent. & re iud.* imò nec Regulares facere possunt Processiones sine Ordinarij licentia, nisi intra eorum Ecclesias, & Monasteriorum ambitum, vt fuisse decisum refert Auctor *Prax. Episcop. cit. loc. num.* 4. & Barbos. *cit. loc. num.* 26. & seruat vsus, contra Graff. *cons.* 20. *de Regularib.* qui tenet, posse Regulares Processiones facere per triginta passus extra ambitum Monasterij, ex *text. in cap. sicut antiquitus* 17. *quæst.* 1. Etenim non ex hoc, quòd Ecclesia de iure gaudeat priuilegio immunitatis per triginta passus extra eius mœnia, sequitur quod terminus illorum passuum sit iurisdictio illius Ecclesiæ, vel Monasterij, & consequenter Superioris illius, sed Monasterium tantum dicitur territorium Abbatis Monasterij, Zabar. *in Clement.* 2. *num.* 1. *de stat. Monach.* de his vide latè adducta per Ricc. *in decis. Cur. Archiep. Neap. decis.* 90. *part.* 1. *per tot.* qui refert, quòd Regulares in Ciuitate Neapolis non possunt facere Processiones vltra girum suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum, & contrafacientes excommunicantur; nisi aliter concedatur in eorum priuilegijs. Aduerte ad opinionem Ricc. qui permittit Regularibus Processiones fieri intra girum Monasterij. Quod si girum continetur sub ambitu Monasterij, procedit opinio; si verò excedit ambitum, coincidit in opinionem Graffij, quæ non est tuta. De hac re vide Nouar. *Lucern. Regular. verb. Processio, num.* 2. *& seqq.*

Ad has publicas Processiones potest Episcopus conuocare, & compellere. Primò omnes Clericos suæ Diœcesis, vt habetur expressè in Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 13. *in fin.* etiam Clericos exemptos à sua iurisdictione, vt legitur in *d. loc. Conc. Exempti autem omnes tam Clericis seculares*, ad quod vide Zerol. *in prax. Episcop. part.* 1. *verb. Processiones*, §. 2. Fr. Eman. *tom.* 3. *quæst.* 36. *art.* 1. Steph. Grat. *decis.* 232. Vgol. *de offic. & potestat. Episcop. cap.* 20. §. 2. *num.* 4. Salgad. *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. *num.* 107. quæ conciliaris dispositio est generalis ad omnes Clericos, nulla facta mentiones si Beneficiati sint, siue non. Verùm Sac. Card. Congregat. videtur restringere illam ad Beneficiatos tantùm, vt refert Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 882. *in princ.* his verbis, *Sac. Cardin. Congreg. censuit, Clericos omnes Diœcesanos quantumuis exemptus, si Beneficia etiam simplicia in Diœcesi obtineant, teneri, & compelli posse ab Episcopo, vt accedant ad Processiones*, quod ipse Ricc. *cit. loc.* extendit ad Clericos non Beneficiatos, sed tamen obtinentes officium in Ecclesijs, quos etiam ad Processiones accedere teneri vult, per opinionem Balb. *decis.* 339. *part.* 2. & ad Clericos deseruientes pro Capellanis etiam in Ecclesijs exemptis, ita Ricc. *cit. loc.* quem sequitur Salgad. *de protect. Regia vbi supra*, Barbos. *sum. Apost. decis. verb. Processionibus publicis, &c. in princip.* 5

Vlterius Clerici, qui longè absunt à Ciuitate, etiam quòd reperiantur in locis, in quibus non habent Plebem, non debent vocari ad Processiones in Ciuitate, quia de consuetudine non tenentur venire, ita Seraphin. *decis.* 13. quem refert, & sequitur Ricc. *in collect. decis. collect.* 1021. qui id generaliter ampliat ad omnes Clericos Diœcesanos, etiam obtinentes Beneficia in Diœcesi, vel officia. Sed hæc ampliatio est contraria dictis per idemmet Ricc. *collect.* 188. *part.* 4. *in princ.* nisi eum saluemus in illa 1021. loqui de Iure, in hac 188. de Consuetudine, cum verè de Consuetudine in multis locis Clerici Diœcesani non vocentur ad Processiones Ciuitatis, etiam publicas. 6

Nota etiam Sac. Congreg. declarasse Sacerdotes seruientes in Ecclesijs Equitum Hierosolymitanorum posse compelli ab Ordinario accedere ad publicas Processiones, refert Cenedo *in suis qq. canonic. quæst.* 26. *num.* 17. quem refert Franc. Salgad. *de Regia protect. part.* 2. *cit. cap.* 9. *num.* 103. Barbos. *sum. Apost. decis. cit. loc. num.* 3. qui alios multos citat. 7

Secundò, *Regulares quicumque etiam Monachi ad publicas Processiones vocati accedere compellantur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt.* Hæc Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regul. c.* 13. in vltimis verbis, & hic est vnus ex casibus, in quibus Regulares subduntur Ordinario, de quo apud Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 117. post Thes. *for. Eccles. Leonij*, 1. *part. cap.* 8. *num.* 18. Quarant. *in sum. Bullar. verb. præcedentia*, Ricc. *decis. collect.* 882. *&* 1021. *part.* 4. Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordin. in exemp. part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 109. Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *allegat.* 78. *num.* 8. *& in sum. Apostol. decis. loc. cit.* qui omnes referunt, Regulares, qui absunt à Ciuitate vltra dimidium milliare, non posse per Ordinarium compelli 8

accedere ad Ciuitatem pro Processionibus etiam publicis.

9 Regulares verò, qni sunt in nullius Diœcesi, vel qui extra Ciuitatem in locis, in quibus habent Plebem, cum illa Plebe debent facere Processiones, & proinde non debent compelli ab Ordinario accedere ad Ptocessiones in Ciuitate, sic declarasse Sacr. Congregat. Concil. refert Leo *Thesaur. for. Eccles. part.1. cap. 8. num. 18. circa med.* & Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 117. in fin.* quem sequitur Barbos. *in sum. loc. proxim. cit. num. 7.*

10 Obseina, qnòd Concil. Trident. *cit. loc.* expressè excipit ab obligatione accedendi ad has Processiones Regulares, qui viuunt in strictiori clausura perpetuò, vt sunt Canonici Regulares Sanctæ Crucis Conimbricensium, Carthusianensium, & Camaldulensium. Excipiuntur etiam Clericis Regulares, quos refert Barbos. *cit. loc. n. 8. & seqq.* in particulari Reuerendiss. Patres Societatis Iesu, Religiosi omni reuerentia digni, per Bullam Gregorij XIII. incip. *Quacumque 16. Iulij 1576.* apud Laet. Cherub. *tom. 2. pag. 404.*

11 Regulares prædicti etiam exempti, qui ad Processiones accedere tenentur, si renuant, possunt per Episcopum compelli, vt disponit Conciliaris dispositio *cit. loc.* obseruant Leo, & Campanil. *cit. loc.* Ricc. *d. collect. 1021. in princ.* Controuersum tamen est inter DD, qua pœna possint compelli huiusmodi Regulares per Episcopum, nam Grat. *decis. Rot. Marchia* 232. tenet compelli posse pœnis pecuniarijs, non autem censuris, expressè tenet Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 33. num. 23.* quòd validissimis probat argumentis, & rationibus, tenet etiam Fr. Eman. *in sum. tom. 1. cap. 74. num. 4.* Contrarium, nempè posse compelli, etiam censuris, indistinctè tenet Ricc. *in collect. decis. collect. 882. circa med.* innixus decisioni Curiæ Episcopalis Papiæ apud Maceratens. *decis. 35. dub. 2.* & rationem desumit ex Medic. *decis. 21.* quia cum Concil. Trident. non aperiat modum compellendi, propterea remittitur arbitrio Episcopi, Nouat. *Lucer. Regul. verb. processiones, num. 4.*

12 Vltimò, ad publicas Processiones accedunt Confraternitates, vt habetur ex Bulla Gregorij XIII. incip. *Exposcit pastoralis officij*, Romæ publicata die 17. Iunij 1583. relata in Bullar. fol. 1323. & apud Quarant. *in verb. præcedentia*, & Genuens. *cap. 52. tit. de Processionibus, n. 2.* tenet Addit. ad Quarant. *cit. loc. num. vlt.* Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 122.* Leo *in Thesaur. vbi supra*, Ricc. *cit. loc.* & alij. Difficultas solum
13 vertitur in hoc casu, an possint compelli, & pluries fuisse declaratum per Sacr. Congregat. Concil. non posse per Episcopum compelli, sed tantum inuitari, referuntur Leo, Quarant. & Campanil. *cit. loc.* & alij. Verum Ricc. *collect. decis. collect. 882.* tenet posse etiam compelli, suffultus *decis. Maceraten. 102. & decis. Sayr. 5. de effic. ord.* conferunt etiam dicta per Martam *de iurisdict. 4. part. casu 113. num. 20.* quod in multis locis vidi seruatum, testatur declarasse Sacr. Congregat. Barbos. *sum. Apostol. decis. collect. 308. num. 4.* Laici verò particulares non possunt compelli, sed tantum hortari per Episcopum, vt accedant ordinatim cum luminibus in Processionibus, voluit Sacr. Congreg. Rit. testatur Barbos. *cit. loc. verb. Episcopus, quoad Processiones, num. 8.*

14 Solent quandoque in Processionibus oriri differentiæ in materia præcedentiæ inter Ecclesiasticos, maximè Regulares, cum Populi scandalo, quapropter statuit Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 13.* vt Episcopi componant huiusmodi differentias, amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque. Quid enim importent hæ duæ clausulæ, *appellatione remota, & non obstantibus quibuscumq;* alibi dicemus ex professo; pro nunc aduertendum est, quod Sac. Congr. Concil. vigore harum clausularum, declarauit, teste Campanil. *cit. loc. n. 120.* in his causis debere Episcopum procedere breui manu, summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij. Nec vigore dictæ clausulæ *appellatione remota*, censetur sublata appellatio, quoad effectum deuolutiuum, sed tantum quoad effectum suspensiuum, de quo vide Fr. Eman. *q. reg. tom. 3. q. 37. art. 37.* Salgad. *de Reg. protect. tom. 1. pag. 2. cap. 9. n. 9.* Barbos. *cit. loc. verb. præsentia, n. 1.*

In componendis differentijs præcedentiæ multum debet attendere Episcopus, si inter Clericos sæculares est, Ordinem; nam semper superiores Ordines sunt præferendi, similiter & consuetudinem, cum in iuribus præcedentiæ consuetudo attendatur, ita Bald. *in cap. cum olim, de consuetud.* Rot. *decis. 4. in fin. de elect. in nouis*, Menoch. *cons. 126. num. 3. lib. 2.* Dec. *in l. cum quidam, num. 35. si cert. pet.* vbi etiam Cagnol. *num. 54.* Ruin. *cons. 19. num. 6. lib. 1.* Rimin. *cons. 95.* Seraphin. *decis. 404. num. 8.* Rota *in vna Asten. Sedis 9. Iunij 1593. & in alia 21. Maij 1597. coram Gipsio, & in alia Oriolen. præcedentiæ in Choro 2. Decembris 1592. coram Blanchetto*, Gratian. *discept. forens. cap. 492. num. 9. & 298. num. 99.* qui dicit, quòd consuetudo in hac materia primas partes obtinet. 15

Similiter attendi debet in sedandis controuersijs, præcedentiæ prioritas, & antiquitas, maximè inter Canonicos, & vbi non adest consuetudo; quòd intellige de prioritate in possessione, vnde Canonicus prior in possessione præcedit, licet in data sit posterior; ratio est, quia honor iste datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, quæ in Ecclesia subijt, per *text. in l. 2. C. de offic. magistr. offic.* ibi, *vel labor prolixior fecerit anteire*, & per *text. in l. fin. C. de tyronib. lib. 12.* ibi, *nisi cui, & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur*, faciunt adducta per Cassan. *in catalog. glor. mundi, par. 4. consid. 76. & part. 11. consid. 17.* Rota *in vna Vicentina præcedentiæ, 27. Aprilis 1594. coram Gipsio.* 16

Debet etiam attendi in præcedentijs Dignitas; semper enim dignior est præferendus, iuxta ea, quæ disponuntur in *l. 1. & tot. tit. C. vt dign. ordo seru. lib. 12. l. honor, §. gerendorum, & l. vt gradatim, de muner. & honor. cap. statuimus, de maior. & obed.* Bald. *in l. decernimus, in 2. not. C. de sacros. Eccles.* fuit dictum in vna *Toletana admissionis 25. Iunij 1618. coram Vbaldo*, Sacr. Rit. Congr. *in S. Seuerini 1. Septemb. 1607.* apud Sell. *select. canon. cap. 47. num. 5.* 17

Vnde est, quòd digniori semper sit dandus honorabilior, & dignior locus, & dicitur dignior locus, qui vltimo proprius accedit, Præpos. *in cap. perfectis, n. 10. 25. dist.* Boer. *de auct. magn. cons. num. 79. vers. ideò debet*, fuit dictum in vna *Calagurritana præeminentiarum 31. Ianuarij 1597. coram Decano*, Rot. *decis. 596. part. 4. in nouis. diuer.* & fuit dictum in vna *Hispalen. præeminentiarum 13. Martij 1602. coram Coccino.* 18

Obserua, quòd consuetudo, quæ minus dignum digniori præfert, non est ferenda tanquam inualida, & irrationabilis, cum omni iuri, & rationi repugnet, docet Abb. *cons. 21. lib. 1.* Ruin. *cons. 155. num. 11. lib. 4.* Roch. Curt. *tract. de consuet. num. 100.* Decian. *cons. 21. num. 69. lib. 1.* Menoch. *cons 902. num. 79. & 81. lib. 10.* Ludouis. *decis. 310. num. 5. & seq.* qui respondet *decis. Seraph. 964.* quæ posset in contrarium afferri, dicens illam Seraph. posse procedere, si id contigat ratione dignitatis, vel officij, alioquin consuetudinem esse irrationabilem, & impræscriptibilem, Hostiens. *in cap. 1. sub num. 2.* & ibi Io. Andr. *num. 3.* Imol. *num. 2.* & alij, *de maior. & obed.* & Annot. ad d. *decis. Ludouis. num. 10. lit. C.* dicit, quòd non est incongruum, quod in aliquo particulari loco, & actu minus dignus præferatur digniori, vt fuit dictum in *Seguntina præcedentiæ 22. Iunij 1609. coram Pamphilio*, & in istis etiam terminis subsistit *decis. Seraphin. cit. num. 2.* 19

Aduerte regulam, quæ in hac materia præcedentiæ afferri solet; & est, quòd membra non separantur à capite, quæ idem importat, quod Canonici, qui dicuntur membra Episcopi, non debent separari ab eo, tanquam à capite. Ex quo collige primò, quòd sicut Episcopus præcedit Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, ita & Canonici Ecclesiæ Cathedralis præcedunt eundem Capitulum Collegiatæ, adducitur ad hanc Regul. *cap. 1. 12. dist.* Felin. *in cap. pastoralis, sub num. 10. de offic. deleg. & cap. cum non liceat, sub num. 2. vers. gusta bene, de præscript.* fuit dictum in vna *Pampilonen. Decimarum die 10. Maij 1577. coram Lancell.* Ludouis. *decis. 284.* quòd procedit etiam intus ipsam Ecclesiam Collegiatam, in qua Capitulum Cathedralis præcedit ipsum Capitulum Collegiatæ, Gonzal. Mendez de Vasconcell. *lib. 1. diuers. iur. argum. cap. 1.* sequitur Gratian. *disceptat. forens. cap. 111. num. 119.* idque etiam procedit, si Capitulum Cathedralis reperia- 20

tur

tur extra suam Diœcesim, & in Diœcesi Ecclesiæ Collegiatæ, adhuc præfertur Capitulo Collegiatæ, & hic est proprius casus *decis. Ludouis.* 284. *qui num.* 1. hanc affert rationem; eo enim ipso, quòd Ecclesia est in statu Cathedralis, proculdubio præcedere debet Capitulum, quod in statu Collegiatæ reperitur, vt dicit Gem. *in cap. quamuis, §. quamquam, num.* 3. *de præb. in* 6. Boet. *de auth. mag. Cons. num.*78.

Collige secundò, quòd quando Canonici Cathedralis sunt vt Collegium cum Episcopo in Processionibus, vel in alijs actibus similibus, tunc Capitulum præfertur Vicario Generali Episcopi, secundum veriorem opinionem contra Franc. Sarmient. *select. interpr. cap.*17.*lib.*7. rationem, de qua supra, quia cum Episcopus sit caput, & Canonici membra, inconueniens est, & contra naturam, quod membra disiungantur à capite, ideò nec Vicarius, neque alius inter caput, & membra inseri poterit, nec ordine legali, nec naturali, cum sint idem, & vnum corpus, Io. Monach. *in cap. Romana, num.* 9. *de sent. excommunic.* ita in specie contra Vicarium lautissimè concludit Gonzal. Mendez de Vasconcell. *lib.* 1. *diuer. iur. argum. cap.* 1. *per tot.* qui respondet omnibus adductis per Sarmient. contrarium sequentem *d. cap.* 17. idem etiam voluit Io. Picard. inter *cons. Menoch.* 52. *num.*135. *vsque ad num.* 156. *lib.*1. quos sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 111. *per tot.* qui id comprobat multis, & validis argumentis, & contrarium dicit procedere in alijs actibus indifferentibus, quando Capitulum non incedit capitulariter cum Episcopo, ibidem *num.* 22. dicens in alijs actibus indistinctè Vicarium præferri Archidiacono, Archipresbytero, & Canonicis, secundum veriorem opinionem Abb. *cons.*21.*lib.*1. Felin. *in cap. statuimus, de maior. & obed.* Cassan. *in catalog. glor. mundi, consid.* 46. *par.*4. Ant. de Præt. *de iurisdict. Episcop. cap.*6. *n.*41. contra Menoch. *cons.* 51. & ibi Picard. *cons.*52.*lib.*1.

22 Collige tertiò, quòd licet Abbas præferatur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, vt per Bald. *in cap. pastoralis, in verb. extra de offic. deleg.* Dec. *cons.*162. *col.* 1. Boss. *de synod. part.*3. *num.* 15. & alios; tamen id intelligitur, nisi Canonici collegialiter procederent, quia tunc repræsentant Ecclesiam Cathedralem, quæ plus alijs debent honorari, quare sunt præferendi in Processionibus, & similibus actibus, ita Domin. *in cap. quamuis* 4. *§. quamquam, in princip. num.*3. *vers. nota quod Ecclesia,* & ibi Franc. *in vlt. notab. num.* 3. *de præb. in* 6. Rip. *resp.*23. *lib.* 1. *num.* 3. Io. Silu. *de benefic. part.* 1. *quæst.*1. *num.*81. *vsque ad nu.*87. Cassan. *in catalog. glor. mund. consid.* 32. *in princip. vers. sed intellige prædicta, & col.* 11. *in fin. vers. quinto pro hac parte facit, part.*4. Felin. *in cap. meminimus* 17. *col.* 2. *in princip. vers. ex quo infertur in* 6.

23 Quæstio potest esse in hac materia præcedentiæ, an Canonici capitulariter incedentes debeant præcedere Parochum. Hæc quæstio procedit tantum in funeralibus, nam in alijs Processionibus, & actibus nulli dubium est, quòd Canonici debeant præferri; in funeralibus tamen contrarium defendi potest, nempè Parochum debere præcedere Canonicos, etiam Cathedralis Ecclesiæ, quia Parochus in tali casu dicitur esse in proprio officio, cuius ratione datur prælatio, etiam contra eos, quibus alias extra illud officium postponeretur. Neque est inconueniens, quod vna, & eadem persona ob varios respectus diuerso iure censeatur, cum hoc sit concedendum ratione duplicis iuris, quod vnus, & idem habet, ita vt vno casu possit esse maior, & dignior, & in alio minor, & minus dignus, ex glos. *in cap. queritur, in verb. non æquamus* 2. *quæst.* 6. Dec. *in cap. sanè in* 3. *notab. de offic. delegat.* Tiraquel. *de nobil. cap.*10. *num.*11. *& cap.*28. *num.*15. & multis similibus comprobat Menoch. *cons.*902. *num.*71. *vsque ad* 76. *lib.*10. hanc principalem opinionem penè innumeris rationibus probat, & defendit Gratian. *disceptat. forens. cap.*298. *per tot.* vbi refert, quomodo possint Canonici in hoc casu præscribere contra Parochum, & quod consuetudo non possit præiudicare successoribus Parochis, *num.*84. & refert Congregat. Rit. ita declarasse, verum declaratio relata loquitur in Canonicis Collegiatæ, idque ampliat Gratian. *cit. loc. vers. vbi est*, ad alium Sacerdotem interuenientem loco Parochi impediti, qui adhuc præfertur. Et *num.* 76. *& num.* 77. ad Vicarios perpetuos Curæ, quam opinionem limitat idem Grat. *num.*74. si in funeralibus intersit Episcopus cum Capitulo, quia in tali casu Episcopus fungitur officio Parochi, & proinde Parochus non est necessarius, nec defert Stolam, & sic non præcedit Capitulum, ita Grat. Sed pace tanti viri, contrarium est verius, nempè Capitulum Cathedralis etiam absente Episcopo, præcedere etiam in funeralibus Parocho, probat de iure Iul. Lauor. *var. elucub. tit.*2. *cap.*11. *num.* 66. *& seqq. & eod. tit. cap.*3. *num.*210. refert, sic fuisse decisum per Sacr. Congr. Rit. *in vna Viterbien.* 2. *Iunij* 1611. & generalius, quod Canonici, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis in Processionibus, & Funeralibus debeant præcedere quibuscumque Curatis, etiam in eorum proprijs Ecclesijs, testatur pluries declarasse eandem Sac. Congreg. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*18. *num.*60. *& seqq.* Ad rationes verò Gratian. respondet Lauor. *cit. cap.*3. *num.*217. cuius Gratian. opinio procedit, vt Parochum in Funeralibus, quæ deferuntur ad propriam Parochiam præcedat Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, prout testatur etiam fuisse decisum Barbos. *cit. loc. num.*68.

In componendis differentijs præcedentiæ inter Regu- 24
lares, non tamen Mendicantes, debet Episcopus attendere antiquiorem fundationem; vt ij, qui priores, & antiquiores fundati sunt, veluti iure potiores debeant præferri, dummodò tamen Canonici Regulares præcedant Monachis etiam nigris, vt diffiniuit Pius IV. teste Philip. Portio *cons.*164. *lib.* 4. & Paulo Fusco *de visit. cap.* 15. *n.*66. licet contrarium defendat Cassan. *in catalog. glor. Mundi, part.*4. *consid.* 54. *&* 73. Nouar. *Luc. Regul. verb. præcedentia*.

Inter Mendicantes verò sciendum est, quòd Pius V. 25
in Constit.69. incip. *Diuina disponente clementia,* indulsit Fratribus Prædicatoribus, etiam si eorum loca essent secundo erecta in loco controuersiæ, vt præcederent cæteros. Quod indultum fuit reuocatum per Gregor. XIII. in Constit. 86. incip. *Exposuit*, de qua apud Quarant. *in verb. præcedentia*, vbi disponitur, quod inter Mendicantes, is præcedat, qui est in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedentiæ, de qua quasi possessione si non constet, is præcedat, qui antiquior est in loco controuersiæ.

Et quia post hanc Constitutionem aliæ differentiæ in 26
materia præcedentiæ ortæ fuerunt, ideò Sac. Congregat. præfecta negotijs Episcoporum, & Regularium ad tollendas differentias præcedentiæ, quæ inter Regulares plerumque oriri solent in Processionibus, & similibus actibus statuit, vt id seruetur, quod in Alma Vrbe seruatur, & hoc sub die 26. Augusti 1503. & relata Sanctissimo dicta Constitutione, illam approbauit, prout id refert Camp. *in diuers. iur. canon. rubr.*12. *cap.* 13. *num.* 121. *& seqq.* Quarant. *in verb. præcedentia*. Ad quam vltimam declarationem Sact. Congr. obserua, illam non loqui de Mendicantibus tantum, sed de Regularibus generaliter.

Vltimò, in componendis differentijs inter Confrater- 27
nitates dum inter eas contenditur de præcedentia, debet Episcopus attendere, & inspicere ad priorem vsum saccorum; ita vt illæ Confraternitates, quæ prius vsæ sunt saccis, præcedant illas, quæ posterius in tempore sunt vsæ saccis, vt habemus in præfata Constit. Gregor. XIII. refert Campanil. *cit. loc. num.*122.

Obserua vltimò, quòd hæc cognitio, seu definitio con- 28
trouersiæ præcedentiæ inter Confratres circa modum incedendi in Processionibus, deferendi habitum, & similia, quæ actiones spirituales dicuntur, spectat ad Episcopum tantum; & Iudex sæcularis non potest se intromittere in huiusmodi causis, cum sit incapax rerum spiritualium, *cap. iudicante, de præscript. cap. de cætero, de iudic.* Gratian. *decis.*232. Mart. *de iurisd.* 4. *part. cap.* 113. *num.* 20. sequitur Ricc. *in prax. rer. quotid. resol.* 144. *part.* 3. qui secus dicit de cognitione rerum merè temporalium, quæ ad Iudicem sæcularem spectat.



OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia exemptiua Regularium an suffragentur, quia possint cogi ad processiones.*
2 *Quot debeant accedere, & qualiter.*
3 *Regulares an possint cogi accedere per censuras.*
4 *Modus decidendi controuersias inter Regulares.*
5 *An omnes Sacerdotes, & Clerici possint cogi accedere.*

1 PRiuilegia exemptiua Regularium quoad obligationem accedendi ad publicas processiones eis non suffragantur ad quas ab ipso Ordinario etiam cum pœnis, & mulctis cogi possunt, & propterea in hac parte sunt ipsi Ordinario subditi, Barbos. *de Episcop. alleg.* 105. S. Conc. Trid. *sess.* 25. *de Regular. c.* 13.

Vnde consequenter præcedentiæ quæstiones, quas inter Regulares in publicis processionibus alijsque Ecclesiasticis functionibus oriri contingit, decernit d. Sancta Synodus, vt per Episcopum summariè decidi debeant ex authoritate ab eodem Concilio delegata, per quam priuilegia exemptiua non suffragantur.

Expedit enim vt promptè ad occurrendum scandalis, quæ desuper oriri solent prouideatur, Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs.* 38. *num.* 1.

2 Regulares tenentur accedere in numero decenti, & Cruce cooperta velo, seu pallio appenso, nec possunt deferre discoopertè, sicut defert Clerus, & Capitulum Cathedralis, vt Sacra Congregatio Rituum *in vna Neapolitana* 14. *Ianuarij* 1617. Squillant. *de priuileg. Episcop. cap.* 11. *num.* 7.

Qua pœna possint puniri ab Episcopo Regulares non accedentes ad publicas processiones? Aliqui censent posse puniri aliqua pœna arbitraria ex eo quia S. C. Tridentinum subijcit eos Episcopo etiam quoad vim coactiuam, Squill. *vbi sup. num.* 16.

3 Vtrum autem cogi possint per censuras? Negant Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 33. *num.* 28. & Tamburin. *tom.* 1. *disp.* 1. *q.* 7. Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 76. *part.* 7. *tract.* 12. *resol.* 29. & Henriq. *de regular. cap.* 11. *dub.* 27.

Alij autem affirmant ita Zerola *in praxi verb. excommunicationis causa materialis*, & sic declarasse S. Congregationem refert Barbos. *alleg.* 78. *num.* 25. & ita Neapoli obseruatum tradit Genuens. *in prax. cap.* 59. & hanc sententiam defendit Maranta *controu. part.* 2. *respons.* 6. *num.* 16. vt probabiliorem, *& disp.* 7. *cap.* 5. *num.* 20.

Nam cum Regulares subijciantur in hoc casu Episcopo eo quod ab ipso compelli possint ire ad processioniones iuxta decretum Concilij, & istud non restringat modum compellendi remittitur eius arbitrio.

4 Ad Episcopum spectat decidere controuersias, quæ in eis oriri solent summariè, de plano, & sine figura Iudicij, & sufficit solo verbo proferat sententiam, quamuis firmare processum possint postea, testes recipi, & scribi quidquid actum fuerit.

Modus procedendi in primis erit quoad Fratres Mendicantes diuersorum Ordinum inter se, Fratres Dominicani præcedere debent omnibus alijs, quamuis eorum Monasterium posterius constructum sit, vt patet ex Bulla B. Pij V. & Clementis VIII. Quoad alios Mendicantes præcedunt, qui sunt in quasi possessione, & si hæc non probetur attenditur prioritas fundationis, Card. de Luca *de Regular. discurs.* 1. *num.* 83. vbi quòd ante constitutionem Gregorij XIII. erat diuersitas opinionum ob priuilegia, præcedentiam concedentia, quæ sustulit d. Constitutio mandans, vt antiquæ consuetudini deferri debeat, quę si desit, attendatur antiquitas receptionis, firmo remanere priuilegio in actibus singularibus non in processionibus.

5 An Sacerdotes, & Clerici omnes cogi possint accedere ad processiones? Dicendum videtur, quod sic, quoties sunt publicæ processiones, vt in festo Sacratissimi Corporis Christi. In Litanijs maioribus S. Marci, & in minoribus Rogationum, & etiam illæ, quæ inducuntur pro bono publico imminente aliquo flagello. At intelligunt plerique de habentibus beneficia simplicia, & alia officia Ecclesiastica in diœcesi quamuis exempti, vt censuit S. Congregatio Concilij, cuius responsum refert Nouar. *part.* 1. *de processionibus*, etiam si beneficium tenue habuerint, aut sine redditu, Gauant. *in manual. verb. processio*, Squillant. *d. cap.* 20. *num.* 20. Secus si eis deficit commoditas, & ornatus necessarius non obstante consuetudine.

Additque Genuens. *in prax. cap.* 64. quòd Clerici si longè abessent à Ciuitate, ex consuetudine non teneantur accedere.

Vlterius quærit Squillante *num.* 12. An Sacerdotes absentes habitantes in alia diœcesi cogi possint à proprio Episcopo? Et negat si non habeant beneficium residentiale, vel habentes residentiale de licentia proprij Episcopi absint.

In materia præcedentiæ sciendum est, quòd receptior non amittit suam antiquitatem, si primo loco erant puta Conuentuales S. Francisci, & posteà superuenerunt Obseruantes, & demum Reformati, quia licet de facto quoad strictius vitæ institutum reputentur diuersæ. Nihilominus de iure sunt eædem, Card. de Luca *de Regular. disc.* 19. *num.* 16. Associatio statuæ, seu Reliquiarum non infert præcedentiam, vt de his, & alijs, de Luca *disc.* 19. *&* 20.

ANNOTATIO XIII.

De Negotiatione Clericis prohibita.

ARGVMENTVM.

Notatur quæ sit hæc negotiatio Clericis prohibita. Et quibus Clericis. Quomodo illis permittatur honestum artificium, & non sordidum. Litigia, & cessio iurium ad litigandum quomodo Clericis prohibita. Et quomodo negotia sæcularia, non mercaturæ. Qui dicatur Clericus negotiator. Et ex quibus actibus. Quando Clericus emens, & vendens non dicatur negotiator. Et quid si exerceat artificium mistum cum negotiatione. An possit prædia conducere, vel tutelam exercere. Quando possit vendere fœtus animalium, vel prædia locare. An possit negotiari per interpositam personam. Quando Clericus negotiator teneatur soluere gabellas, & eius bona cadant sub spolio.

SVMMARIVM.

1 *Negotiatio illicita Clericis quæ dicatur. Quid de artificio sordido, num.* 2. *&* 3.
4 *Litigium, & procurare iura cessa ad finem litigandi prohibetur Clericis.*
5 *Cessio in Clericum dicitur facta in potentiorem. Idem in Ecclesiam, num.* 6.
7 *Sæcularia negotia prohibentur Clericis. Et quæ, num.* 8.
9 *Negotiator Clericus per quot actus dicatur.*
10 *Negotiator non dicitur Clericus, si emerit pro sua familia, & quod superest vendidit. Nec si emat, vt deinde vendat indigentibus ex charitate, n.* 11.
12 *Artificium mistum cum negotiatione an prohibeatur Clericis, vt possessiones emere, & fructus vendere.*
13 *Clericus potest asportare alibi fructus sui prædij, vt carius vendat. Nec de illis tenetur soluere vectigal, aut gabellam, num.* 14. *Pro illis vendendis potest tenere tabernas, num.* 15.
16 *Clericus non potest possessiones conducere, vt fructus vendat*

vendat. Quid quando successit conductori. Et quid in Monacho.

17 Clericus quando possit esse tutor, & ex bonis pupilli negotiari, num. 18.

19 Clericus quando possit tenere gregem, vel armentum, & fructus vendere.

20 Clericus potest locare animalia sua, non tamen ad hunc finem emere, & locare. Potest etiam emere animalia, vt depascant sua pascua, & illa vendere. Potest emere pullum equi, & factum grandiorem vendere.

21 Sacræ Congregationis declarationes in materia negotiationis.

22 Negotiatio quibus Clericis interdicta. Et an per intermediam personam, num. 23. Et an obstent Clem. 1. de vit. & honest. Cler. & Clement. 1. §. porrò, de stat. Monach.

23 Negotiari quomodo possit Clericus ex necessitate.

24 Negotiator Clericus tenetur soluere gabellas. Et quæsita ex negotiatione spolio amittit, num. 25. Etiam si habeat facultatem testandi, num. 26. Et quid si extet compositio cum Camera Apostolica, num. 27. Et quando possit procedi contra negotiatorem post mortem. Et quid si bona extent penes tertium, num. 28. Et quid si Clericus non est lucratus ex negotiatione, num. 29.

30 Negotiator dicitur Clericus, qui dat pecuniam ad cambium.

31 Spolio cedunt quæsita contra prohibitionem Sacrorum Canonum per Clericum. Et Canon qui dicatur.

ANNOTATIO XIII.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. 2. ne Cler. vel Monach.

OBserua ex hoc *text.* materiam negotiationis Clericis prohibitam, non solum hic, sed etiam in cap. Clerici 15. & cap. fin. de vit. & honest. Cler. in cap. negotiatorem, & cap. fornicari 88. dist. & in can. Clerici 14. quæst. 4. vbi Canonistæ omnes, tractant Redoan. de spol. quæst. 2. num. 1. & seqq. Diaz. in pract. crimin. canon. verb. negotiatores, cap. 55. & ibi latius Ignat. Lop. Genuens. in prax. cap. 62. Ricc. in prax. rer. quotid. tit. praxis illicitæ negotiationis, resol. 198. & seqq. 3. part. Molina de iustit. & iur. tom. 2. de contract. disp. 342. Bellet. disq. Cler. tit. de discipl. Cler. §. 21. de Grass. de effect. Cler. effect. 3. num. 176. & seqq. Barbos. sum. Apost. dec. verb. Clericus quoad negotiationem, nouissimè Marant. 2. part. controuer. iur. resp. 41. & est materia vulgaris, quasi apud omnes Canonistas, de qua dicemus aliqua practicabiliora.

Præmittendum est primò, illicitam dici negotiationem Clericorum, non respectu ipsius negotiationis, quæ in personam Laici, & Sæcularis est licita, sed solum respectu personæ; nam in persona Clerici est illicita, idest prohibita. Secundò, nomine Clericorum intelligimus hic, tam de Sæcularibus, quàm de Regularibus, vt loquitur hic *text.*

1 Dicitur illicita, & prohibita negotiatio Clericis, quando emunt rem aliquam, vt eam postea, forma eiusdem rei non mutata, carius vendant, Canonistæ omnes in d. cap. fin. Alex. de Neuo cons. 60. num. 5. de Grass. cit. loc. num. 181. ex quibus habes, quòd negotiari propriè dicitur in commercijs, Bell. cit. loc. num. 13. & Clericus id faciens dicitur negotiator. Et differt negotiatio ab artificio; nam artificium propriè dicitur, quando quis emit aliquam materiam, quam postea per artificium reducit ad aliam formam, vt si fortè emat vimina, vt faciat canistra, & similia, ita Abb. & alij in d. cap. fin. & licet

2 interdicatur Clericis negotiatio, non tamen interdicitur artificium; dummodò artificium non sit vile, immundum, aut sordidum; nam Clericus esse non debet carnifex, publicus faber, nec coria aptare, & similia immunda facere, vt obseruat Genuens. in prax. cap. 26. num. 2. Bellet. vbi supra, num. 38.

3 Et generaliter negotiatio illicita dicitur, quæ fit lucrandi causa, vt dicit ex opinione Redoan. Ricc. cit. loc. resol. 198. num. 6. quòd tamen intellige, dummodò interueniat emptio, & venditio rei, non mutata forma, nam artificium etiam lucrandi causa factum, & sine necessitate licitum est Clericis dummodò non sit inhonestum, vel sordidum, vt supra, ita tenent Hostiens. & Anchar. in cap. secundum instituta, ne Cler. vel Monach. Fed. de Sen. cons. 207. qui tenet, licitum esse Regularibus rudem materiam ferri emere, eamque ad aliquam formam reducere, & vendere lucri causa, dummodò ex his soluant gabellam, prout idem refert, & tenet Genuens. cit. loc. num. 3. & non se subtrahant à diuinis officijs, ad quæ tenentur, ita Quarant. in sum. Bullarum verb. vectigal, vers. difficultas versatur, in fin. Bellet. cit. loc. num. 12.

Non solùm prohibetur Clericis dicta negotiatio, sed etiam litigia, quæ magis sunt detestanda, cap. vnic. de sindic. vt quando Clericus procuraret aliena iura cessa ad finem litigandi, vnde quamuis cessio facta Clerico esset vera, adhuc tamen præsumeretur in fraudem, & propter auaritiam, & esset nulla, cap. 2. vbi glos. & Abb. de alienat. iud. mut. caus. fact. Innoc. Io. And. Butr. Card. & alij per Natt. cons. 474. num. 39. & 40. vbi latè comprobat idem Natta cons. 530. num. 11. post Specul. de cess. act. §. 1. Rebuff. eod. tit. art. 1. glos. 2. in princ. & glos. 5. vers. sciendum, num. 8. Gabr. de act. concl. 5. num. 55. Roland. cons. 38. num. 27. vsque ad 34. lib. 2. Bellet. loc. cit. num. 26. & seqq. vbi num. 31. id limitat, si cessio facta est per Laicum Clerico, vti coniunctæ personæ, quia coniunctio remouet dolum, & facit cessare simulationem. 4

Non solùm est prohibita cessio in personam Clerici, tanquam genus auaritiæ, & mercimonij, sed etiam tanquam facta in potentiorem, quo in casu præsumitur fraus, Aret. & alij in l. fin. C. ne lic. potent. & in l. 1. C. de his, qui potent. nom. tit. prædijs affig. siue fiat contra Fiscum, siue contra priuatum, Io. de Plat. in l. 1. col. 1. vers. sicut enim non valet, C. vt nem. ad suum patrocinium suscipiat rustican. Gom. de subrog. collitigant. q. 1. col. 3. in princ. qui dicit opinionem procedere, quando Clericus esset potens ex magna, & nobili domo, vel haberet superioritatem, vel potestatem. Sed contrarium est verius, nempè semper Clericum dici potentiorem Laico in materia cessionis, saltem ratione fori, & priuilegiorum illi competentium, Guid. Pap. decis. 273. num. 1. vers. sed hac Curia Parlamenti, & ibi Addit. in verb. videtur, fol. 409. Rota decis. 1. in fin. vers. respondeo, & vers. præterea, de alienat. iud. mut. caus. fact. in nouis, Aymon. cons. 205. num. 44. Soc. cons. 264. num. 2. vers. quarto arguitur, lib. 2. Calcan. cons. 7. col. 4. Anchar. cons. 265. in fin. & cons. 166. ad med. 5

Hinc statuta prohibentia fieri cessiones in potentiores, comprehendunt Ecclesiam, ob difficultatem conueniendi, ita Alex. cons. 93. col. 2. in princ. vers. & pute, num. 3. lib. 2. Franc. in cap. vlt. ad med. col. 1. in fin. vers. imo potius tenet, de immunitat. Eccles. in 6. post Feder. cons. 83. & 84. cum alijs per Tiraquell. de nobil. cap. 37. num. 105. 6

Est etiam illicitum, & prohibitum Clericis se ipsos in sæcularibus negotijs immiscere, licet non sint negotia mercaturæ, vel sordidæ artes, per textum in cap. Clerici officia, & cap. fin. de vit. & honest. Cler. Canonistæ omnes, præsertim Abb. in cap. 1. & in hoc cap. 2. ne Cler. vel Monach. plura ad id adducit Redoan. tract. de spol. num. 31. & 33. & 40. & 66. 7

Negotia sæcularia Clericis prohibita refert nonnulla cap. 1. ne Cler. vel Monach. Ion. Andr. in rubr. eiusd. tit. glos. in cap. in summa 21. quæst. 3. Hostiens. & Abb. in eadem rubr. ne Cler. vel Monach. quos refert Redoan. cit. loc. quæst. 2. num. 3. & num. 52. & seqq. De his negotijs sæcularibus Clericis prohibitis, vide latè Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 59. & seqq. Ricc. in prax. rer. quotid. resol. 99. Verùm quia hodie, quasi ex communi abusu contra Clericos etiam in sacris, & Sacerdotes se immiscentes sæcularibus negotijs, ac Laicis seruientes, etiam cum Clericalis habitus dedecore, non facilè proceditur, solum proceditur contra Clericos exercentes negotia mercaturæ; forsan quia hic tractatur de quærendo quæ- 8

ſita ex illicita negotiatione, & ſic cauſa eſt magis lucroſa; nos etiam, quæſo lector, de illis non dicemus, & de iſtis oon omittamus dicere aliqua, tanquam de materia vtiliori.

9 Ad quod obſerua, quòd negotiator in his terminis is dicitur, qui plures actus negotiationis, ſiue metcaturæ exetcuit; vnde per vnicam emptionem, & vendioonem dici non poſſe Clericum negotiatorem, tenet Genuenſ. in prax. cap. 62. num. 8. Bellet. cit. §. 21. num. 18. Ricc. in prax. quotid. rer. reſol. 201. per tot. part. 3. vbi multos adducit Doctores, ſubdens in fin. quod cootrarium docentes, nempè per vnicum actum effici negotiatorem, intelliguntur de Iure Ciuili, noo Canonico, & quod Bulla Pij V. quæ geoeraliter loquitut de illicitè acquiſitis compreheodit etiam quæſita per voicam negotiationem.

10 Non dicitur oegotiator Clericus, qui frumentum, vel aliud ſimile emit pro ſuæ domus vſu, & deinde quod illi ſupereſt, vendit carius, quo emetat, ex quo in hoc caſu deficit animus lucrandi à principio, qui reddit negotiationem illicitam, prout tenet Abb. in cap. 1. ne Cler. vel Monach. Ricc. in prax. 3. part. reſol. 202. faciunt dicta per Bart. in l. catera, §. fin. ff. de legat. 1. vbi dicit, quòd non facit contra ſtatutum prohibens emere fromentum, qui emit pro ſuo vſu, & deinde vendidit quod ſuperfuit, ſequitur Genuenſ. cap. 62. in prax. num. 15. qui dicit, quòd Clericus poteſt emere abundantet pro ſuo victu, & quod ſupereſt vendere, adducens ad id Redoan.

11 Similiter poteſt Clericus præuidens tempus famis, victualia emere, & deinde eo tempore vendere indigentibus pro currenti pretio, ſi id ex charitate faciat, prout ex opinione Redoan. tenet Ricc. cit. loc. num. 2.

12 Dubium eſt io hac materia, ao Clericus poſſit exercere artificium miſtum cum oegotiatiooe, videlicet an poſſit emere poſſeſſiones, vt vendat fructus percipiendos. In quo caſu prima ſententia tenet, hoc eſſe prohibitum Clericis propter talem miſturam, ita Domin. Antoo. in cap. fin. de vit. & honeſt. Cleric. Secunda opinio, & eſt verior, permittit Clericis prædictum artificium miſtum, ita Imol. in eod. cap. fin. Feriet. conſ. 145. apud Genuenſ. cit. loc. num. 4.

13 Hinc non prohibetur Clericis aſportare alibi fructus
recollectos ex ſuis boois, vt illos carius vendant; quia
non dicitur ille negotiari qui vinum, oleum, & alia,
quæ ex ſuo agro colligit, vendit, ſiue in eodem loco
vendat, ſiue alio transfereoda curet, vbi carius vendere
poſſit, tenet Martin. Bonacin. tom. 3. in Bull. Cœn.
diſp. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 3. num. 6. & alij apud Dian.
part. 5. tract. 1. tit. de immunit. Eccleſ. reſol. 26. qui opti-
14 mè defendit in tali caſu Clericum oon teneri ſoluere ve-
ctigal, aut gabellas ex tali extractione, contra Graff. de
effect. Cleric. effect. 3. num. 178. & alios contrarium te-
oentes, quibus benè reſpondet ipſe Diana, quòd adeò
verùm eſt, vt poſſit Clericus tenere tabernam, vt ven-
15 dat vinum, vel alios fructus recollectos in prædio ſuo,
vel ſuæ Eccleſiæ, & etiam vendere in domibus Eccleſiæ ad
minutum, dummodò Clericus oon vendat per ſeipſum,
ſed per alium, vt per doctrinam Dominic. & Franc. in
cap. vnic. de vit. & honeſt. Cleric. in 6. tenet Genuenſ.
cit. loc. num. 7. Bellet. diſq. Cleric. part. 1. tit. de diſcipl.
Cleric. §. 21. num. 16. qui etiam tenet, poſſe Clericum
per ſeipſum vendere ad minutum, quod tegulariter oon
eſt verum.

16 Non poſſet tamen Clericus poſſeſſiones alterius conducere, vt fructus vendat, cap. 2. ne Cleric. vel Monach. quòd licet loquatur in Monachis, idem etiam dicunt Doctores de Clericis Sæcularibus, vt notat Genueoſ. cit. loc. num. 12. ex doctrina Abb. in cap. ſecundum num. 2. ne Cleric. vel Monach. à contrario ſeoſu, qui peroiittit Clericis, oon tamen Regularibus res condoctas habere in caſu neceſſitatis, ergo extra caſum neceſſitatis hoc illis non licet; poſſent etiam Regulares, quando hoc facerent pro oeceſſitate, & nomine Monaſterij, vt per Abb. eod. loc. & Clericus qui ſucceſſit conductori, poteſt in conductione permanere vſque ad præfinitum locationis tempus, Quarant. in ſum. Bull. verb. vectigal, verſ. quæritur autem, fol. mihi 489. Bellet. cit. loc. num. 34.

Interdicitur etiam Clericis tutela teſtamentaria, & datiua; immò teſtator, vel Iudex dans Clerico tutelam peccat, & nec volens poteſt Clericus has tutelas ſuſcipere. Et ſi Clerico eſſet ſactum aliquod legatum, vt tutelam ſuſcipiat, poterit à tutela ſe excuſare, nec legatum perdet. Et ſi Laicus tutor vellet ſe clericare, vel monacare, poſſet ab incœpta tutela ſe excuſare, nec poſſet admitti ad clericatum, niſi ea depoſita, & reddita ratione adminiſtrationis, prout hæc omnia optimè reſoluit Ricc. in prax. rer. quotid. 3. part. reſol. 206. per tot. vbi in fin. tenet, quòd hæc non procedunt in tutela legitima, nam tali caſu, quaſi ex charitate ſpectat ad Clericum curam habere pupillorum parentum, ita Tomat. de munerib. in §. ſeu, in ſect. incip. ſi quiſpiam, num. 10. Bellet. loc. cit. §. 32. per tot. & tunc poteſt Clericus tutor nomine ſuorum pupillorum negotiationem exercere, vt in his verbis declaraſſe Sac. Congreg. refert Ricc. cit. loc. num. 1. 17

Sacra Congreg. Cardin. Concil. Trident. Interpetrum, censuit Oratorem, ſi tutelam legitimam, non autem teſtamentariam, vel datiuam ſuſceperit, poſſe ex bonis pupillorum iuſtè negotiari abſque reatu illicitæ negotiationis, dummodò id agat abſque ordinis dedecore, & non ſordidè, & lucrum, quod ex iuſta negotiatione peruenerit, non in ſuam, ſed in pupillorum cedat vtilitatem. 18

Ex dictis collige primò, non prohiberi Clericis ſub prætextu negotiationis gregem, vel armentum, quòd illi ex patrimonio, vel ſucceſſione obuenit, tenere, & fœtus, oues ſenes, lanam, & caſeum vendere, etiam lucri cauſa, vt per P. Molin. de iuſt. & iur. tom. 2. de contract. diſp. 342. num. 11. Viuald. in candelabr. aur. in Bull. Cœn. Domini, caſu mihi 118. num. 5. verſ. reſpondetur tertio fol. 382. ſequitur Carol. de Graſs. de effect. Cleric. effect. 6. limit. 9. num. 33. nouiſſimè, & doctè iuxta motem Carol. Marant. controuer. iur. reſp. 41. per tot. 19

Collige ſecundò, non dici negotiatorem Clericum, qui ex decimis, ſucceſſione, vel alias, ſibi data animalia locat lucri cauſa, vel qui multa paſcua habet, & emit animalia, vt depaſcant illa, quæ deinde vendit pro ſuſtentatione ſua, ac ſuæ familiæ, ita Bellet. diſq. Cleric. tit. de diſcipl. Cleric. §. 21. num. 15. & num. 24. ita quoque Cened. ad decretum collect. 37. num. 2. in fin. Redoan. de ſpol. Cleric. quæſt. 2. num. 14. 42. 46. 47. & 58. & ſeq. Genuenſ. in prax. cap. 62. num. 13. & 14. impreſs. Romæ 1622. Non poſſet tamen equum emere ſola intentione, vt locet, quia hoc eſſet genus negotiationis, vt obſeruat Bonac. tom. 2. de reſt. in particul. diſp. 2. quæſt. 9. punct. 2. propoſ. 1. num. 7. in fin. qui eodem num. in princ. dicit poſſe Clericum emere pullum equi, vt eum grandiorem effectum vendat, quia hoc noo ſapit negotiationem, ſed artificium, & induſtriam. 20

Obſerua in hac materia negotiationis declaraſſe Sacr. Congreg. Concil. Trident. Interpret. vt refert Marant. iur. controuer. part. 2. reſp. 11. in fin. Clericos poſſe agros Beneficiorum, & Patrimonialium colere Laicorum opera, & pro huiuſmodi culturæ vſu boues, & animalia emere oeceſſaria, illorumque fœtus iuſto pretio, atque honeſta ratione vendere; poſſe etiam Clericos, qui in proprijs terris habent quercus, & caſtaneas, quorum fructibus ſues veſcuntur, ſues emere, eoſque alere, & pro ſua, ac familiæ ſuſtentatione vendere, dummodo in emendis, alendiſue, ſeu diſtrahendis ſuibus nihil ſordidum, aut indecens Ordini clericali exerceant. Et vltimò licere Clericis arborum in proprijs bonis exiſtentium ſolia alicui Laico concedere, eo pacto adiecto, vt lucrum, quod ex bombicibus prouenerit, inter vtrumque diuidatur. Et pariter eiſdem licere earundem arborum folijs per ſe ipſos abſque officiorum ſuorum detrimento, ac pro ſuorum, & familiæ ſuſtentationibus arti ſericæ operam dare, dummodo in artificio huiuſmodi perſonas non ſuſpectas adhibeant; & quoad hoc Epiſcopi licentiam, quæ gratis detur obtineant. 21

Negotiatio eſt interdicta Clericis Beneficiatis, & in Sacris; nam non Beneficiatis, & in Minoribus non prohibentur negotia ſæcularia aliàs licita, vt tenet Abb. in cap. 1. ne Cler. vel Monach. Lop. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 58. verſ. & ex pœna, Genuenſ. in prax. cap. 62. num. 9.

num.9. impress. Romæ de anno 1622. sequitur Ric. *in prax. rer. quotid. resol.* 200. *part.* 3. qui licet hanc opinionem defendat de iure, tamen refert prohiberi etiam Clericis sæcularibus in Minoribus, & non Beneficiatis, vigore Bullæ Pij IV. prout eandem Bullam referendo tenet Bonacin. *tom.* 2. *tit. de contractib. disp.* 3. *quæst. vlt. punct.* 2. §. 2. *num.* 9.

22 Hæc negotiatio est adeò interdicta Clericis, vt nec per se ipsos, nec per interpositam personam possint illam exercere, tenent Lop. ad Diaz *pract. crim. can. cap.* 58. *vers. sed vtrum*, Genuens. *cit. loc. num.* 6. probat Ricc. *cit. loc. resolut.* 205. & alij apud Bonacin. *tom.* 2. *tit. de contract. disput.* 3. *quæst.* 1. *punct.* 5. *num.* 19. *qui vers. tertia sententia*, contrariam sequitur sententiam.

Nec obstat *Clement.* 1. *de vit. & honest. Cleric.* vbi interdictum est Clericis personaliter exercere officium Tabernarij, & Macellarij, nec *Clement.* 1. §. *porrò, de stat. Monach.* vbi prohibetur Monachis venari per se ipsos, vnde Menoch. *de arbitr. cas.* 412. *num.* 6. dicit Clericos exercentes officium Tabernarij, & Macellarij aliena manu non esse puniendos. Nam resp. hæc procedere quoad pœnam, quia licet Clerici exercentes officium Macellarij, & Tabernarij per interpositam personam non incurrant in pœnas prædictæ *Clement.* latas tantum contra talia exercentes per se ipsum; nihilominus non per hoc sequitur quod non malefaciant Clerici, qui hæc per alium faciunt, quia adhuc sunt in culpa, & delinquunt, vt obseruat Genuens. *cit. loc. num.* 6. & colligitur ex dictis ipsius Menoch. *cit. loc.* qui solum excusat tales Clericos à pœnis dictæ *Clement.*

23 Obserua, quòd posset Clericus honestam negotiationem exercere, idest honestè emere, & vendere ex causa necessitatis, dummodò Ecclesias omninò non negligat, dicit Speculat. *lib.* 4. *partic.* 3. *rubr. de Cleric. coniug. n.* 9. quem sequitur Genuens. *in prax. cap.* 62. *num.* 5. qui addit, hoc posse Clericum, dummodo faciat sine mendacio, & periurio, cum pretio moderato.

24 Clericus negotiator in casibus supradictis, ac alijs negotiari prohibitis tenetur soluere gabellas rerum, & mercium, quas iure sibi prohibente emit, & vendidit, vt dicemus infra, & latè differit Quarant. *in sum. Bullar. verb. vectigal, versic. limitatur denique, & seqq. fol. mihi* 487. etiam absque trina monitione, secundum opinionem Lop. ad Diaz *pract. crim. can. cap.* 58. *vers. sed an hoc, fol. mihi* 200. Verùm petitio gabellæ est facienda coram Iudice Ecclesiastico, Bellett. *loc. cit. tit. de fauor. Cleric. person.* §. 1. *sub num.* 17.

25 Quæsita ex illicita negotiatione cadunt sub spolio, vt habetur in Bulla Pij IV. edita Nonis Februarij 1560. incip. *Decens*, in Bull. fol. 685. & in Bull. Pij V. edita 3. Kalendas Septembris 1567. fol. 995. in Bull. de quibus apud Quarant. *verb. spolia Clericorum*, & apud Nauar. *de spol. Cler.* §. 7. & 8. & Redoan. *de spol. quæst.* 2.

26 Quòd adeò verùm est, vt etiam si Clericus haberet facultatem testandi, adhuc quæsita ex negotiatione cederent in beneficium spolij, nam hæc facultas testandi non extenditur ad acquisita ex illicita negotiatione, & est strictè interpretanda, vtpotè relaxans dispositionem iuris communis, colligitur expresse ex prædicta Bulla Pij IV. in illis verbis, *Quæ etiam ex facultate, quam habuerant testandi, condito testamento vbi vis locorum decederent*, obseruat Redoan. *de spol. quæst.* 2. *num.* 111. Azor. *tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *quæs.* 1.

27 Idemque dicendum est, etiam si Capitulum, & Clerus illius Ciuitatis, & Diœcesis compositionem fecisset cum Camera Apostolica super spolio illicitæ negotiationis, cum clausula, vt in causa dictæ negotiationis non possit procedi contra Clericum defunctum, nisi iudicium fuisset cœptum in vita, vt in multis locis reperitur, quia non obstante quauis compositione, acquisita ex illicita negotiatione cedunt spolio, siue iudicium sit cœptum in vita Clerici negotiantia, siue post mortem illius, dummodo ipsa mercatura extet, vel probari possit per publicam vocem, & famam, vel per alias probationes euidentes, & præsentes, ac non mendicatas, Clericum illicitè negotiasse, ita habemus expresse mandatum per Sixtum V. in quodam Chirographo dato 16. Aprilis 1590. Nuncio Sedis Apostolicæ Neapoli commorante, quod de verbo ad verbum adducit Quarant. *in sum. Bull. in verb. spolia Clericorum, fol. mihi* 473.

Ex quibus collige, quòd contra Clericum negotiatorem illicitè, quo ad spolium possit procedi in vita, & post mortem negotiantis, concurrentibus probationibus, de quibus in dicto Chirographo, dummodo quæsita per negotiationem extent penes Clericum in eius vita, vel reperiantur in illius hæreditate post mortem; quia si Clericus in vita de illis disposuerit, nec in fraudem spolij, reperiantur iustè penes tertium, tunc non cadunt sub spolio, nisi de illis disposuerit, postquam per sententiam fuit priuatus, ita Redoan. *de spol. quæst.* 2. Nauar. & Azor. *loc. cit.* 28

Nota, quòd cadunt sub spolio acquisita, siue lucrum ex illicita negotiatione; vnde si Clericus negotiando non est lucratus, spolium non procedit, licet in foro externo constito de negotiatione possit Camera bona Clerici negotiantis apprehendere, & Clerico, siue hæredi incumbit onus probandi ex negotiatione non fuisse lucratum, præsumptio in hoc casu est contra Clericum, cum negotiatio præsumatur lucrosa, ita Azor. 2. *part. lib.* 8. *cap.* 2. *quæst.* 1. *circa med.* Soptan. ad Filiuc. *tract.* 43. *cap.* 5. *quæsit.* 6. *num.* 6. 29

Cadunt sub spolio quæ quis lucratus fuit, dando pecuniam ad cambia; hæc enim est negotiatio propriè accepta, consequenter Clericis illicita, ita Bald. *in l.* 1. *C. de exerc. Barbatia*, & alij, quos citat, & sequitur Redoan. *de spol. quæst.* 2. *num.* 38. 30

Non solum quæsita ex illicita negotiatione cadunt sub spolio, sed etiam quæsita modo prohibito Clericis per sacros Canones, vt obseruatur in prædicta Bulla Pij IV. in illis verbis, *Et negotiatione illicita, aut alias contra sacros Canones quomodolibet acquisita*, hinc si Clericus acquisiuit bona modo prohibito ab Episcopo tantum, non à sacris Canonibus, hæc non cadunt sub spolio, quia non dicuntur acquisita contra sacros Canones; Canon enim vocatur Constitutio facta in Concilio generali, ita glos. *in cap. canon, dist.* 30. Azor. *lib.* 8. *cap.* 2. *quæsit.* 8. Soptan. ad Filiuc. *tract.* 43. *cap.* 8. *quæsit.* 3. *n.* 3. Exempla de acquisitis contra sacros Canones sunt; si Clericus lucratus est ludo vetito à sacris Canonibus; exercendo officium Procuratoris, Sollicitatoris, & similium, non tamen in Romana Curia, in qua ob Curiæ fauorem vetitum non videtur; cum id fiat sciente, & tolerante Summo Pontifice, qui hoc prohibere posset, ita Nauar. *cons.* 4. *num.* 4. *de testam.* Lop. ad Diaz *cap.* 63. *limit.* 9. 31

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

S V M M A R I V M.

1 *EX negotiatione, & mercatura per Clericos aquisita cui applicentur.*
2 *Mercatura quæ dicatur, & quod artificium.*
3 *Exempla artificij recensentur.*
4 *Locare, & conducere quæ possit Clericus.*
5 *Conducere possessiones prophanas, an possit Clericus? Notatur Antonellus.*
6 *Clericus non beneficiatus, nec in Sacris constitutus, an prohibeatur conducere, vel negotiare?*
7 *Clericus an possit emere victualia, vt vendat tempore famis?*
8 *Dare ad cambium an sit licitum per Clericum?*
9 *Vendere vinum ad minutum an sit licitum Clerico?*

MAgnæ, imò maiores controuersiæ circa materiam Mercaturæ, seu negotiationis Clericis prohibitam agitantur super quas solent aliquando Ordinarij locorum inquirere. Frequentius autem Diœceses cursitare solent Officiales, Camerales, vulgò *Commissarij* nuncupati stantibus Apostolicis Constitutionibus applicantibus Cameræ Apostolicæ ea, quæ per Clericos ex illicita 1

negotiatione facta sunt, quod Iuris communis dispositiooi innixum est, vt scilicet Fiscus tamquam ab indigno auferat omnia, quæ turpiter, & illicitè quæsita sint, Cardinalis de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs. 19. num. 4.*

2 Mercatura Clericis prohibita verè, & propriè dicitur illa, quæ consistit in emptione mercium ad effectum, vt lucri causa carius vendantur. Secus autem vbi aliquæ res emantur tamquam materia artificij, seu opificij, vt ex vtroque scilicet arte, & ex materia simul iunctis aliquod diuersum opus, seu compositum fiat, quod vendatur iuxta celebre *consil.* 207. Feder. de Senis, vt si ematur ferrum ad effectum illud elaborandi, vt io subtilia opera reducatur, Card. de Luca *de Regular. discurs. 60. num. 3.*

3 Passim dantur exempla emptionis coriorum ad effectum faciendi chartas pro cooperiendis libris, aut viminorum pro componendis canistris, vel fili pro componendis retibus cum similibus, de quibus Canonistæ *in cap. fin. de vita, & honest. Cleric. & in cap. 1. ne Cleric. vel Monach.* Redoan. *de spol. cleric. quæst.* 2. Carol. de Grass. *de effectu cleric. effect. 6. num.* 35. Barbos. *de Episc. alleg. 3. num.* 11. licet emere rudem materiam, vt aliquod artificium faciant.

Et in specie, vt sit licitum emere zaccarum, ac herbas, & aromata pro conficiendis syrupis, & alijs medicamentis etiam ad effectum vendendi, Lezan. *in summ. tom. 1. cap. 9. n. 39. & tom. 4. vers. negotiatio quoad Regulares n. 6. & glos. in cap. fin. 86. distinct.* dicit, quòd Monachi non prohibentur conducere terras ad firmam Redoan. *de spol. Clericorum quæst. 2. num. 9. & 12.* vbi potest Clericus recipere possessiones excolendas ad quartam, vel quintam.

Apud antiqoos canones *in cap. 21. quæst. 1. cap. 2. & 3. 9. distinct. cap. eijciens 88. distinct. & cap. numquam de consecrat. distinct. 5.* & in alijs in Monacis, & religiosis laudantur potius hæc exercitia personalia compatibilia cum officijs diuinis post illa expleta io horis oriosis exemplo antiquorum Anachoretarum, & Monachorum vsum, id præcisè, & pro regula religiosis præcipiendum esset, vt ita non ex certis redditibus, vel ex mendicitate, ac ostiaria, sed ex labore personali victum, ac vestitum procurando euitaretur otiositas, sed hoc Iudicio Ecclesiæ defertur.

4 Clericus si habet animalia, vt oues, & boues ex successione potest locare. Aut si habet pascua multa, emat animalia, vt illa depascerent ad sustentationem sui, & suorum, & pauperum, noo autem vt traderet ea ad incrementum, & oues senes, & caseum, & lanam vendere, Ventrigl. *num.* 20. Rodoan. *num.* 14. potest Clericus pullum equi emere, vt eum grandiorem efficeret, vt vendat, Ventrigl. *num.* 20. Et Regulares ferè omnes habent armenta, animalia in proprijs pascuis, Card. de Luca *de præeminent. discurs. 34. num. 9.* & absque præfinitione numeri, & in ampliori forma, Vulpes *in pract. cap. 33. num. 6.* transcribit rescriptum S. Congregationis super Negotijs Episcop. præpositæ ad supplicationem Capituli Montis Pelusij directum Episcopo d. Ciuitatis.

Illustr. e Molto R. Sig. come Fratello.

Quando il Capitolo, e Clero di cotesta Città sia così pouero, che li Sacerdoti, e Clerici non possono sostentarsi condecentemente con li frutti delli loro beni patrimoniali, o beneficiali possedono, si contenta la S. Congregatione di tolerare, che possano condurre in affitto, e far coltiuare per mezzo di Garzoni loro li territorij della mensa Vescouale, ò Capitulare, e pigliar anche in affitto dalla Communità gli erbaggi ad effetto di pascere vacche, pecore, & altri animali, che tengono negli loro territorij, & in quelli che piglieranno in affitto per coltiuarli, & ingrassarli, volendo, che per questo non possano mai esser molestati essi, ne i loro Eredi per occasione di negotiatione illecita.

Pariter canistros facere, seminare, plantare, rigare, vineas proprias putare, aut domos suas reficere, arbores incidere, apum aluearia fabricare, libros scribere oon prohibetur clericos, Redoan. *vbi sup. num.* 42.

5 Clerici an possint conducere alienas possessiones, Antonell. *de regim. Eccl. lib. 6. cap. 7.* negat indistinctè tam de profanis, quam de Ecclesiasticis, *ex c. peruenit 86. distinctionem*, Ferrer. *qq. moral. part. 1. q. 66. num. 5.*

Contra ego puto verius quod possint ab Ecclesia conducere, Innoc. *in cap. magnus in fine de obligat. ad ratioc.* Rodoan. *num.* 44. Riccius *res. 474. num.* 5. Carocc. *de locat. cap. 10. num. 76.* per *text. in cap. dilecti de decim.* vbi conductionem factam à quibusdam Monachis non improbat Papa.

Potest etiam conducere Clericus prędiolum animi gratia, vel etiam alijs bonis ipsius circumdatum, quia in eo non verificatur prohibitio, Ricc. *res. 474. num.* 4. Pacion. *de locat. num.* 75.

Clericus simplex non beneficiatus, nec in Sacris constitutus non prohibetur conducere, ita post Carocc. Riccium, & alios Pacion. *num.* 72. 6

Quæ enim de Clericis traduntur locum habent io beneficiatis, vel in Sacris constitutis, Genuens. *in prax. cap. 62. num. 9.* Antonell. *vbi sup.* Redoan. *num.* 69.

Clericus etiam potest emere victualia, vt abundet tempore famis, exemplo Ioseph Genes. 41. vbi emit frumenta pro abundantia multorum annorum, si id faciat bono animo, ne homines patriæ deficiant in victualibus, Rodoan. *vbi sup. num.* 48. 7

Cootractus cambij in forma obliqua iniri solitus, vt mutuum, & circulationem contineat, vtrum illicitam negotiationem redolere dicatur? Ventrigl. *n.* 30. negotiationem appellat. At Card. de Luca *de cambijs discurs.* 18. scribit pro affirmatiua opinione quandoqne Rotam respondisse. Cuius contrarium de stricta iuris censura probabilius videatur, nisi, vel ratione communis opinionis, vel ratione modi ad formam, scilicet, vel stylum campsoris, cum publicitate, ac multiplicatione contractuum scandalum id præbeat, idemque comprobat in annot. ad S. C. Trident. *discurs. 19. num. 6.* 8

Suboriri potest difficultas de mutuo sub interesse licito, an redoleat negotiationem in Clerico mutuante sub interesse ad quinque, vel sex pro centenario? Quia si licet emere annuum redditum iuxta Bullas ad decem etiam pro centenario, cur non licebit mutuare lucrum cessans recipiendo tantò minus, quanti æstimatur pactum rescissorium, quod in mutuo propter repetitionem pecuniæ adest, & è contra in contractu censuali sors est demortua.

Vendere vinum ad minutum, an sit mercatura? Videtur Clericis prohibita, vti præseferrens quoddam mæchanicum, ac sordidum, & vile exercitium tabernarij, quod Clericis incongruum, & illicitum est, tum quia per illud dignitas Clericalis vilescit. Tum etiam quia in huiusmodi Cauponis, vel Tabernis ob illam nimiam, malèque regulatam lætitiam, & quandoque ebrietatem, quam immoderatus vini vsus causare solet verba obscęna, & scandalosa, & etiam quandoque facta illicita, & ebrietati connaturalia resultant, quod vtique Clericis indecorum est, cum totius Ordinis Clericalis præiudicio. At quia hęc prohibitio vendendi fructus suorum bonorum, qui alias non ita commodè vendi possent Clericorum conditio deterior efficeretur, quam sit illa laicorum, ideò Card. de Luca *in miscellan. Eccles. discurs. 6. n. 8.* infert id fieri posse dummodo sequatur compatibiliter cum decore status Clericalis, idest quod venditio non fiat per se ipsos, sed per famulos, vel alios hoc ministerium exercere solitos. 9

Vtrum in casu venditionis possint Clerici obtinere illud plus, quòd percipiunt ratione gabellæ? Card. de Luca *vbi sup. n.* 16. negat ex eo quod sit turpe lucrum scilicet de alieno, & contineat speciem furti, & vsurpationem Iuris regalis impositionis gabellarum, Ecclesiasticis enim solum exemptio passiua, ne scilicet cogantur occasione victualium, quæ ipsis, & necessariæ familiæ congrua sunt, soluere gabellas laicales, non autem in ratione actiua ad lucrum, & locupletationem, & obtineretur franchitia ad effectum vendendi, cum ita esset exercere ius regale Principes; & in priuatam vtilitatem erogare id, quod Principi pro oneribus publicis debitum est, Card. de Luca *in miscell. Eccles. discurs. 5. n.* 18.

ANNOTATIO XIV.

De Immunitate Clericorum à Gabellis.

ARGVMENTVM.

Notatur, omnes Clericos esse immunes à Gabellis, & alijs oneribus sæcularibus. Quid de Clerico Coniugato, vel Græco, & Familia Clericorum, de Hospitalibus, Confraternitatibus, Regularibus, Conuersis, Sororibus, & Militibus Religiosis, & hæreditate Clerici iacente. An Clericus teneatur reuelare bona Vniuersitati facienti æstimum. Et soluere onera imposita rei antequam ad eum peruenerit. Clericus an soluat Gabellas ex bonis, quæ ad minutum vendit. Quid de emente à Clerico, vel Conductore, remissiuè. Clericus, an teneatur soluere ius Pascui. Et an Vniuersitas possit vendere pascua in præiudicium Clericorum. Et quid de Gabellis impositis pro communibus necessitatibus. Et quid pro rebus ductis causa negotiationis, vel ei datis cum tali onere. Et quid de bonis ei donatis. Et quando donatio præsumatur in fraudem. Quomodo Clericus teneatur vendere iusto pretio. Et an possit cogi ad hospitandum Milites. Et quid de Secularibus in eius domo habitantibus, remissiuè.

SVMMARIVM.

1 *Clerici etiam in Minoribus, & prima Tonsura sunt immunes à gabellis, & alijs oneribus Laicorum. Quid de Clericis Coniugatis, & Græcis, num.2. Quid de eius Familia, num.3.*

4 *Gabellas, & alia onera sæcularia, an soluant Hospitalia, & Confraternitates, num.5. Et Regulares, num.6. Et quid de Conuersis, vel Oblatis, num.7. Et de Fratribus, & Sororibus tertij Ordinis S.Francisci, num.8. Et de Militibus Religiosis, num.9.*

10 *Hæreditas Clerici dum iacet, an soluat gabellas, & alia onera sæcularia.*

11 *Bona Ecclesiarum, & Personarum Ecclesiasticarum, an sint reuelanda Vniuersitati facienti æstimum, seu registrum bonorum pro exigendis oneribus sæcularibus.*

12 *Gabella, & tributa imposita super bonis Laicorum, an soluantur, si bona perueniant in posse Clericorum post impositionem, num.13. Et quid si onera erant personalia, num.14.*

15 *Gabellam non soluit Clericus vendens vina, olea, frumentum, & alia bona sua ad minutum. Et quid de emptore remissiuè, num.16. Vel conductore, num.17.*

18 *Clericus, an possit vendere suam immunitatem taxatam, vulgo dictam,* Franchitia.

19 *Clerici an teneantur soluere ius Pascui, seu fidas, vel diffidas. Et quid de Clericis exteris in locis, in quibus habent Beneficia, num.20.*

21 *Vniuersitas, an possit vendere Pascua in præiudicium Clericorum.*

22 *Vectigalia, & pedagia quando non soluat Clericus. Et quid si sint imposita pro refectione viarum. num.23.*

24 *Clericus deferens bona, an teneatur Gabellario illa ostendere.*

25 *Gabellas, & Collectas impositas pro necessitate communi Clericorum, & Laicorum, quando soluat Clericus. Et quomodo. Afferuntur nonnulli casus particulares, num.26.*

27 *Gabellas, & Collectas quando soluat Clericus negotiator. Et quando ad id dicatur negotiator, n.29.*

28 *Gabellas, an soluat Clericus conductor alienorum agrorum.*

30 *Gabellas, & collectas soluit Clericus de bonis ei datis cum tali onere.*

31 *Gabellas, an soluat Clericus in fraudem promotus.*

32 *Gabellas, & Collectas, an soluat Clericus ex bonis ei donatis. Et quando donatio dicatur in fraudem, num.33. Et quid si Clericus ad titulum donationis fraudolentæ sit promotus ad sacros Ordines, num.34.*

35 *Clericus tenetur bona sua vendere iusto pretio.*

36 *Clericus non potest cogi ad hospitandum Milites. Et quid de Laicis cum eo habitantibus.*

37 *Censura, & pœna contra imponentes, vel exigentes, Gabellas à Clericis, & contra Episcopos illos non defendentes.*

ANNOTATIO XIV.

§. Vnic.

Ad Text. in c. non minus 4. de immun. Eccl.

VVlgaris, & communis est materia huius *text.* nempè Ecclesias, Clericos, & personas Ecclesiasticas esse immunes à solutione Gabellarum, Collectarum, & aliorum sæcularium onerum, quod etiam disponitur in *cap. aduersus, eod. tit. & in cap. quamquam, de censib. in 6. & in Clem. præsenti, eod. tit. in Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 20. de reformat. & in Bull. Cœn. Dom. cap.* 18. vbi expressè prohibentur Collectæ, Decimæ, Taleæ, Præstantiæ, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs Personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi, absque Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponi, & diuersis etiam exquisitis modis exigere, aut sic imposita etiam à spontè dantibus, & concedentibus recipere; necnon per se, vel per alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, ac in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare, disponunt Iura Imperialia, *l. placet, C. de sacros. Eccles. l. Presbyteros, & l. omnes §. priuilegijs, C. de Episcop. & Cler. §. ad hæc sancimus, Auth. de Eccles. tit. §. nulli verò liceat, Auth. vt nulli Iud. §. item nulla, Auth. de statut. & consuet. contra liber. Eccles.* & probatur Iure Diuino, *Genes. 47. Num. 8. & Esdr. 1. cap. 7. Leuit. cap. fin.* & alibi tractant, Eminentiss. Card. Bellarm. *controuer. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap.* 28. Montaign. *de collat. Parlament. part.* 2. Bursar. *cons. 42. lib. 1. & cons. 186. lib. 2.* Borrell. *cons. 74. car. 1.* Io: Lup. *de liber. Eccles. quæst. 4.* Bell. *disq. cleric. part. 1. tit. de exempt. Cler. & eorund. bonor. &c.* Marta *de iurisdict. part. 2. cap. 6.* Ciarlin. *controuer. for. cap. 103.* Sperell. *decis. for. Eccl. decis.* 37. Cæuall. *commun. contra commun. quæst.* 899. Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 1. cap.* 97. Narbona *lib. 35. glos. 4. tit. 3. lib. 1.* Recopil. Parlad. *semicenturia diff. 9. §. 1.* Carol. de Grass. *effect.* 3. Axor. *instit. mor. part. 1. lib. 5. cap.* 12. Rodriq. *in compend. qq. Reg. resol.* 63. Bonacin. *de censur. in Bull. Cœn. content. disput. 1. quæst. 16. sect. 1.* Duard. *in Bull. Cœn. can. 15. quæst.* 18. Tambur. *de iur. Abbatiss. tom. 1. disp. 15. quæsit. 20. & seq.* Squill. *de priuileg. Cleric. cap. 8. num.* 1. Layman. *Theol. moral. lib. 4. tract. 9. cap.* 8. Quarant. *sum. Bullar. verb. vectigal,* Petr. Antibol. *tract. de munerib. part.* 2. Remig. Gonzic. *de charit. subsid. quæst.* 16. Suar. *disp. 25. de censur. sect.* 4. Belluc. *Specul. Princ. rub. 46. §. donum, §. restat, & §. sunt, & alia.* Dian. *tom. 1. tract. 2. de immun. resol. 1. & res. 35. & 36.* P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verb. immunitatem, cap.* 4. Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap.* 39. & alij communiter. Et cum materia sit satis per alios tractata, notanda sunt pauciora.

Nota primò, hac immunitate à Gabellis, & alijs oneribus sæcularibus gaudere omnes Clericos, siue in Sacris, siue in Minoribus, etiam primæ Tonsuræ, vt in hoc *text. & in cap. aduersus, eod. tit.* Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de iur. Fisci, resol. 5. num. 7. & seqq.* Squill. *de priuil. Cler. cap. 8. num. 7.* Vulp. *in prax. cap. 12. num. 1.* 1

& alij communiter. Quod procedit, etiam si sint excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, vel verbaliter degradati, quia ob id Clericatum non amittunt, Duard. in Bull. Cœn. can.18. quæst. 14. num. 3. Bonocin. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de iur. Eccles. lib.1. cap.39. num. 15. vbi num. 16. inuenies quid dicendum, quando Clericus non habet requisita, per Concil. Trid. sess.23. de refor. c.3.

2 Clerici Coniugati Orientales, qui Græci nuncupantur, gaudent hac immunitate, & exemptione à Gabellis, & oneribus sæcularibus, est commune apud omnes, docet Quarant. cit. verb. vectigal, circa princip. Camill. de Curt. in diuer. feud. part. 2. cap. 2. num. 90. Carol. de Grass. de effect. cler. effect. 3. num.46. imò eorum legitimæ Vxores eadem immunitate gaudent, Masul. ad Capyc. decis. 76. de Grass. cit. loc. num. 137. & num. 133. Quid de filijs eorum. Quid dicendum de Clericis Coniugatis Latinis, vide eosdem DD. & Bellett. in cit. §. 2. num. 2. Duard. cit. cap.18. quæst. 13. Squill. cit. cap. 8. num. 9. vbi num. 10. quid de Clericis Bigamis, Tap. de iur. Regn. lib.1. tit. de Episc. & Cler. num.30. Ciarlin. controuer. for. cap. 53. num.5.

3 An Familia Clericorum gaudeat exemptione à Gabellis, & oneribus prædictis, præsertim parentes, & famuli, qui de bonis eorundem Clericorum viuunt, vide Carauit. super rit.46. num.7. doctiss. ac religiosiss. Squillant. d. cap.8. num.19. Barbos. de iur. Eccles. lib.1. cap. 39. num.21.

4 Item hac eadem immunitate, & exemptione à Gabellis, & oneribus sæcularibus gaudent Hospitalia, quæ loca religiosa sunt, & fundata Episcopi auctoritate, Felin. in cap. de quarta, de præscript. num. 3. Paris. cons. 50. num.36. lib.2. Couar. lib.2. var. resol. cap. vlt. num.4. Tiraqu. de priuileg. pia caus. in præfat. pag. 3. & dicitur religiosum semper, quòd apparet fuisse erectum auctoritate Episcopi, ex text. in cap. ad hæc, vbi Abb. de Relig. dom. vel si non appareat de auctoritate prædicta; dicitur Religiosum, si habet Oratorium, siue Ecclesiam annexam cum Altaribus, & Campanili, & ibi diuina celebrentur, & mortui sepeliantur. Item si Episcopus in eo exerceat iura Episcopalia, & ex alijs, quæ refert Mascard. de probat. 2. part. conclus.869. per tot. latè Ricc. in prax. 3. part. resol.126. vbi concludit, Hospitalia nunquam teneri ad Gabellas, etiam si vendant.

5 Vlterius Confraternitates de eorum bonis, quæ in totum sunt consumanda ad pios vsus, & quando Confraternitates sunt vnitæ Ecclesiæ, vel Hospitali, ita vt bona dicantur illius Ecclesiæ, vel Hospitalis, non soluunt Gabellas, Collectas, & alia onera sæcularia, prout latè defendit post multos per ipsum relatos, Ricc. in prax. resol.127. 3. part. secund. vlt. impress.

6. Similiter eximuntur ab hac obligatione soluendi Collectas, Gabellas, Datia, & alia onera sæcularia Regulares omnes vtriusque sexus, probant Tambur. de iur. Abbatiss. tom.1. disp.15. quæsit. 20. & sequ. Rodriq. in compend. qq. Regul. resol. 63. num. 29. Molin. tom. 3. de iustit. disput. 671. num.1. Lezan. in sum. verb. Gabella, num.7. Bertach. de Gabell. 7. part. princ. num. 56. Flores de Mena var. lib.2. quæst.21. nu.198. Laurent. de Franch. de controuer. inter Episc. & Regul. quæst.48. Et quid dicendum de Nouitijs, qui Ordinibus non sunt insigniti, vide Molin. cit. loc. & latius Barbos. de iur. Eccl. lib.1. cap.39. num.23.

7. Oblati quoque, & Conuersi, qui se, & sua obtulerunt Monasterio, aut Ecclesiæ sæculari in perpetuum, & mutarunt habitum, ac promiserunt illum non deserere, incedunt tonsurati, & à Superiore admissi religiosè viuunt, dicuntur propriè personæ Ecclesiasticæ, & gaudent priuilegio Fori, & exemptionis à Collectis, Gabellis, & alijs oneribus sæcularibus, notat Lasar. de Gabell. cap. 1. num.89. Iul. Ferret. eod. tract. de Gabell. num.556. quos refert, & sequitur Ricc. cit. loc. resol.128. vbi num. 3. idem dicit de Eremitis, qui habitum, & vitam sæcularem mutarunt, regulariter viuunt, & alicui Superiori subijciuntur, & speciali obligatione, & quasi traditione per Episcopum alicui Ecclesiæ, vel loco sacro dicati sunt; nam personæ Religiosæ dicuntur, & gaudent priuilegio prædicto, sequitur Barbos. cit. cap.39. num. 25.

Fratres, & Sorores Tertij Ordinis Sancti Francisci, & 8
Sancti Dominici si habitum Religiosum gestant, collegialiter viuunt, & claustraliter inhabitant, gaudent hoc priuilegio exemptionis à Gabellis, & oneribus sæcularibus, Gutier. de Gabell. quæst.95. num. 5. & seq. Anend. de exeq. mand. lib. 2. cap. 14. num. 28. Gratian. discept. for. cap.224. num.34. & cap. 363. num.29. & statutum esse per Regias Leges in Hispania, testatur Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. num.24.

An verò Milites Religiosi, puta Sancti Ioannis Hiero- 9
solymitani, S. Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, Christi, & similes, gaudeant immunitate, & exemptione à Gabellis, & tributis Laicorum, & pro quibus Bonis, & Commendis, vide adductos per Barbos. cit. loc. n.26. & 27.

Ampliatur, suprapositam exemptionem à Gabellis, 10
Tributis, & Exemptionibus sęcularibus procedere viuo Clerico, & Ecclesiastica persona, & eo mortuo dum hæreditas iacet, quia hæreditas iacens repræsentat personam defuncti, l. hæreditas, ff. de acqu. rer. dom. l. non minus, ff. de hæred. instit. & l. mortuo, ff. de fideiuss. defendit Ricc. in prax. 3. part. resol. 129. testans sic vidisse seruatum.

Nota secundò, non teneri Ecclesiam Clericos, & alias 11
personas Ecclesiasticas registrare, seu reuelare eorum bona, si Vniuersitas, aut alius Superior sęcularis faciat æstimum, ac registrum de omnibus bonis, gratia maioris indicationis Collectarum; semper enim quod quis est notoriè, simpliciter, & ipso iure exemptus, vt est Clericus, & Ecclesia, res etiam exemptas non tenetur registrare, secus est in sęculari exempto ratione priuilegij, prout distinguit Bart. in l. interdum, §. Diuus quoque, ff. de public. & vectig. quem sequitur Ricc. in prax. 3. part. resol.130. versic. ex quibus. Immò si bona, ex quo fuerunt in posse Laicorum, reperiuntur in æstimo Communitatis, seu Catastis, & allibrata reperiuntur; statim ac ad personas Ecclesiasticas quocumque titulo peruenerint, eximuntur ab onere Collectarum, ac de catasto, seu æstimo sunt delenda, iuxta opinionem Bart. cons. 180. num. 3. & 4. lib.1. Felin. in cap. Ecclesia Sancta Maria, num.76. de constit. Paul. in l. inter debitorem, num. 4. post med. ff. de pact.

Verùm quandoque Ecclesia, siue Ecclesiasticæ perso- 12
næ tenentur ad onera imposita rebus, priusquam ad eas peruenerint; quando scilicet onera sunt vera, & realia, ipsis fundis infixa; & imposita sunt bonis propter bona, non autem personis propter bona, quando sunt perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda, ita Canonistæ omnes in cap.1. hoc tit. de immunit. Eccles. lib.6. Felin. cons. 46. in 4. dub. Beller. disq. cler. part. 1. tit. de exempt. cler. & eorund. bonor. §. 3. num.1. & 2. l. de his, & ibi Bart. C. de Episcop. & Cler. Bald. in l. in fin. num. 2. C. sine cens. vel reliq. quia onus reale afficit quemlibet successorem, Boer. decis. 182. num. 16. Afflict. decis. 95. num. 2. Osasch. decis. 136. num. 2. vbi testatur de communi, voluit etiam Duard. in Bulla Cœn Dom. can.18. quæst. 6. num.6. & 9. Ciarlin. controuer. forens. cap.103. num.21. cum seqq. vbi dicit, sententiam esse communem vsu receptam, & sine controuersia, Cæual. com. contra comm. quæst. 899. num. 106. & secundum hanc opinionem iudicauit Rota in Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coram D. Penia, & hanc decisionem pluries sequutam fuisse Sac. Congreg. super controuersis iurisdictionalibus testatur Barbos. de iur. Eccles. lib.1. cap.39. num 59. vbi refert verba decis. Rot. cit. & alia multa cumulat.

Quando verò onera prædicta non essent ordinaria, & 13
perpetua, sed variabilia, prout sunt descriptiones, quæ fiunt hodie ad finem imponendi Collectas, & tunc statim ac bona ad manus Ecclesiasticorum perueniunt, corruit onus, cap. nouerint 10. quæst. 1. cap. 1. de immunit. Eccles. Ias. in l. qui filiabus, num. 13. ff. de legat. 1. Bart. cons. 180. num. 3. & 4. & in l. placet, in 1. lect. num. 3. & in 2. lect. num. 1. & 25. vbi etiam Bald. num. 4. Aret. num. 3. Castr. nu. 8. C. de Sacrosanct. Eccles. Carauit. super rit. 229. num. 3. 4. & 5. Afflict. in Constit. Reg. Neap. lib. 1. rubr. 32. num. 4. Thesaur. decis. 134. num. 2. & 4. Osasch. decis. 36. num. 1. qui testatur de veriori, & magis recepta opinione, & alij multi, quos lata manu cumulat Bellet.

disq.

disq. cler. 1. *part. tit. de exemp. cler. & eor. bon. à muner. publ.* §. 3. *num.* 3. Ricc. *in prax.* 3. *part. resolut.* 134. qui dicit, quòd onera fiscalia tanquam imposita pro solido, & libra, non sunt perpetua.

14 Similiter, & multò magis quando onera sunt merè personalia, non transeunt ad Clericos cum ipsis bonis, tanquam ad personas non subditas, Barbos. *cit. cap.* 39. *num.* 59. *vers. à fortiori*, post Sperel. *decis.* 35. *num.* 7. Boss. *tit. de Princ. num.* 100. *in fin.* Surd. *cons.* 307. *num.* 34. & 68. *volum.* 3. apud quos inuenies quid dicendum de onere imposito pro salario Prætoris, Medici, Magistri Grammatices, Satellitum, & cæterorum Officialium.

15 Nota tertiò, quòd Clerici possunt vendere absque obligatione soluendi Gabellas, vina, olea, ac similes fructus collectos ex agris Patrimonialibus, vel Beneficialibus, non solùm in pondere magno, seu ad grossum, sed etiam ad minutas mensuras, ita Bertach. *tract. de Gabell. part.* 7. *col.* 4. *vers. an autem*, Rolan. à Vall. *cons.* 71. *num.* 9. *lib.* 4. Quaran. *sum. Bullar. verb. vectigal. in addit.* 1. *incip. additio firmissima*, Carol. de Grass. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 130. Vallasc. *consult.* 131. *num.* 6. Squill. *de priuileg. cler. cap.* 8. *num.* 38. & ratio est, quia conceditur Clericis facultas distrahendi redditus suorum bonorum in quascumque personas, Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 4. Auend. *de exeq. mand. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 37. nec per hoc Clericus dicitur negotiari, vt probat Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 34.

16 An verò emptor pro bonis à Clerico, vel alia Ecclesiastica persona emptis, teneatur soluere Gabellas, vel alia sæcularia onera, vide Bellet. *disq. cler. cit. loc.* §. 8. *num.* 2. Carol. de Grass. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 87. qui multos alios citant. Et quid dicendum, si Clericus venditor promiserit merces transferre ad domum emptoris, Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 213. Gutier. *de Gabell. quæst.* 44. *num.* 5. Et quid quando immunitas esset realis, an transiret ad emptorem, Bertach. *de Gabell. part.* 7. *num.* 1. *in fin.* Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 169. *num.* 7. Et quid quando exigendo Gabellam ab emptore Laico, exigeretur indirectè à Clerico, Genuens. *cit. loc. num.* 3. Ciarlin. *controuers. forens. cap.* 22. *num.* 9.

17 Conductores, & Coloni Clericorum, & Ecclesiarum, an gaudeant exemptione à Gabellis, & alijs oneribus sæcularibus pro fructibus percepti, ex bonis Clerici, vel Ecclesiæ, vide latè adducta per Bellet. *disq. cler. tit. de exempt. cler. & eorum bon.* 1. *part.* §. 7. & 8. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 32. Carol. de Grass. *cit. effect.* 3. *num.* 92. *vbi num.* 77. habetur, quid dicendum de emphyteota, Bart. *in l. si penes, num.* 1. *de agric. & cens. lib.* 11.

18 Aduerte, quòd quando Clerici habent immunitatem taxatam à Gabellis, quæ Neapoli dicitur, *Franchitia*, possunt illam in totum, vel in partem liberè vendere, vt comprobat communis vsus, & tenet Quarant. *sum. Bullar. verb. vectigal, in addit.* 1. incip. *Addit. firmissima*.

19 Quæritur hic obiter, an Clerici teneantur soluere ius pascui, seu fidæ, & diffidæ in locis Baronalibus pro animalibus, quæ in territorijs feudalibus tenent, vel in alijs pascuis Vniuersitatibus, omnibus ciuibus communibus.

Resp. posse Clericos liberè immittere eorum animalia ad pascendum in dictis pascuis Vniuersitatis absque obligatione soluendi fidas, & diffidas; quia licet dicta pascua quoad dominium, & proprietatem sint ipsius Vniuersitatis, vt tradit Couar. *pract. qq. cap.* 37. *col.* 2. *in princ.* Vincent. de Franch. *decis.* 197. *num.* 12. post Rip. *respons.* 93. Surd. *cons.* 65. *sub num.* 17. Caualcan. *decis.* 1. *num.* 5. & *num.* 45. *part.* 5. Camill. de Curte *in* 3. *part. diuers. iur. feud. num.* 78. *in med. fol.* 107. Nihilominus quoad vsum sunt ipsorum ciuium, & vnusquisque potest ad sui libitum illis vti pro eorum animalibus depascendis, vt tradunt omnes, Oldrad. & Alber. *in l. tantum*, §. *Vniuersitatis, ff. de rer. diuis. & in l. item veniunt*, §. *fin. ff. de pet. hæred.* Borrell. *cons.* 9. *num.* 9. & *seqq.* & *cons.* 26. *num.* 54. Bertran. *cons.* 293. Surd. *cons.* 65. *num.* 7. & *sub num.* 8. & 17. & *cons.* 59. *num.* 9. & 13. & Clerici degentes in Ciuitate, tanquam ciues veniunt appellatione Populi, Bart. *in l.* 1. *num.* 11. *ff. ad municip.* Surd. *consil.* 301. *vol.* 3.

Quæritur secundò, an Clerici exteri in loco, in quo habent Beneficium, teneantur soluere fidas prædictas pro eorum animalibus, quæ mittunt ad pascua, in quibus ciues habent ius pascendi. 20

Resp. responsionem ad quæsitum pendere ab alio dubio, an Clerici dicantur ciues illius loci, in quo habent Beneficium. In quo dubio affirmatiuè dicendum est, per *text. in cap. cum nullus, de tempor. ordin. in* 6. vbi licet non possit promoueri quis ad Ordines ab Episcopo alienæ Diœcesis, nihilominus id fallit in Episcopo loci, in quo quis habet Beneficium, quasi videatur ciuis eiusdem loci. Item probatur, nam Miles positus ad exercendam militiam in aliquo loco, efficitur ciuis illius loci, *l. municeps desinit*, §. *fin. ff. eod. ad municip.* ergo à simili præpositus regimini alicuius Ecclesiæ illius Militiæ ratione ciuis efficitur, faciunt dicta per Boer. *decis.* 260. *num.* 20. Carol. de Grass. *de effect. cler. in prælud. num.* 269. qui clarè dicit, Clericum effici ciuem illius loci, in quo possidet Beneficium, ibique gaudere omnibus priuilegijs, prærogatiuis, & commoditatibus, cæteris ciuibus concessis. Igitur cum Clerici dicantur ciues loci Beneficij, vti cæteri ciues non tenentur soluere fidas. Sed melius dicendum est cum Felin. *in cap. dilectus il* 2. *de rescript.* si Beneficia obligant Beneficiatos ad residentiam, Clerici illa obtinentes dicuntur ciues loci Beneficiorum; si verò Beneficia sunt simplicia, & non obligant ad residentiam, Clerici exteri illa possidentes, non dicuntur ciues eorundem locorum; & proinde sicut & cæteri exteri tenentur ad soluendum fidas, & diffidas: hanc distinctionem in proprijs terminis tenet nouissimè Don. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 200. *num.* 10.

Dubium potest esse in his terminis, quid dicendum si Vniuersitas vendat hæc pascua pro soluendis Gabellis, vel alijs suis oneribus; & deinde emptor admittat animalia ad pascendum soluta aliqua mercede, an Clerici teneantur illam soluere. Et didendum est si pascua sunt propria ipsius Vniuersitatis, non tamen communia ciuium Clericorum, & Laicorum, & tunc si Clericus velit mittere animalia ad ibi pascendum, tenetur soluere Vniuersitati, vel eius emptori, sicut cæteri ciues, cum pascua non sint ipsorum ciuium, sed Vniuersitatis, Ias. *in l. placet, in* 1. *lect. sub num.* 19. *vers. aduerte tamen*, & *in* 2. *lect. num.* 25. *C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *cons.* 6. *lib.* 1. *in* 1. *cas. dist.* latè Garz. Mastrill. *decis.* 49. *per tot. lib.* 1. faciunt dicta per Vincent. de Franch. *decis.* 197. *n.* 9. Camill. de Curte 2. *part. diuer. iur. feud. num.* 78. *in med. fol.* 107. tenet Remig. *de char. subsid q.* 61. *num.* 59. *in* 15. *tom. tract. part.* 2. Bellet. *cit. loc.* §. 6. *num.* 4.

Si verò pascua sunt Vniuersitatis quoad vtilitatem ciuium, & communia Laicorum, & Clericorum, & tunc Laici vendendo pro subleuandis eorum oneribus, an possint præiudicare Clericis, vide distinctionem traditam per Abb. *in cit. cons.* 6. *lib.* 1. Quid dicendum si pascua sunt communia de Vniuersitate Laicorum, & Clericorum vti ciuium, vide eundem Abb. & Capyc. *decis.* 152. Vincen. de Franch. *decis.* 2. *num.* 1. 24. & 25. & *decis.* 197. *num.* 9. & *seqq.* Mart. *decis.* 780. *num.* 4.

Nota quartò, quòd Clerici, & Ecclesiasticæ personæ sunt immunes à solutione vectigalium, seu pedagiorum, & ab omni onere, quod soluunt itinerantes in passibus pro rebus, quas deferunt ad proprium, & familiæ vsum, vt in *Clem. præsenti de censib.* notat Bart. *in l.* 1. *in fin. C. de mut. & in quo loco, lib.* 10. Bald. *in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles.* Felin. *in cap. Ecclesiam, de constit. num.* 106. latè Bellet. *disq. cleric. cit. loc.* §. 7. *vbi num.* 1. *circa med.* docet, qui veniant appellatione familiæ Clerici in hoc casu. 22

An autem sit immunis Clericus à pedagijs, & vectigalibus, & ab alijs solutionibus passuum, quando illa soluuntur pro refectione viæ, siue pontium, quibus vtuntur etiam Clerici transeuntes cum eorum curribus, & iumentis, vide Felin. *in cap. Ecclesia cit.* Carol. de Graff. *de effect. cleric. effect.* 3. *num.* 266. Bonac. *tom.* 2. *de restit. in particul. disp.* 2. *quæst.* 9. *punct.* 2. *num.* 3. Dian. *tom.* 1. *resol.* 38. Bellet. *cit. loc.* §. 2. & patebit ex inferius dicendis. 23

Dubi-

24 Dubitatur, si Clericus non tenetur soluere Gabellas in passu pro re, quam ad suum vsum defert, teneatur saltem res, quas ducit, ostendere Gabellario.

Resp. pro publico bono, & ne fraudes cnmmittantur, quòd tenetur illas ostendere, dummodo ad ostensionem Gabellarius non inferat vim Clerico propria auctoritate; & si differentia oriatur inter Clericum, & Telonarium, cuius sit res, quam Clericus ducit, standum esse iuramento ipsius Clerici, vel eius famuli rem ducentis, deferendum Clerico per Iudicem ipsius Clerici; & si Iudex de facili adiri non possit; potest Clericus sponte de per se iurare, & hoc nisi qualitas personæ Clerici aliud suadeat, vt quia est persona infimæ conditionis, vel conuictus de mendacio, tenet Carol. de Grafs. *cit. effect.* 3. *num.* 257. *& seqq.* Nauar. Roland. Campanil. & alij, quos citat, & sequitur Quarant. *sum. Bullar. verb. vectigal. cit. loc.*

25 Nota quintò, quòd solent quandoque DD. restringere libertatem Clericorum à Gabellis, & Collectis, & est quando imponuntur pro subleuanda necessitate communi tam Laicorum, quàm Clericorum; tunc enim dicunt teneri Clericos illas solnere, & rationem afferunt, qnia cum ex eis omnes sentiant cnmmodum, & vtilitatem, sequitur necesse, quod omnes teneantur contribuere, Remig. de Gon. *tract. de charit. subsid. quæst.* 62. *num.* 36. *&* 45. *in* 15. *tom. tract. diuers. part.* 2. *fol. mihi* 189. Osasch. *decis.* 68. *num.* 5. *& decis.* 181. *nu.* 6. Rip. *resp.* 20. *num.* 5. *& seqq.* Menoch. *cons.* 800. *num.* 3. 9. *&* 12. *lib.* 8. Isern. *in cap.* 1. *verb. illicitas*, *num.* 36. *de pac. iur. firman.* vbi etiam Afflict. *num.* 23. Cened. *collect. canon.* 153. *num.* 3. *lib.* 2. qui alios allegat, Carol. de Gras. *cit. effect.* 3. *num.* 200. *& seqq.* vbi plures adducit Bellet. *cit. part.* 1. *tit. de exempt. cler.* §. 2. Quarant. *sum. Bullar. verb. vectigal*, *vers. item Bulla*, Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 40. *& seqq.* Alij verò tenent, nec etiam in hoc casu teneri Clericos ad solutionem prædictorum onerum, præsertim Abb. *cons.* 3. *lib.* 1. Borrel. *cons.* 74. *num.* 44. *& seqq.* & cæteri, quos refert Carol. de Grafs. *cit. loc. num.* 204.

Et licet prima opinio videatur admissa à maiori numero DD. tamen communiter dicunt illam non procedere, nisi concurrentibus pluribus requisitis, qnorum vno deficiente, Clericos non teneri. Primò, quòd onera sint imposita ex mera necessitate communi, secus si ex voluntate. Secundò, quòd necessitas sit vrgens, & præsentanea. Tertiò, quòd facultates Laicorum nnn sufficiant, & in subsidium. Quartò, quòd contributio fiat consulto Romano Pontefice. Quintò, requiritur consensus ipsorum Clericnrum, & Episcopi. Sextò, quòd necessitas principaliter, & immediatè tangat Clericos. Septimò, & quòd talis necessitas sit Clericorum, & Laicorum simul. Octauò, quòd pecunia ex impositione redigenda erogetur ad vsum talis necessitatis communis, ita explicant DD. communiter, præsertim Carol. de Grass. *cit. effect.* 3. *num.* 206. *vsque ad* 247. Idque procedere dicunr non solum pro communi necessitate, sed prn communi vtilitate, & probatur apertè ex hoc *sext. cap. non minus*, ibi, *communes vtilitates, vel necessitates, vbi Laicorum non suppetunt facultates*, imò sufficere communem pietatem, defendit Innoc. *in hoc cit. cap.*

Aduerte, quòd requisita prædicta debent necessariò præcedere ipsam impositionem onerum, ita Ricc. *in prax. resol.* 134. *num.* 2. *part.* 3. vbi multa inuenies ad hanc materiam, & in particulari, qnòd in hoc casu Clerici non possunt compelli, nisi per Episcopum, vel alium Superiorem Ecclesiasticum legitimum, Bald. *in l. ad instructiones*, *C. de sacrosanct. Eccles. num.* 4. *vers. ad hoc*, Innnc. *in hoc cap. non minus*, *num.* 6. & Abb. *num.* 18. *vers. dicit tamen*, Beller *cit. loc.* §. 2. *num.* 9.

26 Ex dictis cnllige, an Clerici, & Ecclesiasticæ personæ teneantur ad solutinnem Gabellarum, & impositionum deseruientium prn reparatione agerum fluminis, vel propter bellum, & periculum imminentis incursionis; prn custndia murorum, vel pro obtinenda, vel manutenenda pace, aut prn satisfaciendis grassatoribus ne aggrediantur territorium, de quibus exemplis vide Carol. de Grass. *cit. effect.* 3. *num.* 209. *& seqq.* Bellet. *cit.* §. 2. & Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 39. *& seqq.* vbi inuenies, an Clerici teneantur ad solutionem onerum impositorum pro custodiendis nemoribus, prædijs, vineis, vel pratis, & agris, & propter famem, vel pestem. Et an etiam teneantur, si impositio est pro solutione Medicorum Commnnitatis, vel pro refectione putei communis, vide Bellet. *vbi supra*, §. 6. *num.* 6. *&* 7.

27 Nota sextò, Clericos non excusari à solutione Gabellarum pro rebus, de quibus negotiantur, probatur ex *text. in c. quamquam*, *vers. quos non causa negotiandi*, *de censib. in* 6. *& in Clement. præsenti*, & ibi glos. *verb. non negotiandi*, *eod. tit. de censib.* & hoc in pœnam negotiationis ipsis Clericis prohibitæ, notant communiter DD. quos omnes referunt Carol. de Grafs. *cit. effect.* 3. *n.* 175. Bellet. *vbi supra*, §. 4. Barbos. *alleg. cap.* 39. *num.* 63. *& seq.* quòd intelligitur de rebus, quas Clericus tenet sub mercatura, ac negotiatione merè lucratiua, quæ fit emendo, & vendendn; vnde si Clericus venderet fructus sibi quæsitos ex bonis Patrimonialibus, vel Beneficialibus, non diceretur negotiator, nec teneretur ad Gabellas, ita distinguit Quarant. *sum. Bull. verb. vectigal*, *versic. tertio quatenus*, sequitur Ricc. *in prax. resol.* 133. *num.* 1. *& seqq.* 3. *part.* & quandocumque Clerico permissa est emptio, & venditio, non tenetur soluere Gabellam, Barbos. qui alins citat. *dict. cap.* 39. *num.* 64. *vbi num. seqq.* resolnit, an teneatur Clericus ad solntionem Gabellæ in prædicto casu ante trinam monitinnem, Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 133. *num.* 3.

28 Hinc si Clericus lucri causa aliena prædia conduceret, teneretur soluere Gabellas, secus si id faceret pro sua, & familiæ sustentatione; tunc enim ei permittitur, & consequenter eximitur ab nnere soluendi Gabellam, tenet Quarant. *cit. loc.* post Mnlin. *de contract. disp.* 342. *sub num.* 7. aduertit Bellet. *cit.* §. 4. *num.* 6.

29 Aduerte, quòd ad finem reputandi Clericum negotiatorem, & obligatum ad onera Gabellarum, non sufficit vnicus actus negotiationis, sed plures actus emptionis, & venditionis requiruntur, habetur ex glos. & Bart. *in l.* 1. §. *licet*, *vers. omnes*, *ff. de trib. act.* Abb. & Rip. *in cap.* 1. *de iud.* Quarant. *cit. loc. vers. limitatur denique.* Contrarium defendit Ricc. *in prax.* 3. *part. cit. resol.* 133. *num.* 4. nempè sufficere vnicum actum quoad solutionem Gabellarum, secus quoad solutionem Collectarum, in quibus requiruntur plures actus negotiationis.

30 Nota septimò, Clericos teneri ad solutionem Gabellarum, & Collectarum pro rebus, quæ eis fuerunt legatæ, vel donatæ, cum expresso onere soluendi Gabellas, & Collectas, alias illas dimitteret, ita tenent Anchat. Felin. Duen. & alij adducti per Ricc. *cit. resol.* 133. *num.* 6. Hinc est, quòd si Clerico fuerit concessum feudum cum expresso pacto snluendi Gabellas, & Collectas, teneretur illas soluere, Io: Fab. *in l. placet*, *num.* 8. *C. de sacrosanct. Eccles.* Duen. *regul.* 99. *fall.* 8.

31 Nota octanò, quòd dicunt alij, Clericum, qni in fraudem Collectarum, & Gabellarum assumpsit habitum clericalem, teneri ad Gabellas, & Collectas, ita Quarant. *sum. Bull. verb. vectigal*, *versic. eandem limita per Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 4. disponens non esse clericandum, qui id petit, vt sæculare iudicium effugiat. Sed verius dicendum est cum Diana post assumptionem habitus, vt supra, Clericum etiam esse liberum à prædictis oneribus, maximè cum fraus in dubio non præsumatur, nisi probetur, ad *text. in l.* 1. *ff. pro soc.*

32 Nota nonò, Clericum, cui in frandem Gabellarum, & Collectarum fuerunt donata bona à patre, fratre, vel alin, tenetur ad illas, Bart. *cons.* 180. *num.* 3. *lib.* 1. Duen. *reg.* 100. *num.* 5. quæ non procedunt, quando pater, vel alius donaret Clerico animn transferendi dominium, & donatio non esset immoderata, & vltra virilem, quamuis causa impulsiua fuerit, vt nnn solueret Collectas; cum enim in hoc casu sit vera donatio, Clericus non tenetur ad Cnllectas, quia causa mouiua ad instar causæ sine qua non, non vitiat actum, tenet Quarant. *cit. loc.* idque probat à simili de iure congruo, quod excluditur per donationem veram, licet causa impulsiua ad illam faciendam

dam fuerit euitare ius congrui, iuxta *Const. Regni, Sancimus*.

33 Probatur fraus in donatione facta Clerico, quando pater, vel alius donans præcedere fecit albaranum, in quo Clericus declarauit tenere rem donatam nomine donantis, quo casu cùm ficta sit donatio, tenetur integrè restituere Vniuersitati omnia damna. Quarant. *cit. loc.*

Præsumitur etiam fraus in hoc casu, si frater donauerit Clerico totam suam portionem, vel aliàs donatio esset omnium bonorum, argum. *text. in l. omnes*, §. 1. *ff. de his, quæ in fraud. cred.* cùm non sit verisimile, quòd quis se spoliet omnibus bonis suis, *l. cum de indebito, ff. de probat.* Speculat. *lib.* 4. *tit. de cler. coniug. num.* 17. qui dicit, quòd ad præsumendam hanc fraudem, debet inspici causa, propter quam fit donatio, & personarum donantis, & donatarij qualitates, & conditiones, & de donatione omnium bonorum, idem tenet Bart. *in l. post contractum, num.* 2. *ff. de donat.* Afflict. *decis.* 370. *n.* 13. Alex. *cons.* 55. *num.* 5.

Nec caret etiam suspicione fraudis, & simulationis donatio maioris partis bonorum, ita ex multis comprobat Becc. *consil.* 52. *num.* 54. Honded. *cons.* 46. *num.* 17. & 18. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 130. *num.* 7. *lib.* 1. sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 479. *num.* 69.

Similiter præsumitur simulatio, & fraus quando pater, vel frater donando filio, reseruauit sibi administrationem bonorum donatorum, quæ respectu filij non est necessaria, & quoad fratrem est insolita, vnde arguit simulationem, cùm ex his, quæ communiter non fiunt, talis præsumptio oriatur, *l. etiam, C. de iur. dot. l. matrem, C. de probat.* & in terminis Hond. *cons.* 46. *num.* 18. Bec. *cons.* 52. *num.* 77. post Castr. *cons.* 58. *num.* 9. *vers. suadet, lib.* 2. Aymon. *cons.* 40. *num.* 2. & *cons.* 6. *num.* 23.

Vlteriùs præsumitur ficta donatio, & in fraudem, si donator reseruauerit sibi facultatem reuocandi donationem ex quacumque causa probanda per solum ipsius iuramentum, ex quo plenè dicitur, quòd voluerit fictè donare, cum faciliter possit talem reuocationem facere suo arbitrio, non se adstringendo dispositioni iuris communis admittentis causas legitimas reuocandi similes donationes, quas voluit donator obseruare, ita loquitur Gratian. *discept. for. cap.* 479. *n.* 71. *vers. vltimò facit*.

Valida est etiam coniectura fraudis, & simulationis in donatione, quando donans retinuit possessionem bonorum donatorum, cum ex hac retentione, & continuatione possessionis lex præsumat simulationem donationis, maximè quando hoc opponitur à tertio, puta ab Vniuersitate, vel alio creditore; non obstante, quod in instrumento donationis adsit clausula, *precarij*, per quod licet possit dici mutata causa possessionis, incipiendo possidere ex noua causa, quia hoc respectu tertij non habet locum, sed solum respectu contrahentium, ita Soc. *cons.* 264. *col.* 2. *ante med. vers. septimo, & vltimo arguitur, & vers. sed ad promissa respondeo, lib.* 1. post Bart. *consil.* 65. *in princ. lib.* 1. & *cons.* 81. *num.* 9. *eodem lib.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 36. *num.* 9. & 10. Aret. *consil.* 159. *num.* 12. per *text. in l. sicut*, §. *superuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* Corn. *cons.* 203. *num.* 6. *lib.* 3. Nec suffragatur Clerico donatario ad excludendam Vniuersitatem petentem Collectas, dicere, possessionem remansisse apud donatorem per ignorantiam, negligentiam, aut imperitiam, vel simplicitatem, cum simulatio, & fraus facilius præsumantur, quando agitur de præiudicio tertij, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 36. *num.* 15. Gratian. *discept. forens. cap.* 479. *num.* 64. Sed aduerte, quòd quando contra Clericum, qui est in possessione bonorum donatorum, est agendum pro declaratione simulationis, vel fraudis, est conueniendus coram Iudice Ecclesiastico, per Regulam absolutam, Actorem sequi forum Rei.

34 Obserua, quòd licet ratione fraudis bona donata Clerico non liberentur ab onere soluendi Gabellas, & Collectas; nihilominus si verè Clericus sit promotus ad sacros Ordines, ad titulum dictorum bonorum donatorum, nec titulus est excessiuus, quia bona, ad cuius titulum quis est ordinatus, gaudent priuilegijs, quibus gaudent alia bona Ecclesiastica, liberantur à prædicto onere, ad dicta per Menoch. *de recuper. poss. remed.* 15. *num.* 21. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 27. Carauit. *super rit.* 229. *num.* 5. Nouar. *quæst. forens. part.* 1. *quæst.* 72. *num.* 3. & *seqq.* Couar. *lib.* 1. *var. resolut. cap.* 4. *num.* 4. Mart. *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 12. *num.* 45. Bellett. *disquis. cler.* 1. *part. tit. de exempt. cler. & eor. bonor.* §. 5. *num.* 9.


Immò etiam secundum terminos Constitutionum huius Regni, bona donata ad finem promouendi ad sacros Ordines sunt libera ab omni onere ab ipso die donationis, & ante promotionem, vt aduertit Quarant. *sum. Bull. verb. vectigal, vers. eadem limita, circa med. limit.* 3. Diana *tom.* 1. *tract. de immunitat. Eccles. resolut.* 42. & ratio est, quia prædicta bona iudicantur Ecclesiastica, Felin. *in cap. Ecclesia, n.* 10. *de constit.* Dec. *in cap. Episcopus, num.* 20. *de preb.* Nauar. *cons.* 5. *sub n.* 1. *de immunit. in nou.* Bald. *tit. de pac. constit. glos.* 6. *in princ. vers. ex his apparet*, Vasqu. *de success. creat. lib.* 1. §. 22. *num.* 43. Ricc. *decis.* 209. *n.* 1. *part.* 2. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *q.* 5.

Diximus, Clericos ex fructibus bonorum suorum 35
Patrimonialium, vel Beneficialium non teneri soluere Gabellas, & Collectas, vel alia onera sæcularia. Hic aduertendum est, quòd Clerici vendentes fructus prædictos tenentur illos iusto pretio vendere, alioquin si pluris vendant, quam res æstimantur, peccant, & tenentur ad restitutionem quoad illud plus, Molina *de iustit. tract.* 2. *disput.* 364. *num.* 14. Vincent. de Franch. *decis.* 9. *num.* 3. Carol. de Grass. *de effect. cler. effect.* 2. *num.* 266. Sot. 4. *sent. dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. *col.* 4. *vers. quarta conclusio*. Eodem modo tenentur illos cum iusta mensura, & approbata vendere, quia norma ponderum, & mensurarum non est excedendam, *l. modios C. de suscept. Præp.* Imò si contrafaciant, condignis pœnis ab Episcopo sunt puniendi, Carol. de Gras. *cit. loc. effect.* 1. *num.* 945. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 51. *vbi num.* 49. & 53. inuenies, an Clerici vendentes res suas, teneantur seruare statuta Laicorum taxantia iusta pretia rerum.

Nota Decimo, Clericos cogi non posse ad hospitandum milites, *text.* est in *l.* 1. *C. de Episcop. & Cler.* 36
vbi glos. & DD. Mart. *de iurisdict. part.* 4. *centur.* 1. *cas.* 86. *num.* 9. Ioan. Franc. de Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 1. §. 6. *num.* 54. & an possint cogi pater, fratres, vel alij consanguinei cum Clericis in eadem domo habitantes, vide Squill. *de priuileg. cler. cap.* 9. *num.* 4. Mols. *in sum. Tholog. moral. part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *num.* 166. de Grass. *de effect. cler. effect.* 3. *num.* 287.

De censuris, & pœnis latis contra imponentes, vel 37
exigentes Collectas, Taleas, Decimas, Præstantias, vel alia onera à personis Ecclesiasticis, & quando excusentur à censura lata in *Bull. Cœn.* vide latè Duard. *in d. Bull.* Tambur. *de iur. Abbatiss. tom.* 1. *disp.* 15. *quæsit.* 21. Vgol. & alios in eidem *Bul. nouiss.* P. Tambur. *in prax. Eccles. part.* 2. *cap.* 4. *verb. immunitatem Ecclesiasticam*, & alios Summistas modernos.

Et quomodo sit puniendus, & deponendus ab officio, & dignitate Iudex Ecclesiasticus nolens, vel negligens defendere Clericorum immunitates, vide Bellett. *disquisit. cler.* 1. *part. tit. de exempt. cler. & eor. bon.* §. 9.



OBSER-

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *CLerici ritus Græci in minoribus vxorati, an sint immunes ab oneribus laicalibus? Declaratur Ventrigl.*
2 *Requisita vt gaudeat Clericus fori priuilegio.*
3 *An requiratur beneficium residentiale, vt cessent requisita?*
4 *Quoad immunitatem realem, an exigantur requisita S. C. Trid.*
5 *Confraternitates an soluant gabellas?*
6 *Oblati an sint exempti à gabellis.*
7 *Mulieres viuentes in Conseruatorijs an sint exemptæ à gabellis?*
8 *Ecclesiastica persona, an aliquando teneantur?*
9 *Clerici, an teneantur soluere ius fida, & diffida?*
10 *Dominus fundi, an possit arrestare animalia Clericorum depascentia in eius pascuis?*
11 *Clerici exteri habentes beneficium, an possint pascere, vt cæteri ciues?*
12 *Exempti an teneantur ostendere res gabellatio?*
13 *Ecclesiastici an contribuere debeant in expensis promiscuam vtilitatem respicientibus?*
14 *Recens decisio pro exemptione RR. PP. Eremitarum Camaldulensium à iure passus prætenso pro D. Episc. Cauæ in transitu pro portam Ferream Salerni.*

IN materia exemptionis realis Clericorum, & personarum Ecclesiasticarum à laicalibus oneribus pro generali regula receptum est, vt Clerici siue in sacris, siue in minoribus ordinibus, solaque prima tonsura constituti sint, qui debita habeant requisita indefinitæ immunes sunt à gabellis, & collectis, alijsque laicalibus oneribus etiam pro eorum bonis patrimonialibus, seu alias ex fortunæ beneficio obuenerint.

1 Ecclesia Latina cum permittat etiam in aliquibus Italiæ partibus ritum Græcum, Dubitari contingit, An Clerici ritus Græci, qui Orientales appellantur in minoribus constituti, & coniugati debeant potiri priuilegijs Clericalibus, vel potius ijs, quibus potiuntur Clerici coniugati ritus Latini, & ipsis assimilati debeant? Ventrigl. *n.* 2. obscurè se habet non distinguens Clericum in minoribus à Clerico in sacris. Clarius dic illum in minoribus vxoratum assimilari Clerico Latino coniugato, vt declarasse S. Congregationem refert Card. de Luca in annot. ad S. C. Trid. *discurs.* 24. *num.* 45.

2 Clerici in minoribus nullum Ecclesiasticum beneficium habentes ad effectum priuilegij fori debent habere requisita in decreto S. C. Trid. *sess.* 23. *de refor. c.* 6. Primum, vt habitum, & tonsuram Clericalem habeant. Secundum, vt alicuius Ecclesiæ seruitio sint adscripti. Tertium, vt actualiter inseruiant. Decretum Conciliare loquens de beneficio, intelligitur de beneficio Ecclesiastico authoritate ordinarij fundato, non autem de Cappellania manuali non collatiua, & prophana, seu pio legato, Card. de Luca *vbi sup. num.* 11.

3 Posita de qualitate beneficij oritur dubitatio. An sufficiat simplex beneficium non habens annexum onus residendi? Card. de Luca *vbi sup. n.* 13. pro vtraque parte edisserens, tandem concludit, non sufficere beneficium exigui redditus, vulgo de pertica in remotis diœcesibus existens, quod affectatè procurari solet. An sufficiat pensio? Discurrit hincinde, & *num.* 15. parum probabile opinatur, vt solus titulus beneficij sufficiat absque possessione, & ita praxis docere videatur. Quamuis sola possessio prosit vbi non sit notoriè intrusiua, & sine collatione Ordinarij, si enim adsit, illa sufficit, & si beneficium fuisset affectum, quoniam attenditur status de facto.

Decretum Concilij, & si copulatiuè exigat seruitium Ecclesiæ, & adscriptionem, sufficit seruitium sine adscriptione. Delatio autem habitus intelligenda moraliter, & non phisicè, pro frequentiore scilicet vsu, Card. de Luca *vbi sup. num.* 19. *& seqq.*

4 Exoritur controuersia, vtrum Consiliaris dispositio restringatur ad priuationem fori, firmis remanentibus alijs priuilegijs circa exemptionem realem ab oneribus laicalibus, siue priuilegium *c. Odoardus de solut.* Aut circa factionem testamenti, quæ filijsfamilias conceditur clericis, siue circa exemptionem ab vsufructu legali, qui patri conceditur?

Rota Romana probabiliorem ait opinionem circa exemptionem onerum debere concurrere Concilij requisita. Nam illis deficientibus laicorum potius de facto fit figura, ita de Luca *vbi sup.*

Prorsus enim improbabile videtur, vt denegari debeat illud priuilegium fori, quod concernit præiudicium totius Ordinis Clericalis, vt possit per Magistratum sæcularem furcis suspendi, & in frusta scindi, seu ignominiosè fustigari, & tamen retinere debeat ea priuilegia, quæ interesse priuatum concernunt.

5 Confraternitates an soluant gabellas, ac alia onera laicalia, si de eorum bonis omne sit impendendum in pios vsus, si illæ sint vnitæ Ecclesiæ, vel Hospitali? Ventrigl. *num.* 6. cum Riccio negat. At si Confraternitates non sint erectæ auctoritate Episcopi, & bona sint laicalia, tunc non erunt exempta. Hinc Mons Misericordiæ Neapolis quamuis emat, carnes, & panem pro dispensandis inter pauperes carceratos, & infirmos Hospitalis Incurabilium, nihilominus soluit gabellas, vt dixi *in appendic. post decis. Gratian.* Poterit tamen euenire, quod Communitas loci tribuat exemptionem pro eleemosinis.

6 De oblatis agit Ventrigl. *num.* 7. Dic quòd vbi viuunt adhuc in sæculo, & eorum bona ad priuatum eorum commodum administrant, tunc quoad onera laicalia reputari solent sæculares, Card. de Luca *de regular. disc.* 58. *num.* 11. vbi secus si viuant in ipsis Conuentibus more Religiosorum sub obedientia superioris, in gestatione habitus. Seu rectius cum requisitis recensitis per Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 117. *num.* 6. Scilicet vt alicui Religioni se dedicauerint, & nihil sibi reseruauerint, nec vsumfructum, nec commorentur in eorum domibus, perpetuo seruiant in religione, gestent habitum distinctum à sæcularibus, nec fiat oblatio in fraudem collectarum, & vide in Gratian. *discept.* 341.

7 Mulieres in Conseruatorijs viuentes, & in vna domo pro maiori honestatis conseruatione sub nullo religioso instituto in causis prophanis, & indifferentibus subsunt Magistratibus laicis, Menoch. *cons.* 948. Card. de Luca *de iurisd. disc.* 45. *num.* 7. *&* 10. Extendit ad oblatas, & sub certo instituto viuentes per quandam voti imaginem donec ibi existant, formalem etiam obedientiam promittentes, vt occasione Monasterij oblatarum Turris speculorum Vrbis, Nauar. *cons.* 81. *&* 82. *lib.* 3. *de regular.* Tamburin. *de iur. Abbatiss. disp.* 18. *quæst.* 5. *num.* 4. de quo agunt Menoch. & Cyriac. *controu.* 504. Dum nullam faciunt professionem cum votis, sed solum promittunt quandam obedientiam præsidenti, donec in eo vixerint cum libertate exeundi, & carnale matrimonium contrahendi.

8 Ecclesiasticæ personæ an teneantur ad onera imposita rebus priusquam ad eos perueniant? Distinguit Ventrigl. *num.* 12. Dic tamen quod si bona prouenerunt ad eas post maturatum tempus solutionis collectarum, tunc tenebuntur Doctissimus D. Ageta in annotat. ad Reget. Moles *part.* 2. §. 14. *tit. de iur. pass. num.* 33. vocatione Iudicis Ecclesiastici.

Emptor pro bonis à Clerico, vel alia persona Ecclesiastica emptis contineatur soluere gabellas, si Clericus venditor promiserit merces transferre ad domum emptoris, & admittatur d. cautela? Pro immunitate D. Ageta *vt sup. num.* 41. Consil. D. Altim. ad Rouit. *cons.* 71.

9 Clerici an teneantur soluere ius pascui, seu fidæ, & diffidæ in locis Baronalibus, vel Vniuersitatis pro animalibus, quæ in territorijs feudalibus, vel Communitatis tenent? Ventrigl. *n.* 19. negat, quia pascua quoad vsum sunt ciuium.

Distinguendum erit. Aut agitur de specie exactionis, quæ occasione pascuorum fieri solet, tanquam species pœnæ pro damno dato, seu contrauentione bannimentorum,

torum, ac violatione pascui reseruati supra valorem herbæ depastæ per Magistratus sæculares, quæ exactio vulgò diffida dici solet, & tunc animalia Clericorum arrestari non possunt pro solutione pœnæ. Secus respectu punitionis ipsorum pastorum laicorum, si damnum esset datum studiosè, vel alias esset punibile, Card. de Luca *de iurisd. discurs.66. num.3.*

Alter casus est circa exactionis speciem, quæ fieri solet occasione pascuorum, quia Vniuersitas pro solutione onerum fiscalium tamquam species collectæ aliquam partem reseruat priuando se eius publicis pascuis, quæ *defensa*, vel *bannita* vocatur ad effectum vendendi, seu affidandi certo pretio herbam, iuxta *decis.*197. de Franch. & tunc est quæstio diuersa, cùm etiam possint se priuare inuito Barone, vt iudicatum refert de Franch. & dixi in *obseru. num.4.* Et videndus Mastrill. *decis.49. per tot.* vt semel vidi controuersiam excitari, vtrùm possent ciues inuitis Ecclesiasticis.

Alius casus est, vbi pascua sunt Domini temporalis loci, seu Communitatis, & tunc Clerici teneantur soluere fidam compensatiuam damni tamquam pretium correspectiuum pascui, si autem ante præfinitum tempus animalia immittuntur, dum pascua ita damnificata minus solent vendi, vt vulgò dicitur *scommissa*, tunc intrat iustitia commutatiua, & Ecclesiastica immunitas non excusat, Card. de Luca *num.7.*

10 Ratione priuatæ facultatis Dominus fundi potest arrestare animalia ibi depascentia ad instar illius retentionis, quæ datur domino rei locatæ, Reg. de Marin. *lib.1. resol.*120. Carleual. *de iudic. part.1. num.155.* & ita bis obtinui pro Domino feudi rustici.

11 Clerici exteri in loco, in quo habent beneficium an teneantur soluere fidas pro eorum animalibus? Ventrigl. *num.*20. distinguit inter beneficia residentialia, & simplicia, vt primo casu non teneantur, vt alij ciues, Reg. de Marin. *resol.*200. Card. de Luca *in annot. ad Sacr. Concil. Trident. discurs.14. num.13.*

12 Exemptus à gabella an teneatur ostendere res Gabellario? Ventrigl. *num.*24. edisserit, vide quæ scripsi in Gratian. *cap.*13.

13 Clerici, & Ecclesiastici cum suffragentur orationibus, sacrificijs, & alijs asperitatibus, quæ omnium publica necessitate fieri debent. E contrario laici subeunt collectarum onera, quæ imposita sunt pro illis publicis expensis, quæ Clericorum promiscuam vtilitatem concernunt, vt sunt pro stipendio Medicorum, siue pro refectione mœnium Ciuitatis, super custodia vinearum, quando congrua sit contributio Ecclesiasticorum, & requisita pleno calamo discurrit Card. de Luca *in miscell. Eccles. discurs.2. num.42.*

C A V E N.

14 Illustrissime, & Reuerendissime D. prætendebat Reuerendissimus Episcopus Cauen. sicut adhuc prætendit, absque vllo fundamento cogere RR. PP. Eremitas Camaldulenses principales meos ad solutionem passus, seu iuris platealici, quando cum eorum animalibus oneratis victualium pro seruitio eorum Eremi, & Monachorum transeunt per portam Ferream Salerni, & immemor quod Patres principales vti Ecclesiastici sunt exempti à quacumque collecta, gabella, taxa, alijsque oneribus, & impositionibus ex *text.* expressis in *cap. Clericis laicos, cap. decet de immun. Eccles. in 6. cap. quamquam de cens. in 6.* Merlin. *decis.*903. Card. de Luca *in miscell. discurs.3. num.2.*

Vnde principales mei dum Episcopus violenter, & armata manu volebat exigere d. passum, ad effectum se liberandi à tali vexatione, de mense Maij proximi recursum habuerunt ad A. C. & monitorum cum inhibitione super libertate transeundi per d. portam absque vlla solutione receperunt, quod præsentare fecerunt exactori d. passus, & promotori fiscali, alijsque Ministris Curiæ Episcopalis Cauen.

Sed d. monitorio non obstante d. exactor attentare d. passum à principalibus exegit. Et habitu recursu per Patres ad A. C. iste die 5. Iulij in contradictorio iudicio mandauit purgari attentata. Et non obstantibus diuersis informationibus, & citationibus ex aduerso factis ad videndum reponi; A. C. semper stetit in decisis. Et die 5. Septembris proximi relaxauit mandatum, cuius vigore d. exactor fuit carceratus, & quidquid dicat Reuerendissimus Episcopus in sua informatione, d. A. C. post dies quindecim carcerationis per modum prouisionis, & sine præiudicio iurium ambarum partium illum relaxauit, vt ex fide data in manibus R. P. D. Ponentis signata litt. A. & vlterius inhibuit hinc inde partibus, ne auderent aliquid de facto in causa innouare, admisit articulos, & assignauit Reuerendissimo Episcopo terminum vnius mensis ad examinandum, & probandam eius prætensam quasi possessionem exigendi dictum passum. Qui Episcopus à mense Nouembris, quo fuit emanatum decretum, minimè examinauit, neque examinare curat.

Die 14. Augusti, & sic in spretum d. monitorij fuit querelatus in Curia Cauen. Ioannes Punzo ex eo, quia transiuit per d. portam cum duobus mulis oneratis frumento pro seruitio dictorum Patrum, vt in processu fol. 1. Et Vicarius generalis vigore d. querelæ die 27. eiusdem mensis d. Ioannem excommunicauit, & cedulones relaxauit, quia non soluit duos granos exactori d. passus prætensos pro d. frumento, fol. 56.

Ad effectum se liberandi à dicta excommunicatione dictus Ioannes vti sæcularis, ac de territorio Cauen. qui vigore conuentionis initæ inter Episcopum, & Ciuitatem est exemptus à solutione d. passus, recursum habuit ad suos Superiores Regios, qui per epistolam hortati sunt Episcopum, & d. Ioannem absolueret process. fol. 34. & subinde ab eodem A. C. iudices causæ obtinuit absolutionem cum reincidentia pro duos menses in honorem SS. Iubilæi, & tandem die 14. Ianuarij prox. absolutionem à d. Episcopo recepit, fol. 39.

Rebus in hoc statu manentibus d. Episcopus agnoscens malum ius in causa habere, noluit examinare testes, & alio tramite curat PP. Eremitas vexare. Tria contra dd. Patres allegat.

Primò, auxilium, & consilium dedisse d. Ioanni, vt recursum haberet ad Regios Ministros aduersus d. excommunicationem. Secundò, quod retinebat d. Ioannem, ne peteret absolutionem à dicta excommunicatione, quia existimabat nullam. Tertiò, tandem quod cum d. Ioanne manebat, & non obstante d. excommunicatione permittebat d. Ioannem Missam in eorum Ecclesia audire.

Sed hæc, & similia per Episcopum pleno calamo in sua epistola allata sunt, absque vllo fundamento, & improbata remanent, vt infra demonstrabo.

Non quoad primum, quia d. Ioannes recursum habuit ad Regios ministros mediante consilio eius Aduocati, & nonnullorum præsidentium R. Cameræ eius conciuium, & contra intentionem Patris Prioris Eremi, qui d. Ioannem misit ad Reuerendissimum Nuncium Neapolitanum, vt coram Notario, ac testibus d. Ioannes pluries declarauit, vt ex fide data d. R. P. D. Ponenti signata litt. B. & C. & supplicat humiliter d. R. P. Prior animaduertere, quòd vectigales recurrunt ad Regios Ministros motu proprio, non verò ad instigationem aliorum, quia illis expedit se manuteneri in possessione transeundi per d. Portam cum cibarijs Religiosorum, absque solutione passus, nam amplius non haberent vllum lucrum, vt dicitur *delle vetture*.

Et multò minus secundum. Quia vltra quod est alienum à veritate, probationes, quæ deducuntur ex depositionibus testium examinatorum, nihil valent, quia sunt testes examinati pro informatione Curiæ, absque citatione Partis.

Verùm dato numquam tamen concesso, quòd Patres dixissent d. excommunicationem fuisse, & esse nullam, & attentatam nihil malè egerunt. Quia vel d. Ioannes fuit excommunicatus ab Episcopo, ex quo transiuit per d. portam Ferream cum frumento, & noluit soluere d. duos granos, quia erat ciuis Cauen. & vti talis non tenetur soluere passus, vt d. Episcopus fatetur in epistola.

Et magna cautela d. Episcopus non curat exhibere suum assertum priuilegium, quia vt merè laicale, & concessum à Duce Salerni, quod Abb. Benedictino, & posteà translatum ad mensam Episcopalem Cauen. non ligno Ecclesiastico, nam si Dux non poterat exigere ab Ecclesiasticis, vt persona laica, ita pari ratione neque potest in

vim d. priuilegij Episcopus exigere habens facultate ad laicos, nam omnia quæ obstant cedenti, obstant cessionario, Ludouis. *decis.* 121. *num.* 3.

Adducuntur latè congesta per Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 46. vbi quòd non agitur de exigendo iure Ecclesiastico, sed de iure onere laicali ex concessione Principis laici.

Ex quibus aduersus D. Episcopum Cauen. die 21. Aprilis 1692. per A. C. obtinuerunt exemptionem RR. PP. Eremitæ Camaldulenses Nationis Neapolitanæ Congregationis Camaldulensium, pro obseruantia priuilegiorum, & exemptionum eidem Congregationi Camaldulensi particulariter concessorum, vt à Clem. VII. B. Pio V. Clem. VIII. Paulo V. & alijs in d. sententia recensitis. Hæc iura habui à R. P. Paulo Agiutorio de Montefusco eiusdem Ordinis procuratore in hoc munere optimo.

Die 18. Iulij 1690. Prodijt rescriptum à Sacr. Congreg. super immunitate Ecclesiastica, & controuersijs iurisdictionalibus.

CAVEN.

Mensa Episcopalis ex vna, & Patres Eremitæ Camaldulenses Monasterij SS. Aduocatæ nuncupatæ de Maiori Partibus ex altera.

S. Congregatio, &c. censuit, quod Patres Camaldulenses non molestentur. Consulant tamen eorũ conscientiam, & nihil de reassumptione, & ad D. Secretarium, iuxta mentem Cardinalis Carpinei.

ANNOTATIO XV.

De Impedimento Matrimonij criminis.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. In quibus casibus contrahatur hoc impedimentum, & dirimat Matrimonium. Et quæ requirantur. Quæ promissio de contrahendo Matrimonio debeat intercedere. Et quomodo debeat concurrere cum adulterio. Et quo tempore. Et an sufficiat promissio conditionalis, & nuda, vel de præterito. Et quomodo adulterium debeat esse consummatum. Quomodo hoc impedimentum inducatur ex machinatione, & adulterio. Machinatio quomodo debeat suum sortiri effectum. Quid si machinatio fuerit ex parte vnius ex adulteris. Et quomodo debeat concurrere cum adulterio. Ad quem finem debeat esse machinatio. Quid si machinatio sit in personam Vxoris putatiuæ.

§. II. Aliquid de alimentis spuriorum. Et primò omnes species illegitimorum adducuntur. Item quomodo illis alimenta debeantur. Quid veniat nomine alimentorum. Quomodo Pater teneatur alere Spurium, & Auus Nepotem. Et an possit illum instituere. Et an teneatur Mater, siue Auus Maternus. Et quando alimenta præstanda sint Spurijs, etiam ex fructibus Beneficij. Et quid considerandum in tali præstatione. Quid disponat Bulla Pij V. in hac materia, & multa ad illius intellectum. Relictum Spurio, nec per intermediam personam sustinetur vltra alimenta. Quid si pater confiteatur se debitorem Spurio. A quibus hæredibus patris debeantur alimenta prædicta, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum criminis tripliciter impedit Matrimonium. Primo, quando concurrit adulterium, & Matrimonium, num. 2. Secundo, quando concurrit adulterium, & fides, aut promissio, num. 3. Quid si adsit ficta promissio, num. 4. Quibus signis debeat esse expressa, num. 5. Nec requiritur, quod sit mutua, num. 6.*

7 *Impedimentum criminis inducitur ex promissione. Et adulterium quando concurrat tempore Matrimonij, latè. Et quid si promissio sit reuocata, num. 8. Quid si promissio sit sub conditione impossibili, num. 9. Declara latè, num. 10.*

11 *Impedimentum inducitur ex adulterio, & promissione simplici, etiam sine fide, non tamen si adulterium est putatiuum, num. 12. Vel non consummatum seminatione intra vas, num. 13.*

14 *Impedimentum criminis adhoc vt inducatur, quomodo vterque adulter debeat habere scientiam Matrimonij alterius.*

15 *Impedimentum criminis inducitur ex Matrimonio de facto contracto cum adultera.*

16 *Impedimentum criminis inducitur ex adulterio, & machinatione mortis Coniugis, etiam sine fide, & promissione. Machinatio debet esse effectiua cum morte, num. 17. Quæ quando sola sine adulterio sufficiat, num. 18. Et quomodo vterque adulter debeat habere notitiam Matrimonij alterius, num. 19. Machinatio debet esse ad finem contrahendi cum certa, vel cum vna ex pluribus, num. 20.*

21 *Impedimentum criminis inducitur ex adulterio, & machinatione, quando primum Matrimonium fuit verum, nec sufficit putatiuum.*

22 *Impedimentum criminis oritur ex adulterio, & machinatione, siue Viri, siue Mulieris. Et hæc machinatio non est necesse, vt fiat proprijs manibus, sed sufficit si fuerit facta consilio, vel mandato, non tamen sufficit ratihabitio.*

ANNOTATIO XV.

§. I.

Ad Text. in cap. cum haberet 5. de eo, qui duxit in matrim. quam poll.

IN hoc *text.* Clemens Papa III. mandat separari Matrimonium contractum cum adultera, viuente prima Vxore; nec post mortem Vxoris posse cum prædicta adultera contrahere, ac permanere Virum, & filijs ex natis necessaria à patribus deberi subministrari cuius occasione duo dicemus. Primum, quomodo, & quando impedimentum criminis dirimat Matrimonium. Secundum, quomodo filij naturales, siue spurij sint alendi de Iure Canonico. De prima materia multa Sanchez *de matrimon. lib.* 7. Bonacin. *tom.* 1. *cit. de impedim. matrim. quæst.* 3. *part.* 6. Summistæ omnes in *verb. Matrimonium*, Gutier. *de matrim. cap.* 105. Filliuc. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 8. *quæst.* 2. & alij.

1 Ad primum dicendum est, tripliciter posse per impedimentum criminis Matrimonium dirimi. Primò, quando superstite priore Coniuge adulter cum adultero contrahit Matrimonium, & est casus huius *text.* Secundò, quando adulteri admisso adulterio, fidem sibi dederunt contrahendi Matrimonium post mortem Coniogis. Tertiò, quando cum adulterio concurrit machinatio mortis Coniugis.

2 In primò modo necesse est, vt concurrant Adulterium, & Matrimonium viuente Coniuge alterius, vt si Titius viuente sua Vxore copulam habuerit cum Berta, & cum ea Matrimonium de facto contraxerit, inter eos intercedit impedimentum criminis, ita dirimens Matrimonium, vt nec post mortem Vxoris Titij possit cum prædicta Berta amplius contrahere, vt constat ex hoc *cap. & cap. fin. eod. tit.* quòd procedit, siue Adulterium præcesserit Matrimonium, siue subsecutum sit, vnde si Titius contraxerit publicè, aut clandestinè Matrimonium cum Vxore Caij, illamque carnaliter cognouerit ante, vel post contractum Matrimonium, non potest mortuo Caio Matrimonium cum ipsius Vxore validè contrahere.

3 In secundò modo necesse est, vt concurrat Adulterium, & Fides de Matrimonio, siue promissio; vt si Caius adulteretur cum Berta Vxore Titij, promittens se cum ea contracturum Matrimonium mortuo Titio, non poterit mortuo Titio validè contrahere Matrimonium,

cum

cum Berta, quod procedit, siue promissio facta fuerit post Adulterium, siue ante, Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 79.* & alij.

4 Controuersum est inter DD. si hæc promissio sit ficta, & facta animo decipiendi, an inducat impedimentum in Foro conscientiæ, nam in Foro Fori certum est inducere impedimentum propter præsumptionem consensus, vt per Manual. 1. *tom. sum. 2. edit. cap. 229. num. 7.* saltem donec non constet de fictione, in qua controuersia Sanch. *de matr. lib. 7. disput. 79. n.* 11. tenet fictam promissionem inducere impedimentum, & quod huiusmodi promissio det occasionem captandæ mortis Coniugis, ad quam vitandam inductum est hoc impedimentum; sed contrarium, nempè fictam promissionem non inducere impedimentum, defendit Bonacin. *tom. 1. tit. de impedim. matrim. quæst. 3. punct. 6. propos. 3. num. 8. in fin. vers. tertium peccatum, in fin.* & rationem adducit, quia si ius requirit promissionem, intelligendum est de vera promissione, non de ficta, quæ appellatur promissio solo nomine.

5 Requiritur ad hanc promissionem, vt sit expressa signo aliquo externo, nam alias non habet vim promissionis, nec habet adiunctum periculum machinandæ mortis alterius, ad quam præcauendam ius inducit hoc impedimentum. Secundò requiritur, vt talis promissio sit acceptata; nam ante acceptationem diceretur pollicitatio, nec sufficit acceptatio per taciturnitatem, ita Sanch. & Bonacin. *cit. loc.* & alij contra Rebell. & Coninch.

6 Non requiritur tamen, vt hæc promissio sit mutua, quia potest esse vera promissio, quamuis non adsit repromissio, nec Iura requirunt reciprocam promissionem, vt in *cap. significatum, de eo, qui duxit, &c.* tenet Sanch. & Bonacin. *cit. loc.* contra Henriq. *lib. 12. cap. 14. num. 2.* & alios.

7 Hæc promissio, & adulterium debent concurrere durante primo Matrimonio, ad inducendum hoc impedimentum, ita vt si promissio facta est viuente Coniuge, & copula post eius mortem est habita, aut è contra copula est habita viuente Coniuge, promissio verò est facta Coniuge mortuo; impedimentum non inducitur, quia *text. in cap. fin. de eo, qui duxit*, expresè petit vtrumque contingere viuente Coniuge, ita Specul. *tit. de eo, qui duxit, §. vnic. num. 4.* sequuntur Sanch. *cit. loc. num. 5.* & Bonac. *eod. loc. num.* 12. qui ex dictis colligunt, vt vtrumque scilicet Adulterium, & promissio intercedant durante eodem Matrimonio, ita vt non sufficiat si intercesserit in diuersis Matrimonijs. Vnde si Titius promisit Matrimonium Bertæ mortua sua Vxore, sed postea mortua Vxore, contraxit cum Simplicia, & viuente Simplicia carnaliter cognouit Bertam absq; noua promissione, poterit mortua Simplicia contrahere cum Berta, eò quòd promissio, & Adulterium non intercesserint durante eodem Matrimonio.

8 Sed si post promissionem promittentes, dum nulla intercessit copula resilierunt à promissione, & deinde absque noua promissione intercedit copula, quia non concurrit Adulterium cum promissione, quæ est extincta ante secutam copulam, ideò non contrahitur impedimentum: secus tamen dicendum est, si secuta promissione, & copula velint resilire à promissione, quia iam est contractum impedimentum, ita tenet Sanch. *cit. loc.* & alij apud eum; & Bonac. *num. 13. vbi supra*. Idem dicendum est, si Matrimonium intercessit, & deinde post reuocatum Matrimonium sine alio Matrimonio, aut promissione, secuta est copula; nam adhuc non contrahitur impedimentum, nisi concurrant copula, & Matrimonium non reuocatum, ita Sanch. *cit. loc.*

9 Hæc promissio concurrens cum Adulterio inducit impedimentum criminis, etiam si conditionalis sit, & non absoluta promissio, dummodo conditio non defecerit ante copulam; nam tunc diceretur interuenire copula absque promissione, & sic non induceretur impedimentum, ita Sanch. *cit. loc. num.* 11. contra Henriqu. Sà, & alios. Et *num.* 12. extendit à fortiori ex promissione facta sub conditione impossibili, aut turpi, oriri impedimentum prædictum, maximè in Foro Fori; & rationem reddit, quia talis conditio habetur pro non apposita, nisi alter adulter eam promissionem reijceret, vel cognosceret eam loco, vel fictè datam esse, nam tunc non induceretur hoc impedimentum.

10 Quòd intellige de vera conditione de futuro, non tamen de conditione de præterito, vel præsenti, idem Sanch. *cit. loc. num. 14.* vt si Vir cognoscens Mulierem, illi promittat ducere in Vxorem, si eius Vir, vel sua Vxor mortua est, hæc promissio non inducit impedimentum; si verò Vir cognoscens Mulierem, promittat eam ducere in Vxorem, si virginem inuenerit, tunc si virgo erat, oritur impedimentum, quia extabat conditio; si verò non erat virgo, conditio non extabat, & impedimentum non inducitur, ita Sanch. *cit. loc.* Nec induceretur impedimentum, si Vir coniugatus cognoscens Mulierem diceret, si non essem coniugatus, te in Vxorem ducerem, quia ex his verbis non datur promissio, sed significatur voluntas imperfecta, ita Sanch. *cit. loc. num.* 16. nec si Vir dicat, si voluero, te ducam, Sanch. *ibid. num. 17.*

11 Obserua primò, hanc promissionem cum copula inducere impedimentum, etiam si nuda sit, & simplex, & nulla munita fide, secundum veriorem opinionem, quam ex Abb. *in cap. 1. num. 2. de spons. duor.* & alijs tenet Sanch. *cit. loc. num.* 29. contra alios relatos *num.* 28.

12 Obserua secundò, adulterium putatiuum cum promissione futuri Matrimonij non inducere hoc impedimentum, vt si Vir, qui nulliter contraxit Matrimonium, quòd credit validum, promittit ducere adulteram; cognita nullitate Matrimonij, euanescit impedimentum, quia promissio non concurrit cum adulterio, ita deciditur in *text. cap. 2. de eo, qui duxit*, Graff. 1. *part. decis. lib. 2. cap. 85. num. 7.*

13 Obserua tertiò, ad inducendum hoc impedimentum, desiderari, vt cum promissione de contrahendo, vel cum Matrimonio de facto contracto concurrat copula consummata, nec sufficit conatus ad copulam, ita glos. *in cap. fin. verb. cognouit, de eo, qui duxit*, vbi DD. omnes, præsertim Abb. *in fin.* refert Sanch. *cit. loc. num. 2. in fin.* qui dicit, non sufficere vasis fœminei penetrationem, virili semine non intromisso.

14 Obserua quartò, requiri ad hoc, quòd adulterium perpetratum sit sciente vtroque adultero alterius Matrimonium; nec sufficit, licet vterque adulter coniugatus sit, & norit proprium coniugium. Excusat ignorantia etiam non probabilis, sed crassa, & supina; sufficit verò si fides detur, aut Matrimonium ineatur ante scientiam alterius coniugij, si habita scientia intercedat copula; at non sufficit, copulam ante scientiam haberi, & post scientiam dari fidem, aut Matrimonium de facto initi, ita Sanch. *cit. loc. n. 31. & seqq.*

15 Obserua quintò, induci hoc impedimentum ex promissione, vel Matrimonio de facto contracto cum Coniuge adultero, etiam si primum Matrimonium validum, sit solum ratum, & non consummatum, quod clarè probatur ex *cap. 2. de eo, qui duxit*, vbi DD. communiter, Innoc. *in cap. fin. in fin. eod. tit.* qui reprobat antiquos contrarium tenentes, quod etiam procedit si prædictum primum Matrimonium validum, esset per diuortium quoad habitationem separatum, *text.* est expressus in *cap. ex litterarum, de eo, qui duxit*, vbi Scribent. omnes, Graff. 1. *p. decis. lib. 2. cap. 85. num. 7.*

16 In tertiò modo inducendi impedimentum criminis, scilicet quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius Coniugis, quod probatur ex *cap. super hoc, de eo, qui duxit in matrim.* in illis verbis: *Si adultera est aliquid in mortem Vxoris machinata, siue fidem dedit, siue non, quod ea defuncta hanc esset ducturus, secundum canones ab eius consortio prohibetur*, & idem habemus *cap. 1. & cap. significasti, eod. tit.* & alijs, ex quibus verbis collige, non esse necessariam promissionem futuri Matrimonij, dummodo adulter, siue adultera, siue Vir ipse Vxoris mortem machinetur.

17 Primò requiritur ad hoc impedimentum inducendum, quòd machinatio effectum sortiatur; ita vt sequatur mors Coniugis, quia si sola machinatio sine morte præcessit, & deinde Coniux moriatur morte naturali, poterunt adulter, & Coniux superstes Matrimonium contrahere, ita deducitur clarè ex *text. cap. si quis*

viuente 31. quaest.1. in illis verbis, *Occidisse notetur*, *glos. fin.* & DD. communiter *in cap. 1. de conuers. infid.* Abb. *in cap. super hoc*, *num. 4. de eo, qui duxit*, sequitur Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 78. num. 7.*

18 Secundò, an requiratur, vt eum mortis machinatione concurrat adulterium; controuersum est inter DD. Nam alij tenent, solum homicidium inducere hoc impedimentum dirimens. Alij verò, & homicidium, & adulterium desiderant, vt videre est apud Sanch. *cit. loc. n. 9.* qui inter has pugnantes opiniones mediam viam tanquam securiorem eligit, dicens, si vterque copulari Matrimonio volens, cooperatus sit ad mortem alteri Coniugi inferendam, vt cum superstite contrahat, minimè desideratur adulterium: secus si alter absque alterius consilio Coniugem enecet, quam opinionem ipse Sanch. probat ex *cap. 1. de conuers. infidel.* & ex *cap. 1. cap. super hoc, & cap. significasti, de eo, qui duxit*, eamque ornat magno cumulo DD. Et aduerte, quòd in secundo casu distinctionis, in quo copula desideratur, debet copula prædicta intercedere viuente Coniuge, itavt si Vir machinatus est mortem Vxori, ad finem contrahendi cum Berta, cum qua copulatus est post mortem Vxoris, non contrahitur impedimentum, quia adulterium, & machinatio ex parte vnius non concurrunt simul, ita Sanch. *num. 10.*

19 Tertiò, in casu, in quo alter tantum machinatus est mortem Coniugi, in quo requiri adulterium diximus, est aduertendum, quod adulterium debet esse notum vtrique Matrimonium contracturo ad inducendum impedimentum dirimens, itavt si Titius machinatus sit mortem Vxori, ad finem contrahendi cum Berta, cum qua copulatus est; verùm ipsa Berta nesciuit Titium esse vxoratum, tunc non inducitur impedimentum, quia adulterium fuit fœminæ ignotum, ita Sanch. *cit. loc. num. 12.*

20 Quartò requiritur, vt interfectio Coniugis sit ad finem contrahendi cum alia certa, vel cum vna ex pluribus, quas cognouit carnaliter, quia si facta est interfectio alio fine, vt causa odij, iræ, vindictæ, & similium, non inducitur impedimentum dirimens, ita probat Sanchez contra alios *loc. cit. num. 13.* vbi multos refert DD. Verùm quando hæc interfectio non esset ad finem contrahendi, adhuc quoad Virum, si occideret Vxorem, intercederet impedimentum impediens secus si Vxor necaret Virum, quia tunc nullo detineretur Vxor impedimento, ita Sanch. *lib. 7. disput. 16.*

21 Quintò requiritur, vt primum Matrimonium sit verum, licet non sit consummatum; nam si Titius credens bona fide Bertam suam legitimam Vxorem, quæ verè non est, eamque interficiat, ad finem ducendi adulteram, detecta nullitate prioris Matrimonij, non obstante machinatione, & copula, non inducitur impedimentum dirimens cum dicta adultera, ita Sanch. *cit. loc. n. 20.* quia in hoc casu non intercedit mors Vxoris, nec adulterium.

22 Obserua, nonnullos dixisse occisionem Vxoris ad finem contrahendi cum adultera, inducere impedimentum dirimens, secus de occisione Viri, vt si Mulier occidat Virum, ad finem contrahendi cum adultero, & hoc ex *text. in cap. 1. cap. super hoc, & cap. significasti, de eo, qui duxit*, qui *textus* loquuntur de Vxoris interfectione. Sed verius dicendum est cum Sanch. *cit. loc. num. 8.* & alijs ibi relatis, incurri hoc impedimentum dirimens, siue Vir interficiat Vxorem, siue Vxor Virum ad contrahendum cum adulterante: & probatur ex *cap. si quis viuente 31. quaest. 1.* & ex *cap. 1. de conuers. infidel.* vbi statuitur hoc impedimentum dirimens, & est sermo de Vxore interficiente Virum, quam sententiam tenuerunt glos. *glos. fin. in cap. fin. de eo, qui duxit*, Abb. *in cap. 1. num. 3. eod. cit. tit.* & alij apud Sanch. & probatur ex communi dicto, quòd Vir, & Vxor non debeant ad imparia iudicari.

22 Item obserua, quòd ad inducendum hoc impedimentum dirimens, non est necesse, vt Coniux Coniugem interficiat proprijs manibus, sed sufficere interfectionem esse factam qualicumque operatione Coniugis, siue consilio, siue mandato, vt ex *cap. 1. de conuers. infid. & cap. 1. & cap. significasti, de eo, qui duxit in matrimon.* & alijs probat Sanch. *cit. loc. num. 5.* & tenuit Alber. *in diction. lit. A. verb. adulter, vers. nasci de adulterio, & lit. I. verb. imped. 8. vers. crimina vero.* Non tamen sufficit ratihabitio occisionis Coniugis, etiam cum adulterio, etiam si nomine ratum habentis occisio facta fuerit, ita Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Abb. Anchar. Card. *in cap. 1. de conuers. infidel.* & alij apud Sanch. *cit. loc. num. 6.*

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *AD tollendam æquiuocationem distinguitur impedimentum criminis.*
2 *Impedimenta criminis impedientia matrimonium recensentur.*
3 *Impedimenta dirimentia cumulantur.*

IMpedimentum criminis matrimonij per dissuetudinem esse sublatum, scribit Sabell. *in sum. tract. verb. matrimonium num. 9.* subdens, quòd si quis habet scrupulos adeat Episcopum pro dispensatione. Vnde cessare videntur, quæ tradit Ventrigl. *de impedimento criminis.* 1

Æquiuocatio itaque est tollenda, & distinguenda sunt impedimenta criminis, vt alia sint impedientia matrimonium, seu eius vsum. Alia sint dirimentia.

Impedientia sint vxoricidium, presbytericidium, & alia, quæ recenset Diana *vbi sup.* 2

Alia sunt impedimenta criminis dirimentia matrimonium, vt distinguit Noctinot. *in Summa Dian. verbo matrimonij impedimenta num. 5.* & de secundis impedimentis agit *num. 9.* vbi quòd hæc quattuor sint. Primum si adulter promittat adulteræ se illam ducturum mortuo viro, vt *cap. significasti de eo qui dux. vxor. &c.* 3

Secundum cùm vir, & fœmina conueniunt ad occidendum coniugem, vt inter se contrahant, *cap. laudabilem de conuers. coniugat.*

Tertium cum vnus coniugum occidat alterum animo contrahendi cum adultero etiam ignorante, *cap. super hoc de eo qui poll. per adult.*

Quartum cum quis post matrimonium ratum cum vna contrahit, & consumat cum alia sciente, vt in *cap. veniens de eo qui dux. &c.*

Primum Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 79. num. 10.* tenet contrahi ab adultero etiamsi promissio coniugi ficta sit, Henriq. *lib. 12. cap. 14. num. 3.* è contrario dicit promissionem debere esse seriam.

Item mutuam, & reciprocam. De alijs videndus videndi Laym. & Sanch. quos refert Noctinot. *vbi sup.* & Ventrigl.

SVMMARIVM.

1 *ILlegitimis debentur alimenta de Iure Canonico. Qui sint illegitimi, n. 2. Qui dicantur spurij, n. 3. Qui Vulgo concepti, num. 4. Qui Varij, num. 5. Qui Manzeres, num. 6. Qui Incestuosi, num. 7. Qui Nefarij, num. 8. Qui Adulterini, num. 9. Qui Sacrilegi, num. 10. Qui Nothi, num. 11. Qui Hybridæ, & Bastardi, num. 12.*
13 *Alimenta debentur spurijs de Iure Canonico seruando, etiam in Foro Cæsaris.*
14 *Alimentorum nomine quid comprehendatur.*
15 *Alimenta sunt danda ipsi spurio, & eius filijs, Vxori, & alijs, vt hic.*
16 *Auus an possit instituere hæredem nepotem legitimum ex filio illegitimo. Et quid in nepote, spurio ex filio spurio, num. 17.*
18 *Alimenta tenentur præstare spurio filio pater, & mater. Insolidum, an in defectum, num. 19.*
20 *Dos est constituenda filiæ spuriæ, & quanta, num. 21.*

22 *Ali-*

32 *Alimenta non tolluntur spuriis per Bullam Pij V. Et Clericus potest disponere fauore alimentorum prædictorum, de bonis Patrimonialibus, vel quæsitis ex fructibus Beneficiorum, num. 23. Bulla prædicta de quibus loquatur, num. 25. Et de quibus personis, num. 26.*

24 *Alimenta sunt præstanda, seruata conditione personarum spuriorum.*

27 *Bona disposita per Clericum fauorem illegitimorum contra formam Bullæ Pij V. cui cedant.*

28 *Grauatus confidenter restituere hæreditatem spurio, ad quid teneatur in conscientia.*

29 *Clericus confitens in testamento se debitorem spurio, quid agat. Et quid si emptor bonorum à Clerico, illa reuendat spurio ipsius Clerici.*

30 *Clericus si reliquerit bona sua distribuenda pauperibus, potest executor distribuere in filium spurium, si pauper est.*

31 *Alimenta debentur spurio non solum ab ipso patre, sed ab herede, Fisco, vel alio successore, num. 32. A Camera Apostolica, vel ab eius cessionario, num. 33.*

34 *Alimenta an debeantur spurio, qui habet artem, vel bona, vnde se alere potest.*

35 *Dos data spuria soluto Matrimonio, cui restituenda. Et si est excessiua, an possit reuocari, num. 36.*

ANNOTATIO XV.

§. II.

Hic de secundo præmisso dicendum est, annotando vltimam partem huius *text. cap. cum haberet*, in qua disponitur, quòd filijs natis ex illis, qui contraxerunt cum impedimento criminis, & sic illegitimis, necessaria à patribus debere subministrari, secundum quod eis, suppetunt facultates. Ex quo *text.* DD. communiter deducunt, filijs quomodolibet ille-
1 gitimis deberi alimenta de iure Canonico; licet de Iure Ciuili, per *auth. ex complexa, C. de incest. nupt.* denegentur alimenta filijs spurijs; & hoc ex naturali quadam æquitate, & pietate, Bart. *in l. fin. num. 7. ff. de his, quib. vt indign.* Boer. *decis. 127.* Gabr. *lib. 6. commun. opin. tit. de aliment. conclus. 1.* de hac materia plenè Paleot. *de not. spur. fil. cap. 45. & seqq.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 6.* Quarant. *sum. Bull. verb. illegitimi*, Ricc. *in prax. 2. part. resol. 32.* Campanil. *diuers. iur. can. rub. 11. cap. 13.* Gratian. *discept. forens. cap. 586.* Barbos. *in hoc cap. cum haberet, in collect.* Sanctarell. *var. resolut. quæst. 31.* Reuerendiss. Dom. meus Carol. Marant. *part. 2. resp. 31.* & alij, Pereg. *de iur. Fisci, lib. 3. tit. 21.*

2 Pro dilucidatione materiæ præmittendum est, illegitimos dici filios omnes, qui ex concubitu Viri, & Mulieris à lege non admisso procreati sunt, vt vox ipsa sonat, *illegitimi*, quasi non legitimi, idest non legitimo concubitu procreati, & quia concubitus, vnde tales illegitimi procreantur, varij esse possunt, propterea variæ species illegitimorum in Iure traduntur; sunt enim Spurij, Vulgo concepti, Varij, Manzeres, Incæstuosi, Nefarij, Adulterini, Sacrilegi, Nothi, Hybridæ, & Bastardi, qui omnes illegitimi dicuntur.

3 Spurios dupliciter dicimus. In genere pro omnibus, qui non iustè nati sunt, & non differunt ab illegitimis, ita Bart. *in l. fin. de his quib. vt indign.* Hinc, qui ex incæstu natus est, si in rescripto, in quo dispensationem, aut legitimitatem petijt, spurium se tantum asseruit, non dicitur subreptitiè impetrasse, nec rescriptum est subreptitium, ex quo spurius comprehendit omnes species illegitimorum, ita Dec. *cons. 338. num. 7. vers. vltimo respondere.* In specie tamen spurij dicuntur illi, qui nati sunt ex Mulieribus, ad quas publicè omnibus aditus patet, sic dicti spurij, quasi sparsim concepti, vt ait Iustinian. *in §. si aduersus, instit. de nupt.*

4 Vulgo concepti dicuntur, qui patrem ostendere non possunt, quia certum patrem non habent, vel qui certum habent patrem, quem habere non licet de quibus
in *l. vulgo, de stat. homin.* Varij dicuntur, qui ex vario 5
semine in lucem emissi sunt, vnde Heliogabalus dictus est Varius, quia ex meretrice conceptus est, vt tradit Lamprid.

Manzer, Hebræum nomen est, & is dicitur, qui de 6
scorto natus est, vt declarat sacra Pagina Deuteronomij *cap. 23. in princ.* hoc nomen apud Iuristas non est in vsu, est tamen in vsu apud Canonistas, vt in *cap. nisi cum, §.*
persona, de renunciat. Incestuosi dicuntur, qui ex incæ- 7
stu nati sunt, idest ex concubitu cum consanguinea, vel affine ex linea transuersali, ita glos. *in rubr. C. de incest.*
nupt. Nefarij sunt, qui ex linea ascendentium, aut de- 8
scendentium nati sunt, secundum Accurs. in glos. *d. rubr.* sed verè incæstuosi, & nefarij filij promiscuè assumuntur pro ijs, qui intra gradus quoscumque prohibitos concepti sunt; ita in *l. fin. de rit. nupt. & in §. ergo instit. de*
nupt. Adulterini illi propriè dicuntur, qui ex adulterio 9
nati sunt. Adulterium verò solum dicitur committi cum nupta, vt nomen ipsum demonstrat, & in *l. inter, §. 1. de adult.* possent etiam dici adulterini filij nati ex stupro, quia lex Iulia in *l. inter stuprum, ff. de verb. signific.* indifferenter vtitur his verbis, idest stupro, & adulterio.

Sacrilegi vulgariter dicuntur, qui ex patre, vel 10
matre ad sacras dicatis concepti sunt, qui à nonnullis DD. solent etiam vocari incæstuosi, ita ex glos. Bart. & Bald. *in l. 11. in fin. C. de Episcop. & Cler.* quandoque adulterini, vt in glos. *cap. per venerabilis, vers. adulterinis*, & ibi Abb. *num. 32. qui fil. sint legit.* quandoque etiam spurij, vt per Bald. *in l. si quis incestis, C. de incest. nupt.* Sed verius dicendum est cum Gabr. Pal. *de noth. spur. fil. cap. 16. num. 14.* natos ex Clericis, & soluta Muliere dici spurios; natos ex Sacerdote, & nupta Muliere dici adulterinos; natos ex coniunctis dici incæstuosos; natos ex Muliere Religionem profitente, & Deo sacrata, aut ex Monacho Monasterium ingresso, sacrilegos dici; & ratio differentiæ inter Clericum in sacris, & Monachum est, quia Clericus non expressè ex voto solemni se obligauit ad castitatem, quamuis teneatur ad continentiam ex præcepto Ecclesiæ, secus in Monacho, qui solemniter, & expressè vouit castitatem; vnde grauiùs dicitur delictum contra castitatem committi per Monachum, quàm per Clericum, vt dicit Dec. *in cap. at si Clerici, num. 49. de iudic.* Imol. *in Clement. ad nostram, de hæret.* & proinde detestabilior dicitur proles nata ex Monacho, illa nata ex Clerico, ita Dec. *cons. 338. & 579. num. 5.* & quia hi, qui contra castitatem crimen commiserunt, dicuntur patrasse delictum adulterij, incæstus, & sacrilegij, meritò filij exinde nati solent vocari quandoque sacrilegi, aliquando adulterini, aut nefarij, aut incæstuosi, vt notat Felin. *in cap. at si Clerici, cit. col. pen. in fin.*

Nothi, qui sint, variè dictum est apud DD. vt videre 11
est apud Gabr. Paleot. *cit. loc. cap. 17. ferè per tot.* ipse verò ex verbis Iustiniani *in auth. quib. mod. natur. effic. legit.* tenet, Nothos vocari Græco sermone, eos, qui apud
nos sunt Naturales. Hybridæ dicuntur, qui ex impari- 12
bus parentibus nati sunt. Bastardi vocantur omnes non legitimè nati ex communi vsu loquendi, ita Præpos. *in cap. per venerabilem, col. 7. qui fil. sint legit.* contra Accurs. & Dec.

His omnibus filijs, quicumque sint, deberi de Iure 13
Canonico alimenta, quicquid sit de Iure Ciuili, defendit latè Paleot. *cit. loc. cap. 46. num. 5. & per tot.* vbi in fine dicit, quòd licet quandoque spurij etiam de Iure Canonico non vocentur filij, hoc intelligitur quòd ad successiones, non quoad alimenta. Quod Ius Canonicum concedens filijs spurijs alimenta, non solùm est seruandum in Terris Ecclesiæ, & inter Ecclesiasticas personas, sed etiam inter Laicos, & in Foro Cæsaris, cum sit fundatum in naturali æquitate, ad tuendam hominum vitam, vt probat idem Paleot. *cit. loc. num. 5.*

Obserua, nomine alimentorum filijs spurijs debito- 14
rum, comprehendi omnia, quæ ad vitam hominis necessaria sunt, vt cibaria, vestitus, habitatio, &c. quibus vtimur ad tuendum, & curandum corpus, *l. verbo victus ff. de verbor. signific.* Similiter comprehenduntur, quæ ad disciplinam pertinent, & ad percipiendas honestas artes,

artes, *l. qui filium, ff. ubi pupill. educ.* & *in l. de bonis*, §. *non solum, ff. de Carbo. edict.* Vnde filio spurio docili debentur libri ad studium necessarij, qui debentur non solum cui præstanda sunt alimenta, sed etiam cui debetur necessitas, Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 6. num. 2. & 3.* & alia, quæ sub alimentorum nomine venire specificat, Surd. *cit. loc. quæst. seqq. & anteced.* Roland. à Vall. *cons. 22. vol. 1.* Viu. *opin. 44. vol. 1.* Bottell. *cons. 71.*

25 Non tantum filium spurium alere tenetur pater, sed etiam illius Vxorem, & filios; nam ei, cui iure sanguinis, & naturali iunctus est, præstare alimenta tenetur, ita Bart. *in l. si quis, §. non tantum, ff. de lib. agnos.* Præpos. *in hoc cap. cum haberet, de eo, qui dux.* glos. *in cap. admonere 33. quæst. 2. vers. partem,* Viu. *opin. 45. num. 8. & decis. 523. num. 1.* Et quod auus teneatur alere nepotes, probatur ex *text.* quem obseruamus, qui in *fin.* dicit, quòd parentes teneantur liberis necessaria ministrare; appellatione enim liberorum veniunt non solùm filij, sed etiam nepotes, *l. liberorum, ff. de verb. signific.* immò etiam appellatione filiorum veniunt nepotes in fauorabilibus, ita Bart. *in d. l. liberorum,* Anchar. *in Clem. 1. de Baptis.* Quæ opinio, vt nepos sit alendus ab auo, procedit non solum in nepote legitimo nato ex filio spurio; vt tenent supra citati, & Ruin. *cons. 124. num. 11. volum. 1.* Roland. *cons. 54. num. 63. volum. 2.* Paleot. *tract. de noth. spur. cap. 47. num. 6. in fin.* sed etiam in nepote spurio, ita vt auus teneatur alere nepotem spurium natum ex filio spurio, probat Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 13. n. 8.* quia in hoc casu militat ratio naturalis charitatis, & affectionis, de qua in hoc *cap. cum haberet,* Viu. *decis. 6.* Benino. *de paupert. quæst. 8.*

16 An auus possit instituere nepotem natum ex filio spurio; distinguendum est, si nepos sit legitimus, & naturalis, & potest institui ab auo, dummodo hoc non fiat contemplatione patris, & dummodo patri non quæratur vsusfructus, tenet Bart. *in l. Gallus, §. quod si is, ff. de liber. & posth.* quem ibidem sequuntur Imol. Castr. Alex. Aret. Ias. & alij, Duen. *Regul. 336. limit. 2.* Paleot. *cit. loc. cap. 53. num. 2. & seq.* & dummodo auus non habeat filios legitimos, aut nepotes ex filio legitimo, quia in hoc casu non posset relinquere nepotibus legitimis ex filio spurio vltra vnciam, vt ex glos. & DD. *in l. fin. C. de natur. lib.* & alijs. probat Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 13. num. 5.* testatur de communi Ias. *in l. hæreditas, num. 8. C. de his, quib. vt indig.* refert decisum Capyc. *decis. 181. n. 5.* Paleot. *cit. tract. cap. 53. num. 9.* Duen. *cit. Regul. limit. 2.* & dummodo prædictus nepos legitimus non sit natus ex filio incæstuoso, quia ei nihil relinqui potest ab auo, per *text. in l. si quis incestis, C. de incest. nupt.* Duen. *Reg. 336. limit. 2.* quæ non militant in filio Clerici, qui non dicitur incæstuosus, sed esse capacem institutionis, refert Boer. *decis. 127. num. 8.* Duen. *loc. cit.* & quæ diximus de filio ex nepote incæstuoso, cui auus non potest relinquere, intelligimus quoad institutionem, non quoad alimenta, quæ de Iure Canonico semper debentur, vt supra conclusimus, latè Surd. *cit. quæst. 13. num. 6.* qui multos alios citat.

17 Quòd si nepos sit spurius natus ex spurio, potest institui ab auo, si legitimi non extant, vt aduertit glos. *in l. fin. C. de natur. liber.* Boer. *quæst. 127. num. 16.* & id à fortiori probat Surd. *de aliment. cit. loc. num. 9.* quia in spurio cessat ratio, quòd patri quæratur vsusfructus, ex quo pater non habet spurium in potestate, Arias Pinell. *in l. 3. n. 22. C. de bon. matern.* Crauett. *cons. 184.*

18 Obserua ex illis verbis huius *text. in fin.* *Vt vterque liberis suis; &c.* quòd non tantum pater, sed etiam mater tenetur alere filium spurium, vt probat Paleot. *de noth. spur. cap. 48. per tot.* sequitur Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 15.* vbi regulam procedere ait non tantum in naturalibus filijs, sed etiam in spurijs, ac vulgo quæsitis, qui adhuc à matre etiam illustri sunt alendi de Iure Canonico seruando, etiam in Foro Cæsaris, & contraria procedere de Iure Ciuili, ac spurium non posse in nullo succedere matri extra casum alimentorum.

19 Dubium posset esse in hoc casu, an mater insolidum cum patre teneatur alere filium spurium, dum *text.* noster vocat vtrumque ad hoc onus. Sed dicendum est *text.* loqui prout de Iure, vt sit præferendus pater in hoc onere, & vocari ad alendos filios parentes distributiuè, & non eodem tempore; sed prius patrem, deinde matrem, ipsamque matrem in defectum, quando facultates patris non sufficiunt, & quando filius commodè alio modo sibi victum quærere non potest, vt probat Paleot. *de noth. spur. cap. 48. per tot.* idque etiam videtur sentire Surd. *de aliment. quæst. 15. in princ. tit. 1.* vbi dicit, matrem teneri alere naturales in subsidium. Prædicta procedunt, quando filius excessit tertium annum suæ ætatis; nam intra triennium tenetur mater illi lactem dare, latè Surd. *cit. loc. quæst. 14.* Quomodo auus maternus, & auia teneantur in subsidium ad alendum nepotes spurios, vide eundem Surd. *cit. loc. quæst. 16. per tot.*

Aduerte etiam in terminis *text.* quem obseruamus, 20
qui obligat parentes ad præstanda necessaria filijs spurijs, teneri parentes ordine, quo diximus supra, non solùm spuriam filiam alere, sed etiam eam dotare, cùm verè dos dicatur necessaria Mulieri, & sine illa nubere non possit, ita probat Paleot. *cit. loc. cap. 49. per tot.* vbi totis viribus conatur adducere ad eandem opinionem Bart. qui pro contraria solet allegari, ac pro contrario sibimet imputari. In constitutione huius dotis non esse 21
habendam rationem alimentorum, sed debere attendi consuetudinem patriæ, patris facultates, dignitatem, ac numerum liberorum, & Viri, ac Mulieris conditionem, tenet idem Paleot. *cap. 50.* quibus inspectis, refert Dec. *cons. 611.* respondisse, ter mille, & quingentos aureos esse dotem congruam quandoque pro filia spuria.

Plura de successione in bonis paternis, vel maternis, aut aliorum, vide apud Paleot. *cit. loc.* & apud Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. in princip.* vbi inuenies, quomodo succedere non possint filij spurij, & quid eis permittatur in dictis bonis. Sed vt redeamus ad id, de quo dicere disposuimus, nempè de alimentis præstandis filijs spurijs de Iure Canonico inter personas Ecclesiasticas.

Præmittendum est per dispositionem Bullæ Pij V. non 22
denegari illegitimis alimenta, vt supra diximus, quia voluntas Pij V. in dicta Bulla fuit obuiare scandalis, & fraudibus, ne Patrimonium Christi ab indignis consummetur, non autem tollere quæ sunt Iuris naturalis, vt sunt alimenta, ita Azor. *moral. part. 2. lib. 2. cap. 40. quæst. 7. in fin.* Rot. *in vna Bononien. alimentorum coram Penia anno* 1594. per Farin. *tom. 2. cons. decis. 82. num. 9. & 10.* Rouit. *decis. 25. num. 17. & 18.* Ricc. *in prax. var. part. 2. resol. 32.* nouissimè, & doctissimè Carolus Maranta *controuers. iur. 2. part. respons. 31. num. 1. & seqq.*

Hinc Clericus de bonis patrimonialibus, vel si ea non 23
sufficiunt, de redditibus Beneficiorum, & Pensionum potest disponere in fauorem alimentorum, iuxta terminos *text.* quem obseruamus, illegitimis debitorum, vt per Ricc. & Marant. *cit. loc.* ac etiam dotis in fauorem filiæ spuriæ, vt benè aduertit Marant. adducens Rot. *decis.* & DD. auctoritates post Campanil. *cit. loc. num. 42.* vbi plura de quantitate huius dotis.

Aduertendum, quòd in concedendis alimentis prædi- 24
ctis, etiam in spurijs, esse considerandum statum, & dignitatem illorum, non solum necessitatem, vnde non eodem modo esse præstanda alimenta spurio nobili, ac priuato, ex pluribus comprobat Gratian. *discept. forens. cap. 112. à num. 1. ad 27.* & sequitur nouissimè Marant. *vbi supra num. 2.* qui considerandam dicit qualitatem personæ, & facultatum, & idem dicimus de dote, Genuens. *practicab. Ecclesiast. quæst. 410.* Ric. *cit. loc. resol. 32. num. 1.*

Obserua, quòd in prædicta Bulla Pij V. fit solum men- 25
tio de legitimatis, & de illegitimis prætendentibus priuilegium ad succedendum. Annullat enim ad hunc effectum succedendi omnes legitimationes, priuilegia, licentias, dispensationes, & indulta, & successiuè omnes, & quascumque dispositiones factas ad fauorem prædictorum intuitu dictarum legitimationum, aut alterius facultatis, & respectu successionis reddit illos penitus illegitimos, atque ad primæua iura illegitimitatis restituit, ac si legitimationes, aut aliam facultatem vt supra nunquam habuissent; hæc indicant verba dictæ

Constitutionis, vbi aduertit Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 37. *Constitutionem* loqui de dispensationibus, licentijs, facultatibus, indultis, aut legitimationibus expeditis ante ipsam Bullam, secus de expeditis post Bullam, quia ab illa non censentur reuocata.

26 Hæc Bulla non comprehendit sæculares extra territorium Pontificis, qui benè possunt disponere in illegitimos vigore facultatum eis concessarum ab eorum Principe, etiam ante hanc *Const.* emanatarum, dummodo non disponant de bonis Ecclesiasticis, aut ab Ecclesia obuenetis, ita Campanil. *cit. loc. num.* 39. *&* 40. adducens duas Rot. *decis. & num.* 44. Comprehendit sine dubio omnes Clericos tanquam subditos, qui non solum de quæsitis, & fructibus beneficialibus, & ex bonis Ecclesiasticis non possunt disponere ad fauorem illegitimorum causa mortis, & inter viuos, præter debitum necessitatis alimentorum, vt supra diximos, sed nec etiam de bonis patrimonialibus mobilibus, & immobilibus, vt declaratum est per eundem Pium V. 5. Martij 1572. per aliam *Constit.* quas *Constit.* refert Quarant. *in sum. Bull. verb. illegitimi.*

27 Obserua primò, quòd si quis Clericus contra formam prædictæ *Constitut.* Pij V. disponeret in illegitimos, præter alimenta, dispositum si est ex bonis Ecclesiasticis quæsitum, successores in Beneficijs pro rata coniunctim, vel diuisim omni tempore recuperare possunt; si verò est dispositum de bonis patrimonialibus quibuscumque tunc Ordinarius loci apprehendat possessionem non solum bonorum dispositorum contra formam dictæ *Constitut.* sed omnium aliorum disponentis, eamque possessionem detineat nomine Sedis Apostolicæ, donec ipsa Sedes de bonis prædictis ad pios vsus disposuerit; si verò dispositum est de bonis feudalibus, & emphyteoticis, non existentibus comprehensis in inuestitura, ad Dominos directos eo ipso sint deuoluta, ita disponit ipsa *Constit.* & declarat Rota *diuers. part.* 2. *decis.* 214. *num.* 4. licet aliter declaret Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 45.

28 Obserua secundò, quòd si Clericus amicum institueret, eumque rogaret tacitè, vel expressè, vt hæreditatem spurio restitueret, amicus in conscientia tenetur hæreditatem, vel aliam quantitatem sic relictam Fisco restituere, vt per opinionem Bart. *in l. fin. ff. de his, quib. vt indig.* tenet Campanil. *cit. loc. num.* 30. præter alimenta, nam cum illa debeantur spurio per Fiscum, Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 31. *n.* 36. possunt illi sine scrupulo tradi.

29 Obserua tertiò, quod si Clericus relinquat filio spurio aliquam summam, confitendo etiam cum iuramento esse debitorem sporij eiusdem quantitatis, quia confessio debiti est facta in testamento inter personas, in quibus prohibetur legatum, & Institutio, non valet tanquam suspecta de fraude, ad dicta per Andr. de Isern. *sing.* 8. & Anton. Gom. *decis.* 135. Verùm si hæc confessio haberet coniecturas excludentes fraudem, tunc dicendum est valere, vt tenet Capyc. *decis.* 203. *num.* 19. Similiter dicendum est, si Clericus vendat bona, eaque emptor reuendat spurio Clerici eiusdem venditoris; nam si appareant signa fraudis, vt quia Clericus nunquam desit possidere, & similia, tunc dicitur factum contra Bullam, & Clericum, ac spurium incurrisse in pœnas illius; si verò appareant signa excludentia fraudem, vt quia spurius ex sua industria potuit habere pretium, quo emit dicta bona, & tunc præsumitur vera venditio, & emptio, ad dicta per Isern. *singul.* 6. *num.* 3. *cum seqq.* quem refert, & sequitur Campanil. *cit. loc. num.* 48. *&* 49. *in fin.*

30 Obserua quartò, quòd si Clericus relinquat bona sua distribuenda in pauperes, poterit executor testamenti distribuere in filium spurium testatoris, si pauper est, & in hoc casu videtur cessare omnis fraus, vt ex opinione Bart. *in l. fin. C. de his, quib. vt indign.* ac aliorum defendit Campanil. *cit. loc. num.* 46. Sed quia in hoc casu posset etiam intercedere fraus, aduertendum est ad coniecturas.

31 Alimenta præstanda filio spurio, non solùm debentur à patre, sed etiam eo mortuo ab hærede, vel Fisco, si ad Fiscum transeant bona, cùm Fiscus loco hæredis succedat, & bona deferantur cum prædicto onere, *l. in pari*, *§. hi, qui*, vbi Dec. & Cagnol. *ff. de regul. iur.* Rip. *in l. ex facto*, *num.* 8. *&* 9. *ff. ad Senatusc. Trebell.* Peregr. *lib.* 5. *de iur. Fisci*, *tit.* 1. *de public. bon. num.* 75. Surd. *cit. quæst.* 31. *num.* 1. *& seqq.*

Hinc deducitur primò, si Fiscus ob crimen hæresis, in quo à die commissi delicti ipso iure omnia hæretici iura sunt confiscata, *cap. cum secundum leges*, *de hæretic. in* 6. vel ob crimen læsæ Maiestatis, vel ob aliud crimen confiscaret bona delinquentis, teneretur alimenta filio spurio catholico præstare, cùm bona semper transeant cum eodem onere, ita Soc. Sen. *cons.* 30. *num.* 3. *lib.* 1. Plat. *cons.* 130. *num.* 84. *vers. vbi filijs*, *inter cons. crim. diuers. lib.* 1. 32

Deducitur secundò, si Camera Apostolica iuxta dispositionem prædictæ Bullæ Pij V. apprehenderet bona Clerici disponentis in spurios, eaque penes se detineret, vel ad vsus pios disponeret, vel cum alio componeret, recepta pecuniarum summa, eique componenti prædicta bona cederet; tam Camera Apostolica, si bona sint penes ipsam, quàm cessionarius post cessionem tenerentur ad præstanda alimenta filio spurio, ad latè tradita per Farinac. *tom.* 2. *consil. decis.* 82. *per tot.* quæ est etiam impressis per eundem 4. *part. diuers. decis.* 747. Surd. *cit. quæst.* 31. *num.* 34. *& seqq.* 33

Obserua quintò, à DD. controuerti, an filio illegitimo debeantur alimenta, quando habet bona, vel artem, ex quibus viuere potest. In qua controuersia vtraque sententia est probabilis, & à DD. frequentata, vt videre est apud Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 419. *num.* 3. Viu. *opin.* 45. *num.* 12. Sed secundum probabiliorem, & magis communem dicendum est, filio illegitimo non deberi alimenta, dum aliunde habet ex bonis, vel arte, ex quibus alimenta iuxta suam conditionem percipere possit, ad quod probandum facit multum hic *text. cap. cum haberet*, vbi Papa mandat prouideri necessitatibus illegitimi; vnde cessante necessitate, non debentur, facit etiam *l. si quis à liberis*, *§. sed si filius*, *ff. de liber. agnosc.* vbi etiam filio legitimo opifici non debentur alimenta, quando potest operari, & hanc opinionem defendit Genuens. *cit. loc.* ea etiam ratione, ne detur occasio illegitimis vacandi otio, cum damno Reipublicæ, cum soleant esse imitatores vitiorum paternorum, Thesaur. *decis.* 212. *num.* 13. *& seq.* Viu. *decis.* 523. *num.* 15. *& seqq.* latè Gabr. *tit. de aliment. conclus.* 1. *num.* 27. voluit etiam Surd. *de alim. lib.* 7. *quæst.* 9. *per tot. qui num.* 6. eadem ratione dicit, quòd pater non tenetur dotare filiam naturalem, quæ habet aliunde, vel quæ ex artificio potest se alere, & dotare, per *text. in l. vxorem*, *§. pater*, *ff. de legat.* 3. Hinc à cessante ratione, si filius spurius infirmitate, vel senectute præuentus non potest operari, debentur illi alimenta, & reuiuiscit obligatio, Surd. *cit. loc. num.* 16. Et quando spurius dicatur habere aliunde, statur arbitrio Iudicis, idem Surd. *eod. loc. num.* 9. 34

Obserua sextò, quòd dos data filiæ spuriæ post illius mortem, transit ad eius hæredes, nec redit ad dotantem, vel ipsius hæredes, vt multis comprobat Vinc. de Franch. *decis.* 283. & restatur fuisse decisum in Sacro Consilio. Contrarium tenet Anchar. Iun. *quæst.* 50. *col.* 1. *part.* 1. post Capyc. *decis.* 181. 35

Dubitatur, an dos excessiua data filiæ spuriæ possit quoad excessum reuocari ab hæredibus dotantis, constante Matrimonio. In hac dubitatione tenet Franch. *decis.* 104. *num.* 7. quòd dos, quæ est data filiæ spuriæ, quæ excedit debitam metam alimentorum, mortuo dotante, constante Matrimonio, reuocari potest. Sed Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 41 1. *num.* 2. distinguit, quòd aut Maritus sciebat Mulierem esse spuriam, & tenetur excessum restituere; si verò ignorabat, secus; & hæc opinio maximam continet æquitatem. 36

Legatum verò factum spurio, etiam si sit de certo corpore, licet sustineatur ratione alimentorum, nihilominus quoad excessum simpliciter reuocatur, probat post alios multos Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 2. *part. decis.* 46. *num.* 7. *& seqq.*



OBSER-

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis filia siue spuria, aut incestuosa est dotanda etiam à Clericis orta.*
2 *Differentia inter filiam legitimam, & illegitimam.*
3 *Illegitima aliunde prouisa non est dotanda.*
4 *Onus dotandi an sit æquale in parentibus?*
5 *Filia turpiter agens ad pœnitentiam redacta an sit dotanda?*
6 *Bulla B. Pij V. quid disponat?*
7 *Susceptus ex soluta, & Clerico an sit spurius, & quid de orto ex Clerico in sacris?*
8 *Susceptus ex soluta, & coniugato an sit spurius?*
9 *Refertur decis. 27. Præs. de Franch. de orto ex Clerico.*
10 *Verba commendationis, & fiduciaria inducunt legatum.*
11 *Fauore dotis prouisio incerta an valeat?*
12 *Dos data spuriæ transire debet ad filios illius.*
13 *Dos quando sit congrua.*
14 *Alumna quæ sit, & quod ius alumnitatis.*
15 *Illegitima nupta legitimo an sit legitima?*
16 *Legans dotem naturali ad quam peruenerunt deinde bona ab extraneis an consequatur legatum dotis.*

1 Bastarda, siue sit naturalis tantum, siue spuria quomodocumque concepta est dotanda cum hac differentia quod naturalis est dotanda iuxta terminos iuris ciuilis, spuria iuxta dispositionem iuris Canonici, vbique receptam etiam in terris Imperij, Fontanell. *de pact. nupt. claus.5. glos.1. part.1. num.* 113. Giurb. *ad Consuet. Messan. glos.3. num.* 12. Bois. *de dot. cap. 4. num.* 176.

Extenditur etiam si pater sit Clericus, vt nedum de bonis patrimonialibus, sed etiam de redditibus Ecclesiasticis cogatur non obstante Constitutione B. Pij V. Lucidor. *de illegit. Cleric. cap.* 15.

2 Hac tamen differentia inter dotem filiæ legitimæ, ac bastardæ, quòd prima debetur etiam diuiti, hæc autem tanquam subsidiaria non debetur aliundæ prouisæ, Giurb. *num.* 17. Card. de Luca *de dote discurs.* 142. *num.*32.

3 Beneuerùm Giurba tenet cessare d. obligationem erga filiam naturalem, si ex honesto famulatu, vel alio opificio dotem sibi quærere potest. Cæterum contrariam vti magis æquam opinionem complexa est Rota apud Duran. *decis.* 95. *num.* 9. *& decis.* 8. *part.* 10. *recent.* Demum de Luca censet hanc materiam esse arbitrariam ex facti circumstantijs regulandam, quia si verè commodè potest consuli, non est vrgendus pater cuius onus est subsidiarium, maximè si legitima prole oneratus aliquod incommodum ex huiusmodi dotatione sentiat. In dubio autem adhærendum est secundæ sententiæ.

4 Onus dotandi bastardam alij censent esse æquale vtriusque parentis, cum vtriusque culpa, & peccato progenita sit, Menoch. *con.*651. *num.*16.

At Giurba *d. glos.*3. *num.*55. vult priorem esse causam matris, cuius obligatio potentior sit, dum in eius bonis bastardus habet ius legitimæ, ac etiam cognationis, & successionis, quod non est in paternis.

Contrarium tamen verius dic, vt prima causa dotandi sit solius patris, ita Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 14. *num.* 4. Lucidor. *vbi sup. num.* 4. Quæ opinio est magis practicabilis, quia frequentius bastardi habent patres diuites, matres verò pauperes mulierculas.

Cessat obligatio in patre inope. In filia ante annum 25. indigno nubente. In filia ingrata, vt Giurb. *num.* 4. Merlin. *de legit. lib.*4. *tit.*1. *quæst.*5.

5 Quid si filia turpiter agens, deinde ad pœnitentiam reuersa velit ingredi Monasterium, dum per ingressum Religionis purgatur omnis macula etiam ingratitudinis? Concedunt Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ c.* 30. Merlin. *vbi sup.* Intelligit Card. de Luca *vbi sup. num.* 35. de Monasterio mediocri, in quo eleemosina solis alimentis necessaria præstari solet.

Bulla B. Pij V. non aufert ius disponendi ad fauorem 6
illegitimarum ex causa alimentorum, & dotium, cum illæ, & dotari, & alimentari possint nedum de bonis patrimonialibus, sed etiam in subsidium de redditibus Ecclesiasticis, ita Michalor. *de duob. fratr. part.*3. *cap.* 21. *num.*27. Beneuerùm *num.*28. tradit opinari alios esse necessariam licentiam S. Pontificis disponendi ad fauorem illegitimorum de aliqua summa. Tamen in fine concludit R. Cameram non posse prætendere aliquid in huiusmodi bonis.

Subdit idem Michalor. quod Constitutio Piana deferat bona in casu contrauentionis venientibus ab intestato, cum quibus in contingentia facti tutius sit transigere. Attendendus est tenor Bullæ.

Antedictam Bullam in Regnis Hispaniarum non esse vsu receptam, ex Molin. & Castropalao relatis per Lucidor *in tract. de illegitim. Cleric.* scripsi in Gratian. *cap.*936.

Susceptus ex soluta, & Clerico in sacris, an sit natu- 7
ralis, vel incestuosus, aut spurius? Gratian. *discept.* 35. *num.*23. firmat, solutam commiscentem se cum Clerico in sacris committere simplicem fornicationem ex Cyno, & laudat Menoch. *de arbit. in add. ad cas.*289. *num.* 6. ideòque filius dicatur fornicarius, non incestuosus, constituens differentiam inter susceptum ex Clerico sæculari, & susceptum ex Regulari, vt primus dicatur fornicarius, secundus incestuosus, & hanc opionem veriorem tradit Argel. *de acquir. possess. quæst.*3. *art.*10. *num.* 471.

Quæ opinio fundatur in eo, quòd Clerici in sacris teneantur seruare castitatem ex præcepto Ecclesiæ, non ex voto, prout Regulares, & glossam contrariam reijcit Præs. de Franch. *decis.*27. *num.*23.

P. Mastrius *disp.*7. *de matrim. quæst.*16. *n.*445. tenet in ordinatione Clerici ad sacros ordines intimari obligationem castitatis, & quod ex lapsu carnis addatur noua deformitas, & quod professus in religione cōstitutus in sacris in lapsu carnis prçter malitiam luxuriæ incurrat duas alias sacrilegij, vnam ratione præcepti sacro ordini annexi, alteram ratione voti in professione emissi.

Oppositum autem vult Diana *part.* 10. *tract.* 11. *resolut.*12. quòd scilicet Clericus in sacris teneatur seruare castitatem ex voto Ordini sacro annexo cum sexcentis, Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*27. Pontius *de matrim. lib.*7. *cap.* 17. *num.*7. & glossam reiectam per Gratianum sequuntur Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 10. Mastrill. *decis.*144. Cyriac. *contr.*8. *num.* 119. Lucidor. *de illegit. cap.* 1. *num.* 35. alios retuli in Gratian. *num.*8. & ad Franch. *obseru.*27.

Vnde natus ex sacris initiato neque patri, neque matri succedit, quia dicitur natus ex damnato coitu, ita Ciriac. *num.*10. *&* 119. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 1. *part.* 1. *num.*117. Mastrill. *vbi sup.*

Susceptus ex soluta, & coniugato an possit succedere 8
patri ex testamento? Affirmant Marta *de success. legal. part.*1. *quæst.*16. *art.*1. *num.*32. Gratianus *cap.*35. *num.*26. & verius tradit Argel. *vbi sup. num.* 477. Vide quæ scripsi in Gratian. *cap.* 31. *&* 35. *& in obseru.* 720. *ad dec. de Franch.*

Filia Clerici simplicis, an sit naturalis, vel spuria? Spuriam esse volunt Felin. *in repertor. verb. filius ex clerico*, Tusch. *verb. spurij num.*6. Marta *voto* 161. *num.*5. Reg. Salern. *decis.*34. *num.*1. Præs. de Franch. *decis.* 27. vbi cùm Io: Thomas Siluester clericus instituisset Io: Vincentium filium illegitimum, & casu quo non esset capax instituit filios legitimos, & naturales ex eo procreandos, & ipsi filio vsumfructum loco alimentorum, iudicauit Sacrum Concilium institutionem valere respectu proprietatis in beneficium nepotum, & in beneficium filij illegitimi respectu vsusfructus pro concurrenti quantitate alimentorum, & quòd residuum vsusfructus accresceret nepoti, vt de Franch. *in princ. & num.*8.

Spurij enim insuccessibiles sunt, qui nati sunt ex damnato, & punibili coitu, Auth. *ex complexu C. de incest. nupt.* Ius ciuile quamuis non prohibeat, sed permittat in laicis concubinatum. Cœterum non permittit in Clericis Auth.

Cle-

Cleros C. de Sanctiss. Episcop. edifferit de hac re Card. de Luca *de testament. disc.* 61. & concludit concurrente circumstantia concubinatus dici natos ex damnato coitu, cum clericis minoribus sit prohibitus concubinatus de iure Canonico, & per S. C. Trident. *sess.* 25. *de reform. c.* 14.

9 Contigit disceptari in causa hæreditatis Clerici Iosephi de Rogerio, qui instituerat hæredem Mariam de Rogerio filiam illegitimam, aduersus quam se oppofuit Andreas de Rogeris vti proximior consanguineus, & de anno 1666. per S. Concilium dicta Maria exclusa est à successione, obtinuit alimenta in minori ætate, & dotem tempore maritagij in Banca Figliolæ Actuarij. In reclamatione beneuertùm fuit decisum contrarium, quia Pater habitus fuit pro laico, & non pro clerico. Mensibus elapsis iterum controuerso articulo partes voluerunt videre processum, & inuenerunt rubricatam hæreditatem cum inscriptione clerici Iosephi, & nihil ibi constare de laicali statu dicti Iosephi defuncti, prout accepi à meritissimo Regio Consiliario D. Carolo Petra in colloquio de articulis, quos tractauit in suo Tomo IV. de ritib. M. C. Vicariæ ad labefactandam fortè fidem resolutionum causarum à me relatarum. At immerito quia licet non interuenerim in decisione, ita nec interuenit idem R. Consiliarius, & ipse non potui decipi à Sacerdotibus sæcularibus, & regularibus qui coram D. Consiliario causæ Commissario testati fuere de statu laicali eum non potuerit obtinere licentiam deponendi in iudicio ab eorum Superioribus, ex quo materia erat obiectiua, & odiosa concernens repulsam testium contrariorum.

In propòsita controuersia ego distinguerem. Autquis susceptus fuerit à concubina Clerici, dum est damnatus concubinatus, & dicatur spurius tamquam ex coitu punibili ortus. Aut ex fornicatione clerici cum soluta, & dicatur fornicarius, & naturalis ad differentiam copulæ cum clerico in sacris.

10 Quidam Illustr. Comes in eius vltimo, eum quo obijt testamento, instituens hæredem vniuersalem eius filiam legitimam, & naturalem leganit Aureliæ puellæ sua casata cognominatæ annuos ducatos centum viginti, disponens his verbis:

Lascio ad Aurelia della mia Casata allenata in mia casa ducati cento venti anni durante la sua vita. Et in occasione, che volesse Casarsi, ò Monacarsi la raccomando a mia figlia, che so che li porta affetto, e non mancarà agiucarla.

Statum matrimonialem elegit legataria suscipiendo virum nobilem suæ patriæ in maritum. Ex verbis commendationis, & fiducialibus expressiuis desiderij Testatoris legatam fuisse dotem pro nuptijs carnalibus, luce clarius demonstratur.

Aperta enim sunt iura ex verbis comendatijs, & fiducialibus argum legatum, & absolutam, & præcisam necessitatem ex illis induci, scilicet in euentu, quo puella Monacationem elegisset, tunc dos pro Monasterio coogrua fuisset præstanda, cum de illa consultum non erat, & viceuersa in casu nuptiarum carnalium pariter dos coogrua præstaretur, vt est *text. in l. etiam hoc modo ff. de leg.* 1. ibi: *Etiam hoc modo cupio vt des. Credo te daturum, fideicommissum est.*

Quæ maior confidentia, quam ex verbis, *Che so, che le porta affetto.*

Similis est *text. in l. & eo modo ff. eod.* ibi: *Et eo modo relictum exigo, desidero, vt des, fideicommissum valet.*

Voluntatem per Testatorem etiam per viam precum, vel desiderij explicatam inducere fideicommissum, latè probat Peregr. *de fideicommiss. art.* 1. *num.* 46. *&* 47. Card. de Luca *de fideicommiss. disc.* 57. *num.* 25. Rota Rom. *decis.* 320. *num.* 4. *&* 5. *part.* 13. *recent. ex text. in l. fideicommissa, §. hæc verba ff. de leg.* 3.

11 Præterea fauore dotis dispositio, quamuis vaga, & incerta sine expressione quantitatis præsertim in vltima voluntate sustinetur, collata in hæredis arbitrium, vt hærede non arbitrante intret arbitrium Iudicis, *l. cum ea C. de dot. promiss. glos. in l. vlt. verb. pro nihilo C. de contrah. empt.* Rot. *decis.* 123. *part.* 11. *recent. num.* 22. Boss. *de dot. cap.* 9. *ex num.* 32. Giurb. *ad consuet. Messan. cap.* 3. *glos.* 7. *part.* 1. *num.* 80.

Dotis congruitas si expendatur, dos debet transire 12 ad filios etiam quod ageretur de dote naturales, vel spuriæ, vt decisum testatur Præs. de Franch. *decis.* 182. *num.* 10. Cancer. *part.* 3. *var. cap.* 21. *de transmiss. num.* 219. Dos enim datur pro sustentatione illorum, qui nascuntur ex matrimonio, & habita ratione filiorum, qui nascuntur, fusè Diana *part.* 5. *tract.* 3. *ref.* 131.

Testator reliquit patrimonium ditissimum scutorum 13 circiter centum quinquaginta mille vnica filia superstite, & pro congruitate habetur ratio dignitatis, & facultatis, Ciarlin. *contr.* 7. *num.* 50. vbi etiam quod tractetur de dotanda spuria. Et norabiliter Decius in *cons.* 221. consuluit dotem trium millium, & quingentorum aureorum pro spuria congruam esse, & tamen illa quantitas attento illo tempore notabilis erat, & hodie reputatur modica, eum adauctæ sint dotes, Rot. *decis.* 30. *part.* 7. *recent. num.* 20. *& decis.* 48. *n.* 29. *part.* 12. *recent.*

Legatatiam Testator nuncupauit alumnam oempè 14 domi suæ educatam, & de suo cognomine & ius alumoitatis operatur, vt efficiatur alumnus de familia, & æquiparatur sanguine cooiunctis, in quibus naturaliter inest agnatio vnà cum armorum dilatione absque eo, quod illi iniungatur, Aret. in *§. eodem lege Instit. qui matrim. non poss. contrah. num.* 3. Menoch. *cons.* 734. *num.* 12. Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 18. *num.* 6. vt eo maior debeat esse dos puellæ. Benignior opinio recepta est circa congruitatem dotis, vt commensuratio fieri debeat ad necessitatem conuenientiæ, vt cæteris allegatis Lucidor. *de illegit. cap.* 21. *num.* 17. Merlin. *decis.* 671.

Puella condignas iniit nuptias, dum in maritum su- 15 scepit Doctorem honestissimis suæ patriæ natalibus, & Doctori quælibet Comitissa digne copulari potest, Paschal. *de patr. potest. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 68. *& seqq.*

Adhuc naturalis si esset, vel spuria viro legitimo, & naturali tradita censetur legitima tanquam gaudens priuilegijs mariti, *l. mulieres C. de incol. lib.* 10. Paschal. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. Reg. Latro *decis.* 99. *num.* 29.

Punctus consistit quando Pater legaret dotem 16 alumnæ, siue filiæ naturali, & post mortem, & aliquos annos filia fuisset aliunde prouisa, & prouenissent bona vtrum debeatur ei dos de bonis paternis? Ratio dubitandi est, quia Pater de iure non cogitur dotare filiam illegitimam, sit aliunde sit prouisa, idque ad differentiam filiæ legitimæ, & naturalis, quam etiam diuitem dotare tenetur, secus illegitimam Fontanell. *claus.* 5. *glos.* 1. *part.* 2. *num.* 11. Cum Pater hoc casu censeatur se conformasse cum dispositione legis, Hodiero. *contr.* 31. *num.* 85. Reg. de Marin. *ref.* 16. *lib.* 2. vt intelligatur potius ex legali necessitate, quam ex voluntate dispositioni legis se voluisse conformem reddere.

Cæterum verius dicitur hoc casu non militare obiectionem, quia prouisio Testatoris fuit in tempore, quo alumna non erat aliunde prouisa, & sic licet postea esset causa, & necessitas, non cessat effectus iam consumatus in iure quæsito illi vt est *text. in l. cum vxori C. quand. dies legat. l. fin. ff. vnde liber.* Et sufficit semel conditionem impleti, licet non duret implementum Fusar. *q.* 414. *n.* 5. latè Rosas *de incompatib. p.* 5. *c.* 6. *n.* 99.



ANNOTATIO XVI.

De Diebus Festiuis.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quare, & vnde dicantur dies feriati. Quando incipiat dies festus. Qui dies festi sint seruandi ex Bulla Vrbani VIII. Quæ opera prohibeantur, vel permittantur die festo. Et quomodo requiratur Episcopo licentia. Quæ in concedenda, an possit aliquid exigi ratione compositionis. Quibus pœnis puniantur violatores festorum. Quomodo, & quæ nundinæ, siue mercatus prohibeantur in die festo.

§. II. Prohiberi in die festo placitum, idest strepitum iudiciorum. Et an Bulla Vrbani VIII. de diebus festis procedat in festis Curiæ. Quæ quomodo vocentur feriæ ad honorem Dei. Qui actus Iudiciales permittantur, & qui prohibeantur in die feriato. Et quomodo prohibeatur sententia capitalis, & iuramenti delatio.

SVMMARIVM.

1 *Feria vnde dicta.*
2 *Festus dies quando incipiat, & quando finiat.*
3 *Festos dies quis possit statuere. Et quæ Festa seruentur de præcepto vigore Bullæ Vrbani VIII.*
4 *Festum principalis Patroni potest seruari de præcepto vigore Bullæ. Et quid sit tale Festum sit de expressis in Bulla. An possit seruari aliud æquè principale.*
5 *Festos dies teneretur publicare Parochus.*
6 *Festiuis diebus, quæ opera prohibeantur. Quid de scribere, pingere, & venari. Et quid de Typographis componentibus characteres, num.10. in fine.*
7 *Festiui dies non violantur paruitate materiæ, seu operis. Et quæ dicatur materia non parua. Nec operibus, quæ immediatè pertinent ad diuinum cultum, num.8.*
9 *Festiui dies non excludunt opera seruilia ratione pietatis, & in alijs casibus, num.10.*
11 *Licentia Episcopi an requiratur, quando adest legitima causa exercendi opus seruile in die Festo. Et quid si Episcopus non possit adiri, num.12. Et an possit Episcopus à petente hanc licentiam exigere eleemosinam, num.13.*
14 *Festos dies violans punitur ab Episcopo. Et quæ pœna. Et an pœna excommunicationis.*
15 *Festorum dierum ratione Regulares, & exempti subduntur Episcopo.*
16 *Festiui dies prohibent mercatum. Et in quo differat à nundinis, num.17. Quibus modis sumatur, n.18.*
19 *Episcopus potest prohibere nundinas etiam publicas, & mercatum die festo, non tamen debet prohibere emptiones rerum ad victum spectantium, n.20. Licet possit alios contractus prohibere, num.21. Ista non procedunt in nundinis, siue mercatis fieri solitis semel in hebdomada, aut semel, siue bis in anno, num.22.*

ANNOTATIO XVI.

§. I.

Ad textum in cap.1. de Ferijs.

1 HIc dicemus aliqua de diebus festiuis, qui & feriati dies vocantur in hoc titulo; & licet Ecclesia videatur vocare quamlibet diem feriam, quasi in die Dominica dicat feria prima, in die Lunæ feria secunda, in die Martis feria tertia, & sic de singulis diebus hebdomadæ. Dicitur feria *à fando*, idest loquendo, quia Deus in creatione per singulos dies dicebat, *Fiat lux, &c. Fiat firmamentum, &c.* nihilominus hic dicitur, secundum quod dicebant antiqui, feriam, idest diem solemnem, sic dictam à ferendis victimis, & holocaustis, quæ illo tempore offerebantur; vel dicitur feria, quia illo tempore debemus vacare à malis operibus, & insistere bonis, vel vacare ab operibus seruilibus, & attendere diuinis; vnde feriari est idem, quod à malis operibus vacare, ita Abb. *in rubr. de ferijs.* Plura de obseruatione festorum, ac illorum institutione vide apud Couar. *variar. resol. lib. 4. cap.19.* Leo *Thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 1. num. 26. & seqq.* Quarant. *sum. Bull. verb. dies festi*, Piasec. *in prax. part.2. cap.3.* Nouar. *sum. Bull. tit. de festis dieb.* alter Nouar. *Lucern. Regul. verb. festus*, Vulp. *in prax. cap.5.* Barbos. *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 105. tract. de Parocho, cap.16. de iur. Eccles. lib.1. cap.43. num. 150. & in sum. Apost. decis. verb. dies festi, & ver. festum*, Tambur. *de iur. Abbatiss. tom. 3. disp. 5. quæst. 11.* Summistas omnes, disponit Concil. Trident. *sess. 25. cap. 12. de regul.* & notissimè Bull. Vrbani VIII. inferius citanda.

Obserua primò, quòd *text. hic in princ.* mandat seruari dies festos à vespera in vesperam; vnde videtur dicendum, quod celebratio diei festi incipiat à vespera, & in vesperam finiatur, quod intellige de celebratione, quæ religionis causa fit quoad publicam diuinorum Officiorum celebratione, vt incipiat dies festus à vesperis diei præcedentis, & finiatur in vesperis diei sequentis, quemadmodum Ecclesia Catholica religiosè obseruat, sed quoad cessationem operum seruilium dies incipit more Romano à media nocte, & ad mediam noctem finitur, vt explicat Couar. *cit. loc. num. 9. vers. dies verò*, & seruat consuetudo, quæ in hac re plurimum valet. 2

Potestas statuendi dies festos, & abrogandi nonnullos olim per sacros Canones in *cap.1. de consecr. dist. 3. & in c. conquestus, de fer.* & in Concil. Trident. *sess.25. cap.12. de reformat.* concessa erat Episcopis nouissimè per Bullam Vrbani VIII. Romæ publicatam sub die 22. Decembris 1642. abdicata est ab Episcopis, ac locorum Ordinarijs, & in ea statutum est, seruari in vniuersa Ecclesia pro festis de præcepto. *Omnes dies Dominicos totius Anni, Festum Natiuitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, cum duabus diebus sequentibus, Ascensionis, Pentecostes, cum duabus pariter sequentibus diebus, Sanctissimæ Trinitatis, Solemnitatis Corporis Christi, Inuentionis Sanctæ Crucis, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis Virginis, Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli, Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Sanctorum Petri, & Pauli, & cæterorum duodecim Apostolorum, Sancti Stephani Protomartyris, Sancti Laurentij M. Sancti Siluestri Papæ, Sancti Iosephi, Sanctæ Annæ, Solemnitatis omnium Sanctorum, & vnius ex principalioribus Patronis in quocumque Regno, siue Prouincia, & alterius pariter principalioris in quacunque Ciuitate, Oppido, vel Pago, vbi hos Patronos haberi, & venerari contingerit.* Hæc festa statuit Bulla, & expressè prohibet seruari alia, quæ de præcepto seruabantur, præter hæc in vniuersali, siue particulari Ecclesia; monens Ordinarios locorum, vt in futurum abstineant ab indictione nouorum festorum de præcepto; nihil tamen immutat quoad dies feriatos circa iudicialia, quos in statum, prout erant ante, relinquit. 3

Obserua secundò ex verbis dictæ Bullæ, quòd in quolibet Regno, vel Prouincia potest seruari de præcepto festum vnius tantum Sancti ex principalioribus Patronis, & in quacumque Ciuitate, Oppido, vel Pago potest etiam seruari de præcepto alterum festum, sed necessario debet esse festum principalioris Patroni; nec tantum requiritur, vt talis Sanctus sit Patronus illius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Oppidi, vel Pagi, sed etiam necessario requiritur, vt pro Patrono Principali ab illis veneretur, vt patet ex verbis ipsius Bullæ; quod si Ciuitas plures habeat Sanctos Patronos, & aliqui sint de expressè nominatis seruari in dicta Bulla, potest nihilominus alius de principalioribus Patronis de præcepto serua- 4

seruari, quia Bulla præter nominatos, dat facultatem seruandi alium Patronum.

5 Obserua tertiò, teneri Parochum singulis diebus Dominicis populo enunciare festiuos dies seruandos de præcepto in hebdomada, vt colligitur ex *text. in cap.* 1. *in princ. de consecrat. dist.* 3. & tenet Petr. Gregor. Tholosan. *tit.* 19. *cap.* 5. Barbos. *tract. de offic. Paroch. cap.* 16.

6 Obserua quartò, teneri populum se abstinere in prædictis diebus festiuis de præcepto ab omni opere seruili lege diuina Leuit. 23. dicentis, *Omne opus seruile non facietis in eo*. Opera verò animæ non prohibentur diebus festiuis; vnde licitum est in dictis diebus studere, scribere, legere, & aduocare, etiam si pretium intercedat, est commune apud Summistas; scribere verò ex officio, vel transcribere lucri causa tenuerunt aliqui esse vetitum diebus festiuis, de quibus apud Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 95. Contrarium, idest licere, tenuerunt moderni, cum scribere, & transcribere sit opus liberale, non seruile, ita Bonacin. qui alios adducit *tom.* 2. *disp.* 5. *quæst. vnic. punct.* 2. *propos.* 2. *num.* 24. *vers. quarto*, refert tenentes vtramque sententiam Diana *tom.* 1. *tract.* 15. 1. *miscell. resol.* 35. Non tamen prohibentur in die festo quædam opera, quæ corporis dicuntur, & communia dominis, & seruis, vt est iter facere, venari, & similia, etiam lucri causa, audito prius sacro, ita Campanil. *loc. cit. vers. alia*, item & Bonac. *cit. loc.* Iter arripere cum iumentis, vel curribus grauiter oneratis, reducitur ad opus seruile, & proinde prohibitum in die festo, vt per Suar. & Azor. apud Bonacin. *cit. loc. num.* 25. Contrarium tenet Diana *cit. loc. resol.* 36. *vers. sed ego*. Pingere lucri causa magis communiter damnatur in die festo; recreationis causa videtur permitti, contra aliquos, ita Suar. Filiuc. & alij apud Bonac. *loc. cit. vers. quinto*.

7 Communiter Summistæ excusant laborantem in die festo ob leuitatem materiæ, seu paruitatem operis. Controuertunt tamen, quænam sit pars notabilis temporis, quæ excedat leuitatem materiæ: horam integram, tenet Bonacin. *cit. loc. punct.* 3. *num.* 1. *vers. mihi*, post relatas alias opiniones, Diana vero 3. *part. miscell. tract.* 5. *resolut.* 8. excusat laborantem vsque ad duas horas, etiam si singulis diebus festiuis per duas horas laboraret.

8 Excusantur etiam exercentes opera seruilia in die festo, quæ immediatè pertinent ad Dei cultum, vel quæ præparatoria sunt ad diuinum cultum; ex quibus Dian. *cit. loc. vers. an qui*, excusat ornantes parietes Templorum tapetibus, & auleis in diebus festiuis, etiam si hæc facere possint antecedentibus diebus; & ex eisdem damnat Bonac. *loc. cit. vers. ex dictis in die festo*, agros Ecclesiæ colere, portare lapides ad fabricam Ecclesiæ, eamque ædificare, & calices conficere, quia hæc remotè spectant ad Dei cultum, nisi fiant necessitate, vel facultate Episcopi, tenuere Nauar. Caiet. Sot. Clauis Regia, Azor. & Regin. apud eum.

9 Excusantur etiam exercentes opera seruilia in die festo ratione pietatis, quòd intelligunt de operibus pietatis per se, vt sepelire mortuos, seruire infirmis, &c. non de operibus pietatis per accidens, vt sunt quæ ordinantur ad pietatem, vt sternere vias publicas pro viatoribus, domus religiosas ædificare, & similia, quæ non sunt licita in die festo, nisi fortè ex necessitate, vel alia iusta causa, Suar. *tom.* 1. *de Relig. cap.* 15. *lib.* 2. *num.* 5. Filiuc. *tract.* 27. *cap.* 9. *quæst.* 6. *num.* 156. 218. *& seqq.* Layman. *lib.* 4. *tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 2. qui plures refert casus excusantes titulo religionis in Deum, quos, & alios refert Bonac. *disp.* 5. *quæst. vnic. punct.* 3. *num.* 7. *vers. ex quo*, *tom.* 2. Vulp. *in prax. cap.* 5. *num.* 6.

10 Excusantur etiam exercentes opera seruilia in die festo ob necessitatem victus communis, vt animalia occidere, carnes vendere, & similia. An ex hac causa excusentur molitores, negat magis communis opinio siue molant molendino ad aquam, siue ad ventum; excusant aliqui, si hoc fiat ratione necessitatis, vel ob superuenientem multitudinem hominum ad molendum. Alij etiam excusant, si hoc fiat accedente consuetudine, quam Episcopus non prohibet, ita Campanil. *in diuer. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 107. sequitur Bonac. *cit. loc. num.* 9. qui *vers. rursus*, videtur excusare molentes molendino fluuiali, aut venti, si exiguus labor seruilis impendatur, secus si notabilis. Necessitas etiam salutis corporis excusat in hoc casu, quæ consideratur in Medicis pharmacopolis, &c. Item necessitas salutis communis vt muros ædificare causa belli, & similia. Vtilitas etiam communis, quæ consideratur in cursoribus, & ferratoribus equorum, in fabricatoribus fabricantibus theatra, quæ die feriato fieri non potuerunt, & similibus. Necessitas etiam particularis propria, vel aliena, quæ consideratur in recolligentibus segetes, vuas, & alios fructus, ne imminente tempestate pereant, & similia, & in laborantibus ad sustentationem propriam, & familiæ, si aliunde non habeant vnde quærant victus commodè, & absit scandalum, ita Bonac. *cit. loc. num.* 13. & est commune apud Casistas, Barbos. *sum. Apost. dec. verb. festum in communi*, *num.* 18. *&* 19. Quarant. *sum. Bull. verb. dies festi*, Piasec. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. Vulp. *cit. cap.* 1. *num.* 5.

Excusantur quoque à peccato Typographi characteres ordinantes die festo, Layman. *tract.* 7. *de festor. obser. cap.* 2. *num.* 3. *in fin.* non tamen Imprimentes, Homobon. *de Bonis in consult. cas. consc. volu.* 1. *part.* 2. *resp.* 34. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *miscel. resol.* 62. quod intelligit secluso scandalo, Carol. de Baucio in suo nouissimo *tract. cas. consc. cas.* 106. *petes* 14.

11 Sed pro his remitto me ad Summistas, ac rediens ad materiam Canonicam. Quæritur, num in casibus prædictis, in quibus diximus licere opera seruilia exercere, ac in alijs, requiratur, quod cum causa legitima etiam licentia Episcopi concurrat.

Resp. Et prima facie videtur dicendum, non requiri Episcopi licentiam, nam si ius accedente iusta causa permittit opus seruile exercere in die festo, ergo ad nihilum deseruit Episcopi licentia. Nihilominus verius est requiri, maximè quando necessitas non est tanta, vel non est tam clara, vel non est euidens, & publica, & opus seruile, vel prohibitum publicè est faciendum: nam licentia prædicta deseruit ad certificandam causam, & ad tollenda scandala, ita Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *vers.* 108. Vlterius posset dici, quia hæc necessitas exercendi opus seruile, & prohibitum in die festo, non est certa, & determinata in quocumque casu particulari, ideò cum versemur in materia, in qua potest dubium cadere, bonum est, vt ad Episcopum recurratur ad pacandam conscientiam, faciunt dicta per Bonac. *cit. loc. num.* 15. admittunt DD. vt quando non po- 12 test adiri Episcopus, adeatur Parochus loci.

13 Quando Episcopus concedit licentiam exercendi opus seruile, & prohibitum die festo, potest petenti hanc licentiam imponere commutationem eleemosynæ, etiam sub certa quantitate, facit *text. in cap. licet*, *de fer.* vbi conceditur licentia piscandi, ob necessitatem ad pisces, qui solo vno anni tempore, & breui capiuntur, cum onere, & commutatione soluendi eleemosynam, tenet expressè Abb. *in eod. text. num.* 4. & defendit latè Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 109. post Suar. *tract. de Relig. lib.* 2. *cap.* 33. *sub num.* 7.

14 Violantes festos dies exercendo opus seruile debent per Episcopum puniri, etiam si Laici sint, vt tenet Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 21. Bouadill. *in Politic. cap.* 5. §. 23. *sub num.* 28. maximè in Regno, de cuius consuetudine testatur Leo *in Thesaur. For. Ecclesi. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. Qua pœna sit puniendus iste violator festi, non est certum, nam in Bulla Pij V. *in Bull. Constit.* 5. *in* §. *qui vero*, & apud Quarant. *verb. dies festus*, dicitur præter diuinam vltionem, & amissionem animalium, quibus vtitur ad vecturam, etiam graues pœnas incurrere arbitrio Vicarij in Vrbe, & ordinarij extra Vrbem, prout refert Campanil. *cit. loc. num.* 112. ex quibus Episcopi arbitrio remitti hanc pœnam, præter taxatam in dicta Bulla tenet; qui Episcopus etiam sub pœna excommunicationis latæ sententiæ potest mandari, quod festi dies seruentur, vt per Nauar. *in manual. cap.* 13. *num.* 15. Lup. *in* 2. *part. sui instruct. cap.* 52. *vers. ex necessitate operans*, & Sayr. in Claui Reg. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 17. Neapoli viator diei festi punitur pœna pecuniaria carlenorum trium, cum restitutione animalium, & bonorum interceptorum, quæ

pœna non exigitur à pauperibus, & applicatur pijs vsi-
bus, vt habetur apud Quarant. *in sum. Bull. verb. dies*
festi, in addit. vers. vltimo.

15 Quoad obseruationem festorum subduntur Episcopo
Regulares, & exempti omnes, vt expresse deciditur in
Concil. Trid. *sess. 25. cap. 12. de Regul.* notat nouissimè
Nouar. *Lucer. Regul. verb. festus*, & alij communiter.

16 Prohibetur etiam in die festo Mercatus fieri, de quo ex-
pressè in hoc *text. cap. 1.* vbi inter prohibita in die festo
17 primo loco ponitur Mercatus. Ad euidentiam obseruan-
dum est, quòd propriè differunt Nundinæ à Mercatu,
quia Nundinæ verè dici possunt, quæ sunt affidatæ nota-
biles, quæ propria auctoritate celebrari non possunt, sed
priuilegio Principis. Mercatus verò dicuntur illi, qui
priuata auctoritate fiunt, nec sunt affidati, de quibus in
text. auth. vt non fiant pignorat. &c. & Addit. ad Marant.
18 *in specul. aur. part. 4. 9. dist. num. 50.* Mercatus sumitur plu-
ribus modis. Primò, pro actu mercandi. Secundò, pro
loco, ad quem conueniunt mercatores emendi, & ven-
dendi causa, qui etiam appellatur Emporium, & Forum,
Cic. *lib. 1. Offic.* Tertiò, accipitur pro tempore, quo ne-
gotiatores ad emendum, & vendendum conueniunt,
hoc est pro Nundinis ipsis; hinc est, quòd impropriè Mer-
catus, & Nundinæ idem sint, & quandoque Nundinæ
appellantur Mercatus, & Mercatus Nundinæ. Sed pro-
priè differunt, vt diximus supra. Mercatus dicitur, qua-
si mercandi actus. Nundinæ verò dictæ sunt à Nundina
Romanorum Dea, à nono die nascentium dicta, qui &
lustricus dicitur; erat autem lustricus dies, quo infantes
lustrabantur, is autem erat in masculis nonus dies, in
puellis verò octauus, secundum Macrob. *lib. 1.* Saturn.
cap. 16. quicquid sit de nomine, nos hic accipimus Mer-
catus impropriè dictus, quatenus comprehendit etiam &
Nundinas.

19 Vnde potest Episcopus prohibere quascumque Nun-
dinas, & Mercatus fieri in die festo, cui prohibitioni pa-
rendum est, non obstante quauis consuetudine, testa-
tur Suar. *de Religion. lib. 2. cap. 29. sub num. 2.* Grat. *de-
cis.* 21. de Ponte *tract. de potest. Proreg. tit. 10. §. de mer-
catis sub num. 10.* De Nundinis priuatis extat declaratio
Sac. Congr. Concil. de qua testatur idem Grat. *cit. loc.*
Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. sub n. 97.*
& Quarant. *in sum. Bull. verb. dies festus in append.* in
qua declaratione dicitur, potuisse licitè Archiepiscopum
Neap. prohibere Nundinas, siue Mercatus, quæ fie-
bant ex antiqua consuetudine circum Ecclesias Sanctæ
Mariæ Annuntiatæ, & Spiritus Sancti in die festo ea-
tum. De publicis verò Nundinis adest rescriptum eius-
dem Sacr. Congreg. editum occasione Nundinarum,
quæ in Ciuitate Recanaten. consueuerant fieri, quod ad
literam refert idem Grat. & Campanil. *num. 98.* & Qua-
rant. *vers. quo vero, cit. loc.* idque etiam prohibuit Pius V.
in sua Constitut. *in Bull. fol. 925.* & apud Quarant. *verb.*
dies festus, & Laer. Cherub. *in Bull. tom. 2.* refert Barbos.
sum. Apost. decis. verb. festum in communi, num. 17.

20 Non debet tamen Episcopus sub prætextu Mercatus
prohibere in die festo emptiones rerum spectantium ad
victum illius diei, iuxta consuetudinem loci, quia hæc
non veniunt nomine Mercatus; licitè enim hæc emun-
tur, & venduntur die festo, dummodo non emantur,
& vendantur hora, iusta causa ab Episcopo prohibita,
ita Bonac. *tom. 2. disput. 5. quæst. vnic. punct. 2. 1. propos.*
23 *num. 10. vers. item nomine.* Potest tamen sub hoc præ-
textu licitè prohibere in die festo omnes contractus em-
ptionum, & venditionum, locationum, permutatio-
num, siue priuatim fiant, siue publicè, quia singuli isti
contractus proprio Mercatus nomine veniunt, ita Bo-
nacin. *cit. loc. vers. sed intellige*, adducens Suar. Filiuc.
Sayr. Azor. & Tolet.

22 Mercatus, siue Nundinæ, quæ bis, aut ter in anno, aut
semel in hebdomada fiunt ab antiquo, & iusta consuetu-
dine, ab Ordinarijs toleratæ hucusque non debent sine
legitima causa prohiberi per Episcopum sub prætextu diei
festi, ad dicta per Suar. Filiuc. Caietan. & alios apud Bo-
nacin. *cit. loc.* quia hæc vniuersali quadam consuetudine
Ecclesiæ permittuntur, vt experientia docet,

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Opera seruilia, quæ possunt exerceri in diebus fe-
stiuis.*
2 *Intelligentia textus in c. licet de decim. de decima pi-
scium, & simili.*
3 *Episcopus non possit prohibere nundinas, & mer-
catus?*

IN casibus necessarijs, in quibus opera seruilia exercen- 1
tur non potest exigi pœna, etiam si opus seruile fiat
sine licentia Episcopi, puta si vendantur comestibilia,
vel opera seruilia fiant tempore messis, & vindemiæ,
D. Cala *de ferijs quæst. 6. num. 248. & seqq.* vbi ex Card.
Caiet. *glos. 2. quæst. 122. art. 4.* D. Thom. *litt. R.* quod
Romæ licitum est diebus festiuis omnibus, vendere,
& emere equos, & asinos, quia sic ibi ex consuetudine
approbatum in publico foro in diebus festiuis spectante
mundo, vt dixi in schol. ad Gratian. *decis. 21. n. 4.*

Quoad *textum in cap. licet de decim.* glosa dicit hanc 2
decimam piscium, quam percipiat Episcopus in diebus fe-
stiuis esse speciem decimæ prædialis, attamen hoc dicit
ad effectum taxandi quotam in Canone non præscriptum,
non autem vt dicatur illa decima, quæ soluitur Parocho
ratione sacramentorum pro eius sustentatione, dum ad
præscriptum dicti Canonis soluitur Episcopo ex ratione
permittendi laborem in die festiuo tanquam speciem
eleemosinæ ab eodem Episcopo distribuendæ pauperibus,
vel in alios pios vsus erogandæ, vt practicant Episcopi
timoratæ conscientiæ, non autem sibi applicanda, vt
alij malè faciunt Card. de Luca *lib. de paroch. discurs. 18.*
num. 6. vbi quòd etiam quod exigatur in festo duplici esto
non sit de præcepto, quod an iure hæsitat. Et Archiepi-
scopus Sypontinus percipit eleemosinam ratione licen-
tiæ pro laborando in diebus festiuis pro extractione fru-
menti in portu Manfredoniæ.

Episcopus an possit prohibere nundinas, & mercatus, 3
qui ex antiqua consuetudine celebrantur præcipuè si con-
staret apertè consuetudines fuisse absque causa rationa-
bili introductas, scribit Riccius *part. 4. resolut. 378.*
& seq.

SVMMARIVM.

1 *Festiuis diebus prohibetur etiam placitum. Quod
quibus modis dicatur.*
2 *Bulla Vrbani VIII. de diebus festiuis non loquitur
de festis Curiarum, quæ solent dici dies feriati,
num. 3.*
4 *Actus iudicialis est nullus in die festo, etiam de con-
sensu partium factus, num. 5. Vbi quid si fiat ex
consuetudine.*
6 *Actus iudicialis prohibitus die festo, est actus con-
tentiosæ iurisdictionis non voluntariæ, qui per-
mittitur die festo Curia, vt est emancipatio,
& adoptio, num. 7. Quid de stipulatione instru-
menti, num. 8.*
9 *Diebus feriatis possunt in iudicio expediri actus, qui
causæ cognitionem non desiderant. Item sententia
arbitratoris, num. 10. Carceratio debitoris suspe-
cti de fuga, num. 11. Executio realis, num. 12.
Quid de executione sententiæ, seu immissione in
possessionem, num. 13.*
14 *Diebus feriatis ad honorem Dei an possit fieri citatio.
Et à sententia in causa hæresis, num. 15. Potest
interponi decretum super contractibus minorum,
num. 16. Monitoria ad finem reuelationis, num. 17.
Libellus præsentari, num. 18. An possint testes exa-
minari, num. 19.*
20 *Diebus feriatis ad honorem Dei potest tractari cau-
sa*

sa expulsionis fecdaris, qui impedit vicinum, vel quando res esset peritura, vel iurisdictio Iudicis finitura, num. 21. Quando causa alimentorum, num. 22. Excarceratio, & receptio fideiussionis pro excarcerando, num. 23. Appellatio, num. 24.

25 *Diebus feriatis ad honorem Dei potest procedi in causa contra insignem latronem, etiam ad executionem sententiæ. Et quis dicatur latro insignis. Potest procedi in causis miserabilium personarum. num. 26. Quid de excommunicatione, vel absolutione, vel delegatione causarum, num. 27. Insinuatio denuntiationis, num. 28.*

29 *Diebus feriatis ad honorem Dei non potest procedi in causis summarijs, vel arbitrarijs. Nec interponi decretum super alienatione rerum minoris, n. 30.*

31 *Die feriata non potest exerceri actus iudicialis. quid quando in loco, in quo fit actus, est dies feriata ad honorem Dei, & in loco executionis non, vel è contra. Quid in citatione, num. 32.*

33 *Dies festi iuridici possunt induci à Populo, & Clero, & de consensu Capituli.*

34 *Die festo prohibetur executio sententia criminalis. Quod limitatur ex necessitate ob enormitatem criminis, num. 35. Prohibetur etiam bannire, nu. 36. Et an tortura, num. 37.*

38 *Die feriata prohibetur iuramentum præstare. Et quod iuramentum. Et an sub pœna nullitatis.*

ANNOTATIO XVI.

§. II.

1 PRohibetur die festo in hoc *text. cap. 1. de fer.* secundo loco Placitum, idque etiam prohibetur in *cap. placita 15. quæst. 4.* hoc nomen Placitum sumitur in Iure pluribus modis. Primo modo dicuntur Placita iurisdictiones causarum, *cap. ad audientiam, de rescript.* sumitur quandoque pro litigio, seu iudicio, secundum vulgare Italicum, vt in *cap. 1. de immunit. Eccl. & in cap. 2. de cler. pugn. in duell.* sumitur quandoque Placitum pro voluntate, seu complacentia, vnde dicere solemus, ex communi placito, vt in *cap. 1. de arbitr. & in l. ex placito, C. de rer. perm.* hic verò dicimus Placitum sententiam ciuilem, & strepitum Iudicialem Iudicum, ac Notariorum, & aliorum ad iudicium concurrentium, secundum explicationem Campanil. *diuers. iur. can. rubr. 12. cap. 13. num. 99.* hoc enim Placitum, quod in Bulla Pij V. *supra cit.* apud Quarant. *verb. dies festus*, strepitus iudiciorum vocatur, est vetitum in die festo, vt hic in *text.* quod si fiat actus Iudicialis, erit nullus, prout in *cap. fin. de fer.* permittitur solum ob causam necessitatis, & pietatis, vt refert Campanil. *cit. loc.*

2 Obserua primò, quòd Bulla nouissima Vrbani VIII. super obseruatione festorum non loquitur de festis, in quibus Placitum prohibetur; hæc enim festa ipsa Bulla relinquit interminis, in quibus antea reperiebantur; vnde in Curijs debent seruari festa de præcepto posita in dicta Bulla, nec non & alia, quæ præcipit *text. in cit. cap. fin. de fer.* & omnia, quæ in locis particularibus seruari solita sunt, vel in posterum seruari mandantur, cum in dicta Bulla, quoad festa Iudicialia non tollatur auctoritas ab Ordinario.

3 Obserua secundò, quòd dies festus Iudicialis vocatur per DD. dies feriata, & constituitur communiter duplex dies feriatus, vel ad honorem Dei, vel propter messes, vel vindemias. De primo dicemus nos. De secundo remitto me ad Ciuilistas, cum feriæ propter messes, vel vindemias non seruentur in Curijs Ecclesiasticis, maximè Romana, in qua non admittitur exceptio talis feriæ, vt testatur Felin. *in cap. vlt. de iudic. sub num. 10.* post Specul. *tit. de fer. §. 1. vers. pendet.* de primis ferijs ad honorem Dei dicemus practicabiliora.

4 Et primo constituenda est regula communis, quòd actus Iudicialis prohibitus in die feriato, siue festo, si fiat, est nullus, ita Specul. *tit. de cit. §. 1. col. 7. vers. item excipitur*, DD. communiter in *d. cap. fin. de fer.* apud Marant. *specul. aur. part. 4. 16. dist. num. 81.* Felin. *cit. cap. fin.*

5 His ferijs ad honorem Dei non possunt partes renunciare, itavt processus, & acta facta in die feriato ad honorem Dei, etiam de partium consensu, sint nulla, secus in ferijs ad honorem hominum, ita Specul. *tit. de renun. & concl. §. 1. in 3. col.* Abb. *in d. cap. fin. de fer. col. 4. vers. sed quæro*, Bart. *in l. si feriatis, ff. de arbitr.* Bald. *in l. 1. C. de fer. §. fin.* Marant. *cit. loc. num. 83.* & licet his ferijs renunciari non possit expressè, potest tamen consuetudine, vel statuto introduci, vt feriæ ad honorem Dei in aliquibus particularibus casibus non seruentur, probat Marant. *cit. loc. num. 91.*

6 Obserua tertiò, quòd prohibitio actus Iudicialis in die feriato ad honorem Dei procedit in actibus contentiosæ iurisdictionis, secus in actibus voluntariæ iurisdictionis, qui possunt expediri his diebus, ita Specul. *tit. de fer. §. sequitur, vers. quid si in ferijs*, Marant. *cit. loc. num. 87.* nec in ipsis actibus contentiosæ iurisdictionis procedit, quando aliter suadet necessitas, vel pietas, vt cum Campanil. diximus supra. Hic dicemus aliquos actus particulares Iudiciales fieri permissos in die festo, seu feriato, etiam ad honorem Dei; & aliquos non permissos.

7 Et primo actus emancipationis, & adoptionis sunt actus voluntariæ iurisdictionis, nec prohibentur die feriato ad honorem Dei, vt obseruat Marant. *cit. loc.*

8 Item potest etiam Notarius stipulare instrumentum, tenet Specul. *tit. de fer. §. sequitur, vers. quid si in ferijs*, Bonac. *tom. 2. disp. 5. quæst. vnic. punct. 2. 1. propos. m. 11.* qui ait, quòd ratione diei festi non dicitur nullum instrumentum: tamen in praxi videmus seruari, quod Notarij stipulare volentes in die festo, petunt licentiam ab Ordinario, saltem ratione iuramenti, vel ad benè esse Vulp. *in prax. cap. 5. num. 14.* qui id limitat in contractu Matrimonij, quia pius est, & in actibus in quibus non interuenit iuramentum, vt in testamento, & similibus.

9 Secundò, actus omnes, qui causæ cognitionem non desiderant, illi die feriato in honorem Dei celebrari possunt, ita Butr. & Abb. *in cap. vlt. de iudic.* Guid. Pap. *quæst. 215. col. 2.* quòd intellige in die feriato, non autem festo de præcepto, quia tunc nec isti actus Iudiciales possunt fieri, nisi aliud suadet necessitas, vel pietas, ita distinguit Guid. Pap. *cit. loc.* Hinc

10 Tertiò, arbitratores die feriato suum laudum ferre possunt, cum sint amicabiles compositores, nec causæ cognitio apud eos desideratur, ad dicta per Bart. *in l. si societatem, §. arbitrorum*, vbi Add. *num. 51. ff. pro soc.* sic intelligentes *l. si feriatis, ff. de arbitr.* ea etiam ratione, quia arbitramentum hoc, est ad instar transactionis, quæ diebus his celebrari potest, *l. dies festo, C. de fer.* sequitur Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 30. num. vlt.*

11 Quartò, debitor suspectus de fuga potest carcerari die feriato, ita Bald. *in §. 1. num. 14. Instit. de actiòn.* Bart. *in l. aut Prætor, §. si debitorem, num. 3. ff. de his, qui in fraud. cred.* Abb. *in cap. fin. num. 22. de iudic.* Guid. Pap. *decis. 215.* Similiter dicendum esset, si debitor latitaret, nec posset haberi, nisi die feriato; est casus similis primo de debitore suspecto de fuga, & ita à paritate rationis in eo militat eadem Iuris dispositio vulgatis Iuribus. Verùm non debet Ordinarius concedere licentiam capiendi debitorem in dictis casibus, nisi illi constaret saltem per testes summarie, & extraiudicialiter receptos, vel alio modo, debitorem esse suspectum de fuga, vel latitare; extra hos casus in causa ciuili non debet fieri carceratio die festo, per citatos DD. In causa verò criminali alia ratione permittuntur carcerationes in die feriato, de quo alibi, Vulp. *in prax. cit. cap. 5. num. 15.*

12 Quintò, executio realis idest in bonis, scilicet pignora capere, licita est etiam die feriato, non tamen festiuo de præcepto, ad dicta per Guid. Pap. *decis. 215. n. 8.* Menoch. *lib. 1. quæst. 30. de arbitr.* tenentes licere executionem sententiæ facere in die feriato in casu, in quo non requiritur causæ cognitio, refert Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 100.* post Suar. *tract. de Relig. lib. 2. cap. 30. num. 11.* executio etiam sententiæ, siue immissio in possessionem vigore sententiæ potest etiā fieri die feriata, non tamen de præcepto, si fiat in bonis, in quibus fuit specificè iudicatum, quia tunc in execu-

cutione

cutione non requiritur causæ cognitio, secus si petatur executio in alijs rebus, quàm adiudicatis, quia tunc executio debet fieri in die iuridica, ex quo requirit causæ cognitionem, ita Guid. Pap. *cit. decis.* 215. *sub num.* 5. post Anton. de Butr. *in cap. fin. de iudic.* & Abb. *eod. loc. num.* 1. *&* 20. & distinctius Ricc. *ad Rit. Cur. Archiep. Neap. Rit.* 1. *vers. limitatur nono*, apud Carauit. Neque executio sententiæ super bonis, in quibus est specificè iudicatum, fieri potest die feriata, quando est facienda cum incantibus, quia die feriata ad honorem Dei debet cessare vox præconis, & tuba, iuxta *text. in l. dies festos, C. de fer.* & tenet Guid. Pap. *cit. loc.*

14 Sextò, citatio an licitè fieri possit die feriato ad honorem Dei, dubium est, & videtur posse fieri, per *Rit.* 1. *Cur. Archiep. Neap.* relatum apud Carauit. post Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. Pro citius euidentia sciendum est, in citatione triplex considerari tempus, ipsius actus citationis per Iudirem relaxatæ, & diem executionis faciendæ per cursorem, vel relationis ipsius Nuncij; in primò tempore relaxatæ citationis, ritus prædictus dicit citationem fieri die iuridica, ad diem iuridicam; in secundò, citationem Nuntij posse fieri die feriata, etiam de præcepto, per *Rit.* in tertiò dicit relationem faciendam prima die iuridica post festum, ad quem *Rit.* Campanil. *num.* 18. generaliter de iure, & segregato ritu dicit valere citationis executionem factam per Nuncium die feriato, ad quod nonnullos adducit DD. Verùm ipsemet Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *sub num.* 100. *vers. citatio autem*, palinodiam canit, suamque primam affirmatiuam sententiam, de qua in ritu prædicto declarat procedere in ferijs inductis ad fauorem hominum, secus in ferijs ad honorem Dei, in quibus nec citatio, siue præceptum de citando, nec illius intimatio fieri potest, per opinionem Abb. *in cap. conquestus, de fer. sub num.* 19. Azot. *in instit. moral. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *vers. decimoquinto quæritur*, Suar. *tract. de Relig. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 5. *&* 6.

15 Septimò, in causa hæresis posse sententiam ferri die feriato, etiam de præcepto testatur fuisse declaratum per *Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis de Vrbe sub die* 26. *Iulij* 1605. Mat. Anton. *varia. resolut. resolut. vlt.* quicquid sit de iure, in quo casu DD. vtramque scilicet negatiuam, & affirmatiuam defendunt sententiam, vt latè est videre apud eundem Mar. Anton.

16 Octauò, in die feriato ad honorem Dei potest etiam interponi decretum super contractibus Minorum, & Mulierum, secundum opinionem Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 2. *cap.* 13. sequentis sententiam Pici *in tract. de contract. glos.* 21. *num.* 6. vnde etiam & Curator Minori potest dari die feriato, vt probat idem Pic. *cit. loc. glos.* 20. *num.* 19. & sequitur Campanil. *cit. loc. n.* 101. *vers. curatorem.*

17 Nonò, monitoriam ad finem reuelationis possime concedi per Episcopum die feriato, ac etiam publicatio per Cursorem; etiam si dies feriata sit de præcepto, dummodo non sit dies solemnis festi, vt Natiuitatis Domini, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, nam in his diebus à concedendis, & publicandis dictis monitorijs debemus abstinere, secundum opinionem Lazzarij *de monit. sect.* 1. *quæst.* 19. *num.* 4. & sequitur Campanil. *loc. cit. num.* 102. licet Sair. *in Thesaur. cas. conscient. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. defendat adhuc & in his diebus posse hæc fieri, quando causæ cognitio non est necessaria.

18 Decimò, diebus feriatis ad honorem Dei potest libellus dari in quacumque causa, *l. miles, §. sexaginta, ff. de adult.* docent omnes in *l.* 1. *ff. de fer.* probat Guid. Pap. *quæst.* 215. *col.* 2. quia hic actus causæ cognitionem non requirit, sequitur Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 14.

19 Vndecimo, die feriato ad honorem Dei possunt testes examinari, non tamen iurare; vnde benè practicatur vt præstetur iuramentum testibus die iuridica, & deinde possunt licitè interrogari, & examinari die feriata, quia examinatio refertur ad tempus iuramenti, vt docet Bart. *in l. si quando, num.* 11. *C. de testib. & l. damni, §. Sabinus, num.* 8. *ff. de damn. infect.* latè declarat Felin. *in cap. licèt causam, num.* 19. *de probat.* Ferrar. *cautel.* 12. *num.* 1. Ruin. *cons.* 188. *n.* 15. *lib.* 1. sequitur Menoch. *cit. loc. n.* 15.

20 Duodecimò, Scolaris, qui impedit vicinum studere propter strepitum, potest compelli per Iudicem vt taceat, aut recedat, vt dicit Specul. *in tit. de iudic. §. generaliter, vers. hic etiam nota*, Anton. de Butr. *in cap. inter dilectos, de fid. instr.* & ista causa expulsionis potest tractari die feriata, etiam ad honorem Dei, vt tenet Hostiens. *in sum. tit. de fer. §. fin. vers. sed nunquid magister*, Specul. *eod. tit. §. sequitur, vers. quid si magister*, sequitur Ias. *in l.* 1. *§. sed excipiuntur, num.* 2. *de fer.* & ratio est, quia hæc causa concernit publicam vtilitatem, *l. vnic. §. fin. C. de stat. liber. lib.* 11. ergo potest tractari die feriata, ad *text. in l.* 1. *§. sed excipiuntur, de fer.* Sed quicquid sit secundum prædictos, id die ad honorem Dei non debet fieri.

21 Decimotertiò, potest procedi ad actus iuridicos die feriato ad honorem Dei, quando res est tempore peritura, sed vsque ad litis contestationem, *cap. fin. de fer.* Bart. *in l. Diuus, ff. eod. tit. de fer.* DD. *in cit. l.* 1. *§. sed excipitur*, ex quibus Iason. *in d. l.* 1. *§. sed excipitur, de fer.* deducit, quòd si iurisdictio Iudicis esset finitura, potest Iudex procedere, & sententiare etiam diebus feriatis ad honorem Dei, ad quod facit *text. in cap. fin. de iud.* & tenuit Specul. & Ioan. Andr. *in tit. de fer. §. sequitur, vers. primo.* Eadem ratione posset saluari processus Iudicis Nundinarum factus die feriato ad honorem Dei, quia nimirum iurisdictio talis Iudicis solet paucis diebus durare, & in breui solet finire, licet alia ratione possit defendi, hunc casum affert Marant. *in specul. aur. part.* 4. 16. *dist. sub num.* 87. *& seqq.* Eadem ratione testes senes, & valetudinarij possunt examinari, etiam medio iuramento eodem die festo ad honorem Dei dato, & ante litis contestationem, ne scilicet pereat probatio, deciditur expressè in *cit. l.* 1. *ff. de fer. in verb. ætates*, vbi glos. & DD. præsertim Ias. *num.* 5. facit *text. in cap. quoniam frequenter, in princ. vt lit. non contest.*

22 Decimoquartò, In causa alimentorum tanquam causa pia potest procedi die feriato ad honorem Dei, vt per DD. *in d. l.* 1. *§. sed excipiuntur, ff. de fer.* quod procedit primo in alimentis futuris, secus in alimentis præteritis, secundum Bart. *in l. de alimentis, in* 2. *lect. C. de transact.* Secundò in alimentis, quæ debentur officio Iudicis, vt sunt, quæ debentur per patrem filio, & è conuerso, vt in *cit. §.* sed excipiuntur, quæ præstantur in casu necessitatis, non autem quando filius posset se aliunde alere, *l. si quis à liberis, §. fin. vers. filius, ff. de liber. agnosc.* secus si deberentur iure actionis, puta ex stipulatione, quia debentur extra casum necessitatis, ita distinguit Ias. *in d. l.* 1. *§. excipiuntur, num.* 7. Roman. *in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. sol. matr.* Abb. *in cap.* 1. 3. *col. de prob.* Ric. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neap. rit.* 19. *vers. limitatur sexto*, apud Carauit.

23 Decimoquintò, excarceratio, seu relaxatio carcerati potest fieri die feriata ad honorem Dei, & ad hunc finem potest per Curiam ab alio recipi fideiussio de eodem carcerato repræsentando, ita tenet Bald. *in l. lecta, ff. si cert. pet.* & sequitur Ias. *in cit. l.* 1. *§. excipiuntur, n.* 11. & Ricc. *cit. loc. vers. limitatur decimosexto*, non posset tamen fieri recommendatio, & sequestratio personæ iam carceratæ die feriato ad honorem Dei, tenet Bald. *in auth. et, qui iurat. in* 4. *col. ver. quæro dictat statutum, C. de bon. auctor. Iud. poss.* ea ratione, quia cum sit in carceribus, cessat suspicio fugæ. Verùm si Iudex vellet carceratum relaxare die feriato, quod potest facere, posset à cessante ratione, fieri recommendatio eodem die feriato, maximè si excarcerandus esset exterus.

24 Decimosextò, die feriata ad honorem Dei, sicut diximus, posse libellum offerri, ita etiam potest eodem die appellari, glos. & DD. omnes in *l.* 1. *C. de fer.* glos. *in cap. appellatio, de appellat. in* 6. *verb. lecta*, & specialius de die feriato ad honorem Dei, tenet Abb. *in cap. fin. de fer.* & Add. ad Fel. *in cap. fin. de iud. in vers. adde, glos. lit. C. in fin.* quod procedit, etiam si per statutum prohiberentur die feriato contractus, & placita, iuxta *cons. Anchar.* 361. incip. *plenè factis narratione*, & sicut potest appellari die feriato, potest etiam & admitti appellatio: quia concessis extremis, conceduntur media, ita Salic. *in l.* 1. *C. de fer.* & Anchar. *cit. cons.*

25 Decimoseptimò; In causa insignium latronum potest procedi die feriato ad honorem Dei, ita Specul. *in tit.*

de fer. §. sequitur videre, *sub num.* 3. Angel. *in l. Diuus*, *ff. de fer. num.* 2. Ricc. *in cit. rit. vers. limitatur decimoquinto*; immò insignis latro potest quolibet die ad furcas mitti, per *text. in l. prouinciarum*, *ff. de fer.* vbi Bald. *num.* 1. dicit hoc esse speciale propter enormitatem criminis, & quia multorum salus, & incolumitas procuratur, nam in morte vnius sceleratissimi stat vita multorum; sed vbi cessaret criminis enormitas, & publica vtilitas, non posset fieri executio criminalis die feriato ad honorem Dei, per *textum in l. dies festos*, *C. de fer.* Dicitur insignis latro, idest famosus, & est ille, qui palam furatur, ita glos. *in l. capitalium*, *§. famosos, in vers. furca*, *de pœn.* vel qui solitus est aggredi, deprædari, & publicè spoliare, secundum Decian. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 29. *num.* 12. Et hi latrones expresse expelluntur ab immunitate Ecclesiæ in Constit. Gregor. XIV. *de immun. Eccles.*

26 Decimo octauò. In causis debilium, vel miserabilium personarum potest procedi in die feriato, etiam ad honorem Dei, ita suadet pietas, & in operibus misericordiæ non est habenda distinctio dierum, argumento *cap. vtinam* 77. *dist. & c. nunquam de consecr. dist.* 5. immò his diebus magis est insistendum his operibus, docet Specul. *tit. de fer. §. sequitur videre*, *num.* 1. sequitur Ricc. *cit. rit. vers. limitatur vndecimò*, qui eadem ratione dicit diebus his posse licitè paces, concordias, & transactiones tractari, & terminari.

27 Decimonono, licitè die feriato ad honorem Dei potest excommunicatio relaxari, & absolutio impertiri, quæ tamen non requirunt causæ cognitionem, vtputa in notorijs criminibus, vt latè per Host. *in sum. tit. de fer. §. qualiter distinguatur*, sequitur Guid. Pap. *quæst.* 215. *sub num.* 2. *qui eodem num. in fin.* dicit hac die posse fieri delegationem, seu commissionem causæ, per opinionem Salic. *in l. fin. C. de ferijs.*

28 Vigesimo. Insinuatio donationis potest fieri die feriato ad honorem Dei, quia hæc non requiri causæ cognitionem, & est voluntariæ iurisdictionis, *l. actus*, *C. de fer.* Hostiens. *in sum. de fer. §.* 3. *vers. sed quæ pertinent*, tenet expresse Io. And. in addit. ad Specul. *tit. de instrum. edit. §. porrò lit. F. vers. subscribat hæc in princ. fin.* sequitur Guid. Pap. *quæst.* 215. *sub num.* 3.

Alios Actus permissos in die feriato ad honorem Dei, vel ad honorem hominum, vide apud Specul. *cit. tit. de fer. tom.* 2. Fel. *in cit. cap. vlt. de iudic.* Canonist. omnes *in hoc tit. de fer.* & specialiter in *cap. vltimo*. Hostiens. *in sum. tit. de fer*, Guid. Pap. *dict. quæst*, 215. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. iudic. quæst.* 30. Campanil. *cit. rubr.* 12. *cap.* 13. Ciuilist. omnes *in tit. C. de fer.* Marant. *in specul.* 4. *part. dist.* 16. *num.* 81. De ferijs, quæ seruantur in Regno in foro sæculari, vide apud Matth. de Afflict. *in Const. Baiulos*, *in* 3. 4. 5. *&* 6. *col.* Ric. *in cit. rit. Cur. Archiep. Neapolit.* 19. & est materia communis apud omnes DD. nostrates.

29 Obserua primò, quòd in causis summarijs, vel arbitrarijs potest procedi in diebus feriatis ad honorem hominum, secus verò dicendum est in ferijs ad honorem Dei, in quibus in prædictis causis procedi non potest, vt optimè probat Menoch. *de arbit. iud. lib.* 1. *quæst.* 30. per opinionem Imol. *in l. filiusfamilias*, *ff. de donat.* & aliorum.

30 Nec valet decretum interpositum per Iudicem die feriato ad honorem Dei super alienatione rerum minoris, quia hoc decretum fit præuia causæ cognitione, & Iudice sedente pro Tribunali, *l. lex quæ*, *C. de administr. tutor. & l. minorum*, *C. de præd. minor.* hanc opinionem tenet Specul. *tit. de fer. §. sequitur videre, nu.* 13. & ibi Addit. *lit. G.* sequitur Ricc. *ad cit. rit.* 19. *Cur. Archiepisc. Neap. vers. ampliatur primò*, & hoc est generale in omnibus causis requirentibus causæ cognitionem, non posse procedi die feriato ad honorem Dei, ad latè adducta per Menoch. *cit. loc.*

31 Obserua secundò, quòd actus iuridicus, siue placitum prohibetur in die feriato ad honorem Dei, si talis dies sit in loco iudicij, vbi actus est faciendus, vel in loco, in quo actus est exequendus die executionis. Vnde est, quòd cum tractatur, an dies citationis sit feriatus, vel non, distinguendum est, aut sumus in relaxando mandato citationis, & tunc attenditur, an sit dies feriata in loco iudicij, in quo relaxatur mandatum: nam si in loco iudicij sit dies iuridica, & in loco, in quo est exequenda citatio, sit dies feriata, valet mandatum de citando; aut sumus in exequendo dictum mandatum citationis, & tunc attenditur locus executionis, non iudicij, ita vt si loco iudicij esset festum, & in loco citationis non, citatio valeret, sed non è contra, faciunt dicta per Specul. *tit. de fer. §.* 1. *num.* 5. dicentem in hac materia esse seruandum locum Rei conuenti, in cuius gratiam sunt concessæ feriæ; tenet expresse Bonac. *tom.* 2. *disp.* 5. *quæst. vnic. punct.* 2. *num.* 18. *vers. nonò difficultas est*. Hæc opinio impugnatur à multis, sed in Regno inter Laicos est certa, per *Rit. M. Cur. Vic.* 116. *&* 117. vbi Carauit. Verùm per dictum *Rit.* 117. data citationis potest fieri in quocunque die feriato, etiam Paschatis; quæ opinio citra dispositionem ritus, & in loco vbi non seruatur, non esset sequenda, per opinionem Bald. *in l. cum Clericis*, *C. de Episcop. & Cler.* & Afflict. *in rubric. Constit. Regni*, adductorum per Carauit. *in d. Rit. n.* 1. maximè si contenta in citatione concernant iurisdictionem contentiosam, quia tunc debet decerni die iuridica, ita Oliua *ad Rit.* 1. *Cur. Archiepiscop. Neap. num.* 4. apud Carauit.

In hac materia formant tres vulgares quæstiones DD. 32
Prima, an citatio facta die feriata, ad diem non feriatam valeat. Secunda, quid è contra, idest si fiat die non feriata, ad diem feriatam. Tertia, an in ferijs obseruandis sit attendendus locus iudicij, an litigantium, de quibus quæstionibus latè per Abb. *in cap. conquæstus*, *de fer. num.* 19. post Specul. *in cit. tit. de fer.* Oliua *ad Rit.* 1. *Cur. Archiepisc.* apud Carauit. & alios, vbi etiam Campanil. & Ricc.

Obserua tertiò, quòd dies festi iuridici ad honorem 33
Dei, præter taxatos in *cap. fin. de fer.* possunt etiam alij indici à Populo, & Clero de consensu tamen Episcopi, vt probatur in *d. cap. fin. & cap. quoniam eod. tit.* vbi DD. communiter, Cauens. *ad Rit.* 116. *Mag. Cur. Vicar. n.* 6. apud Carauit.

Prohibetur quoque in die festo, vt in hoc *text. cap.* 1. 34
ne aliquis ad mortem, vel pœnam iudicetur, quibus verbis prohibetur non tantum sententia continens pœnam capitalem, & amissionis vitæ, sed etiam alterius cuiuscumque pœnæ impositio, & prohibetur ipsam sententiam per Iudicem proferri, & illam executioni demandari, licet lata sit die iuridica. Fallit communiter hæc prohibitio necessitatis causa, puta propter enormitatem, & atrocitatem criminis, vt diximus in causa 35
insignis latronis, & deciditur expresse in *l. prouinciarum*, *de fer.* vbi DD. communiter, in quibus causis etiam Iura Canonica indulgent, vt diebus feriatis ad honorem Dei procedi possit, vt testantur Hostiens. & Abb. *in cit. cap.* 1. *num.* 6. *de fer.* & sequitur Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 104. post Bouadill. *in Politic. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 2. *&* 3. & diximus supra cum Clar. & Baiard. *in §. fin. quæst.* 97. *num.* 6.

Hinc dicendum est, prohiberi etiam die feriata ali- 36
quem banniri; & bannum tali die statum non tenere, per *text. in l. dies festo*, *C. de fer.* in illis verbis: *Præconis horrida vox silescat*, faciunt dicta in *cap. placita sæcularia* 15. *quæst.* 4. tenet Bald. *in d. l. dies festos*, *num.* 4. Similiter nec tortura inferri potest die feriata ad honorem 37
Dei, etiam in causis summarijs, dicit Boer. *quæst.* 259. *n.* 8. & Clar. *in §. fin. quæst.* 64. *num.* 34. Farinac. *quæst.* 38. *num.* 107. *& seqq.* qui opinionem procedere dicunt in delictis minoribus, secus in atrocioribus, in quibus admittunt torturam die feriato ad honorem Dei.

Vltimo loco prohibentur in *text.* nostro in die festo 38
Sacramenta, idest iuramenta præstare, quòd obseruant Canonistæ omnes *in hoc cap.* Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. & hoc obseruandum est cum distinctione; aut loquimur de iuramento promissorio, & interuenire solito in contractibus extraiudicialibus, & illud simpliciter non prohiberi in die festo, maximè sub pœna nullitatis actus, ea ratione, quia cum talis actus reducatur ad ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, & exerceatur sine strepitu iudicij, non est prohibitus die feriato ad honorem Dei, vt diximus supra cum Guid.

Pap.

Pap. Marant. Menoch. Specul. & alijs. Aut verò loquimur de iuramento iudiciali, quod datur in iudicio contentioso, vt est iuramentum decisiuum, suppletiuum, & similia; & illud, quod à testibus præstatur, & hoc est prohibitum die feriato ad honorem Dei, & iurans non tenetur ad obseruantiam promissorum, ita distinguit Campanil. *in diuers. iur. canon. rubric.* 12. *cap.* 13. *num.* 105. docet Caetan. 2. 2. *quæst.* 122. *art.* 4. sequitur Diana *tract.* 4. *Miscell. resolut.* 62. *vers. nota etiam*, ex quibus refelluntur DD. præsertim Ferret. *cautel.* 3. Bru. Canal. *decis.* 9. *num.* 21. *part.* 1. dantes pro cautela obligari nolenti, vt iuret io die festo, quæ opinio posset saluari cum distinctione posita.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *De cultu dierum festorum quæstiones nonnulla.*
2 *Suspenditur iurisdictionis exercitium in festis.*
3 *Sententia die festiuo lata est nulla ex defectu iurisdictionis.*
4 *Laudum an sit nullum in festo prolatum?*
5 *In causis spiritualibus an sententia die festo proferri possit?*
6 *Quid in causa criminali, vel gabellarum.*

1 De cultu festorum quoad opera seruilia superius scriptum est, in præsentiarum quoad actus contentiosæ iurisdictionis, de quibus quam plures Theologi, & Iuristæ quæstiones tractant. An obseruantia sit de iure Diuino vt diei Dominicæ, vel SS. Trinitatis festum. Et quid possit consuetudo, aut potestas humana? Vtrum omnes dies extensiuè, & intensiuè, & dignius sit obseruari vnum, quam alterum, & grauior sit violatio ratione scandali; de quibus Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 10. *part.* 1. *num.* 126. *& seqq.*

2 Ratione temporis suspenditur iurisdictio Iudicis, vt tempore dierum festorum, licet iurisdictio Iudicis non sit perempta, sed penes eum remaneat, Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 287. Antonell. *de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 3. Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 118. *num.* 1.

3 Hinc sententia diebus festiuis prolata est nulla vti data ab eo, qui carebat exercitio iurisdictionis, & ex defectu potestatis. Vantius, & alij quos refert, & sequitur Gratian. *decis.* 144. *num.* 4. D. Altom. *tract. de nullit. rubric.* 9. *num.* 40.

Ampliat Antonell. *vbi sup. num.* 3. vt in terminis Bullæ Clem. VIII. prohibentis nullitates, nisi ex defectu mandati, citationis, & iurisdictionis, vt possit opponi hæc nullitas de sententia die festo prolata, vti nullitas ex defectu iurisdictionis, Pratus *obseru.* 47. D. Altom. *num.* 9.

4 Laudum cum sit nullum die festo prolatum? Affirmant Magon. *decis. Lucens.* 94. *num.* 14. D. Altom. *num.* 9.

Quid si compromissum esset initum cum facultate proferendi laudum die festiuo, vel iuridico? Negandum videtur, quia sententia est nulla, quamuis interuenerit vtriusque Partis consensus, vt Gratian. *vbi sup. num.* 2. At de laudo virtute compromissi cum dicta facultate cùm laudum sit quædam amicabilis compositio tanquam ab Arbitratore prolatum, aliter sentiendum puto.

5 In causis spiritualibus sententia die festo prolata an sit valida? Gratian. *num.* 2. negat. Sed contrarium de sententia excommunicationis tenet Genueof. *in prax. cap.* 28. *num.* 16. Altom. *num.* 43.

6 Quid in causis criminalibus contra insignes latrones, homicidas appensatos, sacrilegos, raptores, assassinos, & similes, & procedi in diebus festiuis, volunt Reg. Sanfel. *decis.* 173. Antonell. *num.* 23.

Beneuerùm nullam sententiam foriudicationis die festo latam inquit Scialoya *de foriudic. cap.* 12. *num.* 18.

Causa Gabellarum, & intercepti an sit criminalis, & possit expediri diebus feriatis? Distinguunt communiter Doctores. Aut pœna sit applicanda tertijs personis, puta Alguzerijs, denunciatori, vel Iudici.

Quidquid plures dissideant Reg. Mol. *in* §. 5. *de iur. Doban. quæst.* 7. *à num.* 1. post hinc inde adducta argumenta refert Regiam Cameram dixisse causam intercepti ciuilem esse, & iudicium videri magis rei persequutorium, quàm ad criminis vindictam.

Criminalem verò causam ex pluribus fundatur *in alleg.* 32. *apud Reg. Salernit.* quia vindicta publica intelligitur sicut in corpore, & in fama, & ob pœnam pecuniariam fisco applicandam, nam fraudare vectigal crimen est, & ita iudicatum refert idemque decisum in Senatu Cathaloniæ recenset D. Michael à Cortiada *decis.* 35. *n.* 8. alios recenset Reg. Latr. *consul.* 18. *num.* 5. Rocch. *de offic. rubr.* 14. §. 5. *n.* 58. *&* 113. id etiam practicari ita in Regia iuncta Contrabannorum contra extrahentes bona vetita. Et videndus D. Ageta *in doctissim. annotat. ad Reg. Moles.*

ANNOTATIO XVII.

De Incompatibilitate Beneficiorum.

Notatur §. I. Incompatibilitatem inducere vacatione. Quæ Beneficia inducant incompatibilitatem, & vacatione ipso iure. An duo Curata. An duæ Dignitates, vel Personatus. An duo Beneficia simplicia requirentia residentiam. An inducendam hanc incompatibilitatem, quomodo requiratur possessio. Et quomodo Beneficia debeant esse perpetua. Et quomodo debeat concurrere verus titulus, & fructuum perceptio. Quando possint detineri duo Curata absque incompatibilitate, ratione vnionis, vel commendæ. Vel quia vnum esset actu, alterum habitu curatum Episcopatus, Abbatia, & Coadintoria, cum quo Beneficio inducant incompatibilitatem. An hæc incompatibilitas locum habeat inter Beneficia habentia Curam iurisdictionalem. Et quomodo vacent primum, & secundum Beneficium.

§. II. Quando duo simplicia inducant incompatibilitatem. An Curatum, & simplex. Quid quando alterum sufficit ad congruam sustentationem, vel non sufficit. Et quid in habente duo insufficientia, an possit habere tertium. Quando dicatur Beneficium sufficiens. Quid de pluribus Pensionibus.

§. III. Quomodo duo Beneficia sub eodem tecto inducant incompatibilitatem. Quando dicantur sub eodem tecto. An debeant esse conformia. Et quando dicantur conformia.

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilitas quædam inducit vacationem ipso iure, quædam per sententiam.*
2 *Incompatibilitas inducitur ipso iure in duobus Beneficijs curatis, duabus Dignitatibus, & Personatibus, num.* 3. *Quid de duobus Beneficijs requirentibus residentiam, num.* 4. *&* 5. *Duo Canonicatus cum parochiali, vel portione, dua Capellania requirentes residentiam, Capellania cum Curato, vel Canonicatu, & alia Beneficia sunt incompatibilia, vt hic num.* 6.
7 *Incompatibilitas prædicto modo non inducitur, nisi adepta possessione pacifica secundi Beneficij, & fructuum illius, late num.* 11. *Et inter Beneficia perpetua, saltem aptitudine, num.* 8.

9 *In-*

9 *Incompatibilitas inducitur, quando quis duo Beneficia incompatibilia cum dispensatione obtinet, & tertium recipit etiam incompatibile, ita vt vacent omnia.*
10 *Incompatibilitas non inducitur, nisi secundum Beneficium obtineatur vero titulo.*
12 *Incompatibilitas, quæ inducit vacationem ipso iure, non seruatur, si quis sponte dimittat secundum, ad finem recuperandi primum.*
13 *Incompatibilitas non inducitur, quando duo Beneficia legitime sunt vnita perpetuo, vel commendata ad tempus, num.14. Vel quando vnum in potentia solum est curatum, num.15.*
16 *Incompatibilitatem inducit Episcopatus cum omni alio etiam simplici Beneficio, & Pensione. Et à quo tempore. Quod fallit in Episcopatu Titulari, num.17. Quid de Abbatia, num.18.*
19 *Incompatibilitatem quomodo inducat coadiutoria cum alio Beneficio. Et quid si statuto, vel consuetudine introductum sit, vt vnum obtinens Beneficium, aliud non possit habere, num.20.*
21 *Beneficio secundum incompatibile retinens cum primo, perdit etiam primum. Et quomodo.*
22 *Incompatibilitatem non inducunt Beneficia habentia curam iurisdictionalem.*

ANNOTATIO XVII.

§. I.

Ad Text. in cap. de multa, de prabend.

TRactant hic DD. materiam incompatibilitatis Beneficiorum, de qua etiam in *cap. quia nonnulli, de cler. non resident. & in cap. referente, & cap. præterea, de prabend. in cap. dudum 2. de elect. cap. 1. de consuetud. in 6.* loquente de incompatibilitate officiorum, *cap. cum singula, de præb. in 6. in Clement. 1. de supplen. negligent. Prælat. & Clement. 1. de offic. Vicar. & in Extrauag. execrabilis, de præb.* nouissimè in Concil. Trident. *sess.7. de reform. cap.4. & sess.24. de reform. cap. 17.* de eadem materia Dionys. Carthus. *in tract. de plur. Benefic.* copiosè Alph. de Hoied. *eod. tract.* Rebuff. *in prax. Benefic. part.1. tit. de dispens. ad plura Beneficia,* Cened. *ad decretal. coll.150.* Petr. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.1. quæst.73.* P. Valer. Reginal. *in prax. for. pænit. lib. 30. tract.30. cap.19. nu.275. cum seqq.* Ioan. Nicol. *de beneficiat.* Rosin. *de Benefic. cap.5. à num.18.* Gamb. *de offic. legat. lib.5. rubr. an Legatus possit plura Benefic. vni conferre,* Gonzal. *ad Regul. mens. glos.15. à num. 10.* Azor. *2. p. lib.6. cap.13. quæst.1.* Nicol. Garz. *de Benef. par.11. cap.5.* Canal. *decis. 17. ex num. 73. part. 2.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap.7. num.2. & 8.* Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.8. cap.3. num.14. & rubr.11. cap.14. num. 14.* Flam. *de resignat. lib.3. quæst. 1. num. 138. & lib. 5. quæst. 6. num. 115. cum seqq.* Zerol. *in prax. Episc. part. 2. verb. incompatibilia,* Card. Tusc. *tom. 1. lit. B. conclus. 61.* est materia communis, de qua apud omnes ferè Canonistas. Notabo hic aliqua practicabiliora. Primò de incompatibilitate Beneficiorum, Curatorum, & Personatuum, de quibus propriè loquitur hic *text.* Secundò de Beneficiorum simplicium. Tertiò de incompatibilitate ratione sub eodem tecto.

1 Quoad primum præmittendum est, incompatibilitatem inducere vacationem, nemo est, qui dubitet; & probatur expressè *in hoc cap. de multa,* & in citatis locis Concil. Trident. solum est differentia, quòd quædam incompatibilitas inducit vacationem ipso iure absque alia Iudicis sententia, & in hoc casu Beneficiatus tenetur statim dimittere Beneficium, & si retineat, non facit fructus suos; & quædam alia incompatibilitas non inducit vacationem ipso ire, sed per sententiam, & interim potest Beneficiatus facere fructus suos, donec aliter per sententiam non fuerit iudicatum, ita distinguit Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 14. num. 15.* & alij.

2 His præmissis, dicendum est, duo Beneficia Curata inducere incompatibilitatem primo modo; ita quod habens Beneficium Curatum, si aliud Curatum obtineat, ipso iure amittit primum, deciditur in hoc *text. in cap. cum singula, de præb. in 6.* & in Concil. Trident. *cit. loc.* & probatur ratione, quia electus ad curam animarum tenetur per se ipsum deseruire, non per Vicarium, cum videatur electa industria personæ; sed impossibile est vno, eodemque tempore in diuersis Ecclesijs residere, ergo, &c. ita Quarant. *in sum. Bull. verb. Beneficiorum resignatio,* in Addit. *vers. noua causa.*

Dicendum est secundò, inducere etiam incompatibilitatem primo modo duas dignitates, & personatus; ita, vt habens dignitatem, vel personatum, si aliam dignitatem, vel personatum obtineat, perdat primam ipso iure, per possessionem secundæ, vt obseruatur expressè *in hoc text. cap. de multa, & in Extrauag. execrabilis citat. cap.1.* vbi DD. *de consuet. in 6.* ibique damnatur apertè etiam consuetudo in contrarium, ita, vt non possit consuetudine introduci, vt quis possideat duas dignitates, vel personatus, & id probatur valida ratione; nam si permitteretur quem habere duas dignitates, vel personatus, si hoc esset in eadem Ecclesia, ipsa Ecclesia fraudaretur ministerio vnius Beneficiati, & cultus diuinus minueretur, contra *text. in cap. ex parte, de constit.* si verò esset in diuersis Ecclesijs, iste talis habens duas dignitates, vel personatus, vendicaret sibi stipendia plurimorum, contra *text. in cap. quia nonnulli, de cler. non resid.* & sequeretur inæqualitas, scilicet, quòd alius quidem esuriret, alius quidem ebrius esset. 3

Dicendum est tertiò, an duo Beneficia residentiam requirentia, etiam simplia, inducant incompatibilitatem, de qua supra; ita vt per assecutionem secundi vacet primum ipso iure. Hanc esse grauem quæstionem testatur Garz. *de Benefic. part.11. cap.5. num. 79.* & partem negatiuam amplexati sunt graues DD. nec non & Rot. *diuers. part.1. decis.484.* & alibi apud Garz. *n.80.* Verùm sententiam affirmatiuam, nempè Beneficia duo requirentia residentiam, etiam si simplicia sint, nec curata, aut dignitates, vel personatus, inducere incompatibilitatem primo modo, ita, vt per assecutionem secundi vacet primum ipso iure, tenent Hoieda *tract. de plural. Benefic. cap.9. num.5. & cap.11. in fin.* Ioan. Gutier. *cons.10. num.3. & 4.* Zech. *tract. de Benefic. & Pension. Eccles. cap.5. sub num.4.* & ante alios Nauar. *cons.17. de præbend.* sequitur Garz. *de Benefic. loc. cit. num. 83. & seqq.* vbi pluries refert decidisse Sacr. Congregat. post Gonzal. *in 8. Regul. Cancell. glos.15 num. 16.* qui etiam adducit alias declarationes Sacr. Congregat. pro hac opinione. 4

Verùm hæc opinio, quòd habens Beneficium simplex, & ad residentiam obligans, si secundum consequatur, vacet primum ipso iure, licet non sint Beneficia Curata, nec Dignitates, nec Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata, intelligitur quando dicta Beneficia requirunt præcisam, & simplicem residentiam; secus si residentia non est simplex, & præcisa, sed causatiua, respectu amissionis fructuum, vel non est perpetua, ita declarant Gonz. *loc. cit. num.19. vers. intellige tamen,* & Garz. *cit. loc. num.86.* qui testantur sic etiam declarasse Sacr. Congreg. 5

Hinc dicendum est, inducere incompatibilitatem eo modo, vt per assecutionem secundi vacet primum ipso iure, ad præscriptum Sacr. Concil. Trident. *sess.7. cap.4. de reformat.* Primò, duos Canonicatus, vel Canonicatus cum Parochiali, aut cum Portione, vt testantur declarasse Sacr. Congregat. Gonzal. & Garz. *cit. loc.* Secundò, duas Capellanias requirentes residentiam, vel Capellania cum Beneficio Curato, vel Canonicatu, aut Portione, siue cum quouis alio requirente residentiam, decisum in vna *Tolletana Capellaniæ die Veneris 15. Decembris 1591. coram Pamphilio,* & in alijs multis referunt Gonzal. & Garz. *cit. loc.* Tertiò, Portionem cum Archipresbyteratu habente curam iurisdictionalem, resolutum in vna *Conchen. Archipresbyteratus de Huete 17. Maij 1593. coram Penna,* refert Garz. *citat. loc. num. 89.* Obserua ad hæc, quòd Canonicatus inducit vacationem ipso iure, & incompatibilitatem primo modo, si concurrat cum Beneficio curato, vel alio habente præcisam residentiam; etiam si Canonicatus non requirat continuam residentiam ex statutis Ecclesiæ, 6

vel in eo possit deseruire Canonicus per substitutum, prout sensisse Dominos de Rota, testatur Garz. *cit. loc. num.* 90. *in fin.* Quartò, dignitas cum officio, vt in *cap.* 1. *de consuet. in* 6.

7 Obserua, quòd ad inducendam vacationem ipso iure primi Beneficij incompatibilis per assecutionem secundi, non requiritur sola collatio, vel acceptatio, sed requiritur pacifica possessio secundi Beneficij, vel quod per prouisum stet quominus possessionem consequatur, vt habetur ex *text.* nostro ibi, *Receperit*, optimè declarat Add. ad Quarant. *in sum. Bullar. verb. Beneficiorum resignatio, vers. nona causa*, sequitur Garz. *de Benefic. cit. loc. num.* 100. qui testatur pluries fuisse decisum, nec esse controuersium. Dixi, *pacifica possessio*, ex quo collige, quod possessio secundi Beneficij debet esse pacifica, non solum de facto, sed etiam de iure, idest non litigiosa, & sine controuersia, & molestia, etiam extraiudiciali; alias primum non vacaret, ita Hoieda *cit. loc. cap.* 13. *num.* 80. Mascard. *de probat. concl.* 183. *num.* 40. Paril. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 130. Seraph. *decis.* 997. Garz. *cit. loc. num.* 105. *& seqq.* vbi plures ad id adducit DD. & Rotæ decisiones. Hæc pacifica possessio debet esse solum ex parte secundi Beneficij, nam si primum sit litigiosum, per assecutionem secundi adhuc vacat primum, vt obseruat Hoieda *cit. loc.* & Less. *de iustit. & iur. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 141. & sequitur Garz. *cit. loc. num.* 107. *& seqq.* Quæ pacifica possessio secundi Beneficij ad inducendam vacationem primi, debet esse non solum possessio Beneficij, & tituli, seu exercitij curæ, vel officij, sed etiam debet esse bonorum, & fructuum Beneficij, vel saltem maioris partis eorum; nam si cum secundo Beneficio non possunt haberi fructus, vel pars maior eorum, quia ad alium pertinent, non vacat primum, ex *text. in cap. si tibi concesso, de præb. in* 6. vbi DD. communiter, & probat Garz. *d. loc. num.* 123. *& seqq.*

8 Aduerte, quòd ad inducendam hanc incompatibilitatem, ita, vt per assecutionem secundi, vacet primum Beneficium, primum, & secundum Beneficium debent esse perpetua, saltem aptitudine, vt sunt Beneficia manualia, seu ad nutum amouibilia, quæ cum dentur in titulum inducunt incompatibilitatem, quæ non inducitur per officia, seu dignitates, quæ dantur ad tempus; probatur clarè ex *text.* nostro, & per Garz. *cit. loc. n.* 181. qui testatur ita fuisse decisum per Rot. & DD. sic communiter sentire.

9 Notandum ex dictis, quòd sicut per consecutionem secundi vacat primum, vt supra, sic etiam si quis duo obtineat Beneficia incompatibilia, si tertium consequatur, vacant prima omnia, etiam si prima cum dispensatione Apostolica obtinear, quæ alias obtinere non potest, probatur in *Clement. si plures, de præb.* Nec *Clement.* aduersatur *cap. ordinarij, §. in conferendis, de offic. ordin. in* 6. ex cuius *text.* dispositione videtur dicendum, quod collatio tertij non valeat; si ergo non valet, non facit vacare prima Beneficia, quia adeptio Beneficij incompatibilis de facto inducit incompatibilitatem, sicut & iusta adeptio quando secundi Beneficij secuta est pacifica possessio, vt diximus supra, ita intelligit glos. *in verb. vacare, d. Clement.* vbi DD. communiter, & explicat Garz. *de benefic. cit. loc. num.* 170. *&* 171.

10 Aduertendum etiam induci incompatibilitatem supradicto modo inter Beneficia, ita, vt obtento secundo vacet primum ipso iure, quando obtinetur secundum verò titulo; nam si quis bona fide obtineat secundum Beneficium, credens iustè ad illud ius sibi quæsitum esse, quod re vera non est, non vacat primum, & poterit ad illud redire absque nouo titulo, relicto secundo, ita ex *text. cap. si beneficia, de præb. in* 6. tenet Nauar. *cons.* 31. *num.* 3. *de præb. in antiq.* & habetur apud Quarant. *in sum. Bullar. verb. Beneficiorum resignatio, vers. nona causa, circa princ.*

11 Diximus paulò superiùs, ad inducendam hanc incompatibilitatem secundi Beneficij cum primo, & priuationem ipso iure secundi, requiri non solum possessionem secundi Beneficij incompatibilis, sed etiam bonorum, & fructuum Beneficiorum, quod intellige non solum de possessione bonorum, sed etiam de perceptione fructuum, & administratione illorum, vel saltem maioris partis; & hoc de æquitate, ne Beneficiatus cogatur mendicare, vt declarat Addit. ad *decis.* Rot. 3. *de præb. in nouis, per text. in cit. cap. si tibi concesso, de præb. in* 6. vbi DD. omnes. Nec appellatione fructuum Canonicatus, ad hunc effectum veniunt stallum in Choro, & vox in Capitulum, cum hæc non valeant ad sustentandum Beneficiatum, docet Seraph. *decis.* 953. *num.* 2.

12 Obserua, quòd per assecutionem secundi Beneficij incompatibilis, vt supra, ita dicitur vacare primum Beneficium, vt nec etiam possit dimitti secundum, ad finem recuperandi primum, ad notata per Gemin. & Franc. *in cit. cap. si tibi*, quos refert Seraph. *cit. decis.* 953. *num.* 3.

13 Regula supra posita, quòd duo Beneficia Curata, vel alias incompatibilia non possint retineri, ita, vt statim habito secundo vacet primum, non procedit quando vnum Beneficium ab altero legitimè dependet, *cap. super eo*, vbi glos. & Franch. *de præb. in* 6. nam tunc possunt ambo retineri, & ratio est, quia non duo, sed vnum potest dici Beneficium, dum Beneficium vnitum amittat nomen Beneficij, & desinat esse per se, Cassad. *decis.* 13. *super Regul. Cancellar.* nec in Ecclesia annexa tenetur Beneficiatus residere, cum in ea possit per Vicarium deseruire, *cap. extirpanda, §. qui vero, de præb.* Add. ad Lap. *allegat.* 35. *in fin.*

Aduerte primò, quòd hæc procedunt in vnione perpetua; nam si vniretur Beneficium Curatum, vel incompatibile, ad aliud Curatum, vel incompatibile ad vitam Beneficiati, & non in perpetuum, vnio non esset valida, & Beneficia sic vnita essent incompatibilia, vt expressè cauetur in Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 4. *de reformat.* de qua materia Quintanad. *lib.* 1. *Eccles. cap.* 4. *num.* 12. *& cap.* 7. *num.* 6. *& lib.* 4. *temp.* 8. *num.* 46. Flam. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 49. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. glos.* 5. §. 7. *num.* 146. Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 219. vbi multa.

14 Aduerte secundò, quòd ea, quæ diximus posse Beneficium Curatum, vel alias incompatibile detineri quando vnum ab altero legitimè dependet, procedit etiam in Beneficio commendato, dummodo commenda sit ad tempus; nam aliàs si vnum Beneficium incompatibile alteri commendaretur in perpetuum, adhuc hæc commenda induceret incompatibilitatem, vt expressis verbis deducitur in *citat. loc.* Concil. Trident. in illis verbis, *Seu commenda perpetua*, de qua Hoieda *de incompatib. Benefic. part.* 1. *cap.* 14. *à num.* 16. Flamin. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 110. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. glos.* 5. §. 8. *à princip. & num.* 20. de August. ad Quarant. *in sum. Bullar. verb. Benefic. resignat. vers. nona causa, circa med.* ibi, *Secundo limita*, Azor. *instit. mor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. *quæst.* 11. *vers. verum dubia, & cap.* 13. *quæst.* 13. & licèt Ricc. *collect. decis.* 474. *circa med. part.* 3. adducens Sayr. teneat generaliter, regulam de incompatibilitate non procedere in Beneficio commendato, est tamen intelligendus de Commenda ad tempus, aliàs loqueretur contra expressam decisionem Trident. *cit. sess.* 7. *cap.* 4. *de reformat.* prohibentem Commendam perpetuam; Ecclesia verò Curata non potest commendari vltra sex menses, per *text. in cap. nemo deinceps, de elect. in* 6. Verùm Hoieda *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. defendit licitum esse etiam post Concil. Trident. habere duo Beneficia Curata, vnum in Titulum, & alterum in Commendam perpetuam, dummodo prouisio de Beneficio Curato in Commendam perpetuam simile habenti fiat à Papa, non ab Episcopo, ratione per eum adducta.

15 Detineri etiam possunt duo Beneficia Curata absque vitio incompatibilitatis, quando alterum esset habitu, & potentia curatum, & non actu, quia in hoc casu non habent locum leges disponentes de incompatibilitate, vt rationibus probat Abb. *in hoc cap. de multa sub num.* 24. Staphil. *de lit. grat. tit. de qualit. & stat. benef. num.* 20. hoc exemplificant DD. quando Parochi recesserunt à Parochia occasione pestis, vel timore hostilitatis, & desertam Parochiam reliquerunt, & tunc si Parochia, & Beneficium reducitur deinde ad actum curæ, renascit incompatibilitas, nec potest retineri cum alio incompatibili Beneficio, Add. ad Quarant. *citat. loc. vers. nona causa, circa fin.*

16 Episcopatus non solùm cum alio Episcopatu, vel

Bene-

Beneficio Curato, aut dignitate, vel personatu, siue quouis alio Beneficio residentiam requirente, est incompatibilis, sed cum quouis Beneficio simplici, ita vt per assecutionem Episcopatus vacent Beneficia alia etiam simplicia, *cap. cum in cunctis, §. 1. de elect.* Caputaq. *decis.400. & 401. part.2.* Lamber. *de iurepatr. 1. par. 2. lib. quæst.6. art.15. num. 9.* Hoieda *de incompatibil. benefic. 1. part. cap.4. num. 3.* Flam. *de resign. benefic. lib. 3. quæst. 1. num.16.* similiter vacant & Pensiones, Garz. *de benefic. part.11. cap.6. num.4.* & est commune. Quod controuertitur est, quo tempore dicantur vacare; de iure dicendum est, non vacare, nisi adepta possessione pacifica Episcopatus, & secuta consecratione, vel elapso trimestri dato ad capiendam consecrationem, probatur ex *cit.text. cap.cum in cunctis 1. §.* refert Garz. *cit. loc. num. 5.* qui *num. 12.* dicit quoad vacationem Beneficiorum attendi tantùm, an possessionem Episcopatus sit adeptus, vel per eum steterit, quin eam acceperit, nulla habita ratione trium mensium consecrationis, & secundum hanc opinionem decidisse Rot. apud eundem Garz. *num. 13.* sed intra dictum tempus trium mensium, vel post si habeat prorogationem, non dicitur quis in mora in capienda possessione, nec per ipsum stare, quin capiatur possessio, vt idem Garz. *num.14.*

17 Episcopatus tamen Titularis, vel existens in Terris infidelium non inducit incompatibilitatem cum alijs Beneficijs, & Pensionibus, ita vt per promotionem ad talem Episcopatum non vacent Pensiones, & Beneficia, vt diximus supra, ita Staph. *de lit.grat. tit. de qualit. & stat. benef. §. huiusmodi antem, num.15.* Hoieda *dict.tract. cap.4. num.16.* Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. num.9. & 89. & quæst.6. num. 49.* Ricc. *collect. decis. part. 3. collect.474.* immò collatio absque dispensatione facta Episcopo Titulari, vel qui Episcopatui renunciauit, omnino est valida, Garz. *cit.loc. num.45.* maximè de simplicibus Beneficijs; similiter valebit collatio Beneficij facta Episcopo electo ante confirmationem, licèt vacet tale Beneficium cum alijs post confirmationem, vt diximus supra, & docet Garz. *cit.loc. num.47.*

18 Incompatibile etiam dicitur quodcumque Beneficium cum Abbatia, ita vt per pacificam possessionem Abbatiæ, vel à tempore, quo per prouisum stetit, quominus adepta sit possessio Abbatiæ, vacant omnia alia Beneficia, sicut & de Episcopatu; dummodo Abbatia sit secularis habens in Ecclesia Collegiata generalem, & omnimodam, & quasi Episcopalem iurisdictionem, ita vt dici possit Pastor, Felin. *in cap. eam te, de rescript. num. 7.* Gig. *de pens. quæst.65.* Hoieda *de incompatibil. 1. part. cap.6. a num. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. à num. 95.* Tusc. *conclus.71. lit. B. num. 11. & 12.* Garz. *de benefic. 11. part. cap.7. per tot.*

19 Non inducit incompatibilitatem Coadiutoria cum alio Beneficio incompatibili cum illo, in quo est coadiutor, cùm non sit Beneficium, quod intellige, ad effectum, vt per eam vacet Beneficium prius obtentum; benè tamen inducit incompatibilitatem, ad effectum retentionis cum Beneficio residentiam personalem requirente, si coadiutus vult quod coadiutor resideat, & seruiat pro eo, vt debet; nisi fortè in coadiutoria caueatur, quod non teneatur dimittere obtentum, nisi eueniente successione coadiutoriæ; & per assecutionem Beneficij incompatibilis videtur cessare, & expirare coadiutoria prius obtenta, cum expiret futura successio, & ius ad Beneficium ex ea competens, *Clement. gratiosè, de rescript.* vbi DD. ita tenet Garz. *de benefic. cap. 5. p. 4. num.123.* contra Gonzal. & alios.

20 Vltimò dicitur incompatibile Beneficium etiam simplex, si statuto, vel in fundatione cautum sit, vt illud obtinens aliud habere non possit, *cap. gratia, de rescript. in 6.* vbi glos. & DD. vnde secundum recipiendo vacat primum, docet Rebuff. *de benefic. tit. de dispens. ratione ætatis, num.6.*

21 Obserua, quòd retinens primum Beneficium, quo priuatus est per assecutionem secundi incompatibilis, amittit ipsum primum, & secundum, prout apertis verbis dicit Concil. Trident. *sess. 7. cap. 4. de reformat.* ad quam pœnam priuationis incurrendam requiritur vt prouisus de secundo incompatibili retineat primum dolosè, seu malitiosè, saltem ex lata culpa, quod benè videntur denotare illa verba *text. Concil. Retinere præsumpserit, ex l. quod Nerua, ff. de posit.* docet Garz. *de benefic. part.11. cap.5. num.95. & seqq.* qui *num.97.* dicit rectè dari hanc dolosam, seu malitiosam retentionem sine monitione, aut litis contestatione contra alios, qui tenent, quod ad finem vt prouisus priuetur etiam secundo, requiritur monitio, vel quod saltem retineat vsque ad litis contestationem, cuius contrarium, nempè non requiri monitionem, aut litis contestationem, sed solum sufficere retentionem primi Beneficij, quod beneficiatus scit, vel scire debet vacasse per assecutionem secundi defendit, & verius Garz. *cit. loc. & n.99.* dicens contra Flor. de Mena sufficere ad incurrendam hanc pœnam conciliarem, solam retentionem de facto, sine perceptione fructuum, cum Concilium sit contentum sola retentione.

Hæc, quæ diximus de Beneficio Curato quoad incompatibilitatem, non habent locum in Beneficijs habentibus curam iurisdictionalem, quoad excommunicandum, absoluendum, visitando, & corrigendum; hæc enim Beneficia non inducunt incompatibilitatem, ita vt per adeptionem secundi vacet primum, dicit Rebuff. *in pract. 3. part. signat. vers. etiam situationis, num.5. fol. mihi 136.* & ita seruari per Rot. testatur Gonzal. *ad 8. Regul. Cancell. glos.6. num. 63.* & voluit in vna *Canchen. Archipresbyteratus 2. Ianuarij 1594. coram Penia*, & probatur etiam ratione; Cura enim propriè, & strictè dicitur illa, quæ est in Foro pœnitentiali, docet Abb. *in cap. dudum il 2. num.7. in 9. art. de elect. & in cap. aures, num.6. vers. tertio adde de rescript.* Rebuff. *in tit. de dispensat. rat. ætat. vers. etiam si curam habeant,* Mascard. *de probat. conclus.469. nu. 2. in fin.* Rot. *in vna Recanaten. Parochialis coram R. P. D. Cantuccio 20. Maij 1577.* at non omnis cura debet inducere incompatibilitatem, sed solum illa, quæ propriè, & strictè appellatur, prout semper verba in huiusmodi significatu sunt intelligenda, *l.1. §. fiis, qui nauem,* & ibi glos. *in verb. edicti, ff. de exercit. in rem act.* Bart. *in l. omnes populi, num.59. de instit. & iur.* ergo cum Beneficia habentia Curam iurisdictionalem sint impropriè, & largè Curata, non inducunt incompatibilitatem, nec comprehenduntur sub dispositione legum loquentium de incompatibilitate, ita argumentatur Grat. *discept. for. cap.133. à n.31.* 22

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesias plures nullus de iure tenebit. Explicatur qualiter.*
2 *Rationes plures assignantur.*
3 *Ad intelligentiam incompatibilitatis distinguuntur beneficia vniformia.*
4 *Difformium beneficiorum genera, & quæ incompatibilia.*
5 *Incompatibilitas beneficiorum residentialium, an impediat assequutionem, vel retentionem?*
6 *Obligatio dimittendi primum quando intret?*
7 *Per promotionem ad Episcopatum omnia beneficia vacant.*
8 *Rectores plures eiusdem Ecclesiæ an dentur?*
9 *Episcopi plures an dentur duarum Ecclesiarum vnitarum?*

Ecclesias plures nullus de iure tenebit, ita Hostiens. *in cap. dudum de elect.* 1

Regulariter sunt incompatibilia duo, vel plura Ecclesiastica beneficia curam animarum habentia, seu incompatibiles sunt duæ, pluresue Ecclesiæ, personatus, seu Dignitates apud vnum, ita post Hoied. Ventrigl.

Rationes prohibitionis concursus sunt. Nam si vnus duas, pluraque Ecclesias, aut plura curata beneficia haberet, vel neutri benè deseruiret, vel implicitus in seruitio vnius deficeret in seruitio alterius. 2

Præterea expedit, vt Ecclesia pluralitate, & varietate personarum illustretur.

Ad hæc turpissimum esset, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa, vt Diuus Gregor. *in c. singula dist.* 89.

Pariter quia ad similitudinem Sacramenti Matrimonij maritus non nisi vnam potest habere vxorem.

Insuper ne Clericus incidat in auaritiæ crimen. Sedes principalis materiæ est *text. in c. de nulla de præbend. c. licet de præbend. in* 6.

Res ista incompatibilitatis videtur primo aspectu innoluta, igitur vt æquiuocationes tollantur, distinguendi sunt plures casus.

3 Vbi tractatur de pluribus beneficijs vniformibus, quia nempè ambo sint eiusdem nominis, ac eiusdem ministerij, puta duæ Dignitates, vel duo Canonicatus eiusdem Ecclesiæ. Et omnes concordant, ad esse in compatibilitatem, *textus est in c. de multa de præbend.* Tondut. *q. benefic.* 27. *num.* 42. *part.* 1. Cæterùm hic casus recipit declarationes ab Ecclesiarum, & regionum consuetudine.

Si agitur de duobus beneficijs vniformibus eiusdem nominis, quæ tamen non sunt ordinatæ ad idem ministerium, neque simul concurrant ad efformandum vnum, & idem corpus, sed considerantur distinctè, puta duæ Capellaniæ ad diuersos fines cum diuersis oneribus in Capellis eiusdem Ecclesiæ erectæ. Et Nauar. *cons.* 16. *de præbend.* tenet non adesse incompatibilitatem, & sequitur Gonzal. *ad regul. Cancell. glos.* 10. *num.* 34. & Nauarrus tenet id vidisse practicatum.

4 Duo beneficia disformia diuersum nomen habentia, quorum vtrumque sit residentiale, ex residentia vera, & præcisa, vt sunt Dignitas, & Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata, seu Canonicatus, & portionaria ex illis, quæ hodie post Concilium Tridentinum veram, & præcisam residentiam exigunt, & annexam habent, & posita dicta qualitate præcisè residentiali certum est adesse incompatibilitatem, Gonzal. *d. glos.* 10. *num.* 42. *& glos.* 15. *num.* 17. & talis est inconcussa praxis Datariæ, quòd scilicet in eadem Ecclesia non obtinentur Dignitas, & Canonicatus, & Beneficiatus, seu portionaria, nisi ex legitima consuetudine, vel ex dispensatione Apostolica.

Quando beneficia sunt disformia tam in nomine, quàm in instituto, quorum vnum sit verè, & præcisè residentiale, alterum verò nullam habeat residentiam, siue istam causatiuam, & propriè contingit in Canonicatu Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ac in Cappellania in eadem Ecclesia erecta. Et tunc quamuis Hoieda *part.* 1. *quæst.* 20. *num.* 25. auctoritate Madof. indistinctæ teneat pro incompatibilitate ob dictam circumstantiam, quod sufficit consistentia sub eodem tecto. Contrarium tamen est verius, vt reprobato nominatim Hoieda defendit Gonzal. *ex num.* 35. Merlin. *decis.* 825. *& in decis.* 489. *part.* 2. *recent.* agebatur in specie de Canonicatu, & Capellania habente quoddam onus seruitij inducentis residentiam causatiuam, Card. de Luca *de benefic. disc.* 57. *num.* 5. *& seqq.*

Præcisè residentialia de sui natura sunt beneficia principaliter curata, Dignitates, & Canonicatus in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, ac etiam hodie ex Concilio Tridentino in eisdem Cathedralibus, vel Collegiatis sunt illa beneficia, quæ sub nomine beneficiatorum, & Clericorum, vt est in Basilicis Vrbis, aut sub nomine Portionariorum, vt est in Ecclesijs Hispaniarum, siue sub nomine Hebdomadiorum, vel Mansionariorum, aut Consortialium, seu Capellanorum, vt est in plerisque Ecclesijs Italiæ sunt principaliter seruitoria, idest principaliter destinata ad seruitium Ecclesiæ in quodam præfinito inuariabili numero constitutiuo Collegij verè, vel abusiuè, vt de Collegio Hebdomadiorum Cathedralis Neapolis habetur *decis.* 99. *part.* 10. *recent.* & de Collegio Consortialium Ecclesiæ Cathedralis Parmæ, Card. de Luca *de præemin. disc.* 21. & de Portionario Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Card. de Luca *de benefic. disc.* 58. *num.* 3. & de beneficiatis S. Petri prætendentibus habere vocem in Capitulo, seu constituere Capitulum, vt apud Canaler. *dec.* 57.

Reliqua omnia Beneficia, vel Cappellaniæ ex communi recepta consuetudine annexam non habent residentiam veram, & præcisam, nisi ex lege fundationis, vel ex particulari consuetudine aliàs esset statutum, quamuis haberet onus nedum Missarum, seu alicuius seruitij personalem interessentiam exigentis. Quoniam ista dicitur residentia impropria, seu causatiua inducens amissionem fructuum, seu emolumentorum, non autem propria, & præcisa, cuius qualitas non præsumitur, Rota *decis.* 182. *part.* 8. *recent.* vbi in specie de onere canendi Litanias, ac assistendi aliquibus horis in Choro.

Incompatibilitas duorum residentialium impedit eorum retentionem, non autem assequutionem secundi per quam ipso iure vocat primum, & etiam vacat secundum per speciem pœnæ, quando per tempus notabile, scilicet ex Datariæ stylo vltra duos menses à die pacificæ possessionis beneficiatus temere, & absque iusta excusatione vtrumque retinet cum perceptione fructuum, Card. de Luca *de benefic. disc.* 59. *num.* 2. 5

In actualibus Collegiatis Dignitates, & Canonicatus sunt residentiales, vt probat, & declarasse Sacram Congregationem refert Card. de Luca *de benefic. discurs.* 60. *num.* 3. Nec attenditur cortex, vel formalitas verborum, nisi adsit Collegialitas, vel Cathedralitas Ecclesiæ, vt idem de Luca *disc.* 59.

Incompatibilitas alia est quoad retentionem, secundo altera quoad assequutionem. Prima enim non prohibet adeptionem, sed retentionem. Nec tenetur quis dimittere primum donec lis pendeat super assequutione secundi. Secunda secus Bichius *decis.* 190. *num.* 14. Incompatibilitas etiam respectu acquisitionis resultat, quando lex fundationis obstat. Aliter ex dispositione iuris Bichius *decis.* 313. *num.* 12. *& seq.*

Obligatio dimittendi primam non intrat, nisi à die adeptæ pacificæ possessionis secundi, de quo certus, ac tutus sit, adeo vt etiam extraiudiciales molestiæ, & iactationes sufficiant, Seraph. *decis.* 1254. ex quo non tenetur quis exponere se periculo carendi vtroque, & litem cum prouiso de primo dimisso suscipere cogatur, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 59. *num.* 2. 6

Dimittet quis primùm in manibus Pontificis, Barbos. *alleg.* 77. Per prouisum de secundo si tamen staret, quominus adipiscatur possessionem per duos menses, eo quia prouisus culposè non caret expeditis iam litteris obtento mandato de immittendo pro executione earum, Buratt. *decis.* 175. Card. de Luca *de benefic. discur.* 56. *per tot.*

Primum beneficium an vacet ipso iure adepta pacifica possessione primi, vel post duos menses adeptæ possessionis? A moderno tempore non expectato termino duorum mensium Dataria confert primum, & collatio primi retrotrahitur ad diem adeptæ possessionis secundi, ita Card. de Luca *vbi supr. discurs.* 54. *num.* 9. *& per tot.* vbi quod si de primo prouisus excitaret litem pro manutentione in possessione illius, hæc lis non suffragaretur prouiso de secundo, vt non teneatur dimittere primum.

Beneficia quæcunque vacant, vt incompatibilia per promotionem ad Episcopatum non data dispensatione, Buratt. *decis.* 464. vbi Add. *num.* 10. *& decis.* 473. *num.* 1. vbi etiam quod vacant pensiones. Aliter in Episcopatibus titularibus in partibus infidelium, & necessaria non est dispensatio, de Luca *vbi supr. discurs.* 4. 7

Plures Rectores eiusdem Ecclesiæ non dantur, ne detur monstrum plurium capitum in vno corpore, seu ne dentur plures viri in vna muliere, attamen non implicat, vt formalis, seu intellectualis vnica persona Rectoris resideat in pluribus personis materialibus, quæ tanquam per speciem Collegij efforment vnicum corpus repræsentatiuum Rectoris, est consequenter quod omnia beneficia dicantur principaliter, Garz. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 298. *& in add. ad cap.* 2. *num.* 191. 8

Prout in simili vnica Ecclesia Cathedralis, & indiuidua non apta habere, nisi vnum sponsum, ipsa nihilominus repræsentari potest per plures Ecclesias materiales coæquali iure concurrentes ad vnam Cathedralem efformandam, Card. de Luca *de præemin. discurs.* 2. *num.* 4.

Siue quod vnica etiam materialis habere possit etiam vnicum sponsum, cuius formalem personam repræsentare possunt duo Episcopi, vel Rectores citra monstrum

ob

ob respectuum diuersitatem, quia nempè vnus sit pro ritu latino, alter pro græco.

9 Eodem modo, quo in casu conuerso dari non potest vir, qui habeat duas vxores, & tamen passim habemus vnum Episcopum duarum Cathedralium principaliter vnitarum, vt de Luca *lib. de paroch. discurs.* 14. *num.* 7.

Beneficium curatum actu retineri potest cum curato habitu, si tamen habitus veniat ad actum, beneficiatus infra spatium sex mensium debet dimittere vnum ex præfatis, Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 17. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 3.

Vtrum in impetratione Dignitatis debeat fieri mentio curæ? Quoties cura est annexa, & est penes Capitulum, nego.

Quid si prima dignitas sit curata, an sit necessaria expressio qualitatis, videndus Card. de Luca *de benefic. discurs.* 55. *per tot.*

Si quis possit in Canonicatu, & Parochiali deseruire hęc beneficia non censentur incompatibilia, Riccius *part.* 1. *prax. resol.* 343. Alia scripsi in Gratian. *discept.* 133. *à num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *INcompatibilitas Beneficiorum simplicium non inducit vacationem ipso iure, sed per sententiam.*

2 *Incompatibilitas non inducit Curatum cum simplici, etiam requirente temporalem residentiam.*

3 *Incompatibilitatem inducunt duo Beneficia simplicia, quorum vnum sufficit ad sustentationem; vnde Episcopus, vel alius Ordinarius collator potest secundum conferre Beneficium sufficiens, dummodo dimittatur primum, num.* 4.

5 *Incompatibilitatem non inducunt duo Beneficia simplicia, quando vnum non sufficit ad sustentationem. Secus si sufficiat, num.* 6.

7 *Incompatibilitas, quæ oritur ex retentione secundi Beneficij, quando primum sufficiebat ad sustentationem, inducit vacationem ipso iure.*

8 *Incompatibilitatem non inducit secundum Beneficium simplex, quod vnitum cum primo excedit sufficientiam congruæ sustentationis.*

9 *Incompatibilia non sunt duo Beneficia simplicia insufficientia. Quod non procedit cum dispensato ad obtinendum Beneficia cum clausula*, dummodo plura simul non sint.

10 *Incompatibilia an sint tria Beneficia simplicia insufficientia. Quid de pijs legatis. Et quid si Beneficium insuficiens augeatur redditibus. Quid de pensionibus, num.* 11.

12 *Incompatibilia non sunt plura Beneficia simplicia, quando conferuntur à Papa.*

13 *Beneficium sufficiens ad congruam sustentationem, quando dicatur in terminis incompatibilitatis, num.* 13. *&* 14. *Ad quod non est habenda ratio patrimonij, num.* 15. *Et an sint computandi fructus incerti, & distributiones, num.* 16.

ANNOTATIO XVII.

§. II.

DIximus §. *præced.* de incompatibilitate Beneficiorum Curatorum, Dignitatum, & Personatuum, ac aliorum præcisam residentiam requirentium; proposuimus in principio huius Annotationis dicere secundo loco de incompatibilitate, seu compatibilitate Beneficiorum simplicium; ad quod aduertendum, quòd hic non loquimur de Beneficijs simplicibus, quæ personalem, & præcisam residentiam requirunt, vt Canonicatus, & similia; de his enim diximus supra cum Garz. & alijs, notauimus illa inducere incompatibilitatem, ita, vt per adeptionem secundi, ipso iure vacet primum, iuxta dispositionem huius *text. cap. de multa*, & Sac. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 4. *de ref.* prout Sac. Congreg. eiusd. Concilij declarauit, & Rota *in vna Salmantina dimidiæ portionis* 11. *Decembris* 1585. *coram Orano*. Loquimur tamen hic de Beneficijs simplicibus omnibus non Curatis, nec requirentibus præcisam, & expressam residentiam, nec de Dignitatibus, & Personatibus, & sub istis Beneficijs simplicibus comprehendimus etiam habentia residentiam ad tempus, & causatiuè, quando videlicet non residendo priuatur Beneficiatus fructibus, non titulo; hæc enim Beneficia simplicia non inducunt incompatibilitatem, ita vt vacet primum per assecutionem secundi, poterit tamen prouisus priuari per Ordinarium, & ita procedit dispositio Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 17. *de refor.* prout concludit Nauar. *cons.* 4. *num.* 1. *de cler. non resident. & cons.* 10. *num.* 13. *de præb.* & ita practicari communiter testatur Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. de altern. glos.* 15. *in princ. num.* 26. *& est decis. Rot. per Cardin. Seraph. Calaguritana Beneficij* 25. *Octobris* 1577. & voluit Anch. *cons.* 17. *num.* 2. latè Capra *Regul.* 90. *num.* 102. *vsque ad* 113. Imol. & alij *in cap. fin. de cleric. non resid.* Gutier. *cons.* 10. *num.* 3. Campanill. *in diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 14. *num.* 15. nouissimè declarat Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. §. 3. *in princ.* 1

Obserua primò, quòd in hoc casu non inducunt incompatibilitatem Beneficium Curatum, & simplex non requirens actualem, & præcisam residentiam, licèt tale Beneficium simplex obliget ad temporalem residentiam, & certis diebus, si Beneficiatus potest vtriusque onus adimplere, docet Garz. *cit. loc.* ex Imol. Capra, Hoieda, Rota *diuers. decis.* 483. *num.* 3. *part.* 1. apud eum, quod intellige, dummodo vnum non sufficiat ad congruam sustentationem, vt dicemus infra, & obseruat Hoieda 2. *part. cap.* 1. *&* 2. Rodriq. *in sum.* 1. *tom. cap.* 31. *num.* 2. & constat ex Concil. Trident. *citat. sess.* 24. *cap.* 17. *de refor.* 2

Obserua secundò, duo Beneficia quantumuis simplicia, si vnum ad sustentationem congruam Beneficiati sufficiat, non possunt simul retineri, & inducunt incompatibilitatem, per expressam decisionem *text. Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 17. *de refor.* in illis verbis statuit, vt in posterum vnum tantùm Beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quam collationem communiter intelligunt DD. cum effectu, & ad finem retentionis, ita, vt possit per Ordinarium conferri secundum Beneficium, habenti aliud sufficiens ad congruam sustentationem, non dimisso primo, quamuis per assecutionem secundi vacet primum ipso iure, ex *d. cap. Conc. Trident.* 17. & declarat Garz. *de benefic. cit. loc. num.* 283. contra Gonzal. & decidisse Sacr. Congreg. eiusd. Concil. super illis verbis, *Singulis conferantur*, in hunc modum, *Id intelligitur cum effectu, vt vnum possit retinere, quia Ordinarius potest instituere præsentatum, vel conferre aliud Beneficium incompatibile, vel ratione residentiæ, vel ratione sufficientiæ, dummodo habita possessione pacifica secundi Beneficij, dimittatur primum.* Hæc sunt verba declarationis, cui & aliam similem refert Garz. *cit. loc. vers. alia etiam.* 3

Ex quibus colligit Garz. *cit. loc.* quòd non solùm Episcopus, sed quilibet alius habens ordinariam auctoritatem conferendi, immo etiam Vicarius habens specialem facultatem conferendi, potest conferre secundum Beneficium etiam sufficiens ad sustentationem habenti aliud, dummodo dimittatur primum, quicquid sit de conferente auctoritate non ordinaria, sed delegata, vt per Garz. *cit. loc. num.* 284. Similiter Patronus Clericus, siue Laicus poterit præsentare habentem aliud Beneficium, refert idem Garz. *num.* 286. contra Pauin. *de offic. & potest. Cap. Sed. vac. quæst.* 5. *part.* 2. *num.* 3. 4

Obserua tertiò, duo Beneficia simplicia non sufficientia ad sustentationem non inducere incompatibilitatem, quando vnum eorum non sufficit ad sustentationem prædictam, licèt vnitim sufficiant, ita, vt non solùm possit per Ordinarium licitè conferri secundum, habenti primum insufficiens, sed etiam prouisus potest tutè illa retinere, nec vacat, nec dimittere tenetur primum, est commune, & probatur ex Concil. Trident. *cit. loc.* ex illis verbis, *Quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirant, eidem conferri.* Hæc Concil. 5

è con-

è contra verò habens Beneficium simplex sufficiens ad commodam sustentationem, si aliud consequatur, est incompatibile cum primo, & peccat mortaliter retinens, tenet glos. *in cap. dudum de elect. verb. intitulatam*, *&* *verb. retinere*, Hoied. *de incompatibil. part. 1. cap. 19. num. 1.* Flam. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 138. & lib. 5. quæst. 6. num. 115. cum seqq.* Zerol. *in prax. Episcop. p. 2. verb. incompatibilia §. 2.* Tusc. *tom. 1. lit. B. conclus. 61.* Nauar. *cons. 1. num. 39. tit. de constit.*

6 Obserua quartò, quòd de iure communi, & ante Concil. Trident. erat in quæstione, an quis poterat habere plura Beneficia simplicia, quorum vnum sufficiens erat ad congruam sustentationem, vt videre est apud DD. *in cap. dudum de elect. il 2.* Verùm post Conc. Trid. *cit. cap. 17.* est absolutum non posse, immò communem obseruantiam, & consuetudinem in contrarium non valere, tenet Garz. *cit. loc. num. 270. & 279. qui num. 280.* dicit, dispositionem prædicti *text.* Conc. Trid. procedere etiam in Beneficijs de Iurepatronatus.

7 Obserua quintò, quòd si habens Beneficium sufficiens, aliud obtineat, & retineat Beneficium etiam non sufficiens per assecutionem, & retentionem secundi vacat primum, & secundum ipso iure, & probatur clarè, nam recipere, & retinere duo Beneficia incompatibilia inducit vacationem ipso iure, ita habetur in *d. cap. 4. sess. 7. de refor.* Conc. Trid. vbi priuatur retinentes plura Beneficia incompatibilia ipso iure ipsis Beneficijs; sed retinens dicto modo Beneficium sufficiens cum alio deinde obtento, retinet Beneficia incompatibilia, cum Concil. Trid. *sess. 24. cap. 17. de reform.* probibeat tanquam incompatibile baberi Beneficium vltra sufficiens ad congruam sustentationem, ergo, &c. & in simili tenet Garz. *de benef. cit. loc. cap. 300.* qui solùm vacare primum tenet in prædicto casu. Et *num. 302.* defendit in casu, in quo quis haberet Beneficium non sufficiens, & obtineret secundum sufficiens, tunc priuaretur primo, cùm mens Concil. sit, ne quis habeat plura Beneficia, quorum alterum est sufficiens de per se ad congruam sustentationem.

8 Quæritur, an habenti Beneficium simplex insufficiens possit conferri secundum, quod vnitum cum primo excedat sufficientiam congruæ sustentationis, sed de per se separatum non sufficiat ad congruam sustentationem. Resp. posse conferre, & retineri hæc duo Beneficia, quia in eo, quod excedunt congruam sustentationem, non possunt minui, cùm prohibitum sit conferre Beneficia diminuta, in toto titulo, vt Beneficia sine diminutione conferantur.

9 Episcopus potest licitè conferre secundum Beneficium, quando primum non sufficit ad sustentationem, & prouisus potest illud acceptare, & retinere absque dispensatione, quia id est permissum per Concil. Trident. *cit. cap. 17.* & si conferat habenti dispensationem obtinendi beneficia ratione suæ inhabilitatis, cum clausula, *dummodo plura simul non sint*, collatio non valet, esto quod illud vnum ad congruam sustentationem non sufficiat, ita adducitur apud eundem *text. Conc. Trid.* declarasse *Sac. Congr. Iuly 1595.*

10 Dubitatur, an habens duo Beneficia insufficientia possit obtinere tertium, vel quartum vsque ad sufficientiam absque dispensatione?

Resp. in hac quæstione etiam in terminis *Concil. Trident. d. cap. 17.* DD. diuisi sunt hinc inde, sed verior sententia, ac roborata pluribus declarationibus *Sacræ Congreg.* & illa, quam seruat Praxis est, vt obtinens duo Beneficia simplicia, quæ ad congruam sustentationem non sufficiunt saltem quoad effectum retentionis, non possit habere tertium etiam insufficiens absque dispensatione Apostolica, ita refert, & sequitur Garz. *de benefic. cit. loc. num. 307 & seqq.* Vnde quotidie in praxi experimur, quod Episcopi conferunt tertium, & quartum Beneficium insufficiens, sed obtinens statim impetrat dispensationem Pontificiam, sine qua dispensatione Episcopus ipse non permittit deinde retentionem. Hæc non procedunt in Capellanijs, seu pijs legatis modici valoris duorum, vel trium aureorum cum onere Missarum, etiam si conferantur in titulum, quia illa etiam si excedant duo, vel tria, retineri possunt absque dispensatione Apostolica, ita refert declarasse *Sacr. Congreg.* Garz. *cit. loc. num. 318.* immò, quod plus est, tenuitas etiam in Curatis excusat ab incompatibilitate, secundum opinionem Grat. *decis. 155. num. 12.* Verùm si aliquod ex Beneficijs insufficientibus tractu temporis, auctis introitibus, contingat fieri sufficiens, tenetur prouisus dimittere alia, docet Hoieda *cit. tract. 1. part. cap. 13. num. 13.* & si omnia fierent sufficientia, idest vnumquodque de per se, tunc prouisus vno retento ad eius electionem, siue optionem, alia dimittet, Garz. *cit. loc. num. 312.*

Pensiones etiam plures non faciunt incompatibilita- 11
tem cum Beneficijs, quia licèt hodie Pensiones succedant loco Beneficij, vt dicit Garz. *1. part. cap. 5.* tamen non sunt tituli Beneficiales, vt ibidem probat Garz. & Concil. in supracitatis locis loquens de incompatibilitate videtur se referre ad titulos Beneficiales in illis verbis, *Quando vnus plurium officia occupat Clericorum*, & in alijs, *neminem oportere in duabus Ecclesijs conscribi, &c.* hanc opinionem tenuerunt Duen. *reg. 71. limit. 5.* Hoieda *2. part. cap. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. num. 14.* Azor. *2. part. lib. 8. cap. 10. quæst. 8. & cap. 12. quæst. 6.* Garz. *cit. tract. part. 11. cap. 5. §. 3. num. 314.* Verùm Rebuff. *in prax. tit. de dispens. ration. ætat. vers. etiam si sunt sub eodem tecto*, tenet Pensionem cum Beneficio, aut duas Pensiones non posse absque dispensatione Apostolica retineri sub eodem tecto, quia inducunt incompatibilitatem, quam opinionem Rebuff. Garz. *cit. loc. num. 317.* confirmat stylo Curiæ.

Obtinens à Papa plura Beneficia incompatibilia sim- 12
plicia, potest ea licitè retinere absque speciali dispensatione, quia sufficit ad hunc effectum sola collatio Papæ, vt super *d. cap. 17. Conc. Trident.* fuisse declaratum per Sacr. Congreg. refert Garz. *cit. loc. num. 327.* sub his verbis, *Quidam obtinuit duo Beneficia incompatibilia à Summo Pontifice, & illa in literis expressit, sed non fuit dispensatum: respondit Congregatio teneri posse, nisi essent duæ Parochiales ante Concilium obtentæ.*

Obserua ex Trident. *cit. loc.* quòd habens vnum Be- 13
neficium simplex, quod ad vitam Beneficiati honestè sustentandam non sufficit, potest aliud Beneficium sufficiens obtinere, in quo casu dubitari solet, cuius valoris debeat esse Beneficium, adhoc vt dicatur sufficere ad honestam sustentationem, de quo vide Gomez. *de expect. num. 107.* Nauar. *de orat. Miscell. 62.* Prosp. de August. Add. ad Quarant. *in sum. Bull. verb. Beneficiorum resignationes, causa 8.* Menoch. *de arbitr. cas. 216.* Hoieda *part. 1. cap. 19. à num. 12.* Flamin. *de resign. lib. 5. quæst. 6. num. 131. & seqq.* Zerol. *in verb. Beneficium, §. 7. concl. 8. princ.* Gonzal. *ad Regul. 8. Cancell. glos. 15. num. 39.* nouissimè plena manu Carol. Marant. meritiss. Episcopus Iuuenacen. *1. part.* suarum doctissimarum *controuer. iur. resp. 18. à num. 19.* ex quibus illa deducitur verior sententia, remitti Iudicis arbitrio, quod dicatur Beneficium ad honestam Beneficiati sustentationem sufficiens; & quia idem Beneficium potest esse quoad valorem magnum respectu vnius, & paruum respectu alterius, vt refert Prosp. de August. ad Quarant. *cit. loc.* ideò Iudex debet considerare qualitatem personæ, loci, & temporis, vt benè aduertunt Paris. & Hoied. *cit. loc.* considerandum est etiam, quod Concil. requirit, vt Beneficium sufficiat ad honestam sustentationem, vt patet expressè ex illis verbis: *Quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens conferri*, quibus verbis non obstantibus, adhuc Prosp. de August. *cit. loc.* tenet, Beneficium in hoc casu debere esse illius valoris, vt ad commodè, & decenter videntur sufficiat, quod differt ab eo, quod dicitur, vt sufficiat ad honestè viuendum, cum in hoc casu sufficiat ad honestè viuendum alicui, quod sufficit ad viuendum; ita, vt non cogatur mendicare, docet ipse de August. *cit. loco.*

Sed melius dicendum est cum Marant. *cit. loc. num. 19.* 13
illud dici sufficiens Beneficium, ex quibus fructibus Beneficiatus potest se, & familiam suam sustentare, victum parare, & hospites recipere, ac iura Episcopalia soluere; sub nomine victus, intelligit quicquid ad honestè sustentandum se, & familiam necesse habet, vt sunt cibus, vestitus, habitatio, lectus, famuli, & necessa-

ria

ria omnia ad repellendos, siue curandos morbos, ex *l. verbo victus*, vbi glos. & DD. *ff. de verb. signific.* & diximus, cum de alimentis præstandis spurijs; tractauimus; è contra verò insufficiens ad sustentationem dicitur Beneficium, cuius fructus non sufficiunt ad victum parandum Clerico, & suæ familiæ, ac ad satisfaciendum iuribus Episcopalibus, & alijs oneribus ipsius Beneficij; quod si sufficiant ad congruam sustentationem Beneficiati, non tamen ad solutionem iurium Episcopalium, & onerum, vel è contra, adhuc Beneficium dicitur insufficiens, ex *cap. sicut*, *de supplend. neglig. Prælat. & cap. 1. de præben. in 6.* ita Marant. post multos per eum adductos *cit. loc.*

14 In hac materia tenent alij, Beneficium, cuius redditus non excedunt summam ducentorum coronatorum, dici insufficiens; coronatum idem valet, quod florenum auri, florenum verò auri pro ducato de Camera accipitur, vt sensere Staphil. Zerol. Menoch. & alij apud Marant. *cit. loc. num.* 25. ad quod auertendum, quòd summa ducentorum ducatorum de Camera ascendit, & excedit summam ducatorum tercentum nostri Regni, quæ summa regulariter pro omnibus non videtur pauci redditus, patet ad sensum; nam videmus Clericos viuere lautè cum hac summa in aliquibus locis; credo intelligendos esse hæc asserentes in terminis, in quibus loquitur Menoch. *de arbitr. cas.* 216. *num.* 11. Beneficia, quorum fructus non excedunt summam ducentum florenorum, esse parua, & minora inspecta persona Cardinalis; proinde concludendum est, vt supra statuimus, totum hoc remitti Iudicis arbitrio cum Nauar. *de reddit. Eccles. quæst.* 2. *monit.* 18. Card. Tusc. *tom.* 6. *lit. P. conclus.* 160. *num.* 2. Marant. *cit. loc. num.* 28. & alijs supra adductis.

15 Ad quod obserua, quòd ad dijudicandum, an Beneficium sit sufficiens, non est habenda ratio patrimonij etiam opulenti Beneficiati, cum possit Clericus conseruare patrimonium, eiusque fructus, & impendere ad proprios vsus redditus Beneficij, secundum communem opinionem DD. de qua Innoc. & Abb. *in cap. Episcopus*, *de præbend.* Felin. *in cap. postulasti*, *de rescript.* Couar. *in cap.* 1. *num.* 2. *de test.* Nauar. *in apolog. lib. de reddit. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 30. hanc sententiam tenet Hoieda *dict. tract. cap.* 19. *num.* 45. & sequitur Prosp. de Aug. ad Quarant. *verb. beneficiorum resignatio vers. octaua causa in princ. finis.*

16 Ad effectum iudicandi, an Beneficium sit sufficiens, ad finem cognoscendi compatibilitatem, vel incompatibilitatem, sunt computandi omnes fructus certi, & in Canonicatibus est computanda massa grandis, ac distributiones quotidianæ certæ, quæ solum residentibus dantur, secundum veriorem opinionem Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. §. 3. *num.* 321. contra Caputaq. *decis.* 63. *num.* 3. *part.* 1. & Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 131. licet ad alium effectum distributiones quotidianæ non computentur in fructus, ad latè tradita per Marant. *citat. respons.* 18. *num.* 51.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia simplicia an possint vni conferri, si vnum ad sustentationem sufficiat?*

2 *Decretum S.C. Trid. sess. 24. cap. 17. an sit vsu receptum.*

3 *Quid si quis pensionibus substentari posset?*

1 Clericus an absque dispensatione possit retinere plura beneficia simplicia? S.C. Tridentinum *sess.* 24. *de reform. cap.* 17. vt in posterum vnum tantùm beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod si non sufficiat ad honestam substentationem, liceat aliud simplex dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, beneuerùm si duo non sufficiant posse alia conferri, tenent Viuian. Barbos. & alij, quos refert Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. & 4. Nec requiri expressam derogationem Concilij, ita Antonell. *d. num.* 4.

Immo illud decretum Concilij non esse vsu receptum dicit Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 323. & consuetudinem hanc generalem Papam scire, & tolerare, ait Ferrett. *cons.* 255. *num.* 3. relatus per Antonell. *num.* 4. 2

Pensiones non computantur inter beneficia, ita vt si quis possit pensionibus substentari, non inducitur incompatibilitas ex eis, Ricc. *in prax. for. Eccles. part.* 1. *resol.* 272. post alios Antonell. *vbi sup. num.* 7. 3

SVMMARIVM.

1 *Incompatibilia sunt duo Beneficia sub eodem tecto vniformia, ita, vt vacet primum per assecutionem secundi ipso iure.*

2 *Beneficia quando dicantur sub eodem tecto. Et quando vniformia, num. 3. Et an requiratur qualitas vniformitatis, num. 4. Et quomodo dicantur incompatibilia, num. 5. Et quid quando sunt sub eadem Ecclesia, sed sub diuersis Capellis, num. 6.*

7 *Patronus an possit facere, vt quis possit retinere duo Beneficia de Iure patronatus sub eodem tecto.*

8 *Incompatibile an sit Beneficium simplex cum Capellania, cui est annexum aliud simplex Beneficium sub eodem tecto.*

9 *Beneficia tria sub eodem, vel diuerso tecto an possint teneri ex consuetudine.*

10 *Incompatibilitatem an faciat pensio sub eodem tecto.*

ANNOTATIO XVII.

§. III.

Ad illa verba huius *text. cap. de multa*, *in fin.* idest, *Addentes, vt in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum*, annotandum est cum communi DD. duo Beneficia non solum Curata, sed etiam simplicia esse incompatibilia sub eodem tecto, habetur etiam ex *cap. literas, de concess. præb. & cap. 1. de consuet. in 6. & Clement. fin. de præb.* vbi DD. de hac materia tractant Nauar. *cons.* 22. 23. & 24. *de præb. in nouis*, Franc. *in d. cap. 1. de consuetud. in 6.* Staph. *de lit. grat. fol.* 12. Rebuff. *in prax. tit. de disp. rat. ætat. verb. incompatibilia*, latè Hoieda *de incompatibilit. benefic. part.* 2. *cap.* 20. Quintil. Mandos. *tract. de signat. grat. tit. de dispens. ad benefic. sub eodem tecto*, Gom. *in tract. de expect.* Gonz. *in regul.* 8. *Cancell. glos.* 10. *à num.* 32. Paris. *de resign. benefic. lib.* 3. *quæst.* 1. *à num.* 121. Prosp. de August. ad Quarant. *in sum. Bull. verb. beneficiorum resignatio 9. causa*, Azor. 2. *part. lib.* 6. *cap.* 11. *quæst.* 1. & 3. & *cap.* 13. *q.* 6. & *lib.* 7. *cap.* 16. *quæst.* 10. Tusc. *conclus.* 64. & 66. *lit. B.* Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5. §. 2. *à num.* 182. & alij. Ad quam incompatibilitatem duo communiter requisita desiderantur, idest, vt duo Beneficia sint sub eodem tecto, ac sint vniformia, quibus concurrentibus, induci incompatibilitatem asserunt; ita, vt per assecutionem secundi vacet primum ipso iure. 1

Nota primò, Beneficia dici sub eodem tecto, quando sunt intra eandem Ecclesiam, eiusque circuitum, & intra eosdem parietes, & muros, vt declarat Hoieda *cit. loc. num.* 27. Prosp. de August. Gonzal. & alij, de quibus supra. Similiter Beneficium situm in Capella, Claustro, Cæmeterio, seu ambitu Ecclesiæ, dicitur sub eodem tecto cum alio Beneficio sito in Ecclesia, quando prædicta loca sunt contigua ipsi Ecclesiæ, cùm tunc censeantur partes Ecclesiæ; vnde polluta, seu interdicta Ecclesia, dicitur quoque polluta, & interdicta Capella, Claustrum, & Cæmeteria contigua, ad *text. in cap. 1. de consecr. Eccl. in 6. cap. si ciuitas de sent. excom. eod. lib. 6.* quando verò Capella, Claustrum, seu Cæmeterium non sunt contigua cum Ecclesia, tunc Beneficium situm in dictis locis cum Beneficio in Ecclesia sito, non dicuntur

tur ſub eodem tecto, ita diſtioguit Gonzal. cit. loc. & ſequitur Garz. etiam cit. loc. num. 259. ex deciſ. 6. de conceſs. præbend. aliàs 197. in nouis, quod ſi habens Beneficium ſitum in Capella, Cæmeterio, Clauſtro, vel in alia Eccleſia ſeparatis, & non contiguis Eccleſiæ, in qua habens Beneficium, teneretur miniſtrare, & ſeruire ratione dicti Beneficij ſiti in Capella, Cæmeterio, Clauſtro, &c. in eadem Eccleſia non contigua, adhuc non dicerentur Beneficia ſub eodem tecto, cùm attendatur ad hunc effectum corpus Beneficij, & locus vbi eſt ſitum, erectum, ſeu fundatum, & non ſeruitium, ſeu miniſterium, quod alibi facere tenetur, vt tenet Rot. cit. deciſ. 6. in fin. & ſequitur Garz. citat. loc. licèt ſecus ſit ad alium effectum; nam ad effectum vt filius non poſſit habere Beneficium in Eccleſia, vbi pater habuit Beneficium, ſufficit, vt teneatur miniſtrare vbi pater miniſtrauit, latè Garz. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 69. & hoc eſt primum requiſitum.

3 Aliud verò, & ſecundum requiſitum adhoc, vt duo Beneficia inducant incompatibilitatem ſub eodem tecto, eſt, vt hæc duo Beneficia ſint vniformia; non dicuntur Beneficia vniformia illa quæ vno, & ſimili nomine nuncupantur, ſed illa, quæ inſtituta ſunt ad vnum, & eundem finem, & habent idem prorſus officium miniſterium, exercitium, & onus in eodem loco, & eodem tempore, ita explicat Nauar. conſ. 16. de præb. in nouis, num. 2. ſequitur Proſp. de Auguſt. ad Quarant. citat. loc. Piaſec. in prax. Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 26. Grat. diſcept. forenſ. cap. 133. num. 20. & ſeqq. qui tenet, quod duæ Capellaniæ in eadem Eccleſia inſtitutæ ad diuerſas Capellas, & fines diuerſos, & ad faciendam ſeparatam Congregationem, non dicuntur vniformes; & incompatibiles, & vltra prædicta tenet requiri, quod Beneficia ſint etiam eiuſdem nominis, hæc opinio Gratian. eſt originaliter Nauar. in cit. conſ. 16. & 22. in nouis, quæ reprobatur per Garz. part. 11. cap. 5. §. 2. num. 227. qui teſtatur Rot. in vna Tolet. de Baraxas Capellaniæ 3. Martij 1589. & 4. Iunij 1590. coram Mantica, in impreſſ. eiuſd. deciſ. 50. & deciſ. 118. declaraſſe Beneficia vniformia duas Capellanias diſtinctas, & diuerſas, & à diuerſis fundatoribus fundatas in eadem Eccleſia, hæc Garz. qui num. 226. & 229. excuſat opinionem Nauar. accedente conſuetudine, maximè vbi Concil. quoad hoc non eſt receptum.

4 Hoc requiſitum vniformitatis non eſſe neceſſarium; ſed ſufficere ad inducendam incompatibilitatem, duo Beneficia eſſe ſub eodem tecto, etiam difformia, tenuerunt multi DD. qui omnes inueniuntur apud Garz. cit. loc. num. 231. & aliqui apud Gonzal. gloſ. 10. num. 30. aſſerentes huic incompatibilitati poſſe Epiſcopum diſpenſare, immo & eam tolli ſtatuto, vel conſuetudine; ſed hæc opinio non eſt tuta; nam ſi admittamus duo Beneficia ſimplicia difformia eſſe incompatibilia, ſequitur neceſſe, non poſſe illa retineri, cum Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 4. de reformat. prohibeat expreſsè retentionem omnium Beneficiorum incompatibilium, & contra Concil. Trident. non poteſt diſpenſare Epiſcopus; nec contra illud ſtatutum, vel conſuetudo introduci; vt latius dicemus alibi. Proinde verius dicendum eſt, duo Beneficia difformia ſub eodem tecto eſſe compatibilia, & neceſſario requiri illam qualitatem conformitatis in Beneficijs ſub eodem tecto ad inducendam incompatibilitatem, ac proinde licite haberi, & retineri poſſe duo Beneficia ſub eodem tecto difformia abſque diſpenſatione Apoſtolica, & Ordinaria, niſi alias dicta Beneficia ſint inter ſe repugnantia ratione ſeruitij, quam opinionem eſſe magis communem, & veram teſtatur Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 10. num. 4. quem ſequitur Gratian. diſcept. forenſ. cap. 133. nu. 22. tom. 1. & nouiſſimè Garz. de benefic. part. 11. cap. 5. §. 2. num. 235. & ante eum teſtatus eſt etiam de communi Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 128. vide alios apud Garz. qui num. 243. teſtatur Congr. Concil. approbaſſe primam opinionem.

5 Firmanda eſt ergo regula: duo Beneficia, ſecundum veriorem ſententiam, de iure conformia, ideſt habentia idem miniſterium, & exercitium in eadem Eccleſia haberi non poſſunt, nec retineri abſque diſpenſatione Apoſtolica; quod adeò verùm eſt, vt quæcumque conſuetudo etiam immemorabilis in contrarium non valeat, ad text. in cap. literas, vbi gloſ. & Abb. num. 2. de præb. Flam. de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 1. num. 124. Hoieda, qui alios adducit cit. loc. cap. 20. num. 2. Garz. de benefic. cit. loc. num. 184. nec ſuffragare diſpenſationem Epiſcopi, vt aſſerunt Flam. Hoied. & Garz. cit. loc. idque procedere quæcumque ſint Beneficia etiam ſimplicia, contra Zerol. in prax. Epiſcop. part. 1. verb. beneficia, §. 7. concluſ. 6. & Lara de anniuer. & capell. lib. 2. cap. 7. num. 13. quorum opiniones damnat Garz. cit. loc. num. 186. Ad quod obſerua, quòd termini huius incompatibilitatis non adaptantur ad duo Curata, duas Dignitates, vel Perſonatus, ad duos Canonicatus, aut Canonicatus cum Portione, nec ad quæcumque Beneficia requirentia præciſam reſidentiam; nam hæc alio titulo ſunt incompatibilia, vt diximus §. 1. nec in diuerſis Eccleſijs retineri poſſunt inſimul; adaptantur tamen ad Beneficia ſimplicia, & ad illa, quæ in diuerſis Eccleſijs retineri poſſunt, & licet alias non ſint prohibita ſimul retineri, ratione tamen eiuſdem tecti prohibentur, ſi vniformia ſint.

Nota ſecundò, quòd ſecundum opinionem Nauar. in conſ. 16. & 22. de præb. in nouis, Gonzal. gloſ. 10. num. vlt. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 133. num. 20. & aliorum, videtur poſſe defendi, ſi duo Beneficia ſint intra eandem Eccleſiam, verùm ad diuerſa Altaria, vel Capellas, ſicut vt plurimum ſunt Capellaniæ, non dici incompatibilia, cum iſti DD. ad dicendum Beneficium vniforme requirant, vt duo Beneficia, ſeu Capellaniæ ſint in eadem Capella, ac faciant vnam Congregationem, ſed hæc opinio non eſt amplexa per Rot. in cit. deciſ. Tolet. de Baraxas apud Mantic. vt diximus, dum iudicauit diuerſas Capellanias ſub eodem tecto incompatibiles; & poſſunt prædicti conuinci ratione, cum in hoc cap. de multa, de præb. in illis verbis, Addentes in eadem Eccleſia, &c. de quibus in princ. huius §. text. loquitur de eadem Eccleſia, quaſi ſufficiat, quòd duo Beneficia vniformia ſint in eadem Eccleſia ad inducendam incompatibilitatem, non autem requiratur, quòd ſint in eadem Capella, & DD. omnes explicantes illa verba, ſub eodem tecto, intelligunt in eadem Eccleſia, non autem Capella. 6

Nota tertiò, Mantic. deciſ. 118. num. vlt. tenere patronum non poſſe diſponere, vt quis poſſit habere, & retinere Capellaniam de Iure patronatus cum alia ſub eodem tecto, per opinionem Abb. in cap. extirpanda, §. qui verò, in 2. lect. num. 41. de conceſs. præb. & in cap. præterea num. 1. de iure patronat. quod eſt intelligendum, quando patronus poſt fundatum Beneficium, & Capellaniam, & ex interuallo vellet hanc nouam legem, & conditionem imponere Beneficio, quia in hoc caſu ei non permittitur contra ius id facere, ad dicta per Imol. poſt gloſ. in cap. cum dilectus, num. 21. & Abb. num. 5. de conſuet. Felin. in cap. ſignificaſti num. 3. de teſtib. ſecus verò ſi patronus vellet hanc legem, & conditionem imponere Beneficio à principio, & tempore fundationis; nam tunc poſſet ei permitti, ad dicta per Federic. de Sen. conſ. 120. 7

Nota quartò, quòd ſi quis haberet in Eccleſia v. g. S. Mariæ ſimplex Beneficium, poſſet deinde in eadem Eccleſia habere, & retinere Capellaniam, cui eſt annexum aliud Beneficium ſimplex, quia per hanc vnionem accessoriè factam, extinctum eſt nomen, & titulus Beneficij ſimplicis annexi, & confuſum cum dicta Capellania, quæ ſola eſt in conſideratione. Verùm ſi vnio eſt facta æquè principaliter, vel ad tempus, ſeu vitam obtinentis tantum, tunc talis vnio non facit ceſſare incompatibilitatem, ita declarat Garz. cit. loc. num. 217. & ſeq. qui interpretatur ſententiam Nauar. conſ. 13. de præb. & Rebuff. in prax. tit. de diſp. ratione ætat. verſ. etiam ſub eodem tecto, verſ. quinimmo ſi fuerit, qui videntur tenere contrarium. 8

Tria Beneficia in eadem Eccleſia, ſiue vniformia ſint, ſiue difformia, nullo modo quis poteſt habere abſque diſpenſatione Papæ; ita, vt nec vllum ſtatutum, aut conſuetudo in contrarium teneat, etiam ſi conſuetudo immemorabilis ſit, quæ licet alias habeat vim priuilegij, per l. hoc iure, §. ductum aquæ, ff. de aqu. quot. & æſtiu. non militat in hoc caſu, nec etiam in vim priuilegij, cum ſit à iure reprobata, ad dicta per Franc. in cap. 1. de conſuet. 9

in 6.

in 6. in 2. notab. verf. immò tradit, ita tenet Put. *decif. 457. per tot.* Grat. *decif. 155. num. 19. & difcept. forenf. cap. 133. num. 18.* latè Garz. *cit. loc. num. 138.* qui reprobat contrarium tenentes, & firmat regulam, etiam fi Beneficia per fe non fufficiant ad congruam fuftentationem.

10 Controuerfium eft inter DD. an Penfio faciat incompatibilitatem etiam fub eodem tecto. Sunt, qui tenuerunt vtramque opinionem, vt eft videre apud Gigant. *de penfion. quæft. 67.* Sed verior opinio tenet non inducere incompatibilitatem, quia non eft Ecclefiafticum Beneficium, & Iura loquentia de hac materia difponunt tantùm de Beneficijs, ita tenet Gonz. *ad 8. regul. Cancell. glof. 5. §. 5. num. 189.* qui teftatur fic feruare Rot.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *BEneficia fimplicia in eadem Ecclefia, vel fub eodem tecto quoties funt vniformia, an fint incompatibilia?*

2 *Quid fi fub eadem Ecclefia fint, fed fub diuerfis Capellis.*

3 *Declarantur affertiones.*

1 BEneficia fimplicia vniformia, an poffint effe fub eadem Ecclefia? Negandum videtur, vt non poffunt beneficia conformia etiam fimplicia fub eodem tecto, fiue in eadem Capella, aut eadem Ecclefia retineri etiam infufficientia. Imò iura magis abhorreant, quòd quis in eadem Ecclefia habeat duo beneficia etiam fimplicia conformia, quàm quod in diuerfis duo curata, vel duas dignitates, Mantic. *decif. 118. num. 4.* Antonell. *de regim. Ecclef. lib. 3. cap. 3. num. 11. & 12.*

Hinc difpenfare non poteft Epifcopus fuper hac incompatibilitate, Barbof. *de Epifc. part. 3. alleg. 62. num. 12.* Neque patronus poffit difponere, quòd præfentatus obtineat Capellaniam, fi habeat aliam vniformem in eadem Ecclefia, Mantic. *decif. 118. num. 17.* Antonell. *vbi fup. num. 13.*

2 Vniformia funt ea, quæ funt inftituta ad eadem onera, & vnum finem, Barbof. *part. 2. alleg. 24. num. 47.* Antonell. *vbi fup. num. 10.*

3 Difformia verò non funt incompatibilia etiam fub eodem tecto, fi onus eft diuerfum, & feparatum, & vnum habet vnum onus, aliud alterum, Barbof. *part. 3. alleg. 62. num. 11.*

Vnde Rector alicuius Ecclefiæ poteft cum beneficio curato retinere Capellaniam, feu beneficium fimplex intra eandem Ecclefiam, modo non requirat refidentiam, Lapus *alleg. 116.* Nauarr. *conf. 16. de præbend.* Quod procedit etiamfi Capellania habeat annexum onus celebrandi certas miffas, quia non ideò requireret refidentiam, fed illi poffet deferuiri per fubftitutum exceptis Capellanijs exiftentibus in Ecclefijs Cathedralibus, quarum redditus confiftunt in diftributionibus quotidianis, Barbof. *alleg. 44. num. 44.*

Idem dicendum de dignitate, feu Canonico, qui vnà cum Canonicatu poteft fimiliter in eadem Ecclefia reftituere capellam, feu beneficium fimplex refidentiam non requirens. Item poteft quis in eadem Ecclefia fimul retinere Capellaniam vnius Capellæ cum alia Capellania diuerfæ Cappellæ, præfertim fi in loco illo adeffet confuetudo, Leo *in thefaur. for. Ecclef. part. 2. cap. 3. num. 12.* Antonell. *vbi fup. num. 16.*



ANNOTATIO XVIII.

De nouis Monafterijs Regularium ædificandis.

ARGVMENTVM.

Notatur. Quid in hoc difponant nonnulli textus de Iure communi, & Conftit. Pontificiæ, & Decreta Sac. Congreg. & fignanter Bulla Clementis VIII. quæ locum habet in erectione noui Monafterij, tam Virorum, quàm Mulierum. Et an illa reuocet aliam Conftitut. Clementis IV. de hac materia. Quid difponat Bulla Gregorij XV. incip. *Cùm aliàs 31.* Et Bulla Vrbani VIII. incip. *Romanus Pontifex*. Ac Decretum Sac. Congreg. iuffu eiufdem Vrbani editum 1625. 21. Iunij. Epifcopus quæ inquirere debeat in concedenda licentia erectioni noui Monafterij, & quos audire. Et an eadem folemnitas requiratur in mutatione Monafterij in eadem Ciuitate, & in erectione Hofpitij. Et quid fi noua erectio non præiudicet alijs Regularibus.

SVMMARIVM.

1 *REgulares non poffunt noua loca erigere propria auctoritate, & non feruatis folemnitatibus, de quibus infra.*

2 *Regulares non poffunt erigere noua loca fine licentia Epifcopi, per* cap. de Monachis 18. quæft. 2.

3 *Regulares Mendicantes non poffunt erigere noua loca, vel antiqua mutare, non feruata difpofitione* cap. 1. de excefs. Prælat. in 6. & cap. vnic. de relig. domib. in 6. n. 4. & Clem. cupientes, de pœn. n. 5.

6 *Regulares etiam Mendicantes, tam Viri, quàm Mulieres non poffunt noua loca erigere fine licentia Epifcopi loci. Et an Concilium deroget difpofitioni fupracitatorum Canonum requirentium licentiam Apoftolicam in fuis cafibus, num. 7.*

8 Conc. Trid. cap. 3. feff. 25. de Regul. *prohibens Regularibus erectionem nouorum locorum, comprehendit omnes, etiam non Mendicantes.*

9 *Difpofitio loquens de Religiofis, quando comprehendat Mendicantes. Et quid è contra.*

10 *Regularibus non eft concedenda licentia per Ordinarios erigendi noua loca, non feruata difpofitione Bullæ Clementis VIII. vt hic. Et an hæc Bulla deroget alijs Bullis præcedentibus, de quibus fit hic mentio, num. 11. Refoluitur, n. 12.*

13 *Regulares quicumque non poffunt noua loca erigere, nifi feruata forma Conftitutionis Gregorij XV. n. 14. 15. 16. & 17. Et feruatur hodie in praxi.*

18 *Regulares non poffunt noua loca erigere fub prætextu facultatum obtentarum à Sede Apoftolica, reuocatarum per Bullam Vrbani VIII. de qua hic.*

19 *Regulares non poffunt noua loca recipere in Italia, & Infulis adiacentibus, nifi in illis duodecim faltem Regulares ali poffint, aliàs ipfa loca Ordinarij correctioni fubiaceant, ex Decreto Sac. Congreg.*

20 *Regularibus non eft per Ordinarios licentia concedenda erigendi noua loca, nifi feruatis Conftitutionibus prædictis, & conftito, vt hic.*

21 *Regularibus eft deneganda licentia erigendi noua loca, fi præiudicent Parochiæ, & proinde Parochus eft audiendus.*

22 *Regulares quomodo debeant poffe ali in locis nouæ erectionis.*

23 *Regulares quando non poffint noua loca erigere, nifi vocatis, & confentientibus incolis.*

24 *Regulares quando poffint loca capta finire fine licentia Ordinarij.*

25 *Regulares an poffint antiqua loca mutare in eadem Ciuitate fine licentia Ordinarij, & folemnitatibus, de quibus in Conftitutionibus citatis. Et hofpitium recipere recreationis caufa, num. 26.*

ANNOTATIO XVIII.

§. VNIC.

Ad Text. in Can. de Monachis 18. q. 2.

1 PLuribus in locis Canonicis probibetur Regularibus noua Monasteria erigere propria auctoritate, ac non seruatis certis solemnitatibus, de quibus omnibus infra, de qua materia extat hic *text.* desumptus ex Concil. Agathense *canon.* 4. item *text. in cap. vere 16. quæst.* 1. *& cap. quidam 18. quæst. 2. cap. 1. de excessib. Prelat. in 6. & cap. vnic. de relig. domib. in cod. lib. 6. Clementina cupientes de pœn.* Concil. Trident. *sess. 25. cap. 3. de Regul.* Bulla Clementis VIII. incip. *Quoniam ad institutum 99. edita 23. Iuly* 1603. apud Laert. Cherub. *in Bullar. tom. 3. pag.* 146. Decretum Sacræ Congregationis Regularium editum iussu Gregorij XV. annn 1622. 20. Iunij, quæ est Constitutio eiusdem Gregorij XV. 31. in Bullar. Bulla Vrbani VIII. 25. incip. *Romanus Pontifex, edita anno* 1624. *die 28. Augusti*, Decretum Sacræ Congregationis Concilij editum auctoritate eiusdem Vrbani VIII. 21. Iunij 1625. quod est in Bullario, Constitutio eiusdem Vrbani 43. §. *deincops vero*, tractant Cherub. super Bullam cit. Clement. VIII. *schol.* 1. Portel. *de dub. Regular. verb. Monasteria, num.* 5. Rodriq. *in suis qq. Regul. tom. 1, quæst. 35. art.* 7. Sorb. *ad compend. Mendic. verb. ædificare, in sua annot. versic. circa*, §. 20. Campanil. *diuer. iur. can. rub. 12. cap. 13. à num.* 85. Mirand. *in Man. Prælat. tom. 1, quæst. 33. art.* 2. Diana *tom. 2. tract. 2. resol. vlt.* Laurent. de Franch. *de controuers. inter Episcop. & Regul, pag.* 97. Ricc. *decis. 75. part. 2. & decis. 131. part.* 4. Ioan. Maria Nouar. *nou. iur. Pontific. de ædific. nou. Monast.* Io. Ant. Nouar. *sum. Bullar. tit. de Monast. ædificat.* super Bull. Clement. VIII. Lezan. *in sum. qq. Regul. tom. 1, cap. 9. & tom. 3. verb. Episcopus quoad Regular.* Barbos. *de pot. Episc. part. 3. alleg. 26. & in sum. Apost. dec. verb. Monasteria*, & alij. Hic dicenda sunt aliqua breuiter, & primo quid dispositum sit in tali materia in citatis iuribus.

2 Primò *in hoc cap.* quod obseruamus, breuiter dicitur, quod Religiosi non possunt erigere nouum Monasterium sine licentia Episcopi loci Monasterij nouiter erigendi,

3 Secundò, *in cit. cap. 1. de excess. Prælat. in 6.* prohibetur Fratribus Prædicatoribus, Minoribus, & cæteris Mendicantibus recipere nouas domus, vel loca quæcumque de nouo ad habitandum in quocumque loco seu hactenus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis donationis, aut cuiusuis alienationis titulo quocumque in alios transferre, absque speciali licentia Sedis Apostolicæ, in qua licentia est facienda expressa mentio huius prohibitionis, quæ prohibitio, non extenditur ad Regulares qui vitam eremiticam, & solitariam ducunt, quibus cum licentia suorum Maiorum Superiorum permittitur habitationem mutare in eremo, & loco, vbi non est hominum habitatio de propinquo, ita *text.* ad quem nota, quod prohibitio prædicta est facta solum pro Fratribus Mendicantibus, cum de illis tantum loquatur *text.* Et dicuntur Mendicantes illi Religiosi, quibus victum tribuit incerta mendicitas, vt per glos. *in d. cap. 1. verb. Mendicantes, & cap. vnic. §. confirmatos, de relig. domib. in 6.* vel dicuntur illi Religiosi qui redditus, aut possessiones ex Regula, vel Constitutionibus habere non possunt, *cap. vnic. de Relig. domib. in 6.* ad quos omnes extenditur dispositio prædicti *cap.* 1. non solum ad quatuor Religiones Mendicantium, sed ad omnes alios, qui eandem vitam ducunt, per regulam illam; qui enim similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, *cap. recolentes, de stat. Monach.* & refert glos. cit.

4 Tertiò, *in cit. cap. vnic. §. confirmatos, de relig. domib. in 6.* iterùm prohibetur Mendicantibus per Sedem Apostolicam confirmatis post Concilium Lugdunense, de nouo domum, vel aliquem locum acquirere, & domos, seu loca, quæ habent, alienare sine Sedis Apostolicæ speciali licentia; & qui contra faciunt, incurrunt pœnam excommunicationis nemini reseruatæ; acquisitio etiam nouorum bonorum, & alienatio veterum non valet. Hæc *text.* qui loquitur generaliter de locis, & domibus, nec se restringit ad domus, seu loca ad habitandum, vt restringitur *text. in cap. præced. cap. 1. de excess. Prælat.* & subsequens *Clement. cupientes*, licet aliqui DD. etiam intelligant hunc *text.* de domibus, & locis ad habitandum.

Quartò, *in cit. Clement. cupientes*; strictiùs prohibetur eisdem Religiosis Mendicantibus noua loca, seu do- 5
mus ad habitandum recipere, ac recepta mutare, vel in alias transferre, & alienare sine Sedis Apostolicæ licentia speciali, & hoc sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda; hic *text.* nihil addit de nouo ad præcedentes, nisi solum pœnam prædictam excommunicationis latæ sententiæ, quæ excommunicatio nec etiam reseruatur, vt patet ex *text.*

Quintò, *in cit. loc.* Concil. Trident. *sess. 25. cap. 3. de* 6
Regul. prohibetur omnibus Regularibus etiam Mendicantibus erigere noua loca, nisi prius obtenta licentia ab Episcopo illius Diœcesis, vbi loca erigenda sunt, qui *text.* loquitur de Regularibus etiam Mendicantibus tam Virorum, quàm Mulierum; & emanatus est occasione quorundam Regularium, qui sub prætextu priuilegiorum contra dispositionem supradictorum Canonum noua loca sine licentia Episcopi erigere prætendebant, vt dicit Suar. *disp. 23. de cens. sect. 5. num.* 35. Filiuc. *tract. 14. num.* 145.

Occasione huius *text.* Concil. Trident. posset quæri 7
an Concil. disponens requiri ad erectionem nouorum locorum Regularium licentiam Episcopi, videatur derogasse dispositioni *cit. cap. 1. de excess. Prælat. cap. vnic. de relig. dom. in 6. & Clement. cupientes, de pœn.* disponentium ante Concil. Trident. requiri ad erectionem nouorum locorum Mendicantium licentiam Sedis Apostolicæ. Ad quod dicendum est, ad erectionem nouorum locorum Regularium vtriusq; idest Episcopi, & Papæ requiri licentiam, defendit Campanil. *in diuer. iur. can. rubr. 12. cap. 13. num. 80, in fin.* post Rodriq. & Sorb. apud eum, qui adducit declarasse Sac. Congreg. sub his verbis, *Monachi non possunt ædificare Monasteria in Parochia, in qua ea non habent sine cognitione, & licentia Papæ, & hæc non solum ante, sed etiam post Concil.* Nouar. *nou. iur. Pontific. pract. conclus. tit. de ædific. &c. conclus. 1. num. 6. & seqq.* qui licet ex pluribus probet requiri licentiam Pontificis tamen *num.* 8. tenet hodie sufficere licentiam tantum Ordinarij, per opinionem Rot. *per eum cit.*

Obserua, quòd dispositio citat. Concilij Trident. est generalis loquens de omnibus Religiosis, vt apparet ex eius primis verbis, licet in medio loquatur tantum de 8
Mendicantibus, & proinde comprehendit Mendican- 9
tes, & non Mendicantes; quia generale est, quod dispositio loquens in genere contra Religiosos, comprehendat Mendicantes, & non mendicantes, ita glos. *in Clement. cupientes, vers. Religiosos de pœn.* vbi etiam Abb. *num.* 2. non tamen è conuerso, quia dispositio loquens contra Mendicantes non includit alios Religiosos non Mendicantes, ita *text.* iuncta glos. *in cit. Clement. cupientes, versic. Mendicantibus*, vbi Abb. *num. 1. & num.* 3. dicit etiam quod dispositio generaliter loquens contra Religiosos, licet comprehendat omnes Religiosos indifferenter, non tamen includit Clericos sæculares, idem Abb. *in Clement. 1. de rescript. & in Clem. Religiosi, de decim.*

Sextò, in cit. Bulla Clement. VIII. de qua de verbo 10
ad verbum apud Quarant. *in sum. Bull. in verb. Monasteria, & Conuentus Regularium Virorum, fol. mihi* 591. & apud Campanil. *in diuer. iur. can. rub. 12. cap. 13. sub num.* 81. prohibetur Ordinarijs locorum licentiam concedere erectioni nouorum Conuentuum Regularium faciendæ intra earum Diœceses, non vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & nisi causa seruatis seruandis cognita constiterit in eisdem Ciuitatibus, & locis, nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse; quod si ab Ordinarij senten-

sententia concedente licentiam prædictæ nouæ erectioni, fuerit appellatum ad Sedem Apostolicam, hæc appellatio suspendit nouam erectionem vsque ad prouisionem ipsius Sedis Apostolicæ, ita Bull. cuius dispositio adeo inducit formam, & est de substantia, vt eius omissio vitiet concessionem, Laurent. de Franch. *de controu. inter Episc. & Regul. in quæst. super ea Constit. vers. ad quartum fol.* 111. Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. Monasteria, num.* 2. Quæ Constitutio locum habet etiam in erectione Monasteriorum Monialium, *Sac. Congreg. Concil. die* 19. *Decembr.* 1620. penes Tambur. *de iur. Abbatis. disput.* 33. *quæst.* 1. *num.* 4.

11 Quæritur, an hæc Constitutio Clementis VIII. deroget alteri Constitutioni antea promulgatæ per Clement. IV. mandantem, ne cuiquam Mendicanti erigere liceat locum, & ædificare Monasterium intra cannas tercentum ab alio Ordinis Minorum de Obseruantia. Hæc Constitutio est secunda, & per aliam tertiam eiusdem Clement. arctatum fuit spatium supradictum ad cannas centum quadraginta per aerem mensurandas; cuius restrictionem postea Iulius II. *in sua Const.* 2. declarauit non debere nocere eisdem Fratribus Minoribus, sed in odium aliorum introductam fuisse, ac propterea respectu eorundem Minorum de Obseruantia vigore priorem Clem. IV. Sanctionem, vt ab eorum locis tercentum cannarum spatio distare etiam hodie debeat alter locus à Regularibus alterius Ordinis Mendicantis erigendus, quamuis & prædicti Minores de Obseruantia possint, dummodo centum tantùm quadraginta distent ab altero Mendicantis Ordinis Monasterio; & quia ob communicationem priuilegiorum, multi Regulares priuilegijs Mendicantium potiuntur, aut etiam specificum in hoc obtinent priuilegium, tunc conquassatis priuilegijs, prælatio dabitur loco prius erecto, vt qui de nouo construendus sit, semper distare debeat ab antiquiori tercentum cannarum spatio, ita refert Confect. *in suo summar. priuileg. posito in lib. priuileg. Mendicant. tit.* 18. *cap.* 1. tractat Rodriq. *in* 2. *tom. qq. Regular. quæst.* 94. *artic.* 5. Prædictas Constit. inuenies apud Confect. *in lib. priuileg. Mendic.* & de his vide multa notata per Nouar. *cit. loc. conclus.* 3. ad declarationem prædictæ Constit. Clementis IV. & Iulij II.

12 His dictis respondendum est, Sorb. *in compend. priuileg. Mendic. in annot. super verb. ædificare, vers. quoad dispositionem*, §. 1. asserere, prædictam distantiam consuetudine non seruari, maximè in hac Ciuitate Neapolis; nam videmus intra veritas cannas noua ædificari Monasteria. Sed Confect. *cit. loc. tit.* 3. *cap.* 3. defendit per non vsum, vel contrarium vsum non esse derogatum dicto priuilegio, cum sit concessum Ordini, per *text. in cap. si diligenti, de for. compet.* Ex quibus dicendum est Constit. Clement. VIII. de qua supra, non reuocasse prædictas Constit. Clem. IV. immò illas potiùs coadiuuasse, cum non solum præcipiat vocari Procuratores, & Superiores Monasteriorum distantium à nouo erigendo Monasterio per dictas cannas, sed etiam omnes eiusdem Ciuitatis, & loci, ita videtur sentire Campan. *in diuer. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 81. *in fin.* Verùm ego dicerem in erectione noui Conuentus solum respiciendum esse, an nouus Conuentus sine aliorum eiusdem loci detrimento commodè sustentari valeat, & non distantiam prædictam; nam si nouus erigendus Conuentus distaret in eadem Ciuitate ab alio, prædicta requisita distantia, & plus; & tamen non posset sustentari sine detrimento illius, adhuc non esset erigendus, ex prædicta dispositione Clementis VIII. ergo à contrario sensu, si non distat prædicta distantia, & potest sustentari sine detrimento alterius, debet etiam permitti; vnde concludendum est, si prædicta Constit. Clement. VIII. non reuocauit prædictas Clementis IV. saltem illas modificauit, vel aliqualiter moderauit.

13 Septimò, in cit. Decreto Sac. Congregat. Regul. iussu Gregor. XV. quòd est Constit. 31. eiusdem Gregor. in Bullar. datur quasi vnica forma huic materiæ, vnde quando de his aliquid dubitari contingit, ad hoc Decretum, & Constitutionem recurritur, in qua plura disponuntur. Primò, quòd de cætero Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinis Societatis, & Instituti, quocumque nomine nuncupentur, etiam si de illis particularis, & expressa mentio habenda esset, in quacumque Ciuitate, vel Oppido, seu quocumque alio loco non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Patres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & ex consuetis eleemosynis sustentari valeant.

Disponitur secundò in dicto Decreto, & Constitutio- 14
ne, vt in erectione noui loci Regularium Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conuentuum, seu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum huiusmodi existentium in eodem loco in quo est facienda noua erectio, & etiam in alijs locis vicinis per quatuor millia passuum vocentur, audiantur, ac tali erectioni consentiant.

Disponitur tertiò, quòd si prædicti Procuratores, seu 15
Priores aliorum locorum, vt supra, nouæ erectioni non consentiant, tunc debet constare Ordinarijs locorum Religiosos loci erigendi ad numerum duodecim posse commodè, & congruè manuteneri, & ali absque detrimento Religiosorum in Monasterijs, seu Domibus, antea in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium.

Disponitur quartò, quòd si noui Conuentus Domus, 16
Congregatio, vel Societas huiusmodi instituendæ erunt in locis, vbi nulli alij Religiosi reperiuntur per quatuor milliaria, tunc Ordinarij requirant diligenter consensum incolarum, & habitantium in eisdem locis, qui attestentur ipsis Ordinarijs, posse huiusmodi duodecim Religiosos in Conuentibus erigendis commodè alere, & manutenere.

Vltimò disponitur, quòd si à decreto in huiusmodi 17
nouis erectionibus ab Ordinario lato, fuerit appellatum, statim totum negotium deuoluatur ad ipsam Sacram Congreg. qua appellatione pendente, nihil in partibus innouetur; alias quicquid innouatur, irritum, & inane sit, vt apparet ex vltimis verbis d. Constit. quæ vnà cum Constit. Clement. VIII. tanquam basis huius materiæ videnda omnino est.

Octauò, in cit. Bulla Vrbani VIII. 25. incip. *Roma-* 18
nus Pontifex, edita 28. *Augusti* 1624. prædictus Pontifex expreisè reuocat omnes, & quascumque licentias, ac facultates per Sedem Apostolicam concessas quibuscumq; Religiosi erigendi noua loca, cum clausulis derogatorijs derogatoriocum, etiam si de prædictis licentijs, ac facultatibus esse facienda mentio de verbo ad verbum, loquens de illis licentijs, ac facultatibus, quæ suum effectum non erant sortitæ tempore d. Constit. & mandans expreisè Superioribus Regularium ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutorum, cæterisque personis, ad quas spectat, sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ officiorum omnium, ac inhabilitatis ad illa in futurum, & excommunicationis ipso facto incurrendis, ne sub prætextu prædictarum licentiarum, & facultatum reuocatarum, & annullatarum, aut alio quouis prætextu, vel causa noua Monasteria, Collegia, Domus, Conuentus, & alia loca Religiosa audeant erigere, seu fundare, vel incæpta finire, & absoluere, non habita expressa licentia Ordinarij, ac non seruata in omnibus, & per omnia forma sacrorum Canonum, Concil. Trident. Constit. Clement. VIII. quæ incip. *Ad instaurum*, Decretorum mandato eiusdem Clement. editorum, & Gregor. XV. de quibus diximus supra, non obstantibus priuilegijs quibuscumque prout latiùs in dicta Bulla.

Nonò, Sac. Congregat. Concil. inter Decreta de ce- 19
lebratione Missarum edita auctoritate Vrbani VIII. sub die 21. Iunij 1625. quæ reperiuntur in Constit. eiusdem Vrbani 43. in Bullar. §. 14. statuit, vt intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, siue Regularium nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis reparationibus, præstationibus, periculis grandinum, sterilitatum, & similium, alijsque oneribus cuiuslibet generis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti

fel. record. Gregor. XV. hac de re editi, Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda in quibus duodecim Religiosi, vt supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

20 Ex dictis nota primò, quòd Episcopi, vel alius Ordinarius non debent concedere licentias pro erectionibus nouorum locorum Religiosorum, nisi seruata in omnibus forma prædictarum Const. Clement. VIII. & Gregor. XV. & signanter non nisi eis constito, quòd in loco erigendo duodecim Religiosi ali, & inhabitare possint. Sciantque nomine alimentorum non tantum victus in hoc casu venire, sed quicquid est necessarium ad sustentandum Regulares, vt est vestitus, lectus, quæ ad morbos depellendos, curandosue necessaria sunt, & similium, de quibus in *l. verbo victus, ff. de verbor. signific.* vbi glos. & Scribent. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 1. *&* 2. *& quæst.* 7. Item Ordinarius antequam det licentiam nouæ erectioni, debet cognoscere si in loco erigendo sit sufficiens habitatio pro duodecim Regularibus, vt patet ex illis verbis Decreti, *Ali, & inhabitari possint*; sub nomine habitationis non tantum domus, & cellæ ipsorum Regularium, sed etiam Ecclesia, & alia loca necessaria à iure, vel statuto Religionis continentur, & quæ necessario requiruntur ad custodiendam Domum, & Regularem Obseruantiam. Similiter debet constare si redditus, vel eleemosynæ sufficiant etiam pro reparatione Ecclesiæ, luminaribus, vestibus sacris, & similibus ornamentis necessarijs illius in decenti forma; quodque etiam sancitum esse per Imperatorem Iustinianum *in rubric. auth. vt nullus fabricet Oratory domus, præter voluntatem Episcopi, cap.* 2. testatur Campan. qui multa ad hoc adducit in *diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 81. & est generale apud Canones, vt in fundatione Ecclesiæ debeat fundator constituere dotem pro illius necessarijs, *can. nemo, de consecr. dist.* 1. *can. piæ mentis* 16. *quæst.* 7. Goffred. *in sum. rubr. de consecr. Eccles. vel altaris, n.* 4. & nos dicemus 2. *part. Annot.* 16.

21 Nota secundò, quòd debet Episcopus in concedenda licentia nouæ erectioni loci Regularium obseruare, & attentè inspicere, si Monasterium, aut alterius cuiuscumque erectio præiudicet quoquomodo Parochiali Ecclesiæ; nam in tali casu omnino debet Episcopus, vel alius Ordinarius licentiam denegare; immò Parochus in hac noua erectione est audiendus pro suo interesse, & etiam vocandus, iuxta dispositionem cit. Constit. Clementis VIII. mandantem non posse locorum Ordinarios huiusmodi licentias in prædictis nouis erectionibus concedere, nisi vocatis, & auditis Regularibus eiusdem loci, & alijs interesse habentibus; ex his enim qui possent habere interesse in dictis nouis erectionibus, vltra Regulares alios, principalis est Parochus, propterea audiendus, vt tenet Campanil. *in diuer. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 13. *sub num.* 81. Ricc. *decis.* 131. *num.* 1. *part.* 4. & dicemus inferius, quomodo sit audiendus Curatus in erectione nouæ Ecclesiæ facienda intra suam Parochiam.

22 Nota tertiò, ex cit. Decreto Gregor. XV. in huiusmodi nouis erectionibus debere constare Ordinarijs locorum, Religiosos in statuto numero duodecim posse absque detrimento aliorum Regularium intra distantiam trium mille passuum sistentium commodè, & congruè manuteneri, & ali, vt legitur in dicto Decreto, *circa prin. fin.* Ex quibus verbis commodè, & congruè obseruandum est, quòd differt aliquem posse manuteneri, siue honeste manuteneri, & posse commodè, & congruè manuteneri; nam sufficit, vt quis dicatur commodè manuteneri, ita glos. *in cap. vnic. §. sane, de relig. domib. in verb. penuria*, quæ adducit exemplum, ex quo maxima differentia inter prædicta apparet; dicit enim, quod Canonicus Bononien. posset sustentari cum XXV. florenis, & tamen non posset commodè sustentari cum centum, docet etiam Abb. *in cap. postulasti, in princ. notab.* 2. *de rescrip. & in cap.* 1. *num.* 4. *de instit.* sequitur Add. ad Qifarant. post alios *in sum. Bull. in verb. Beneficiorum resignatio, vers. octaua causa, circa finem*, ex ex quibus habet considerare Ordinarius, quòd dicti duodecim Religiosi debent posse manuteneri non tantum sine penuria, sed cum aliqua commoditate Regularibus non indecente. Hæc procedunt, quando Regulares per quatuor millaria circum circa sistentes vocati non consentiunt nouæ erectioni; in hoc enim casu disponit Decretum prædictum, quod Regulares loci erigendi possint absque detrimento aliorum sustentari commodè, & congruè; in casu verò, quo alij Regulares consentiunt nouæ erectioni, sufficit si constet Ordinario, quod duodecim Religiosi in loco erigendo possint sustentari sine penuria; nam Decretum in hoc casu non addit sustentationi prædictæ illa verba, *commodè, & congruè*, patet ex lectura ipsius Decreti.

23 Nota quartò, quòd diximus supra, quando locus Regularis est erigendus in parte vbi alij Religiosi per quatuor milliaria non inueniuntur, esse requirendum consensum incolarum, quod intellige de incolis illius loci, vbi erigendus est Conuentus, & de conuicinis, cum quorum eleemosynis Religiosi prædicti intendunt viuere; qui incolæ non solum sunt vocandi, sed omnino in hoc casu debent consentire, vt apparet ex expressis verbis dicti Decreti Gregor. XV. alias Ordinarius licentiam dare non potest nouæ erectioni.

Nota quintò, quòd ex Bulla Vrbani VIII. *supra in* 8. *vers. diximus*, non solum prohiberi noua loca Regularia de nouo erigi, non seruata forma Constitut. Clement. VIII. & Gregor. XV. sed etiam incæpta finiri; quod intellige de illis locis incæptis sine licentia Episcopi, de quibus ibi fit mentio alia enim loca cæpta cum licentia Episcopi, seruatis dictis Constitutionibus, benè possunt finiri, immò & finita augeri, seu extendi absque alia licentia, iuxta dicta per Lap. *allegat.* 188. & Syluest. *verb. excommunicatio*, 9. §. 86. dummodo talis extensio non excedat limites consideratos in prima licentia, iuxta prædictas Constitutiones, vel nouum non irroget præiudicium alijs locis Religiosorum, vt obseruat P. Carol. Anton. Thesaur. *in prax. Eccles. verb. religiosas domos, cap.* 1. *in fin.* 24

Dubium est inter DD. in hac materia, etiam in terminis dictarum Constitutionum, an possint Regulares sine licentia Episcopi, & solemnitatibus prædictis mutare locum in eadem Ciuitate. In quo dubio sunt opiniones pro vtraque parte, nempè affirmatiua, & negatiua, sed tanquam probabilior habetur illa, quod nec possint Regulares mutare locum in eadem Ciuitate sine licentia Episcopi, & solemnitatibus, de quibus supra; & ratio affertur, quia in hoc casu est eadem ratio præiudicij vicinorum, & propter argumentum de toto ad partem, de quo in *l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* Gemin. *in cap.* 1. *de excess. Prælat. in* 6. Cherub. *super cit. Bull. Clement. VIII. schol.* 1. Portel. *de dub. Regul. verb. Monasteria num.* 5. Rodriq. *quæst. Regul.* 23. *regul. art.* 7. *tom.* 1. Thesaur. *prax. Eccles. verb. religiosas domos, cap.* 1. *vers. vltimo*; contra Dianam, & alios per eum relatos *resol.* 136. *tract.* 2. *tom.* 2. tenentes, quòd hic interuenit mutatio, non autem noua erectio; sed contra hanc rationem defendit Thesaur. *cit. loc.* interuenire in hac mutatione erectionem, seu fundationem in nouo loco, quod prohibetur in Bull. Clementis, & in Decreto Gregor. XV. ac in Trident. *cit. loc.* sine licentia, & solemnitate, vt supra; immò in cit. Bull. Vrbani VIII. nec loca cæpta possunt finiri, vt diximus supra. Et quod in mutatione Monasterij de vno in alium locum militet eadem ratio prohibens nouam erectionem, per Bull. Clementis VIII. & proindè non possit fieri sine solemnitatibus, de quibus in eadem Bulla tenet Nouar. *loc. infra citand. num.* 2. 25

Vltimò, non prohibetur Regularibus nouam Domum, vel Hospitium recipere recreationis causa, vigore supradictarum Constitutionum, quarum ratio cessat in his locis, quia non adest præiudicium vicinorum, & angustia circa eleemosynas, & sustentationem, cum hæc loca sustententur ex redditibus Conuentus principalis, cui accedunt, vt tenet glos. *in cap. vnic. de excess. Prælat. in* 6. *verb. habitandum*, Suar. *de censur. disp.* 23. *sect.* 5. *num.* 35. Nauar. *cap.* 27. *num.* 144. & sequitur Thesaur. *loc. cit. in fin.* probat multis rationibus Nouar. *nou. Iur. Pontific. pract. conclus. tit. de ædificat. seu Monaster.* 26

naster. erect. conclus. 2. alias 11. num. 5. & 6. ea potissimum ratione, quia Bulla Clement. VIII. est restrictoria iuris communis, & proinde debet intelligi prout loquitur, scilicet de ædificatione Monasterij, quorum appellatione non veniunt. Hospitia, vel similes Domus recreationis causa.

In his terminis notandum est, Vicarium Capitularem non posse licentiam concedere erigendi noua Monasteria, adj præscriptum citatarum Constitutionum, ita declarasse Sacr. Congreg. Concilij *sub die 19. Ianaru* 1633. refert Sell. *select. canon. cap.* 38. *num.* 12. Barbos. *som. Apost. dec. verb. Monasteria, num.* 15.

Dubium est in hac materia non contemnendum, an possit admitti noua erectio Monasterij, non auditis alijs Regularibus, ac non seruata forma prædictarum Constitutionum, quando Regulares erigere volentes nouum Monasterium, habent ex legato, donatione, vel alio titulo magnam pecuniarum summam, ita, vt ex illa commodè viuere, & ædificare possint. In hoc dubio tenet etiam audiendos esse Regulares alios, ac seruandam formam Constitutionum prædictarum, præsertim Clement. VIII. Ric. *decis.* 222. *part.* 4. referens in Curia Archiepiscopali Neap. in tali casu fuisse denegatam licentiam quibusdam Regularibus. Contrariam sententiam, nempè esse concedendam licentiam in tali casu, quia cessat finalis ratio, de qua in dicta Bulla, idest aliorum præiudicium, tenet Nouar. *cit. conclus.* 2. *nu.* 4. testans sic fuisse decisum per Rot. *in vna Cæsaraugustana domus Luna* 22. *Iuny* 1615. apud Farinac. *decis.* 747. *part.* 2. *tom.* 2. Ego vero dicerem cum Ricc. nempè omninò audiendos esse alios Regulares in casu prædicto, & tenerem cum Nouar. nempè esse concedenda licentiam nouæ constructioni, etiam si dissentiant alij Regulares, quando constat verè nullum eis inferri præiudicium,

---

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Requisita pro noua fundatione Monasteriorum recensentur.*
2 *Beneplacitum Apostolicum, an sit necessarium post S. Concilium Tridentinum.*
3 *Quid ex Constitutione Vrbani VIII. & quæ praxis.*
4 *Licentia Ordinarij omnimoda necessitas, & quid si denegetur, ad quem appelletur.*
5 *Consensus Parochi quare exigatur, & qualiter suppleatur.*
6 *Populi consensus an requiratur, & quid disentiant?*
7 *Oppositio Regularium an attendatur, & qualiter soleat negligi?*
8 *Consensus Ordinarij, Capituli, & Parochi an requirat scripturam, & qualiter probetur?*
9 *Explicatur decretum Clementis VIII. super distantia inter Monasteria.*
10 *Nouos conuentus an possit erigi, si nequeant substentare duodecim Religiosi, & qua cautela.*
11 *Vicarius Capitularis, vel Capitulum Sede vacante, an possit authorizare constructionem noui Conuentus?*
12 *Nouorum Monasteriorum in erectione, qui sint vocandi.*
13 *Quid de Monasterijs Monialium.*
14 *Licentia Episcopi quando non requiratur.*

1 DE requisitis super noua fundatione Conuentus Religiosorum, siue Regularium in aliquo loco hic agitur. Quinque regulariter recensentur. Primum Apostolicum beneplacitum. Secundum consensus Ordinarij. Tertium totius populi consensus. Quartum Parochi, & beneficiatorum. Quintum aliorum Religiosorum existentium in eodem loco, vel in alijs adiacentibus infra quatuor milliaria consensus, iuxta decretum generale Clementis VIII.

Quoad primum requisitum videtur istud esse necessarium per *text. in cap.* 1. *de excess. Prælat. in* 6. *& cap.* 1. *de religios. domib.* 2

An dispositio recensitorum canonum moderata sit per Sac. Conc. Trident. *sess.* 25. *de regular. c.* 3. & etiam per priuilegia Apostolica? Affirmat relati per Donat. *in prax. Regolar. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 1. *de Monaster. ædific. quæst.* 13. *num.* 4. Rotam *decis.* 745. *part.* 1. *recent.* Antunell. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 1.

Contrarium verius respectu Sacr. Concil. Trident. probant Ricc. Nouar. & Donat. *vbi sup. num.* 1. *& quæst.* 9. *num.* 15.

Dubitatur beneuerùm an moderata sint iura citata per priuilegium Apostolicum inductum ex Constitutione Vrbani VIII. confirmante in forma specifica Religionis Constitutiones, in quibus præscribitur forma nouarum fundationum Conuentuum cum licentia Ordinarij loci, & consensu Communitatis ad hæc tantum requisita necessitas sit restricta. 3

Veriùs dicitur, quod non adsit hoc priuilegium, dum in contrarium praxis Sacræ Congregationis se habet, vt Barbos. *in summa dec. Apostolic. collectan. dec.* 386. *n.* 69. *& collect.* 503. *num.* 10. Et Constitutio Vrbani continet monitum directum in Religiosos, ne facerent nouas fundationes, nisi cum consensu, & bona, & bona gratia Ordinarij, ne alias illis inuitis introducuntur. Et Sacra Congregatio nomine Papæ beneplacitum præstat præuia informatione de redditibus, & alijs requisitis.

Quantum ad requisitum licentiæ Ordinarij loci necessitas hæc est absoluta tam de iure communi, quàm ex dispositione Sac. Concil. Tridentini, & Ordinarius si iniustè denegaret, poterit suppleri per Superiorem, cum non agatur de actu faciendo ex gratia mera, sed ex iustitia, & arbitrio boni viri ad instar illius consensus Ordinarij super erectione iurispatronatus. Et populis desiderantibus, & expedire opinantibus non debet esse in libito Ordinarij denegare introductionem Regularium. 4

Attamen per Constitutionem 31. Gregorij XV. statutum est, vt à denegatione non possit appellari, nisi ad Papam, vel S. Congregationem Episcoporum, & Regularium priuatiuè quoad omnes Metropolitanos, & Nuntios, aut alios.

Respectu consensus Parochi, ille requiritur ratione præiudicij resultantis in emolumentis oblationum, & eleemosynarum ratione Anniuersariorum, & Missarum, aliorumque diuinorum, vt apud Donat. *tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 1. *de Monaster. ædific. quæst.* 15. *num.* 1. Ventrigl. *num.* 21. quæ refert Cardin. de Luca *de regol. discurs.* 29. *num.* 14. 5

Cæterùm defectus hic poterit suppleri per Superiorem eodem modo, quo ille consensus Ordinarij, quando Religio non se ingerat in administratione Sacramentorum, vt præsertim pœnitentiæ, nec accedat ad funera, nec admittat sepulturam cadauerum in Ecclesia; istaque oppositio negligi solet per S. Congregationem, quoties populus id concorditer desiderat, neque iusta motiua denegandi extent, ita Card. de Luca *vbi supra*.

Magis substantialis est consensus populi, præcisè quando adsit factionaria diuisio, tunc enim scandala oriri possunt; exigitur autem consensus populi in Consilio Generali, vt cum Ventrigl. *num.* 23. de Luca *vbi supra num.* 16. 6

Declara quod si conuocato Consilio maior pars populi id exoptet, & laudet, aliqua vero sine iusta causa se opponat, quia nempè alij Regulares, vel Clerici sæculares, ita aliquorum oppositiones affectent, vt frequens praxis docet, tunc Sacra Congregatio hanc oppositionem negligere solet, prout etiam potest Ordinarius vbi alia requisita concurrant.

Considerabilis, & substantialis est oppositio Regularium potissimè vbi sit religiosorum verè mendicantium, quorum certum, & euidens est præiudicium per introductionem alterius religionis, quæ cum eadem mendicitate viuit ob decretum Clementis VIII. & 9

Con-

Constitutionem Gregorij XV. quod est in viridi obseruantia.

Solum tamen Sacra Congregatio hanc oppositionem negligere solet, vbi populi talis qualitas sit, quod cum eleemosynis vtrique Conuentui sufficienter consultum esse possit, sine accederet aliud iustum motiuum, & aliter quando Conuentus non viuit ex quæstuatione, quamuis sit de religionibus Mendicantibus.

8 Ordinario loci consensus, Capituli, & Parochi non requirit scripturam, si introductio facta fuerit per Episcopum cum solemni processione habita cum interuentu Capituli, Cleri, & populi omnibus plaudentibus, & gratum habentibus, deindeq; ipsi religiosi consueuissent docere doctrinam christianam, aliasque functiones peragere in adiutorium Capituli, & parochi, vt de his Card. de Luca *discurs*.30. *num*.6.

9 Citra decretum Clementis VIII. super nouis conuentibus non fundandis sine consensu regularium existentium infra distantiam quattuor milliarium, quoties ambo Monasteria viuunt ex quæstuatione, qualiter efformetur milliare, & Geometræ concordant, vt constituatur ex mille passibus, & plenè Card. de Luca *discurs*. 31. *de regular*. *num*.5. Et Monasteria Fratrum Minorum de Obseruantia distare debent spatio 300. cannarum à regularibus alterius Ordinis Mendicantium, Barbos. *de Episcop. allegat*. 26. *num*. 6. Antonell. *lib*. 7. *cap*. 1. *num*.10.

Mensura an sit facienda per aerem, vel per terram; & an per lineam rectam, vel per campos, vel per scortos, vel per viam publicam magis visitatam à viatoribus, quamuis aliqua opinionum diuersitas dignoscatur, adhuc tamen magis communis est, vt fieri debeat per vias visitatas, Castr. & Ias. *in l*. 1. *ff. si quis cantion*. vbi quod sub nomine viæ, non veniunt scorti, sed viæ frequentatæ, & an attendatur distantia de vno monasterio ad aliud, vide Lucam *discurs*. 31.

10 Nouus Conuentus non potest erigi, si nequeant sustentari duodecim religiosi, & nihilominus poterit obtineri dispensatio, vel derogatio Apostolicis constitutionibus, de Luca *vbi sup. discur*. 32. *num*. 1. & 9. vbi quod aderat licentia super noua fundatione concessa per Cardinalem Vicarium Vrbis, seu per eius Vicegerentem asserentem id agere ex viuæ vocis oraculo Papæ, & dubitatum fuit, an sufficiebat.

Quod si religio offerat se sustentare aliunde numerum 12. religiosorum imponendo collectas alijs Monasterijs ad instar collectarum, quæ imponuntur pro sustentatione Patris Generalis, vel instar Collegij, quod sustentat iuuenes, & alumnos meliori educatione, ac melioribus studijs in Collegio Vrbis, vel Salamantico, ita de Luca *discurs*.32.

11 Vicarius Capitularis, vel Capitulum Sede vacante, an possit auctorizare ædificationem noui Conuentus? Negant Donatus *vbi sup. quæst*.18. quem refert de Luca *discurs*. 29. *num*. 19.

12 In constructione noui Monasterij de licentia Episcopi, iuxta Concil. Trident. *sess*.25. *de Regular*. *cap*. 3. sunt vocandi Priores, procuratores, seu interesse habentes aliorum Conuentum illius loci, nec non aliorum Monasteriorum per quattuor millia passus circumuicinorum, ad hoc vt constet an d. Monasteria commodè sustentari possint sine aliorum detrimento. Et in casu, quòd in illis locis nulli alij regulares reperiantur, d. inquisitio cum locorum incolis facienda est, Pellizar. *de Monial*. *cap*. 10. *num*. 31.

13 Idem procedit in erigendis Monasterijs Monialium, quæ non possunt erigi, si nón habeant redditum saltem scutorum 300. pro sustentandis duodecim Monialibus, Pelizar. *vbi sup*. *cap*.7. *num*. 19. Addens, quòd absque speciali indulto Sedis Apostolicæ noua Monasteria Monialium erigi non possunt. Nec Monasteria Monachorum in Parochia, vbi illa non habent.

14 Regulares an possint sine licentia Episcopi, & sine alijs solemnitatibus mutare locum in eadem Ciuitate? Hinc indè edisserit Ventrigl. *num*.25. & inclinat in opinionem negatiuam. Sed si Monasterium de loco non sano ad sanum transferri velit, & tunc posse volunt Diana *part*.3. *tom*.2. *res*.136. Antonell. *de regim. Eccles. lib*.7. *cap*. 1. *num*.6. Hospitia non includi tradit idem Antonell. *num*.5. nec domum recreationis causæ Ventrigl. *n*. 26. vbi etiam quid si regulares ex legato, donatione, vel alio titulo habeant magnam pecuniarum summam, vt ex illa commodè viuere valeant vtrum audiendi sint alij regulares, & refertur dissidium inter Riccium *decis*. 224. *part*. 4. & Nouar. *practic. conclus*. 2. *tit. de ædific. Monaster*.

ANNOTATIO XIX.

De residentia Canonicorum.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quomodo omnes Canonici teneantur ad residentiam, & non solum ad residendum in Ciuitate, sed ad seruiendum in Choro. Et quomodo contra non residentes procedatur, & amittant distributiones. Et an illas amittat administrans Sacramenta in Ecclesia curata, vel absens in tribus mensibus Concil. Trident. vel inseruiens Episcopo, seu absentes causa Studij, vel celebrans Missam priuatam. Et quid si celebret ex obligatione sui Canonicatus. Quid de Canonico Vicario Episcopi, de Canonico excommunicato, vel suspenso iustè. Distributiones absentium quomodo accrescant præsentibus. An possint remitti.

§. II. Quando Canonici absentes lucrentur distributiones ex causa infirmitatis, necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, adducuntur multi casus particulares prædictarum causarum. Et an requiratur vltra iustam causam licentia Episcopi. Quæ quomodo, & pro quanto tempore sit danda. Et an data possit reuocari. Et in quibus casibus non sit necessaria. Plura de tribus mensibus absentiæ à Concil. datis. Canonici quomodo teneantur inseruire, & in Choro canere, & psallere cum alijs.

§. III. Quibus pœnis puniantur Canonici absentes. Quomodo contra eos procedatur ad priuationem fructuum, vel canonicatus. Et quibus adhibitis citationibus, & terminis. Et an in tali causa detur appellatio. Quid possit consuetudo, vel statutum in his terminis residentiæ, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus omnes obligant ad residendum. Et quomodo Canonici dicantur residere, num*.2.

3 *Canonicus curam animarum exercens quando lucretur distributiones.*

4 *Canonicus absens in mensibus Conc. Trident. perdit distributiones. Et an valeat consuetudo, vel statutum in contrarium.*

5 *Canonicus ingrediens Religionem, quos fructus perdat infra annum nouitiatus.*

6 *Canonicus inseruiens Episcopo, quos fructus lucretur. Quid de absente causa Studij, num*. 7.

8 *Canonicus celebrans priuatè Missam tempore officij, an perdat distributiones. Et quid si celebret ex vi obligationis sui Canonicatus, num*. 9.

10 *Canonici quando possint donare, vel remittere distributiones amissas Canonico non seruienti.*

11 *Canonicus Vicarius Episcopi non lucratur distributiones, dum abest ratione officij.*

12 *Canonico iustè excommunicato, interdicto, vel suspenso non debentur distributiones. Quid de alimentis.*

13 Ca-

13 *Canonici verè seruientes acquirunt distributiones absentium, non autem qui iuris fictione habentur vt præsentes. Et quæ dicantur propriæ distributiones.*

ANNOTATIO XIX.

§. I.

Ad Textum in cap. vnic. de Cleric. non resident. in 6.

TRactant hic DD. communiter materiam residentiæ Canonicorum, & aliorum Beneficiatorum, & Clericorum, Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, ad finem lucrandi distributiones quotidianas, & fructus Canonicatus, de qua materia tractant ferè omnes Canonistæ, ac etiam Summistæ, præsertim Nauar. *consil. 2. in antiq. seu 12. in nouis, de cler. non resid. & consil. 26. de præbend.* Marius Ant. *variar. resol. resol. 85. lib. 1.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 7. quæst. 10.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 2. verb. Canonicus, & verb. distributiones*, Hoieda *de benefic. part. 1. cap. 17.* Couar. *lib. 3. var. cap. 13.* Quaran. *in sum. Bullar. verb. resid.* Bonac. *tom. 1. de hor. canon. disp. 2.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 15. & 20.* Selu. *de benefic. part. 4. quæst. 6.* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 1.* Spin. *in spec. testam. glos. 9. prin.* Monet. *de distribut. part. 2. quæst. 6. & ferè per tot. tract.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 166.* Sandoual. *de offic. Eccles. 5. p. cap. 3.* Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. §. 1.* Gonzal. *in proem. §. 7.* Barbos. *de canon. & dignit. cap. 20. & seqq. & in sum. Apostol. dec. verb. canonici absentes, & verb. absens, verb. residere, & verb. distributiones*, Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 7. cap. 6.* Thesaur. *in prax. Eccles. part. 2. cap. 3. verb. resid.* & alij, Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12.* & quia materia est communis, dicemus pauca vsu frequentiora.

1 Nota primò, omnes Canonicatus hodie ex Concil. Trident. *cap. cit.* requirere residentiam, tenent DD. communiter, præsertim Nauar. *cit. consil. 2. num. 2.* Campanil. *num. 20.* maximè ex consuetudine totius Italiæ, vt testatur Hoieda *de incompatibil. resolut. 1. cap. 17.* Vnde inducunt incompatibilitatem cum Parochiali, contra doctrinam Rebuff. *de dispens. rat. ætat. vers. incompatibilitas, sub num. 8.* de his vide distinctius Campanil. *cit. loc.*

2 Nota secundò, quòd saltem ad finem lucrandi distributiones quotidianas Canonicus licet resideat in Ciuitate, seu alio loco, vbi sita est Ecclesia, non dicitur facere residentiam, nisi etiam inseruiat Ecclesiæ, ac diuinis officijs intersit statutis horis, alias distributiones non lucratur, & si eas recipiat, non facit suas, & ad restitutionem tenetur, non obstante quauis consuetudine, nisi ex causa necessitatis corporis, vel vtilitatis Ecclesiæ, ab ipsa Ecclesia abfuerit, iuxta dispositionem *text.* nostri, qui loquitur de non residentia, siue absentia à Choro, & Canonicos absentes à Choro tantum, posse puniri, voluit Sacr. Concil. vt refert Piasec. *in prax. p. 2. cap. 3. num. 10.* de absentia verò non solum à Choro, sed etiam à loco, seu Ciuitate loquitur *text. in cap. cum omnes, de constit. & cap. cum non deceat, de elect. in 6.* nouissimè Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform.* statuit, vt obtinentibus Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones in Cathedrali, aut Collegiata non liceat vigore cuiusuis statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab ijsdem Ecclesijs quolibet anno abesse, saluis tamen Constitutionibus Ecclesiarum, quæ longius seruitij tempus requirunt, alioquin primo anno priuetur vnusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbendæ, ac residentiæ, suos fecit. Quod si iterum eadem vsus fuerit negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos ratione etiam Præbendæ, ac residentiæ eo anno lucratus fuerit; crescente verò contumacia contra eos, iuxta sacros Canones, procedatur, idest ad priuationem Beneficij, vt notat Garz. *cit. loc. num. 140.* Vlterius Concil. *cit. loc.* statuit, vt distributiones illi tantum, qui statis horis interfuerunt, percipiant; reliqui quauis collusione, aut remissione exclusa, his careant, iuxta dispositionem huius *cap. vnic.* quam Concil. innouauit. Verùm proposita regula amissionis distributionum ob non residentiam ampliatur, ac limitatur pluribus modis.

Et primò ampliatur, vt Canonicus, vel Portionarius 3
amittat distributiones quotidianas, etiam si à Choro absit causa administrandi Sacramenta, vel satisfaciendi animarum curæ, quam habet in alia Ecclesia, tenet Moneta *cit. loc. part. 2. quæst. 11. num. 69.* Barbos. *etiam cit. loc. num. 12.* Verùm si in Ecclesia Canonicatus administret Sacramenta, & exerceat curam animarum annexam suo Canonicatui, Dignitati, vel Portioni, tunc habetur pro præsente in Choro, dum est in actu exercendi curam; & lucratur distributiones quotidianas, tenet Ricc. *in prax. for. Eccles. resolut. 389. num. 4.* Marcell. Vulpe *in prax. iud. for. Eccles. cap. 13. num. 18.* & refert Barbos. *cit. tract. de can. & dign. cap. 24. num. 12.* sic decidisse Sacr. Congreg. *in vna Lauden. 24. Nouembris* 1617. *Canonicum à Choro absentem occasione seruitij curæ eius Canonicatui annexæ quotidianas distributiones lucrari, tanquam si esset præsens, ideoque Episcoporum curam animarum eidem Canonico auferre, & Mansionario sibi, eiusque successoribus benè viso conferre non debet.*

Secundò ampliatur, vt absens à Choro perdat distri- 4
butiones quotidianas, etiam in illis tribus mensibus, quibus licet Canonicis abesse à seruitio Ecclesiæ vigore dispositionis Sac. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 12. de reform. §. præterea*, non obstante consuetudine, si quæ esset in aliqua Ecclesia in contrarium, defendit Paris. *lib. 1. de resign. benefic. quæst. 10. num. 65.* referens sic declarasse Sac. Congreg. tenet Quarant. *in sum. Bull. verb. resid. vers. item propositionem illam*, sentit Gonzal. *in 8. regul. Cancellar. §. 7 proem. num. 182.* probat Raph. della Torre *de relig. tract. de hor. can. contr. 10. disp. 4. & 5.* cumulat ad id multa, & DD. & Rotæ *decis.* Garz. *de benefic. p. 3. cap. 2. num. 249.* contra alios, quos refert *num. 248.* idque procedit, etiam si Canonicatus consistat solum in distributionibus quotidianis, vt refert declarasse Sac. Congr. Alex. Monet. *citat. loc. 2. part. quæst. 13. à num. 33.* sub his verbis, *Vacantiæ omnes vnius aut plurium mensium, quibus absentes distributiones percipere solebant, sublatæ sunt, nisi absint ex causis à iure permissis, præterquam si dictæ vacationes concessæ essent fundatione, quæ non est sublata, quæ etiam intelliguntur sublatæ, si Canonicatuum fructus omnes sint distributiones quotidianæ*, sequitur Garz. *cit. loc. num. 250. qui num. 253.* dicit valere statutum contra hunc casum, sicut est in Ecclesia Abulen. maximè si est confirmatum per Sedem Apostolicam, etiam ante Concil. in forma specifica, quia statuto non est derogatum per Concil.

Tertiò, Canonicus ingrediens Religionem licet di- 5
catur iustè absens, & excusari à residentia durante anno nouitiatus, non tamen lucratur intra dictum annum distributiones quotidianas, tenet Garz. *de benefic. part. 11. cap. 9. num. 31.* licet secus sit in Beneficijs alijs habentibus fructus in absentia, quia Nouitius illos lucratur, nec debet eis priuari, etiam quod exeat, & non profiteatur, cum sit absens ex iusta causa, *cap. relatum, de cler. non resid.* ita Eman. Rodriq. *quæst. regul. 2. tom. quæst. 37. art. 1.* Azor. *instit. mor. lib. 12. cap. 3. quæst. 1.* contra glos. *in cap. beneficium, de regul. in 6.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 15. num. 84.* & alios, quod in Beneficijs requirentibus seruitium intellige, dummodo Nouitius seruiat per alium, assignata seruienti congrua Portione, vt in *d. cap. beneficium.*

Quartò, licet Episcopus possit habere in sui seruitium 6
duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, siue Collegiatæ, iuxta veriorem opinionem, quam etiam tenuit Sacr. Congreg. *in causa Colonien. 9. Septemb.* 1628. his verbis inter cætera, *Episcopum posse vti opera duorum Canonicorum, siue de Cathedrali, siue de Collegiata Ecclesia*, sed non plus duobus, docet Moneta *de distribut. quotid. part. 2. quæst. 8. num. 6.* & alij, tamen hi duo Canonici non lucrantur distributiones quotidianas, licet lucrentur fructus Præbendarum, & dicantur iustè abesse, ad dicta in *cap. de cætero, & cap. ad audientiam, de cleric. non resid.* quæ procedunt, etiam si dicti duo Canonici

Epi-

Episcopi inseruiant in visitatione, refert decisum Gallet. *in marg. cas. consc. verb. Canonicos pag.* 29. *in fin. & verb. distrib. pen.* Marcell. Vulpe *in prax. iud. rer. for. Eccles. cap.* 13. *num.* 4. & 5. Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 53. *num.* 143. 3. *part. & de canon. & dignit. cap.* 25. *num.* 6. qui DD. & alij id intelligunt non procedere quando omnes fructus Canonicatus consistunt in distributionibus quotidianis, quia tunc seruientes Episcopo duas partes distributionum lucrantur, tertia verò cedit interessentibus seruientibus.

7 Quintò, Canonicus absens causa Studij licet dicatur iustè abesse, ac lucretur omnes fructus Canonicatus, non tamen lucratur distributiones quotidianas, idest illam partem, quæ distribuitur inter Canonicos, habito respectu ad singulos dies, & horas, iuxta *decis. Put.* 175. *num.* 5. *lib.* 2. declarat Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 25. *num.* 10. Verùm aduertat Episcopus, vt absit causa Studiorum proprortionatus numerus Canonicorum, ne diuinus cultus diminuatur, vt aduertit Vgolin. *de offic. Episcop. part.* 1. *cap.* 19. *in princ.* quia licèt hæc causa sit iusta, ad hoc vt Canonici possint abesse, debet tamen regulari cognitione Episcopi, ac illius licentia, nec potest Canonicus in hoc casu sub prætextu, causam esse iustam, propria auctoritate discedere, non habita Episcopi licentia, vide Garz. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 59. *ad fin.* qui constituit differentiam circa obligationem petendi licentiam ab Episcopo inter discentes, & docentes.

8 Sextò, Canonicus celebrans priuatè Missam in ipsa Ecclesia ex obligatione, vel deuotione tempore diuinorum officiorum tanquam absens à Choro amittit distributiones quotidianas, etiam quod teneatur celebrare ratione Capellaniæ, quam habet in eadem Ecclesia in titulum separatum à Canonicatu, iuxta opinionem Abb. *in cap. cum olim, de re iudic. num.* 3. & 6. latè defendit Garz. *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *à num.* 396. vbi nonnullas adducit Sacræ Congregat. Concil. declarationes; sequitur Barbos. qui plures refert *de Canonic. & dignit. cap.* 25. *in fin.* & tenet, quòd si consuetudo esset in aliqua Ecclesia in contrarium, nempè celebrandi priuatas Missas à Canonicis tempore diuinorum officiorum, esset toleranda, cum sit ex iusta causa, docet etiam Moneta *part.* 2. *quæst.* 11. *num.* 56. & probatur per Concil. Compostellanum *act.* 2. *decret.* 16. adductum ad hoc per Garz. *cit. loc. num.* 401. & est commune, & id nisi fuerit compulsus ad celebrandam Missam ab eo, ad quem pertinet, ita Sacr. Congreg. *in declarat.* adductis per Barbos. *cit. loc. in fin.*

9 Ex dictis posset difficultari, quia DD. videntur in hoc casu loqui, quando Canonicus habet Capellaniam in titulum distinctum à Canonicatu, vel celebrat Missam priuatam mercede, vel deuotione. Quid dicendum si Canonicus tenetur ex vi oneris iniuncti suo Canonicatui celebrare Missam priuatam, vt est in Reuerendissimo, ac Spectabilissimo Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Illustriss. Ciuitatis Capuæ, vbi adsunt duo Primicerij, quorum primus Ego ipse ab anno 1637. licet indignus fui, & sex Canonici nuncupati omnes octo Canonici Congregationis, seu Capellarum, quibus Canonicatibus inest onus celebrandi quotidie priuatim in dicta Ecclesia Missas sex, & alias in certis diebus; an isti Primicerij, & Canonici possint tempore diuinorum officiorum celebrare Missam priuatam in eadem Ecclesia, ad quam tenentur ratione eorum Canonicatuum, & proinde eodem tempore lucrari distributiones quotidianas debitas interessentibus Choro. Et dicendum est posse celebrare Missam, ac lucrari distributiones, & probatur.

Primò, certum est in iure, currere argumentum à simili, & etiam vbi eadem militat ratio, procedere & eandem iuris dispositionem, non solum per modum extensionis, sed etiam per modum comprehensionis, iuxta doctrinam glos. *in cap.* 1. *versic. Italia, de tempor. ord. in* 6. Bald. *in l. qui de quibus, ff. de legib.* latè Paris. *cons.* 83. *à num.* 21. *lib.* 3. sed in hac materia conceduntur distributiones quotidianæ administranti Sacramenta, & exercenti curam animarum in eadem Ecclesia annexam suo Canonicatui, Pœnitentiario audienti confessiones, & similibus; ea ratione, quia satisfaciunt oneribus, quæ suis Canonicatibus inhærent. Sed hæc omnino ratio militat in celebrante Missam priuatam, ad quam tenetur Canonicatus, ergo eadem ratio lucrandi distributiones militat in illo.

Similiter Archidiacono, vel Canonico visitanti Ecclesiam, iura, vel redditus suæ Præbendæ debentur distributiones, vt dicemus inferius cum Garz. Azor. Monet. & alijs, ea ratione, quia iste visitans seruit Ecclesiæ in re vtili; sed celebrans Missam priuatam deseruit Ecclesię in re vtili, quia satisfacit oneri Ecclesiæ de satisfaciendis Missis, & de prouidendo Populo de sacrificio, ergo debet etiam lucrari distributiones, sicut eadem ratione lucratur distributiones Canonicus exercens iurisdictionem Ecclesiæ, Canonicus missus pro legatione Capituli, Vicarius Capitularis, Missus ad limina Apostolorum, & alij, de quibus Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 24. *per tot.* cum quibus non est maior ratio, quam cum Canonico celebrante, vt in casu nostro.

Item Canonici, qui in aliqua Ecclesia tenerentur ex consuetudine, vel alia lege particulari assistere Episcopo celebranti Missam priuatam extra Chorum, lucrarentur distributiones quotidianas, nulla alia ratione, nisi quia isti Canonici tenentur ex obligatione Canonicatus huic assistentiæ; nam alias si assisterent non obligati, non lucrarentur, vt optimè Barbos. *cit. loc. n.* 12. & *seqq.* Sed maior ratio militat in casu nostro, in quo Canonicus ex obligatione Canonicatus non assistit Missæ priuatæ, sed celebrat, quod plus est.

Rursus regulam, quòd Canonicus celebrans Missam priuatam amittat distributionem pro illo tempore, communiter DD. dicunt non procedere, quando Canonicus celebrat iussu Superioris Chori, ad dicta per Barbos. *cit. loc. cap.* 25. *num.* 12. *in fin.* quia videtur non spontè recedere à Choro, sed coactè iussu Superioris; sed in casu nostro Canonicus non spontè, sed coactus obligatione sui Canonicatus recedit à Choro, ergo etiam debet lucrari distributiones; & si adest casus, in quo possint verificari dicta Doctorum, vt liceat Superiori iniungere Canonico, vt priuatim celebret tempore diuinorum officiorum, & lucrari distributiones, non alius potest esse, nisi pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ; & in casu nostro concurrit necessitas non solum ex parte celebrantis, qui tenetur celebrare, sed etiam ex parte Ecclesiæ, quæ tenetur prouidere Populo de sacrificio, maximè in diebus festiuis de præcepto, in quibus Populus obligatur audire sacrum. Concurrit etiam vtilitas, quia eo magis crescit deuotio, & frequentia Populi erga Ecclesiam, quo plus Ecclesia deseruit Populo, illi Missas parando.

Posset de facili obijci contra hanc opinionem, quod potest Canonicus satisfacere obligationi celebrandi Missam priuatam alio tempore, quam quo est deseruiendus Choro, ergo, &c.

Duplici modo respondetur huic obiectioni. Primò, si Canonicus exercens curam animarum in eadem Ecclesia annexam suo Canonicatui, vel visitans, aut Pœnitentiarius audiens confessiones percipiunt distributiones, hæc facientes tempore diuinorum officiorum, etiam si illa facere possint extra illud tempus, vt diximus supra cum Barbos. Garz. & alijs, cur hoc non debeat permitti etiam in casu nostro, in quo Canonicus gerit vtile negotium Ecclesiæ, celebrando tempore commodiori Populo, nam si celebret ante officium dicendum in Choro, vel post dictum non celebrat pro commoditate Populi, cuius commoditas est vtilitas Ecclesiæ, maximè Matricis, quæ tanquam mater tenetur de spirituali alimonia filios prouidere, quia vel in primo casu est valde mane, & Populus non accessit, aut in secundo casu, ratione tarditatis, Populus recessit ab Ecclesia.

Secundò potest responderi, si Canonicus in hoc casu esset adstrictus celebrare Missam priuatam alio tempore, quam tempore diuinorum officiorum, sequeretur, quod in diebus festiuis, vel alijs ferialibus tempore ieiunij, in quibus, vel ratione solemnitatis, vel ratione precum, Canonici à mane vsque ad meridiem assistunt Choro, non possunt celebrare Missam, ob dese-

defectum temporis, vel si possent, cum maximo incommodo. Et si Canonicus ex vi obligationis sui Canonicatus tenetur Choro inseruire, & missam priuatam celebrare; non est maior ratio satisfactionis Chori, quàm Missæ; & si quando satisfacit oneribus sui Canonicatus annexis lucratur distributiones, vt diximus de satisfaciente exercitio curæ, visitationis, iurisdictionis, & similium, cur non quando satisfacit oneri Missæ Canonicatus? & si hæc celebratio redundat in seruitium, & vtilitatem ipsius Ecclesiæ, cur debebit ita inseruiens priuari distributionibus, si DD. vno ore, ex text. *huius cap. vnic. de cleric. non resident. in 6.* concedunt illas absentibus à Choro pro seruitio, & vtilitate Ecclesiæ, vt latè apud Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. §. 1. num. 349. & seqq.* In hoc casu calamus excessit fines breuitatis contra suum institutum, sed potest excusari, quia cùm non inueniatur decisio in terminis, est recurrendum ad rationes. Et ne videamur sententiam ex proprio Marte firmare, scias ita tenuisse doctissimum Hieron. Campanil. Episcopum Laquedonensem in suo *diuers. iur. canon. rubr. 3. cap. 6. sub num. 27.* paulò post princ. his verbis, *Quòd notandum, quia etiam cæteri Canonici habentes onus celebrandi Missas, dicuntur præsentes in Choro, dum illas celebrant; quod si illud exequi deberent ob alias Capellanias seiunctas à Canonicatu, non gauderent distributionibus pro tempore, quo celebrarent in illis, quamuis existentibus in eadem Ecclesia*, per Felin. *in cap. cum olim, num. 2. de sent. & re iudic.*

10 Octauò, ampliatur regula posita, quòd Canonicus absens à Choro perdat distributiones ita, & taliter, vt Capitulum ex benignitate non possit illi eas remittere, cùm expressè hic *cit. text. Concil. Tridentin.* remissionem excludat, qua dispositione non solùm est prohibitum de remittendis distributionibus futuris conuenire, sed etiam præteritas amissas remittere, etiam si absit omnis fraus, secundum veriorem opinionem post Concil. Trident. licet contraria opinio, quæ admittebatur ante Concil. apud multos DD. defendatur, ita tenet Nauar. *de orat. miscell. 59. num. 3.* Azor. *instit. moral. lib. 7. cap. 7. quæst. 9.* & alij, quos sequitur Barbos. *de canon. & dignit. cap. 22. in fin.* Verùm etiam in terminis Concil. Trident. admitterem postquam Canonicus, qui perdidit distributiones, illas restituit alijs, qui lucrati sunt, posse illas cessante fraude iterùm restituere, & donare Canonico, vt videtur etiam sentire Thesaur. *in prax. Eccles. verb. residentia, cap. 3. vers. vltimo*, maximè accedente iusta causa, vt si donatio, & remissio fiat Canonico in exilium misso per viam eleemosinæ; vel Canonico carcerato sine iusta causa, & in similibus, de quibus Gonz. Mendez. Vasconcell. *lib. 1. diuers. iur. argum. cap. 9. n. 16. 17. & 19.* qui tenet, quòd in his casibus valet donatio, quia videtur cessare dolus, quamuis extra hos casus defendat veriorem opinionem, quòd nulla via possint Canonici donare distributiones quotidianas, aut de illis gratiam facere absentibus, quasi tunc dolus præsumatur, ex *cap. tenore, de rescript.* sequitur Grat. *discept. for. cap. 166. num. vlt.*

11 Nonò, ampliatur regula, vt nec Canonico Generali Vicario Episcopi debeantur distributiones, si à Choro absit pro administratione sui officij, etiam si per immemorabile tempus obseruatum sit contrarium; quia non dicitur abesse ex iusta causa, cùm Vicarius seruiat soli Episcopo, non autem Ecclesiæ, ad dicta per Rot. *decis. 222. num. 5. part. 2. diuers.* ita tenet Barbos. *de canon. & dignit. cap. 24. num. 16.* adducens Garz. & alios, ac declarationem Sac. Congreg. *in vna Bitteten. 18. Decembris 1627.*

12 Decimò, distributiones non debentur iustè excommunicato, etiam interposita appellatione à sententia excommunicationis, ita Monet. *de distribut. quot. part. 2. quæst. 15. num. 18. & 20.* Item iustè ab officio suspenso, vt idem Monet. *cit. loc. num. 37.* Similiter iustè interdicto ab ingressu Ecclesiæ à iure, vel ab homine, etiam in alia Ciuitate, idem Monet. *cit. loc. quæst. 16. num. 46. vsque ad 55.* Vltimo iustè deposito, seu verbaliter degradato ab Officio, vel Beneficio, Monet. *cit. loc. quæst. 17. à n. 23.* his omnibus non deberi distributiones quotidianas, refert etiam Barbos. *de canon. & dignit. cap. 22. per tot.* qui licet prædictis deneget distributiones, non tamen alimenta, si aliundè non habent vnde alantur: quia tunc non obstante excommunicatione, suspensione, interdicto, depositione, & similibus, debent ex fructibus Canonicatuum ali. Sed ista de alimentis intellige iuxta dicta per Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 82. per tot.*

Vndecimò, distributiones quotidianas ita amittit Canonicus in supradictis casibus, ac in alijs similibus, quando non legitimè à Choro abest, vt illæ fiant, & acquirantur alijs Canonicis seruientibus, & interessentibus diuinis officijs, vt probatur in hoc *cap. vnic. & in text. cit. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. vers. distributiones*, ibi, *Qui statis horis interfuerint, &c. & sess. 21. cap. 3. de reformat.* ibi, *In distributiones quotidianas, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes proportionabiliter, &c.* Monet. *disp. 3. quæst. 6. num. 16.* Couar. *lib. 3. var. cap. 13. num. 7.* nouissimè Barbos. *de canon. & dignit. cap. 22. num. 14. & seqq.* explicat Concil. Trid. *sess. 22. cap. 3. de reform.* vbi videtur dicendum has distributiones absentium, applicandas esse Fabricæ Ecclesiæ, si indigeat; vel alteri pio loco. Diximus distributiones absentium fieri interessentibus, intelligendum de præsentibus, & actu seruientibus, non verò de illis, qui iuris fictione censentur interessentes; vt sunt qui absunt causa infirmitatis, & similium, vt constat ex hoc *cap. vers. statuimus*, & explicat Barbos. *cit. loc. num. 18.* & probatur ex citatis locis Conc. Trident. Hæc procedunt in illis distributionibus, quæ quotidie distribuuntur, siue potius distribuuntur ijs, qui quotidie Horis Canonicis, & Diuinis Officijs intersunt, de quibus per Barbos. *cit. loc. cap. 21. in princ.* & illæ propriæ dicuntur distributiones quotidianæ, quæ per singulas horas diuiduntur, & distribuuntur quotidie, etiam si solutio non fiat in dies, secundum Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 440.* 13

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *INteressentia à præsentia differt in materia distributionum quotidianarum.*
2 *Canonici interessentes, an possint absentibus condonare partem accrescentem eis ob absentiam?*
3 *Priuilegium percipiendi distributiones ob infirmitatem habent tacitam conditionem.*
4 *Intellectus verborum Concilij Trid. sess. 24. de reform. cap. 2. ibi, statis horis.*
5 *Horæ Canonicæ debent subiacere punctaturis.*
6 *Ius accrescendi quando intret in distributionibus.*
7 *Priuilegium emerentiæ ratione antianitatis, quando suffragetur pro exemptione à seruitio.*
8 *Distributiones quando sunt tenues, qualiter possint fieri pingues.*
9 *Canonicus absens, an lucretur fructus præbendæ?*

IN materia distributionum quotidianarum differt interessentia à præsentia. Ad effectum enim lucrandi distributiones requiritur interessentia in choro tempore officij, & Missæ conuentualis, & non sufficit præsentia prout ad finem exequendi fructus beneficij, & præbendæ, nisi speciali indultu, aliter sit cautum, Abb. *in cap. cùm dilectus num. 3. de cleric. non resident.* Barbos. *de canon. & dignit. cap. 24. num. 1. & 3.* 1

Imò commorantes in seruitio Papæ quamuis lucrentur fructus beneficij etiamsi ab illo absint, Bich. *decis. 567. num. 8.* aliter quoad distributiones. Et de absentibus pro seruitio Episcopi, Luca *de canon. discurs. 112.* Quoad subcollectores Cameræ Apostolicæ aliter disponit Constitutio Sixti V. quoad verum sit vide Card. de Luca *de canonic. & dignit. discurs. 10.* vbi quod debet esse specialiter indultum.

Canonici interessentes licèt valeant portionem distribu- 2

butionum absentis, quam perceperunt, eidem absenti donare, non tamen ante perceptionem gratis remittere, sic disponente S.C. Tridentino *sess. 24. de reform. cap. 12.* ob bonum publicum videlicet contemplatione cultus diuini, cui aliquando fraus fieret, nam Canonici præsentes, quibus absentis partes accrescunt, illam absentibus remittant, vt similem remissionem in casu propriæ absentiæ reportent, Bichius *vbi supra.*

3 Priuilegium percipiendi distributiones quotidianas durante infirmitate habet annexam qualitatem, dummodo infirmus antea solitus esset interesse, & onus probandi hanc qualitatem incumbit alleganti, Bich. *num. 17.* Et partitæ solutionum distributionum ex libris Capitularibus extractæ non probant interessentiam, cùm potuerint fieri de consensu Canonicorum, & gratis remitti, ita Bich. *num. 18.*

Infirmo debentur distributiones proportionabiliter ad tempus, quo in infirmitate inseruierit, Bich. *decis. 626. num. 11.* Et laborantibus podagra distributiones, quia podagra est viua mors, Bich. *num. 1.*

4 Verba Concilij *sess. 24. de reform. cap. 12.* qualiter sint intelligenda, quibus disponitur, distributiones solùm percipi debere per eos, qui *statis horis* interfuerint absque eo, quod neque volentibus condonari, vel remitti possint non interuenientibus. Vnde Sac. Congregatio Concilij de anno 1660. censuit, consuetudinem improbam de integra assequutione distributionum interuenientibus solùm in matutino, laudibus, & missa conuentuali, & vesperis, licèt non interueniant in Tertia, Sexta, & Nona, Garz. *de benefic. part. 3. cap. 12. num. 488.* Idem comprobat Constitutio 104. B. Pij V.

5 Procedit autem quando horæ, quæ recitantur non subiacent punctaturis, cùm ita casus detur, vt omnes abessent, siue illæ per vnum, vel duos recitarentur. Diuisio turnaria per consuetudinem 40. annorum sustinetur, Et verba Concilij *statis horis* intelligenda de horis, in quibus distributum, & seruitium, & distributio fit per dies, & hebdomadas cum laxiore turno quibusdam temporibus, & docet vsus, & absentes subiacent punctaturis, de Luca *de Canonic. discurs. 11. & in annot. ad S.C. Trid. discurs. 25.* vbi quod valet consuetudo, vt Canonici solùm in diebus feriatis nonnisi Missæ Conuentuali, & in festiuis Missæ solemni interueniant stante præsertim numero magno beneficiatorum, ac portionariorum.

6 Ius accrescendi intrat in distributionibus, quando bona, seu eorum fructus indefinitè assignantur pro distributionibus absque certæ quantitatis taxa, secus accedente taxa, cùm tunc quod superest cedit commodo Ecclesiæ, Mantic. *decis. 226.* Bellon. *de iur. accresc. cap. 7. quæst. 47.* Et quando accrescunt, verè interessentibus accrescunt, non fictè, Bich. *decis. 102.*

7 Priuilegium emerentiæ an possit concedi ratione anzianitatis, & longæui seruitij ad effectum obtinendi exemptionem ab interessentia, & ita quis effici, vt vulgò dicitur *iubilatus*? Dic quòd non, quia maior æquitas videtur assistere Ecclesiæ, eiusque cultui, ita de Luca *discurs. 15.* aliter si adsit infirmitas excusans ab interessentia.

8 Distributiones quoties sunt tenues, vt sint pingues pro maiori seruitio Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, vt tertia pars fructuum præbendarum proportionaliter assignetur distributionibus quotidianis, vt Sacr. Conc. Trident. *sess. 21. cap. 3. de reform. & sess. 24. cap. 12.* de Luca ad S.C. Trid. *discurs. 15. num. 1.*

9 Canonicus non residens non lucratur fructus præbendarum. Beneuerùm vt lucretur, sufficit sola præsentia, seu residentia, licèt non interessentia, Luca *vbi sup. num. 2.* Sed præsentia ficta sufficit pro lucro fructuum præbendæ, Luca *num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicus absens iusta causa à loco residentiæ, an lucretur distributiones.*

2 *Canonicus infirmus lucratur distributiones. Ponuntur casus particulares, etiam si dederit causam infirmitati. Et an infirmitas debeat intimari Capitulo.*

3 *Capitulum non potest statuere super modum lucrandi distributiones sine consensu Episcopi.*

4 *Canonici senes an lucrentur distributiones in absentia. Et an senes dicatur infirmus. Et quid tempore pestis.*

5 *Canonicus absens ex necessitate lucratur distributiones. Quæ dicatur necessitas.*

6 *Canonicus vi detentus, vel prohibitus accedere ad Chorum, vel non admissus à Capitulo, lucratur distributiones.*

7 *Canonicus iniustè querelatus, vel carceratus lucratur distributiones. Nec valet consuetudo in contrarium. Et pro cognoscenda iniustitia est expectanda sententia. Et quid si fuerit appellatum.*

8 *Canonicus iniustè excommunicatus, vel suspensus lucratur distributiones, si per ipsum non stet absolutionem habere. Quid quando Ecclesia est interdicta, vel polluta.*

9 *Canonicus agens ad recuperandam distributionem, debet probare legitimum impedimentum. Et quando sit necessaria protestatio.*

10 *Canonicus absens in vtilitatem Ecclesiæ lucratur distributiones. Et cuius Ecclesiæ vtilitas requiratur vniuersalis, an particularis. Quid de agente negotia Capituli, qui potest negotia transferre ad aliud tempus, in quo non tenetur ad Chorum. Et quid si habeat salarium, num. 11.*

12 *Canonicus absens pro defensione causæ suæ Præbendæ, quando lucretur distributiones. Et quid si fuerit excommunicatus pro dicta causa.*

13 *Canonicus absens pro recuperatione fructuum sui Canonicatus, pro qua litem agit cum ipso Capitulo, lucratur distributiones.*

14 *Canonicus, qui sua negligentia malè agit negotium Capituli, non lucratur fructus.*

15 *Canonicus Vicarius Capitularis, an lucretur distributiones impeditus ratione officij.*

16 *Canonicus visitans propriam Ecclesiam, Pœnitentiarius, Theologus, Assistens Concilio Generali, Prouinciali, vel Diœcesano, Missus ad limina Apostolorum quando lucretur distributiones. Et an examinator Synodalis, num. 17.*

18 *Canonicus iustè absens quando perdit distributiones, lucratur massam grossam. Et quæ propriè dicantur distributiones in hoc casu. Et quid si omnes redditus sint distributiones.*

19 *Canonicus, qui iustam causam habet discedendi, an teneatur petere licentiam Ordinarij. Quæ licentia in absentia causa Studij non debet excedere quinquennium, num. 20.*

21 *Canonicus absens per tres menses* Concil. Trident. *non tenetur petere licentiam Ordinarij, nisi ipse Ordinarius hoc statuisset peculiari lege. Et hi tres menses sunt nonaginta dierum, num. 22.*

23 *Canonicus non potest abesse per tres menses, quando statutum, vel consuetudo Ecclesiæ minus tempus indulget. Et quid si seruitium totius anni desideret.*

24 *Canonicus absens an peccet, quando distributiones vult amittere.*

25 *Canonicus an teneatur psallere, & canere in Choro, ad finem lucrandi distributiones. An sufficiat sola interessentia, latè discutitur. Et an teneatur habere attentionem, num. 27. Et quid de consuetudine, num. 26.*

ANNO-

ANNOTATIO XIX.

§. II.

DIximus §. *preced.* non lucrari distributiones Canonicos à Choro abſentes, etiam ſi io loco reſidentiæ ſint, idque limitatur in Canonicis abſentibus à Choro ratione infirmitatis, ſeu rationabilia corporis neceſſitatis, aut euidentis Eccleſiæ vtilitatis; hi enim lucrantur diſtributiones, quamuis Choro non interſint, vt deciditur *in hoc cap. vnic.* & tenent com-
1 muniter DD. quod controuertitur in hoc caſu, ſolum eſt, an liceat iſtis Canonicis impeditis cauſa infirmitatis, neceſſitatis, vel Eccleſiæ vtilitatis percipere diſtributiooes; quando abſunt non ſolum à Choro, ſed à loco reſidentiæ, vbi eſt Eccleſia, Nauar. *conſ.* 10. *&* 11. *de cleric. non reſident.* & alij, quos ſequitur Garz. *de benfic.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 360. *&* 364. & Barboſ. *de can. & dign. cap.* 24. *infra num.* 36. tenent ſi Canonicus abſit à loco, vbi eſt Eccleſia ratione infirmitatis, neceſſitatis, vel Eccleſiæ vtilitatis, non lucrari diſtributiones quotidianas, Monet. verò *de diſtribut. quot. part.* 2. *quaſt.* 5. *concluſ.* 5. *à num.* 47. *& quaſt.* 6. *à num.* 10. *&* 19. *& quaſt.* 11. *à num.* 2. & Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 21. 23. *&* 24. tenent contrarium, etiam ſi à loco, vbi eſt Eccleſia, abſit Canonicus, in prædictis caſibus lucrari diſtributiones. Prima opinio habet pro ſe maiorem numerum DD. Secunda maiorem æquitatem, maximè in infirmis petentibus locum ſalubriorem ratione aeris, vel Medicorum, & ſimilium: ſed ſi in aliqua Eccleſia extet conſuetudo, vt dentur diſtributiones Canonicis abſentibus etiam à loco, in quo eſt Eccleſia in caſu neceſſitatis, infirmitatis, vel Eccleſiæ vtilitatis, vt eſt in multis Eccleſijs, tunc conſuetudo eſt omnino ſeruanda, vt probant in citatis locis Garz. *num.* 362. & Barboſ. & etiam tenet P. Theſaur. *in prax. Eccleſ.* 2. *part. verb. reſidentia, cap.* 3. *verſ. ex dictis*, ſequutus opinionem gloſ. Laym. Sanch. Gutier. & aliorum apud eum.

2 Infirmo etiam abſenti Canonico deberi diſtributiones, nemo eſt, qui dubitat, etiam ſi dederit cauſam infirmitati, & ſi propria culpa fuit vulneratus, aut in morbum Gallicum, vel alium inciderit, ita Leo *cit. loc. num.* 21. & eſt commune: ſic etiam ſi Canonicus dubitet probabiliter morbum aggrauare, ſi de domo exeat, vel diuinis interſit, vel eſt debilis in cruribus, ſeu tibijs, vel nonagenarius ferè luminibus obrutus, vel neceſſe habet medicinam ſumere, aut ſanguine minoi; in his, & ſimilibus caſibus debentur quotidianæ diſtributiones abſentibus à Choro, probat Barboſ. *cit. loc. num.* 28. *& ſeqq.* dummodò infirmitas ſit cauſa abſentiæ immediatè, vt quia alias Canonicus erat ſolitus intereſſe, ita Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 1. *num.* 138. Barboſ. *cit. loc. num.* 36. idque procedere, etiam ſi infirmitas non ſit intimata Capitulo, & ſi aliquando exiret de domo, & etiam ſi non reſideret, refert deciſum per Rot. *in vna Leodien. fructuum* 21. *Maij* 1604. *coram Litta*, Garz. *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *intra num.* 363. vbi etiam deciditur, non valere ſtatutum factum per Capitulum ſine conſenſu Epiſcopi, vt infirmo denegentur di-
3 ſtributiones, non intimata infirmitate, quia Capitulum non poteſt ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi ſuper modo lucrandi diſtributiones, vt tenet Rota *in vna Lucana iuris* 9. *Aprilis* 1601. *coram D. Pamphilio*, & refert Garz. *cit. loc.* Licere ad balnea ire, vel alium locum ad infirmitatem curandam abſque amiſſione diſtributionum, tenet Monet. *cit. loc. quaſt.* 6. *num.* 10. & ſequitur Barboſ. *num.* 33. & diſcedere à Ciuitate ob lepram, vel alium morbum contagioſum, Monet. & Barboſ. *vbi ſupra*.

4 Senes Canonici lucrantur diſtributiones, etiam quod non inſeruiant, & quæ ſenectus ad hoc requiratur, remittitur arbitrio Iudicis, tenet Monet. *part.* 2. *quaſt.* 7. *ex num.* 7. & ſequitur Barboſ. *cit. loc. num.* 37. ea forſan ratione, quia ſenes ad infirmos reduci poſſunt, auctoritate M. Tull. *in orat. de Q. Mutio*, dicentis, *Et illa ſenectutis morbus, non equidem incidens eſt, & tranſiens*: ſed quia in iure verior, & receptior eſt illa ſententia, ſenes non connumerari inter infirmos, & valetudinarios, vt probant Felin. & Soc. ſen. *in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt.* Gomez. *in reg. Cancellar. de infirm. reſignant. quaſt.* 7. Rebuff. *in prax. benefic. tit. de infirm. reſignantib. gloſ.* 2. *num.* 13. Aleiat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 45. quæ opinio probatur ratione, quia definitio infirmitatis non conuenit ſenectuti; eſt enim infirmitas habitus cuiuſcumque corporis contra naturam, *l.* 1. §. *ſed ſciendum, ff. de edil. edict.* qui ſanè habitus contra naturam non ineſt ſenectuti; cum illa ex natura ſit, probat etiam hanc ſententiam *text. in cap.* 1. §. *ſin autem, de cler. ægrotant. in* 6. qui diſiunctiuè loquitur inter ſenem, & infirmum, ideò opinio Monet. & Barboſ. excuſans ſenes à reſidentia, & admittens ad lucrandas diſtributiones illos, non eſt de facili admittenda, & hæc perpendet Iudex, cuius arbitrio hoc remittitur. Aduertendum, quod in praxi videmus multos ſenes potentes ſeruire, proinde non debent excuſari. Quid dicendum ſit quando Ciuitas vexatur peſte, vide Rip. *de peſt. part.* 1. *n.* 145. quem ſequitur Barboſ. *cit. loc. num.* 40. in qua materia eſt ſeruanda declaratio *Sac. Congreg. in cauſa Mediolan.* 9. *Nouembris* 1630. ſub his verbis, *Canonicis, qui ex cauſa peſtis abfuerint, non deberi diſtributiones quotidianas, niſi peſtis graſſetur, & probetur legitima conſuetudo, quod diſtributiones huiuſmodi dari conſueuerint abſentibus ex iuſta cauſa*. Quando autem dicatur peſtis graſſari, vt ſit iuſta cauſa abſentiæ, relinquendum eſſe iudicio Epiſcopi, refert Barboſ. *cit. loc.*

Non ſolum in caſu infirmitatis, ſed etiam in caſu ne- 5
ceſſitatis Canonici abſentes à ſeruitio Eccleſiæ lucrantur diſtributiones quotidianas, vt expreſsè obſeruatur *in hoc text. cap. vnic. de cleric. non reſid. in* 6. in illis verbis, *Seu iuſta, & rationabilis corporis neceſſitas*, quæ verba comprehendunt omne illud iuſtum impedimentum, propter quod non poteſt quis adire Eccleſiam, & ſuo muneri ſatisfacere, prout ante ſolitus erat, vel feciſſet, ſi impedimentum non extaret; nam mens Summi Pontificis in *d. cap. vnic.* eſt excludere ab iſtis diſtributionibus negligentes, vel contemnentes reſidere, non autem impotentes. Et impotentia dicitur, quando abſentia non eſt voluntaria, ſed ab aliquo facto cauſatur, ita vt non ſtet per Canonicum quominus reſideat, vt notant Gemin. Franc. & Prob. *in hoc cap. vnic.* Calder. *conſ.* 17. *de præbend.* vbi etiam conſiderat non ſolum vim de facto illatam, ſed etiam probabiliter præuiſam, quæ excuſat non reſidentem, cum etiam non debeat quis ſe exponere periculo perſonæ, vel bonorum, Nauar. *conſ.* 11. *de cler. non reſident. lib.* 3. idem non eſt Canonicus priuandus diſtributionibus, ſi ita abſit. Iudicis autem arbitrio ſtabitur, quale impedimentum ſit iuſtum, ita gloſ. *in cap. ſi quis iuſto de elect.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 118. *num.* 3. Io. Andr. & Gemin. *in cap.* 1. *de dol. & contum. in* 6. Bart. & Alex. *in l.* 2. *ff. ſi quis caution.* idem Alex. *in l. quaſitum de re iud.* Rebuf. *de excuſ. num.* 50. *tom.* 3. *& in l. iuſta, num.* 201. *in verb. impedimentum ff. de verb. ſignific.*

Hinc obſerua, deberi diſtributiones quotidianas eis, 6
qui vi detinentur, aut prohibentur ad Eccleſiam accedere, aut exulant à Ciuitate, aut propter particularitates non audent in Eccleſia morari, vel ſimiles, qui propter metum impediuntur ad Chorum accedere, quem antea frequentabant, ita Ioan. Andr. *in hoc cap. vnic. col.* 1. *in verb. corporalis neceſsitas*, & Ancharan. *num.* 2. Prob. ad Monach. *num.* 20. *cum ſeq.* Franch. *num.* 2. *&* 4 præſertim quando tale impedimentum accidit abſque culpa Canonici, Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *de arbitr.* vbi Sapia. *in addit.* qui loquitur de exulante, Felin. *in cap. cum omnes, col.* 13. *num.* 22. *in fin. de conſtitut.* Idem procedit generaliter, ſemper quod quis facto Capituli impeditur reſidere, & intereſſe, nam conſequitur diſtributiones quotidianas, Rot. *in vna Salamantina cenſurarum* 1. *Iunij* 1594. *coram Corduba, & in eadem cauſa coram Seraphino* 28. *Nouembris* 1594. Put. *deciſ.* 373. *lib.* 1. Nec in hoc caſu eſt neceſſaria proteſtatio, quæ non requiritur pro dictis diſtributionibus perceptis à Capitulo, Put. *d. deciſ.* 373. Rot. *diuer. part.* 4. *deciſ.* 168. *in fin.* & dicitur violenter eiectus, qui veniens non fuit admiſſus; cum violentia dicatur etiam fieri ſine armis, vt explicat benè Put. *cit. deciſ.* 373. *num.* 4.

Querelatus, vel carceratus, iniuſtè neque amittit diſtri- 7

butiones quotidianas, etiam si tortus, & non confessus, fuit absolutus; carceratus enim nulliter dicitur per vim sua libertate priuatus, Nouar, *cons.* 10. *&* 11. *num.* 3. *& seq. de cler. non resident.* Cened. *quæst. canon.* 1. *num.* 53. Azot. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 11. Garz. *cit. loc. sub num.* 363. & tenent omnes, & hoc est adeò verum, vt nec consuetudo in contrarium valeat, contra Garz. *cit. loc. sub num.* 263. admittentem consuetudinem in contrarium, vt sub die 5. Decemb. 1600. *Sac. Congreg. Cardin. præpositorum negotijs Episcoporum, & Regularium, & Sacr. Congreg. Concil. die* 9. *Maij* 1626. respondit, contraria consuetudine non obstante, deberi Oratori, de quo ibi, distributiones quotidianas totius temporis, quo propter denegationem distributionum in tempore indebitæ carcerationis abfuit a residentia, vt recurreret ad Sacram Congregationem pro declaratione super dicta denegatione. Verum ad cognoscendum, si iustè, vel iniustè fuit querelatus, vel carceratus, est expectanda sententia, vt tenent Nauar. vbi supra, & Monet. quos refert Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 24. *num.* 42. & interim percipit distributiones, donec non appareat per sententiam iniustè iustè carceratum, refert Garz. *cit. loc. sub num.* 363. *in fin.* sic declarasse Sac. Congregat. die 27. Iulij 1570. Quoad carceratum, Congregatio censuit eum non priuari distributionibus vsque ad primam sententiam, quòd si condemnatus appellet, interim non percipiet; sed si in secunda instantia obtinuerit, omnia recuperabit. Quæ omnia intellige eum conditione, de qua supra, dummodo Canonicus querelatus, vel carceratus ante querelam, vel carcerem fuerit solitus inseruire, quod interuenire habet in omni casu impedimenti necessitatis, vel infirmitatis, vt dictum est supra, & est commune.

8 Iniustè excommunicatus, vel suspensus habere debet fructus, & distributiones quotidianas, post quam constiterit de iniustitia per sententiam, vel per notorium, quod controuerti non potest, quia est commune, ita Monet. *part.* 2. *quæst.* 15. *num.* 32. *&* 46. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 157. *&* 137. quod intellige, si tempore excommunicationis, vel suspensionis erat in loco residentiæ, & solitus diuinis officijs in Ecclesia interesse ante excommunicationem, vel suspensionem, & dummodo non sit in mora petendi absolutionem, & per ipsum non stet quominus absolutionem habeat, vt explicat post Couar. Perez. & alios, Barbos. *cit. cap.* 24. *num.* 48. *versic. quod autem*, & si consuetudo adesset, vt iniustè excommunicatus, vel suspensus lucretur distributiones, etiam si fuerit absens à loco residentiæ, esset seruanda, vt tenet Gutier. *cit. loc. num.* 14. & sequitur Barbos. *eod. loc. cit.* Idem dic de degradato, vel verbaliter deposito iniustè ab Ordine, Officio, vel Beneficio, quia si ex eo fuerit in pristinum statum restitutus, recuperat distributiones, Monet. *d. part.* 2. *quæst.* 17. *n.* 25. 27. *&* 30. De iniustè priuato, ac interdicto vide apud eundem Monet. & Barbos. *cit. loc.* Interdicta verò Ecclesia, vel polluta, non debet Canonicus solitos inseruire, & qui non dedit causam interdicto, vel pollutioni, priuari distributionibus, vt tenent Cened. Monet. Bonac. Santorell. & alij apud Barbos. *cit. loc. num.* 48.

9 Obserua, quòd Canonicus agens in iudicio contra Capitulum pro recuperatione distributionum in casu legitimi impedimenti, in quo etiam non seruiens illas lucratur, debet omninò probare legitimum impedimentum, & quod deseruisset, nisi fuisset impeditus; quod vltimum constare dicitur, quando est probatum, quòd ante impedimentum erat solitus deseruire, ad dicta per Put. *decis.* 436. *num.* 4. *lib.* 2. vel si Canonicus durante impedimento est protestatus contra impedientes, & contra Capitulum se esse paratum inseruire, sed obstare impedimentum ab alio illatum, ad dicta per Felin. *in cap. ex transmissa, de appellat.* & hæc protestatio quando impedimentum non est illatum per Capitulum, nec de eo constat notoriè, est necessaria, vt tenent Put. & Felin. *supra cit. loc.* Prædictam solam probationem sufficere tenet in terminis terminantibus, Grat. *disceptat. forens. cap.* 591. *num.* 49. qui licèt defendat protestationem non requiri, loquitur etiam secundum nostram opinionem in casu, in quo Capitulum inferebat impedimentum expellendo Canonicum à seruitio, ipsumque Capitulum percipiebat distributiones expulsi, in quo casu non requiri protestationem diximus etiam supra, & docet quoque Barbos. *cit. loc. num.* 48. *versic. expulsus.*

Vltima causa legitima lucrandi distributiones non inseruiendo, siue Choro non interessendo, est euidens Ecclesiæ vtilitas, vt in fin. text. quem annotamus, legitur apertis verbis, Controuersum est inter DD. cuius Ecclesiæ debeat esse ista vtilitas, Ecclesiæ particularis, idest Canonicatus, & Capituli, an etiam Ecclesiæ in genere, Io: Andr. *in hoc cap. vnic. sub num.* 3. *vers. item intelligendum*, quem refert, & sequitur Genuen. *in prax. in cap.* 116. tenent non sufficere vtilitatem Ecclesiæ in genere, sed necessariò requiri vtilitatem Ecclesiæ in specie. Abb. verò *in cap. ad audientiam, num.* 8. *de cler. non resident.* tenet posse Episcopum pro communi vtilitate destinare Clericos, qui lucrantur distributiones, & sic pro vtilitate in genere, quam opinionem clarius tenet Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 24. *num.* 26. *in fin.* Sed conciliantur opiniones, vt illa Io: Andr. videatur procedere in illis Canonicis, qui non per Episcopum destinantur, sed aliàs sunt occupati pro seruitio Ecclesiæ, & in Canonicis missis ab ipso Capitulo pro eius seruitio, qui si sunt destinati pro seruitio Ecclesiæ in specie, idest Capituli, lucrantur distributiones quotidianas, cùm seruiant in vtilitatem Ecclesiæ. Opinio verò Abb. procedit in illis Canonicis, qui per Episcopum destinantur in vtilitatem Ecclesiæ qui possunt destinari etiam in vtilitatem Ecclesiæ in genere, & lucrantur fructus Canonicatus; non autem distributiones quotidianas, iuxta *cap. de cætero, de cler. non resident. & cap. ad audientiam, eod. tit.* huic conciliationi videtur adhærere Garz. *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 373. De seruientibus Ecclesiæ Romanæ, vt sunt Auditores Rotæ, Inquisitores, Collectores Cameræ, & similes, vide Barbos. *cit. cap.* 24. *à num.* 1. qui lucrantur distributiones. 10

Hinc dicendum est, quòd missus à Capitulo pro seruitio Ecclesiæ lucratur distributiones, maximè si ita disponit etiam consuetudo ipsius Ecclesiæ, quia dicitur abesse pro vtilitate Ecclesiæ, quæ vtilitas consideratur etiam in prosequente lites, & procurante negotia communia Capituli, est commune apud DD. & Sacr. Rit. Congreg. in Saonen. 21. Augusti 1604. declarauit, quòd Procurator Capituli, & assistens pro negotijs Capituli tanquam præsens reputandus est, & habere debet distributiones quotidianas, adducit multa Barbos. *cit. loc. cap.* 24. *num.* 20. *& seqq.* idque procedit, etiam si Canonicus destinatus ad negotia Capituli possit dicta negotia peragere extra tempus diuinorum officiorum; adhuc enim si illa differt ad tempus diuinorum officiorum, lucratur distributiones, dummodo non habuerit mandatum à Capitulo peragendi dicta negotia extra tempus diuinorum officiorum, voluit Bonac. *de hor. can. disp.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 3. & alij adducti per Barbos. *cit. loc.* & dummodo peractis negotijs statim redeat ad seruitium Chori, morali modo loquendo; nec discedat a Choro sub hoc prætextu, tempore, quo scit negotia non posse tractare, sed si hoc faciat bona fide, credens posse, & deinde non potuit, excusatur, ita Barbos. *cit. loc.* & hæc, cum illa communi conditione, dummodo sit solitus inseruire, nec particulare salarium habeat à Capitulo pro seruitio. 11

Absens pro defensione suæ Præbendæ, & Canonicatus lucratur distributiones, etiam si pro hac causa ad Vrbem accedat, dummodo lis tangat statum ipsius Canonici, & sui Canonicatus, vel Præbendæ, & Canonicus sit solitus inseruire, est commune apud DD. solùm est aduertendum in hac materia, quòd non omnis causa defensionis iurium Beneficij facit, vt lucrentur distributiones quotidianæ; nam si causa est leuis, & tractari potest per Procuratorem non excusat residentia, & voluit Rot. apud Seraphin. *decis.* 1131. per doctrinam Bart. *in l. sed & si*, §. 1. *quib. ex caus. maior.* & Bald. *in l. eos*, §. *apostolos, in princ. C. de appellat.* sequitur Barbos. *cit. loc.* vbi plura ad id, & tenet eum Rota adducta, quòd leues causæ reputantur, si lis sit super præeminentijs, vel anniuersarijs. Idque etiam procedit in Canonico excommunicato pro defensione iurium sui Canonicatus, vel Capituli, vel pro debito capitulari, etiam iustè, si tamen credebat ipse iustam fouere causam, ita Gutier. *can. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 145. *& seqq.* 12

Absens pro recuperatione fructuum sui Canonicatus, 13
& Præ-

& Præbendæ, quos Capitulum denegat Canonico, si Canonicus iustam foueat causam, ac pro ea vrbem petat, lucratur distributiones quotidianas, vt deciditur apud Seraph. decis. 1098. num. 5. & per eandem Rot. in recentiss. 1. part. num. 3. decis. 689. ad quod aduerte, quòd si lis non concernit defensionem iurium Canonicatus, aut Præbendæ, sed solum recuperotionem fructuum, non dicitur vertere in vtilitatem Ecclesiæ, sed propriam Canonici, & proinde si lis sit cum alio, quam cum Capitulo, Canonicus pro ea absens non lucratur fructus distributionum quotidianarum.

14 Obserua primò, quòd Canonicus missus à Capitulo pro negotio Ecclesiæ peragendo, sua culpa, vel negligentia negotium peragit, sed non vtile Ecclesiæ, non lucratur distributiones pro tempore absentiæ, & hoc probatur apertè à cessante ratione vtilitatis, cuius causa text. in hoc cap. vnic. concedit distributiones; immò pro modo culpæ teneretur ad interesse Capitulo.

15 Obserua secundò ex dictis, quòd cum Vicarius Episcopi non dicatur seruire Ecclesiæ, sed Episcopo, si est Canonicus, amittit distributiones quotidianas, dum pro seruitio officij abest à Choro, diximus supra, & est commune apud DD. De Vicario vero Capitulari est controuersia apud eosdem. Lucrari distributiones dum abest à diuinis officijs pro exercendo officio, tenent Cened. pract. canon. quæst. lib. 1. quæst. 1. num. 72. Sanctarell. var. resolut. quæst. 11. num. 18. Bartholom. à S. Fausto de hor. canon. lib. 3. quæst. 68. voluit etiam Pauin. de offic. & potest. Capit. Sed. vac. quæst. 10. part. 2. num. 5. Rebuff. in prax. tit. de Vic. Episcop. num. 5. Rota decis. 222. num. 6. part. 2. diuers. Monet. de distribut. quotid. part. 2. quæst. 11. num. 89. qui pro contraria opinione adducitur num. 83. Quarant. in sum. Bullar. verb. Capit. Sed. vac. num. 8. in append. qui vtramque adducens sententiam huic videtur adhærere Garz. de benefic. 3. part. cap. 2. num. 358. Contrariam sententiam, nempè amittere distributiones quotidianas Vicarium Capitularem absentem ratione officij à seruitio Chori voluit Monet. cit. loc. num. 83. & seqq. multas ad id adducens rationes, Marcell. Vulpe in prax. iud. for. Eccles. cap. 13. num. 16. Barbos. alleg. 54. num. 166. part. 3. de potest. Episc. & de can. & dignit. cap. 24. nu. 15. qui videtur sequi hanc sententiam, præcipuè quando consuetudo eum absentem non excusat, Ego autem solitus nemini contradicere primam, & secundam admitto opinionem; primam, quando Vicario Capitulari nullum certum salarium, & prouisio assignatur, licet aliqui ex Doctoribus primæ sententiæ teneant, etiam si sit assignatum salarium Vicario Capitulari, lucrari distributiones, quibus in hoc dissentio, ea ratione, quia, vt diximus supra cum Barbos. cit. loc. num. 19. in fin. & alijs communiter, absenti etiam pro vtilitate Ecclesiæ non debentur distributiones, quando ei est salarium constitutum; secundam vero opinionem admitto, quando Vicario Capitulari Canonico est assignatum certum salarium, & prouisio vltra sportulas, quia licet etiam in hoc casu dicatur Canonicus Vicarius Capitularis seruire in vtilitatem Ecclesiæ; cum magis commodum sit Ecclesiæ vt deputetur vnus, & non exerceatur iurisdictio per totum Capitulum propter difficultates congregandi illud, & discordias, quæ inter Canonicos oriri solent; tamen quia Vicarius habet competens salarium, non debet lucrari duplicatum stipendium pro vnico labore, ad dicta per Monet. part. 2. quæst. 4. per tot. & præsertim num. 19.

16 Archidiaconus, vel Canonicus visitans propriam Ecclesiam, iura, vel redditus suæ Præbendæ, cum visitando prædicta seruiat Ecclesiæ in re vtili, lucratur distributiones, Monet. quæst. 11. num. 63. Garz. cit. loc. num. 332. Pœnitentiarius audiens in propria Ecclesia confessiones tempore diuinorum officiorum. Theologus obtinens Præbendam Theologalem pro die, quo legit in Ecclesia sua. Assistens Concilio generali nomine sui Capituli, vel Concilio Prouinciali, vel Synodali. Animarum curæ anneæ suo Canonicatui incumbens in eadem Ecclesia, vbi habet Canonicatum pro tempore, quo satisfacit curæ. Missus ab Episcopo ad visitanda limina Apostolorum, hi omnes lucrantur distributiones quotidianas, Garz. d. cap. 2. part. 3. Barbos. cit. cap. 24. à num. 4. ad 14. qui plures refert, & alios adducit casus, in quibus Canonicus absens lucratur distributiones.

Examinatores Synodales pro tempore quo examini inseruiunt, an lucrentur distributiones, Doctores sunt pro vtraque sententia; nam lucrari tenuerunt Lel. Zech. de rep. Eccles. tit. de benefic. num. 13. in fin. Cened. canon. lib. 1. quæst. 1. num. 74. Marcell. Vulpe in prax. iud. for. Eccles. cap. 13. num. 30. & pro hac opinione adducitur declaratio Sacr. Congregat. Card. negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum sub die 22. Martij 1600. sub his verbis, Examinatores si in examinandis confessoribus, vel ordinandis detenti, à Choro absint, pro illo tempore distributiones quotidianas non amittunt. Contrariam sententiam, nempè non lucrari tenent Nicol. Garz. de benefic. part. 3. cap. 3. num. 355. Monet. part. 2. q. 11. n. 61. Sanctarell. var. resol. quæst. 7. num. 37. Homobon. de Bonis de exam. Eccles. tract. 1. cap. 6. quæst. 29. part. 1. Barbos. de potest. Episc. alleg. 53. num. 161. 3. part. & de canon. & dignit. cap. 25. num. 9. 17

Nota primò ex dictis, multos esse casus, in quibus iustè potest Canonicus abesse a seruitio Ecclesiæ, & tamen quotidianas distributiones non lucratur, vti est in absentia causa studij, pro seruitio Episcopi per duos Canonicos faciendo, & similibus, de quibus nonnullos adduximus, §. 1. Ad quod obseruandum est, quòd Canonicus iustè absens, qui amittit distributiones quotidianas, lucratur omnes alios fructus sui Canonicatus, vt obseruat glos. in hoc cap. vnic. & ibi Gemin. in §. qui verò, ac proinde illi debentur fructus, qui dicuntur de mensa communi, seu magna, qui in fine anni solent inter Canonicos diuidi, vt docet Felin. cons. 18. loquens in Canonico absente causa studij, & Rebuff. cons. 134. num. 3. loquens de absente pro seruitio Episcopi, probat Steph. Quar. in verb. residentia, vers. quod autem, vbi Prosp. de August. quia quando dicimus Canonicum ex legitima causa abesse, & tamen perdere distributiones, intelligimus de distributionibus propriè dictis, quæ actu pro singulis horis officij, ac missæ distribuuntur, vt explicat Gonzal. ad 8. regul. Cancell. §. 7. proem. num. 205. & de mortuorijs, & alijs emolumentis in dies obuenientibus, non autem de fructibus, quorum solutio semel tantùm certo tempore fit, etiam si in diuisione, & solutione habeatur respectus ad seruitium singularum Horarum canonicarum, qui fructus impropriè dicuntur distributiones, vt benè explicat Prosp. de August. cit. loc. & si omnes fructus, & redditus Canonicatus consistunt in distributionibus quotidianis, tunc priuilegiatus, ac iusta causa absens, licèt aliàs amittat distributiones, in hoc casu illas lucratur, dempta tertia parte, quæ cedit in vtilitatem seruientium, vt diximus supra, & declarat Quarant. cit. loc. & Prosp. de August. contra Monet. per eum adductum, sequitur Barbos. cit. cap. 25. num. 10. 18

Nota secundò, quòd solet in hac materia controuerti inter DD. an iustam causam habens absentiæ à seruitio Ecclesiæ, teneatur petere Episcopi licentiam; & difficultatem facit, quia iura, quæ numerant iustas absentiæ causas, non loquuntur de licentia Episcopi, & si licentia conceditur à iure, est frustratoria illa Episcopi, hanc sententiam defendit Bonacin. in absente pro vtilitate Ecclesiæ, tom. 1. tit. de ijs, quæ ad Diu. officij in chor. publ. recit. fac. disp. 2. quæst. 5. punct. 3. num. 22. vers. ego autem. Nihilominus vltra iustam causam etiam licentiam Episcopi requiri tenent Prosp. de August. cit. loc. versic. prædictam, fol. 437. Garz. de benefic. 3. part. cap. 2. num. 75. qui dicit hodie licentiam Episcopi in hoc casu non reduci in dubium ex Bulla Pij V. quæ loquitur in absentia causa studij, videtur etiam de mente Concil. Trident. sess. 23. cap. 1. de reform. voluit Ricc. in prax. 3. part. resolut. 393. sequitur nouissimè Barbos. de canon. & dignit. cap. 25. num. penult. & generalius in omni casu iustæ absentiæ, cap. 24. num. 55. qui hoc dicit esse de iure communi, & Concil. Trident. nec sufficere licentiam Capituli, nisi in casu Sedis vacantis; ita Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 72. num. 208. cum seqq. Verùm si necessitas discedendi vrgeret, & copia Ordinarij non posset haberi, vt quia Episcopus esset absens, tunc Canonicus posset discedere, etiam sine licentia, in quo casu Ego obligarem Canonicum ad faciendum id, quod potest saltem significare Episcopo per epistolam, vel nuncium 19

cium

cium de sua iusta, & repentina absentia. Hæc licentia semel data pro iusta causa sempes durat durante causa, nec potest per concedentem, vel successorem reuocari sine noua causa, & ratione, ad dicta per Barbos. *cit. loc. versic. necessitas.*

20 Nota tertiò, licentiam discedendi causa studij non debere excedere annosquinque, ad præscriptum *cap. super specula, de magistr.* quod tempus incipit currere à die, quo Canonicus inchoat studium, vt refert Prosp. de Augustin, ad Quarant. *cit. loc. vers. & quoniam*, declarasse Sacram Congreg. his verbis, *Licentia vt quis abesse possit causa studij à seruitio sua Ecclesia, vel sui Canonicatus non suffragatur vltra quinquennium impetrata à die, quo capit studere:* & hæc licentia non suffragatur, nisi verè studenti, nec sufficit in studio morari, & scolas ingredi, sed requiritur vt re ipsa Canonicus proficiat, & operam det vt addiscat, nec otiosè viuat, vt vidatur sentire Abb. *in d. cap. super specula, num. 6.* & Feliu. *sub num. 3.* Sfort. Odd. *de restit. in integ. part. 1. quæst. 7. art. 14. num. 131.*

21 Nota quartò, propositam regulam vltra iustam causam adhoc vt Canonicus possit abesse, requiri etiam licentiam Ordinarij fallere, quando Canonicus vult abesse in tribus mensibus sibi concessis à Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. prætorea*, quia in dictis mensibus licentia recedendi conceditur per Concil. Trident. simpliciter, tenent communiter DD. præsertim Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 314. & seq.* referens multas Sacr. Congr. declarationes de verbo ad verbum, vbi apparet clarè, nec licentiam Ordinarij, nec legitimam, aut iustam causam requiri ad hanc absentiam à Concilio concessam, sequitur Barbos. qui plures refert *de canon. & dignit. cap. 20. num. 3.* Posset tamen Ordinarius per statutum, vel edictum, aut alia peculiari lege prohibere Canonicis, ne recedant à residentia vigore facultatis supradictæ Concil. Trident. nisi petita ab eo licentia, & huius prohibitionis ratio potest esse, adhoc vt Ordinarius satisfaciat suæ obligationi, qua tenetur prouidere, ne Canonici vigore dictæ licentiæ Concil. Trident. recedant à residentia temporibus Natalis, aut Paschæ Domini, aut in tali numero, vt Ecclesia suo seruitio desraudetur, ad dicta per Zerol. *in prax. Episcop. 1. part. verb. priuatio, §. 4. dict. 2. dub. 3.* Garz. *cit. loc. num. 316.* Barbos. *cit. loc. 4. 5. & 6.*

22 Hi tres menses debent esse nonaginta dierum, ita vt quilibet mensis habeat triginta dies, & possunt accipi à Canonico, non solùm continui, sed etiam interpellari, ad dicta per Menoch. *de arbitr. cas. 50. à num. 12.* Garz.
23 *de benefic. citat. loc. cap. 2. num. 206.* Hæc licentia recedendi per tres menses non potest gaudere Canonicus, quando consuetudo, vel statutum Ecclesiæ minorem numerum dierum recreationis causa concederet Canonicis, vt optimè deciditur in Trident. *cit. loc.* in illis verbis, *Saluis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt*, declarat Garz. *cit. loc. à num. 310.* Verùm si constitutio, vel statutum Ecclesiæ requirit seruitium totius anni, tunc non obstante statuto, vel consuetudine, Canonicus potest abesse per tres menses à Concilio permissos; & ratio est, quia nimis dura videtur residentia totius anni; fragilitas enim humana indiget sibi indulgeri aliquod tempus ad recreationem corporis, & animi, tenet Garz. *cit. loc. num. 311.* referens ita declarasse Sacr. Congreg. Concil. *in vna Astoricen.* his verbis, *Decretum Concilij cap. 12. sess. 24. concedit Canonicis absentiam trium mensium, si constitutiones Ecclesiæ seruitium totius anni requirunt.*

24 Exceptis his tribus mensibus, in reliquo anni tempore tenentur Canonici omninò residere, & Choro interesse, nec excusarentur à peccato mortali Canonici absentes notabiliter, quamuis velint distributiones perdere, quia contrauenirent grauissimo præcepto Concilij, & suo muneri, & obligationi non satisfacerent, nec lex inducens hanc obligationem, est merè pœnalis, prout optimè defendit Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 319. & seqq.* id deducens ex pluribus declarationibus Sac. Cong. Concil. pro cuius opinione adducit etiam Sandoual. *de offic. Eccles. 5. part. cap. 4.* & tenent multi adducti per Barbos. *de canon. & dignit. cap. 20. num. 8.* Diana *resol. moral. part. 1, tract. 12. resolut. 31.* vbi asserit contrariam opinionem etiam esse probabilem, pro qua nonnullos adducit, à qua opinione probabili est omnino cauendum, vt ait ipsemet Diana, quando sequeretur detrimentum cultus diuini, ita *part. 4. tract. 4. resolt. 149. vers. vltimo.*

Dubitatur in hac materia, an Canonichus in Choro 25
assistens teneatur cum alijs canere, & officium alta voce recitare, ita, vt si submissa voce, & priuatè officium recitet, aut meditetur, vel confabuletur, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem distributionum. Hæc est difficilius quæstio inter modernos, & DD. Canonistæ, & Summistæ hinc inde pro vtraque sententia extorquent rationes, authoritates, & Canonicas Constitutiones, prout de ea est videre apud Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 512. vsque ad num. 513.* qui tenet si Canonicus notabiliter desinat canere in Choro, peccare mortaliter, non tamen perdere distributiones, adducit ad id penes innumeros DD. & abundanter discutit quæstionem, Diana restatur etiam de difficultate quæstionis *part. 2. tract. 12. resolut. 6.* vbi referens tenentes, Canonicum qui non canit cum alijs, peccare mortaliter, & amittere distributiones, ipse vero iuxta solitum conatur excusare Canonicum saltem vigore consuetudinis, qui *resol. immediatè seq.* deinde tenet secundum veriorem opinionem, & probabiliorem, Canonicum confabulantem, & sine externa attentione in Choro assistentem teneri restituere distributiones; & licet adhuc referat contrariam sententiam, ea tamen cuius extimationis sit, non arbitratur, sed *4. part. miscell. resol. 149. in princ.* dicit esse probabilem, *& in fin. eiusdem vers. 1.* à se reuersus dicit esse probabiliorem, *resolut. vero 217. in fin. eod. tract.* tenet Canonicum recitantem submissa voce, vel non recitantem suam partem, & solum attendentem ad partem, quam alius Chorus recitat, lucrari medietatem distributionum tantum.

Ad quam quæstionem dico primò, quòd obligantur Canonici sub onere, & obligatione restitutionis distributionum psallere, seu canere in Choro cum alijs, & non satisfaciunt, si solum assistant, & intersint horis, & per Capellanos, & alios Beneficiatos psallant; ipsi verò vel ibi, vel domi priuatim recitent Horas, quia institutio Canonicatuum est, non vt assistant tantum in Choro, sed vt canendo assistant, & ob id eis dantur distributiones quotidianæ, tum quia Conc. Trident. *sess. 24. cap. 12.* sic disponit, *Omnes vero Diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, &c. atque in Choro ad psalendum instituto hymnis, & canticis Dei nomen deuotè laudare*, ita habet nouissimè Barbos. eamque opinionem sequitur tanquam probabiliorem, & frequentiorem inter DD. ac amplexam per Sac. Congr. Concil. & Rit. in duabus declarationibus per eum relatis. Contraria opinio habet etiam classicos DD. quos videre est apud Barbos. *eod. loc. num. 10.* licet sint numero minores, quorum principale fundamentum est, quod *cap. licet, de præb. text. noster*, & Concil. Trident. *cit. cap. 12.* videntur decidere interessentibus, non autem cantantibus, & psallentibus dandas esse distributiones, quæ iura, & alia licet concludant negatiuè solis interessentibus dandas esse distributiones; affirmatiuè verò concludunt, quod debeantur iuxta modum, & formam præscriptam à iure, & Ecclesiarum statutis, immò Bonac. *de hor. canon. disp. 2. quæst. 6. punct. 1. num. 13.* dicit non solum in dicto casu Canonicum non lucrari distributionem, sed etiam quando Canonicus confabulando non attenderet in Processione ad Antiphonas, & Responsoria, quæ ab alijs cantantur, dummodo notabilis pars sit.

Quod si iusta consuetudo præscripta extaret in aliqua 26
Ecclesia, vt Canonici Choro satisfaciant interessendo, & per alios canendo, & psallendo, quam consuetudinem admittunt DD. iuxta larè tradita per Bonac. *tom. 1. disp. 2. quæst. 4. punct. 5. per tot.* postquam est introducta, tunc posse tuta conscientia admitti opinio illorum, qui tenent excusari Canonicum à peccato mortali, ac amissione distributionum, si in Choro non psallat, nec canret, & sine attentione assistat, Squill. *de obligat. cler. part. 1. num. 61. in fin.* sequitur Barbos. *de canon. & dignit. cap. 34. num. 12.* qui consuetudinem admittit etiam post
Concil. Trident. & Constitut. Pij V. & propositam sen- 27

tentiam

tentiam amissionis distributionum extendit ad dormientes, confabulantes, ridentes, literas legentes, quoscumque prætereuntes, & abeuntes, intuentes, per Chorum ambulantes, & similia in Choro facientes, quæ attentionem expellunt, dummodo hæc faciant cum notabili defectu; & quia Canonicus debet attentionem habere non solùm ad versiculum, quem ipse profert, sed ad illum, quem profert altera pars Canonicorum, ideò si antequàm altera pars suum finiat, Canonicus inchoet, non satisfacit, tenet Vgolin. *de potest. Episc. part.1.cap.19. §.1. num.5.*

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Distributionum species assignantur ad differentiam prabendarum, quæ debentur fictè præsentibus.*
2 *Distributiones, quæ ad massam grossam rediguntur, an succedunt loco prabendæ.*
3 *Actuale seruitium, & interessentia in choro causa est distributionum vera, & propria.*
4 *Anniuersaria an debeantur fictè præsentibus.*
5 *Declaratur materia distributionum, & qualiter differant à fructibus.*
6 *Fructuum nomen abolitum in plerisque Ecclesijs.*

1 Distributionum plures sunt species; vna est etenim distributionum verè quotidianarum, ac minutarum; quæ in dies præstantur pro seruitio, ac labore merè personali, vt frequentius sunt illæ, quæ obtinentur pro exequijs, vel associatione cadaueris, vel similibus, & tunc istæ nullatenus prætendi possunt per non interessentes, quamuis verè, & realiter, ac naturaliter residentes, iustèque impeditos, multò minùs per eos, qui verè absentes fictè pro præsentibus habentur, Card. de Luca *de Canonic. discurs.16. num.3.*

2 Altera est species distributionum, quæ ad massam grossam redigi solent, & in fine anni, seu aliàs statutis temporibus diuidi, & istæ succeduntloco præbendæ, & veniunt nomine fructuum, Rota *decis.260. part.12. rec. num.19.* Luca *vbi sup. num.5.*

Æquiuocatio autem consistit in materia massæ grossæ, in plerisque enim Ecclesijs etiam veræ quotidianæ, ac minutæ distributiones penes Æconomum Capituli cumulari solent certis temporibus distribuendæ, quæ tamen non veniunt nomine fructuum, sed sunt verè distributiones. Si enim Canonicis, ac beneficiatis applicantur ob onera missarum priuatarum ex pijs dispositionibus Capitulo incumbentia, quorum onerum implementum inter ipsos Canonicos, ac beneficiatos distribuitur, puta quòd quolibet vnam, vel duas missas in hebdomada pro satisfactione onerum Ecclesiæ celebrare, vel celebrari facere teneatur, & istæ sunt verè distributiones quotidianæ, de Luca *num.6.*

3 Alia causa distributionum est illa actualis seruitij, ac interessentiæ in choro, diuinis officijs, & horis cum onere celebrandi missas conuentuales, & solemnes per turnum, & cum punctaturis, ad quarum proportionem maior, vel minor fit participatio, & tunc in effectu dicuntur verè distributiones quotidianæ, quæ singulis diebus, & horis percipi soluuntur, dilata solùm exactione in fine anni, seu in aliquibus temporibus, semper quod istæ distributiones prouenìunt non ab oblationibus, sed à fructibus prædiorum, & bonorum ipsius Ecclesiæ, & participatio per punctos, & punctaturas, de Luca *vbi sup. num.6.*

Fictè præsentes ex causa studiorum percipiunt fructus præbendæ, & massæ grossæ, quæ succedit loco præbendæ, non autem distributionum, quæ per punctos, & punctaturas, Luca *discurs. 13. num. 15.* Et dicuntur distributiones minutæ, quæ solùm actu inseruientibus Ecclesiæ, & interessentibus tribuuntur, & massa communis, seu grossa appellatur, in qua grossi fructus, seu maiores redditus reponuntur, qui residentibus nulla habita ratione interessentiæ præstantur, Rota *decis.384. num.16. part.12. recent.* Distributionum quotidianarum veniunt etiam illæ, quæ rediguntur in massa communi, & infra annum certo determinato tempore distribuuntur, Rota *vbi sup. num.21. & 22.*

Dispensatus à Papa, vt possit quotidianas distributiones percipere, non percipit anniuersaria propriè debita ijs tantùm, qui pro redemptione animarum fusis precibus diuinam opem implorant, nisi in dispensatione aliter exprimatur, Moneta *de dispensat. part. 2. cap. 14. num. 22.* Rota *decis.59. part.3. recent. num.7.* 4

Inter fructus, & distributiones illa differentia est, quòd pro fructuum assequutione sola residentia sufficit absque interessentiæ necessitate, & residentia ficta sufficit, vt ex causa studiorum, vel pro Episcopi, seu Ecclesiæ seruitio, vel ex alia iusta causa. In distributionibus autem quotidianis secus est, quia pro earum lucro præcisè interessentia cum actuali seruitio, neque illæ causæ, quæ à residentia excusant, sufficiunt pro distributionibus, siue sint minutæ, siue reducantur ad massam grossam, quoties distributio fit per punctos ratione seruitij, Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. disc.15. num.2. & 3.* 5

Tamen causa infirmitatis fingit interessentiam etiam ad effectum distributionum, si tempore valetudinis solitus esset residere. Dantur beneuerùm alij casus, ob quos conceditur participatio distributionum cum excusatione à punctaturis; puta quia Pœnitentiarius in Confessionario assistat. Siue quòd participantes exeant à choro celebraturi missam pro commoditate populi, vel gestent hastam baldacbini in delatione Sacramenti Eucharistiæ ad infirmos. Iniusta carceratio ex laicali potestate, siue bannitorum excusat ab interessentia. Secus autem in carceratione, quæ fit per Iudicem competentem, nisi iniustitia sit notoria, cæterum S.Congregatio ob detestatam innocentiam decernit distributiones, vel alimenta.

Fructuum nomen in plerisque Ecclesijs abolitum est, vt docet praxis Basilicarum, & Collegiatarum Vrbis, ac etiam insignium Metropolitanarum Hispaniæ, & laudabiliter pro meliori Ecclesiarum cultu, & seruitio, vt vniuersus Mensæ Capitularis assis ponatur in massa sub annua, vel menstrua distributione per punctaturas ratione seruitij, adeo vt qui in anno nullum præstat seruitium nullam habeant participationem, & tunc pro veris distributionibus quotidianis habeantur. 6

Beneuerùm isto casu facilius ex causa studiorum, seu altera simili ob quam Canonicus lucraretur fructus præbendæ Sacra Congregatio indulgere solet participationem huiusmodi massæ in toto, vel in parte, Card. de Luca *d.discurs.15. num.9.*

In decimis Papalibus, alijsque oneribus, & contributionibus non veniunt sub nomine fructuum beneficiorum hæ distributiones, nisi in Apostolico diplomate aliàs disponatur, Luca *num.15.*

SVMMARIVM.

1 *Canonicus absens quibus pœnis puniatur per* Trident. *An pœnæ inflictæ obligent ipso iure. Et an possit Episcopus illas augere, vel minuere, num.2. Et quomodo sit citandus Canonicus pro illis exequendis, num.3.*
4 *Canonicus absens potest etiam priuari Canonicatu, & quando. Quomodo citetur ante priuationem, n. 5. 6. & 7. Et an citatio sit necessaria, quando priuatio inducitur ex statuto, num.8.*
9 *Canonicus priuatus Canonicatu ob non residentiam non appellat, & quando.*
10 *Canonici tenentur omnino residere, in insigni Ecclesia. Nec valet ex* Concil.Trident. *consuetudo immemorabilis in contrarium, etiam sententia confirmata. Et an valeat statutum à Sede Apostolica confirmatum, num.11.*
12 *Statutum quando dicatur confirmatum ex certa scientia, & quando in forma communi.*
13 *Ecclesia insignis quæ dicatur.*

14 Ca-

14 *Canonici seruientes vna hebdomada, & lucrantes distributiones sequentis hebdomada ex consuetudine, in conscientia non sunt tuti.*
15 *Canonici quando inuentur consuetudine lucrandi distributiones in absentia.*
16 *Canonicis quando possit Capitulum licentiam concedere lucrandi distributiones in absentia.*
17 *Statutum, quod Canonicus infirmus non lucretur distributiones, si est extra ciuitatem, non valet.*
18 *Canonici an ex consuetudine, vel statuto possint deseruire per substitutos.*
19 *Canonici tenentur interesse Capitulis. Et quando aliquis excusetur, maximè si in Capitulo malè proceditur, cui malo Episcopi tenentur prouidere. Et quid quando Capitulum vocatur tempore incongruo, num. 20.*

ANNOTATIO XIX.

§. III.

1 Hic obserua primò, quòd contra Canonicos non residentes, vltra amissiones distributionum, de qua diximus supra, imponuntur etiam aliæ pœnæ *in cap. 12. sess. 24. de reform. Concil. Trident.* quæ sunt, vt Canonicus absens primo anno priuetur dimidia parte fructuum, quos ratione etiam Præbendæ, ac residentiæ fecit suos, in secundo anno priuatur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit etiam ratione Præbendæ; crescente verò contumacia, contra eum iuxta sacrorum Canonum Constitutiones proceditur, nempè ad priuationem, vt explicat Paris. *de resig. benef. lib. 1. cap. 10. num. 63.* quem sequitur Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 140.* hæc pœna non est ipso iure, sed per sententiam, vt claré videtur importare verbum illud, *priuetur*, per opinionem Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 177.* & Rota *in causa Caurien. fructuum, coram D. Orano 10. Aprilis* 1592. vnde est, quòd Canonicus ante sententiam priuationis non tenetur in foro conscientiæ prædictos fructus, quos aliàs fecit suos, restituere, quia in tali foro nemo tenetur soluere pœnam, præsertim non impositam ipso iure, donec condemnetur à Iudice, ita probat Garz. *cit. loc. num. 151.* qui testatur peccare Episcopum, qui dissimulat Canonicum ita punire sine iusta causa, ad dicta per Nauar. *cons. 3. de cler. non resid. num. 2.* & Vgolin. *de offic. Episc. cap. 16. num. 6.*

2 Aduerte, Episcopum non posse remittere supradictam pœnam, cùm non possit dispensare contra Concilium, Nauar. *cit. loc. num. 1.* & Vgolin. *cap. 19.* Verùm ante sententiam potest ex causa illam minuere, vel augere, *ad l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de his, qui not. infam.* Couar. *var. lib. 2. cap. 9. num. 8.* Suar. *de legib. lib. 5. cap. 11.* Garz. *cit. loc. num. 150.* qui testatur declarasse Sacr. Congreg. sub his verbis, *Fructus Præbendæ, in quibus Canonici absentes vltra tres menses mulctantur, sunt applicandi Ecclesiæ ad vtilitatem ipsius, potest tamen Episcopus hanc pœnam ante sententiam minuere, vel augere, sed non in totum tollere*, & illud de applicatione Ecclesiæ intellige de ipsa Ecclesia Canonicatus, & eius Fabricæ si indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij, vt per Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 147. & 450.* Quod si Canonicatus nullos haberet fructus in absentia, vt quia omnes lucrifierent residendo, tunc quia Canonicus, qui in primo, vel secundo anno nunquam resedit, non habet quibus fructibus possit priuari, iuxta decretum Concil. potest puniri pœna arbitraria, citra tamen priuationis in dicto primo, & secundo anno, vt aduertit idem Garz. *cit. loc. num. 153.*

3 Ad finem exequendi hanc pœnam priuationis fructuum in primo, vel secundo anno, Canonicus non est citandus ad residendum, sed constito de absentia vltra tres menses, sufficit illum citari ad dicendum causam, quare non debeat illis priuari, aut puniri, seruata forma Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reformat.* vt tenuit Leo *in Thes. for. Eccles. part. 3. cap. 2. num. vlt.* & sequitur Garz. *de benef. cit. loc. num. 145.* referens ita declarasse Sacr. Congreg. sub his verbis, *Congregatio censuit Canonicos non esse citandos, aut monendos ad residentiam, nec opus esse intimatione, vt deseruiant, iuxta formam huius decreti, sed si abfuerint vltra tres menses, citandos esse ad allegandum quare non debeant puniri secundum hoc decretum. Et oportere censuit Congregatio bonum Iudicem arbitrari, quanto tempore debeat vltra tempus permissum absentes expectare antequam contra eos pœna exequatur.* Hæc citatio debet esse personalis, quando habetur notitia loci, vbi absens reperitur, quòd si hæc notitia non habetur, vel si habetur, sed non est tutus accessus, potest citari per edictum affigendum ad valuas Ecclesiæ Canonicatus, vt colligitur ex *cap. tua, de cler. non resident.* nec ad hunc effectum priuationis fructuum est necessaria trina citatio per edictum, sed sufficit tantùm vnica peremptoria; nec post citationem erit necessarium expectare per sex menses, ita expressè Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 160.* & contraria intelligit de expectatione facienda post citationem, ad finem priuationis Beneficij, non fructuum.

Nota primò, posse etiam contra Canonicos non residentes procedi ad priuationem Canonicatus, iuxta mentem Concilij Trident. *sess. 24. cap. 12. de reform.* & expressam decisionem *cap. ex tua, de cler. non resident.* in quo casu controuertitur, an antequam contra non residentes procedatur ad priuationem Canonicatus, sint necessariò seruandi termini, de quibus in *cit. loc. Concil. Trident.* nempè primi, & secundi anni priuationis fructuum, quos gradus pœnarum non afficere Episcopos refert declarasse Sac. Congreg. Concil. Mantica *decis. 67. num. 7.* & proinde posse Episcopos procedere ad priuationem ob non residentiam; tametsi illa temporum interualla non fuerint obseruata. Contrariam sententiam, nempè necessariò seruandos esse prædictos terminos, ac pœnarum gradus, antequam ad priuationem deueniatur, defendit Barbos. *de canon. & dignit. cap. 20. num. 17. & 18.* referens sic declarasse Sac. Congreg. Concil. *Archiepiscopo Tarentino*, sub his verbis, *Primum, quòd Concilium claré disposuit expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad priuationem in totum procedatur, vt in d. cap. 12. vers. præterea, sed in primo anno amisit non residendo dimidiam, in secundo omnes fructus, in tertio priuatur. Secundum, quod etiam si omnes redditus in quotidianis consistant, pro primo, vel secundo anno priuatio indici non debet, quia cùm sint quotidiana, & non percipiat eas non residendo, satis est priuatus, & pro primo, & pro secundo.* Admonet deinde Episcopum præfatum, ne has distributiones, quas amittit iste non residendo, sinat accrescere seruientibus. 4

Vlterius post seruatos præfatos pœnarum gradus, priuationis fructuum in primo, & secundo anno, ad finem procedendi ad priuationem tituli, durante contumacia, Canonicus est citandus ad residendum, vt expressè deciditur in *cap. ex part. il 1. de cler. non resident.* vbi Papa mandat Capitulo cuiusdam Ecclesiæ, vt scribat Decano illius absenti, quòd ad suam Ecclesiam reuertatur, & ibi exerceat officium Decani, qui si in termino præfixo venire noluerit, dat facultatem eidem Capitulo alium eligendi Decanum, vt legitur in casu dicti text. & aduertit Abb. & DD. communiter, ex quo collige, quòd si citatus Canonicus ad residendum in termino non redeat, non est iterùm citandus ad dicendum causam quare non debeat priuari, sed statim absque alia citatione potest priuari, vt aduertunt DD. communiter in dicto text. quòd intellige, si iustam causam non habeat non reuertendi, vt dicit Abb. *ibid. num. 1.* De hac citatione vide Ricc. *in prax. rer. quotidian. resol.* 303. & Barbos. *de canon. & dignitat. cap. 20. num. 18.* 5

Hæc enim citatio est exequenda hoc modo; aut enim est certum vbi est Canonicus, & potest commodè citari, & tunc est citandus personaliter cum assignatione competentis termini ad redeundum ad arbitrium Iudicis, iuxta distantiam loci, qualitatem personæ, & temporis; quæ citatio semel personaliter executa, & non expectatis sex mensibus, de quibus in *cap. ex tua, cit. tit.* sed elapso assignato competenti termino, & non redeunte Canonico, nec vllam causam iustam non redeundi adducente, potest priuari Canonicatu, iuxta *cit. tex. cap. ex parte*, vbi Abb. *num. 13.* siue Canonicus absit, sine licentia, siue cum licentia Episcopi, vt aduertit Ricc. *cit. loc. num. 2.* Barbos. *eod. cit. loc. vers. debet*, Mantica *cit. decis. 67. num. 5.* Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 155.* vbi refert Ceuall. *quæst. 809. à num. 17.* tenentem semper esse citandum personaliter, 6

ter,

ter, quando habetur notitia loci, etiamsi esset extra Regnum, & in partibus Indiarum, iuxta dicta *in decis. Seraph.* 1365. *num.* 2. *&* 3. hæc opinio non excludit contrariam, quando non est tutus accessus, ad hoc vide plures decisiones Rot. adductas per Garz. *cit. loc. num.* 155.

7 Quod si non habetur, vbi est Canonicus absens, vel si scitur, & ita longè abest, vt non sit tutus accessus, nec commodè valeat citatio ad ipsum peruenire, vt loquitur Garz. & Barbos. *cit. loc.* aut nec commodè citari possit, vt loquitur Abb. Garz. & Ricc. *cit. loc.* aut personaliter non possit citari, vt dicit Mantic. *cit. decis.* 67. *num.* 5. *decis.* 12. si longè absit, ita vt commodè non possit citatio ad ipsum peruenire, cuius opinio videtur securior; & tunc debet absens citari, & citatio exequi per edictum ter successiuè in Ecclesia Canonicatus, nec sufficit affixio vnius edicti cum assignatione peremptorij termini pro trina monitione, vt solet diuidi terminus in eadem citatione in tres partes dicendo, & assignando primam partem pro primo termino, & citatione; secundam pro secunda citatione, & tertiam pro tertia, quia virtualiter hæc est vnica citatio, & text. *in citat. cap. ex tuæ*, requirit edictum trinæ citationis, quod explicans Abb. *ibid. num.* 4. dicit, debere citari tribus edictis, sequitur Rota apud Mantic. *decis.* 12. & apud Seraph. *decis. cit.* 1366. *n.* 2. refert Barbos. *cit. loc.* multas adducens Rot. *decis.* & DD. qui omnes, præsertim Mantic. & Barbos. dicunt, quòd ad finem procedendi ad priuationem debent post vltimum edictum labi, & finiri sex menses, aliàs priuatio esset nulla.

8 Hæc citatio non requiritur, quando priuatio fieret per statutum, vt si Episcopus faceret statutum, vt absens per certum tempus à suo Beneficio sine eius licentia sit priuatus etiam sine monitione, quia hoc statutum valet, & ligat omnes Beneficia habentes in sua Diœcesi: in hoc enim casu absens scientiam habens statuti potest priuari absque alia monitione, ad latè tradita per Ricc. *in prax.* 3. *part. resolut.* 303. *num.* 3. sed hoc posset admitti in Beneficijs requirentibus aliquam residentiam.

9 A sententia priuationis Beneficij ob non residentiam non datur appellatio ad effectum suspensiuum, quando sunt seruati debiti termini, & est lata seruata forma prædictorum iurium, ita deciditur *in cap. relatum, & cap. conquærente, de cler. non resid.* & in Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* secus dicendum est, quando non est seruatus præscriptus ordo, ita Seraphin. *decis.* 1346. vbi fuit admissa appellatio, ac iudicata nulla sententia priuationis, ex quo non erant expectati sex menses à die vltimi edicti, nec trina citatio erat emanata, sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 19. Eodem modo non datur appellatio ad effectum suspensiuum à mandato de residendo, ita vt non obstante appellatione interposita à dicto decreto, potest Episcopus deputare Vicarium, qui nutriatur de fructibus Beneficij, & omnia gesta post talem appellationem non veniunt tanquam attentata reuocanda, cùm hæc appellatio non causet attentata, ita probat Lancell. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limitat. princip.* 18. *per tot.*

10 Nota secundò, Concil. Trident. *cit. sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* omninò præcipere residentiam in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ita vt vltra tres menses, aut aliud tempus breuius iuxta Constitutiones Ecclesiarum, non liceat Canonicis ab illis abesse, fretis quauis consuetudine, vel statuto, & eodem loco paulò inferiùs mandat recipi distributiones ab his, qui statis horis intersunt tantùm, penitus excludens absentes quauis consuetudine, vel statuto non obstantibus, quem text. Concil. Trid. excludere etiam consuetudinem immemorabilem defendit Garz. *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. ex declarationibus Sacr. Congregat. per eum adductis, & sequitur Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 23. *num.* 2. idque ampliat etiam ad consuetudines ante Concilium, & etiam si dictæ consuetudines essent sententia confirmatæ.

11 Statuta verò per Sedem Apostolicam confirmata ex certa scientia, & cum causæ cognitione non dicuntur sublata per Concilium Trident. *cit. loc.* hæc enim statuta excusant à residentia, & à perceptione fructuum, & distributionum in absentia, secundum opinionem Garz. quem defendit auctoritatibus DD. & declarationibus Sacr. Congregat. & sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 3. statuta verò confirmata à Sede Apostolica in forma communi non excusant à residentia, at censentur sublata per Trident. etiam si concurrant cum consuetudine immemorabili, vt refert Garz. *cit. loc. num.* 223. declarasse Sacr. Congregat. Concil. sub his verbis, *Congregatio Concilij censuit concordia confirmata à Papa in forma communi, cum qua concurrit consuetudo immemorabilis, fuisse etiam per Concilium derogatum*, testatur etiam Farinac. *decis.* 715. *num.* 4. *nouiss.*

Illud statutum dicitur confirmatum ex certa scientia, 12
& cum causæ cognitione, cuius tenor est insertus in confirmatione, vel saltem narratur eius substantia, & confirmatio est expedita præcedente solita discussione, declarat Mascard. *de probat. conclus.* 228. Rot. *decis.* 455. *num.* 3. *part.* 2. *diu.* & pluries fuisse resolutum in Rota refert Garz. *de benefic.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 227. etiam si confirmatio fiat parte non citata. Dubium tamen est in hac materia, an si in confirmatione adsit clausula, *ex certa scientia*, sed in illa non sit insertus tenor rei confirmatæ, adhuc dicatur confirmatio ex certa scientia, an in forma communi. Communior sententia, cuius auctor est Abb. *in cap. examinata, de confirmat. vtil. vel inutil.* tenet confirmationem dici in forma communi, DD. huius sententiæ vide apud Garz. *cit. loc. num.* 230. Contrariam sententiam, & probabiliorem defendit ipse Garz. *num.* 233. eodem loco cum aliis per eum adductis, & hæc sententia videtur in praxi frequentior.

Et licèt insignis Ecclesia dicatur, idest nobilis, & præ- 13
cipua, & magnæ famæ, iuxta dicta per Archidiac. *in cap. statutum, super verb. insignibus, de rescript. lib.* 6. nihilominus in terminis Concil. Trident. *cit. cap.* 12. vbi nulla consuetudo potest præiudicare residentiæ in Ecclesijs Collegiatis insignibus, intelligitur non solùm de præcipuis Ecclesijs, sed de omnibus Collegiatis, dummodo non sint rurales prorsus destitutæ, & in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset resideri, aut adeò tenues essent illarum redditus, vt Canonici aliunde non habentes vnde viuere, ali non possint, ita habetur inter relatas declarationes Sac. Congreg. *in d. text. Concil. Trident.* & refert Barbos. *cit. loc. num.* 4.

Ex dictis collige primò, non valere consuetudinem, vt 14
Canonici, qui vna hebdomada intersunt diuinis Officijs, possint lucrari distributiones sequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non intersint, ita Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 5. Marcell. Vulpe *in prax. for. Ecclesi. cap.* 13. *num.* 7. Santarell. *var. resolut. quæst.* 10. *num.* 23. Similiter nec validam esse consuetudinem, vt Canonici assistentes certis horis, vel temporibus, lucrentur distributiones totius diei, refert Barbos. *cit. loc. num.* 10. *vers. sexto*, per opinionem Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. & aliorum. Contrarium videntur sentire Duen. *regul.* 206. *vers. limita secundo*, Hoieda *de incompatibilit. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. Monet. *d. part.* 2. *quæst.* 12. *num.* 42.

Collige secundò, consuetudinem lucrandi distributio- 15
nes in absentia esse validam, si illam sciat, & toleret Papa, resoluit Couar. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. *in fin.* Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 12. *num.* 45. *&* 46. Barbos. *cit. loc. num.* 11. Item valeret consuetudinem, vt absentes iussu Capituli pro computatione redditum, vel sumptuum illius lucrentur distributiones, docet Monet. *part.* 2. *quæst.* 11. *num.* 46. Item, vt septuagenarijs dentur distributiones in absentia, Monet. *cit. loc. quæst.* 12. *num.* 57. Item, vt absentibus, qui seruierunt per quadraginta annos, dummodo Ecclesia ex defectu ministrorum non fraudetur seruitio, Monet. *part.* 2. *quæst.* 7. *num.* 21. Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *num.* 19. Santarell. *cit. quæst.* 10. *num.* 26. Valet etiam consuetudo, quæ permittit distributiones Canonicis, qui priuatim celebrant Missam in eadem Ecclesia tempore diuinorum Officiorum, vel confessiones audiunt, ita Monet. *part.* 2. *quæst.* 11. *à num.* 48. Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 25. *num. vlt.* Vltimo in omni casu dubio, an absentibus debeantur distributiones, valet consuetudo permittens illas dari, ad dicta per Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. *vers.* 1.

Nota tertiò, Capitulum non posse concedere Canoni- 16
co licentiam absentiæ, nec ad breue tempus pro causa in iure non expressa, nec comprehensa, quamuis sit iusta, immò nec valet consuetudo permittens hanc facultatem Capitulo, vnde Canonicus absens cum tali licentia non

valet tutè percipere fructus, defendit Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 402. & seqq. §. 2. & num. 420. & 421.* quasi aduertens Capitulum in concedendo hanc licentiam absentiæ Canonico sub prætextu negotiorum, & vtilitatis Ecclesiæ, quod hæc vtilitas non debeat esse occulta, & ficta, seu simulata, sed euidens, ita etiam Monet. *part. 2. quæst. 11. num. 32. & seqq.* Nec posset Capitulum licentiam prædictam concedere ex causa in iure expressa contra statutum eiusdem Ecclesiæ, tenet Garz. *cit. loc. num. 433.* vt si statuto Ecclesiæ cauetur, vt Canonicus infirmus primo cum post infirmitatem è domo egredietur, teneatur ad Ecclesiam accedere; vel vt Canonicus infirmus non possit de domo exire ad tollendas fraudes; non posset licentiam dare Capitulum Canonico contra prædicta statuta, ad finem illum habendi pro præsente. Verùm Monet. *part. 2. quæst. 6. num. 20.* contradicit statuto, quod infirmus extra Ciuitatem non lucretur distributionem, & hæc contradictio fundatur in iure, nam *in hoc cap. vnic. de cleric. non resident. in 6.* conceduntur
17 distributiones infirmis, nulla facta differentia, an infirmus sit intra, vel extra Ciuitatem: & quod posset opponi, nempè sustineri statutum, quia tollit fraudes, eliditur quando infirmitas est vera. Posset tamen Capitulum licentiam dare Canonico infirmo, vt possit è domo exire ad audiendam Missam, & in morbis perpetuis notorijs, vt aliquando etiam è domo exeat, quia durum esset arctare talem infirmum ad nunquam exeundum è domo, ita Garz. *cit. loc. num. 136. & 137.*

18 Nota quartò, quòd Canonici, & Dignitates, Portionarij, & similes per se ipsos tenentur Choro inseruire, Missas, Euangelium, aut Epistolam cantare, & cætera Officia incumbentia Canonicatui, Dignitati, vel Portioni exercere, nec hæc posse per substitutum, vt expresse mandatur in Concil. Trident. *cit. sess. 24. cap. 3. de reform.* in illis verbis, *Omnes verò diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia*, quòd adeò vetitum est, vt nec consuetudo valeat, aut statutum permittens Canonicis posse inseruire per substitutos, vel alternatim vnus pro alio, quia talis consuetudo, aut statutum esset contra Concilium, & de illis non esset habenda ratio, docet Zerol. *in prax. Episcop. part. 2. verb. canonicus §. 5.* Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 498. & 503.* Rot. *diuers. 4. part. decis. 659.* & apud Seraph. *decis. 1260. num. 4.* sequitur Barbos. *de canon. & dignit. cap. 31. num. 3. & 4.* & referunt declarasse Sacram Congreg. 25. Iulij 1570. sub his verbis, *Si factum est aliquod statutum, quod Canonici possint inseruire per substitutos, vel alternatim vnus pro alio, non habeatur eius ratio, quia est contra Concilium.* Contrariam sententiam defendit Gratian. *discept. forens. cap. 800. per tot.* nempè valere consuetudinem permittentem Canonico Missam cantare per substitutum eiusdem Ordinis, cuius opinio non est tuta, solum posset defendi quando concurreret legitimum impedimentum, v. g. absentiæ, vel infirmitatis; in tali enim casu valet consuetudo, vel statutum permittens Canonicis posse deseruire in Choro, & officia subire per substitutos, ita vt substituantur Canonici eisdem Ordinis, & eodem tempore non obligati deseruire, tenent Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 24. quæst. 7. vers. quando verò*, Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 504.* Ciarl. *controuers. forens. lib. 1. cap. 38. num. 28.* sequitur Barbos. *de canon. & dignit. cap. 31. num. 4. circa fin.* qui etiam adducit Gutier. Lamber. & alios.

19 Nota quintò, Canonicos non solum diuinis interesse, & Choro inseruire teneri, sed etiam Capitulis, ac Congregationibus Capitularibus interuenire; ita, vt non liceat Canonicis ordinariè ab illis abesse, quia etsi principaliter teneantur ad seruitium Chori, & Altaris, nihilominus obligantur etiam ad curam administrationis, & gubernationis rerum spiritualium, & corporalium Ecclesiæ, & Capituli, vt aduertit Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 529.* & licet hæc administratio non competat Canonicis vt singulis, sed vt vniuersis quia est onus spectans ad Vniuersitatem Capituli; tamen quia quilibet Canonicus est pars Capituli, competit ei talis administratio vt pars, alias si Canonici in particulari non obligarentur ad hanc administrationem, sequeretur, quod omnes possent se excusare, cum non sit maior ratio de vno, quam de altero, & sic Ecclesia, & Capitulum remaneret sine regimine, notat Barbos. *de canon. & dignit. cap. 40. n. 1.* Excusatur tamen Canonicus legitimè impeditus, aut iusta causa detentus: & iusta iudicatur causa excusans etiam ordinariè Canonicum à Congregatione Capitulari, si in Capitulis esset notabilis peruersio, & procederetur malè, & ex abrupto, sine lege, ordine, modo, ac cum violentia, & insolentia Præsidentium, & Potentiorum, ita vt Canonicus timoratæ conscientiæ, & prudentis consilij suo voto nihil proficeret, ac se exponeret molestijs, & inquietudinibus, refert Garz. *citat. loc. num. 537. & seqq.* qui grauiter damnat Episcopos, qui visitatione, castigatione potentiorum, & insolentium, interessentia Capitulis, ac alijs remedijs opportunis, prædictis defectibus non curant prouidere, vt tenentur. Verùm in hoc casu non excusaretur Canonicus à Capitulo, quando esset tractandum negotium graue, ac posset verisimiliter concludi contra Ecclesiam, quia tunc tenetur accedere, & suum votum dare, quamuis intelligat, quod non proderit, ita concludit ipse Garz. *cit. loc. num. 542.*

Similiter excusaretur Canonicus à Capitulo, quando 20
illud vocaretur tempore insolito, vel incongruo, secundum opinionem Garz. & Barbos. *loc. cit.* qui tenent, quòd tunc non tenetur Canonicus venire ad Capitulum; hanc opinionem ego limitarem, quando conuocatur Capitulum pro negotio vrgenti, & dilationem non patiente. Incongruum, & insolitum dicitur tempus ad conuocandum Capitulum inter cætera, si conuocetur tempore diuinorum Officiorum in Choro, ac Missæ maioris; dicto enim tempore Clem. VIII. per suum Breue emanatum Romæ die 18. Ianuarij 1601. expressè prohibet Congregationes Capitulares celebrari, nisi fortè vrgens aliqua, & euidens necessitas id postulauerit, sub pœna amissionis distributionum illius horæ, ac alijs arbitrarijs, idque etiam declarasse Sac. Congr. Concil. anno 1605. refert etiam Garz. *cit. loc. num. 559.* Alias causas excusantes Canonicos à Capitulis, vide apud Garz. & Barbos. *cit. loc.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Canonici in Cathedrali, vel Collegiata residere tenentur prout etiam Dignitates etiamsi esset consuetudo in contrarium.*

2 *Redditus Ecclesiæ si consistant in distributionibus quotidianis cessat pœna priuationis fructuum.*

3 *Cura annexa Dignitati, vel Canonicatui non facit curatam dignitatem, vel Canonicatum, vti accessoria.*

4 *Ex causa infirmitatis, litis, vel alia concedi solet licentia à S. Congregatione Concilij.*

Canonicatus, & Dignitates in Cathedrali, vel in 1
Collegium habent qualitatem residentialem, nisi lex fundationis legitimè statuta aliter suadeat à fundatore apposita. Beneuerùm si in aliquibus Ecclesijs ex consuetudine hæc residendi obligatio cessaret. Sacra Congregatio censuit has consuetudines esse sublatas, ex Concilio Trid. *sess. 24. cap. 12. de reform.* Canonici nomine non in Collegiata non tenentur residere, de Luca *in annot. ad Concil. discurs. 59. num. 4. & 5.*

Contra Parochos, & habentes beneficia curata, dispo- 2
nit Sac. Conc. Trid. *sess. 23. cap. 1.* In altero decreto Conciliari *sess. 24. cap. 12.* agitur de Canonicis, & dignitatibus alijsque residentialibus beneficijs non curatis, in quibus seruatur forma ibi præscripta, vt scilicet in primo anno ad priuationem medietatis fructuum procedatur, quod remedium practicabile non est, vbi nullæ adsunt præbendæ, nullius fructus, sed omnia consistunt in distributionibus quotidianis pro ratione seruitij, & per punctaturas, quia non interessendo horis Canonicis, & Missis solemnibus satis est priuatus Canonicus, Ventrigl. *num. 11.* Card. de Luca *in annot. ad Sac. Conc. Trident. discurs. 4. num. 13.*

Fagnan.

Fagnan. *in cap. ex tua de Cleric. non resid. num.* 14. *&* 15. & qualiter procedatur, de Luca *discurs.77. de benefic.*

3 Actus cum reguletur à prædominante, & non ab accessorio, cura annexa dignitati non reddit curatam, & non intret dispositio Concilij loquentis de beneficijs curatis, de Luca *de benefic. disc.78. num.*13.

4 Sacra Congregatio Concilij concedit licentias, & causa litis, & inimicitiarum, infirmæ valetudinis, vel decrepitæ ætatis, si nequeat redire ad residentiam, de Luca *discurs.77. num.*14. & de licentijs, quæ per Episcopum dari possunt, Ventrigl. *in annot. proxima*.

ANNOTATIO XX.

De residentia Parochorum.

Notatur §. I. De quo iure sit. Quis dicatur propriè residere in his terminis. Et an Parochus teneatur necessario intra limites Parochiæ, vel in domo illius residere? Et quomodo teneatur per se ipsum inseruire. Quomodo non residens priuetur fructibus. Et quando contra non residentem procedatur ad priuationem fructuum. Et quando ad priuationem Beneficij, vel ad alias pœnas. Et an eodem modo teneantur residere Capellani, & alij curam coadiuuantes. Quando à pœnis excusentur non residentes.

§. II. Aliqua de Vicario perpetuo Ecclesijs Curatis ponendo vigore Concil. Trident. & Bull. Pij V. Quæ Portio fructuum sit illi assignanda. Et quomodo in illa sint computandi fructus incerti, & distributiones. Quomodo fiat prouisio Vicariæ perpetuæ tam in primæua erectione, quam in casu vacationis. Et quando Vicarius perpetuus teneatur expedire nouam Prouisionem Apostolicam. Et quis nominet Vicarium prædictum.

S V M M A R I V M.

1 *Residentia Parochorum de quo iure sit.*

2 *Parochus in quo loco habitando dicatur residere. An teneatur residere in domo Parochiæ, num.3. An si habitet à Parochia vltra milliare, dicatur residere, num.4.*

5 *Parochus quomodo teneatur residere, & per ipsum inseruire. Et quando possit vti opera alterius Sacerdotis, num.6. Et quid si omnibus operibus satisfaciat per Capellanum, an lucretur fructus, num.7.*

8 *Parochus non residens amittit fructus, & applicantur Fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus ipsius Parochiæ. Et quid si Parochia non indigeat. Et an possit componi, ac transigi super hac pœna. Et an in tali restitutione possit retinere partem ratione diuini Officij, num.9.*

10 *Parochus incurrit pœnam amissionis fructuum pro rata absentiæ ipso iure, & potest priuari quarta parte fructuum, quos fecit, vel faciet suos, num.11.*

12 *Parochus ob non residentiam incurrit pœnas omnes, quas ex Tridentin. incurrunt Episcopi ob non residentiam.*

13 *Parocho non residente potest Episcopus contra illum procedere ad subtractionem fructuum, ad censuras, & ad priuationem. Et an possit procedere ad excommunicationem ante sequestrationem fructuum. Et an possit procedere ad priuationem, antequam procedatur ad censuras, & sequestrationem, num.14.*

15 *Parochus ob non residentiam priuatur Beneficio per sententiam non ipso iure, hinc debet citari cum obseruatione terminorum, num.16. Et à sententia priuationis non datur appellatio ad effectum suspensiuum, num.17.*

18 *Parochus non potest impedire pœnas contra ipsum inflictas ob non residentiam sub prætextu priuilegij, licentiæ, familiaritatis, exemptionis, statuti, consuetudinis, appellationis, vel inhibitionis.*

19 *Parochus non residens non citatur solemniter, nec contra ipsum proceditur iuris ordine seruato.*

20 *Parochi bona, si decedat extra residentiam, cedunt spolio Cameræ Apostolicæ ex Bulla Pij IV. Extat & alia Bulla contra non residentes Pij V. de qua num.21.*

22 *Parochi, non solùm ipsi Rectores, sed Capellani Coadiutores, & alij habentes administrationem curæ, & Vicarij Curati tenentur sub dictis pœnis ad residentiam, & seruitium, ad quod sunt cogendi per Ordinarium.*

23 *Parochus, cui est datus coadiutor etiam perpetuus, obligatur ad residentiam, sicut & coadiutor.*

24 *Parochus potest abesse à residentia per duos menses. Ad quod quæuis causa sufficit, etiam recreationis. Et an pro dicto tempore teneatur petere licentiam Ordinarij, num.25. Et quid si abfuerit per tres dies, vel minus vna hebdomada, num.26. Et an possit Episcopus prohibere absentiam vltra biduum, num.28.*

27 *Parochus non potest abesse à residentia vltra bimestre sine graui causa, & sine licentia Ordinarij in scriptis habenda, num.29. Etiam in casu iustæ causæ absentiæ, & necessitatis, num.30. Quæ debet esse obtenta, non tantùm petita, & si denegetur, potest appellari, num.31.*

32 *Parocho est concedenda licentia absentiæ à residentia ob graues inimicitias. Et quando dicantur inimicitiæ durare, remissiuè.*

33 *Parocho concedenda est licentia absentiæ ob vtilitatem Ecclesiæ Parochialis, non autem propriam, vel alterius Ecclesiæ vltra bimestre.*

34 *Parocho infirmo per tres, vel quatuor menses potest Episcopus dare licentiam absentiæ. Et quid si infirmitas sit perpetua.*

35 *Parochus quando excusetur à residentia. Et an Episcopus possit pro suo seruitio vti opera illius, num.36. Et quid pro seruitio operis pij, num.37.*

ANNOTATIO XX.

§. I.

Ad Textum in cap. extirpandæ, §. vnic. de Præbend. & Dignitat.

TRactatur hic materia residentiæ Parochorum, ac de constitutione Vicarij perpetui in cura animarum, de qua residentia habetur etiam in *cap. quia nonnulli, in cap. relatum, cap. conquerente, de cler. non resid. in cap. licet canon. §. is autem, de elect. in 6.* quæ iura innouantur etiam per Concil. Trident. *sess.7. cap.3. de reform.* & per Pium V. *in Const. sua incip. Cupientes*, de qua apud Quarant. *in sum. Bullar. verb. residentia*, de eadem materia residentiæ Concil. Trident. *sess.23. cap.1.* & tractant DD. in dictis iuribus, Lælius Zecch. *de casib. Episcop. reseruat. cap.3.* Nauar. *cons.21. lib.3. de cler. non resident. & in Manual. c.25.* Couar. *lib. 3. variar. resol. cap.13.* Garz. *de benefic. tom. 1. part.3. cap.2.* Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.3. cap.2.* Salzed. ad Diaz. *in praxi, cap.54.* Cæned. *collect. 30. in 6. decretal. cap. licet canon.* Gonz. *ad 8. regul. Cancellar. glos.43. num.* 31. *& seqq.* Posseu. *de offic. curati, cap.1.* Ricc. *in praxi, 3. pars, resol.393.* Barbos. *de offic. Episc. part. 3. allegat.* 53. Tusc. *tom.6. lit. E. conclus.* 247. Bonac. *tom. 1. de oner. & oblig. benefic. ad resid. disp.5.* Homobon. *de Bonis in exam. Ecclesiast. part.3. cap.1. quæst.5. resolut.2.* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. cap. 3.* Zerol. *verb. priuatio, 4. §. & verb. Parochus, §.2.* Franc. Torren. *de resid.* Gig. *tract. de resid. Episcop.* Rebuff. *in prax. tit. de dispens. de non resid. & in hoc cap. extirpandæ, §.1.* Maiol. *de irregular. lib.3. c.5.* Petr. Gregor. *de benef. cap.7.* Rosell. Sylu. & Armill. *verb. residentia,* Angel. *verb. clericus 7.* Eman. Sà *verb. residentia,* Vgolin. *de offic. Episc. cap.4. & seq.* Flam. Paris. *de resinat.*

benefic. lib. 1. quæst. 10. Anton. Gomez. in explicat. Bull. cruc. cap. 7. ad 4. clausulam, ex num. 15. P. Anton. Sanctatell. var. resolut. quæst. 1. Hoieda de incompatibilit. benefic. cap. 17. Zauall. quæst. 585. Aldan. compend. canon. resolut. lib. 1. titul. 7. Barbos. sum. Apost. decis. verb. Parochus quoad residentiam, Reuerendiss. Marant. controuers. iur. resp. 19. 2. part. & alij, qui omnes quia omnia, quæ ad hanc materiam adduci possent, latè dixerunt, hic solùm adnotantur pauca pro vsu.

1 Et primò nota, residentiam esse de iure diuino, testantur omnes, nec posse per Summum Pontificem aboleri; cùm mandatum sit de præcepto diuino omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum operum exemplo pascere, pauperum, aliorumque miserabilium personarum curam paternam gerere; & in cætera munia pastoralia incumbere, quæ nequaquam ab ijs præstari possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt, ad dicta per Concil. Trident. cit. sess. 23. cap. 1. & aduertit benè Marant. loc. supra cit. num. 1. esse etiam de iure naturali, & etiam Ecclesiastico, probat Bonac. cit. loc. punct. 3. num. 1. & 5.

2 Nota secundò, residere in terminis nostris illum dici, qui habitat in loco Beneficij, vel non longè distat; in loco Beneficij, idest intra Parochiæ terminos commorari, quouis in loco existat Parochus, & licet Sac. Congregat. declarauerit habitationem Parochi debere esse propè Parochiam, id tamen intelligitur, idest parum distare, quia illa dictio, *propè*, refertur ad modicam quantitatem, vt explicat Ricc. 4. part. decis. 41. per tot. & sequitur Dian. 3. part. tract. 4. resolut. 156. in fin. etiam si Parochus intra Parochiæ fines non commoretur, dummodo parum distet, quia parum pro nihilo reputatur, & talis distantia in notabile subditorum incommodum vergere non videatur; in hoc casu est, vt plurimum notandum commodum, vel incommodum subditorum pro recipiendis Sacramentis, vt hæc omnia declarat Bonac. cit. loc. punct.
3 1. per tot. Verùm si Ecclesia Parochialis habeat propriam domum ad habitationem Parochi, tunc est cogendus Parochus habitare in domo Ecclesiæ, iuxta declarationem Sacr. Congregat. relatam per Leon. in Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 2. num. 18. & per Garz. de benefic. 3. part. cap. 2. intra num. vlt. ex quibus declarationibus licet habeatur, teneri Parochum habitare in domo Ecclesiæ; si tamen non habeat domum Ecclesiæ, in alia intra limites Parochiæ, vel ita vicina Parochiæ, vt commodè possit inseruire, quæ non repugnant ijs, quæ diximus supra cum Bonac. posse Parochum habitare extra limites Parochiæ, dummodo sit propè Parochiam. Hæc, quæ diximus, quando Ecclesia Parochialis habet domum, licèt declarationes Congregationis apud Garz. apertis verbis teneant; nihilominus Marant. cit. loc. num. 10. & seq. tenet, quòd licèt vtilius, & commodius sit, vt Parochus maximè noctis tempore degat domi Ecclesiæ, vt facilius reperiri possit, & præstò succurrere petentibus valeat; tamen de facili potest permitti illi, vt in domo parentum, vel propria intra limites Parochiæ habitet, dummodo vocatus possit facilè suum obire munus, iuxta dicta per Posseuin. cit. loc. cap. 1. num. 7.

4 Nota tertiò, quòd dicitur residere ille, qui habitat intra limites suæ Parochiæ, vel extra dictos limites habitet, non tamen distat vltra milliare Italicum, tenet Beja respon. casuum conscient. part. 4. cas. 21. in 2. quæst. fol. mihi 653. vers. quo circa illum, & sequitur Marant. cit. loc. num. 2. ad fin. quod non admitterem, nisi cum protestatione, dummodo incommodum Parochianorum non sequatur.

5 Nota quartò, teneri Parochum personaliter residere, quod non physicè, sed moraliter intelligendum est, ita vt non debeat semper corporaliter assistere in Ecclesia, sed ciuili modo, & personaliter inseruire potius per se, non per alium, vt multis probat Marant. cit. loc. num. 4. & seqq. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 36. Hinc dicit Diana cit. resol. 156. in princip. Parochum non dici verè, & iuxta mentem Concil. Trident. residere, ex quo solùm habitat in loco Beneficij, & per se non seruit, sed per substitutum, quia debet Parochus ministrare Sacramenta prout ex æquitate potest.

Posset quandoque Parochus vti opera alterius Sacerdo- 6
tis in administratione curæ animarum, vt in audiendis confessionibus, in deferenda Eucharistia ad infirmos, & similibus, modo subditi non contradicant, nec inde damnum recipiant, vt explicat Bonac. cit. loc. punct. 2. num. 4. similiter in administrandis Sacramentis de nocte potest Parochus vti opera alterius, nisi instanter, & nominatim desideretur, docet Dian. cit. resol. 156. in princ.

Nota quintò, certum esse in hoc casu, quando Parochus 7
corporaliter tantùm residet, omnia onera curæ per alium satisfaciendo peccare mortaliter; solùm quod controuertitur inter DD. est, an in tali casu Parochus faciat fructus suos, vel an illos teneatur restituere. In qua quæstione Diana resol. cit. 156. tenet validis rationibus Parochum non facere fructus suos. Contrariam opinionem defendit Garz. de benefic. cit. loc. num. 52. & seq. cum multis per eum citatis, quamuis malè faciat Parochus, & per Episcopum debeat cogi per se ipsum ad toleranda ea munera, ad quæ tenetur, eamque opinionem sequitur Bonac. tit. de oner. & obligat. benefic. disput. 45. punct. 2. num. vlt. vers. his non obstantibus, quoties Parochus ita per Capellanum deseruit, vt oues nullum graue detrimentum inde ferant.

Nota sextò; peccare mortaliter, ac incurrere priuatio- 8
nem fructuum pro rata absentiæ Parochum non residentem, habetur ex Concil. Trid. cit. sess. 23. cap. 1. tenent omnes DD. citati, qui fructus sunt restituendi Fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, ex eodem Concil. Trident. quod intellige de pauperibus eiusdem Parochiæ, & de Fabrica ipsius Ecclesiæ Parochialis; quòd si Ecclesia non indigeat Fabrica, nec pauperes reperiantur in loco Parochiæ, adhuc sunt erogandi pro ornamentis Ecclesiæ, vt refert Garz. declarasse Sacr. Congreg. sub his verbis, *Congregatio censuit Episcopum ordinarium debere applicare fructus non residentium, de quibus in hoc decreto, Fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiam si non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ potest tamen in dies indigere, saltem quoad ornamenta.* Aduertendum, quòd hi fructus non sunt applicandi pro reparatione Ecclesiæ, ad quam tenetur Parochus, nam ex suo delicto reportaret commodum nisi in casu, in quo amitteret omnes fructus, quia tunc cum fructus non reciperet, nec ad reparationem teneretur.

Super restitutione fructuum prædictorum amissorum 9
ob non residentiam Parochus non potest se componere cum Fabrica Ecclesiæ, vel pauperibus, nec Episcopus ordinarius potest illum admittere ad compositionem, vel transactionem; sed integri pro tempore absentiæ sunt restituendi, nec possunt remitti, vel donari in totum, nec in partem, ita expressè deciditur in dicto cap. 1. Concil. Trid. & aduertit Garz. cit. loc. num. 30. posset tamen retinere Parochus in restituendo dictos fructus illam partem, quæ correspondet recitationi diuini Officij, quia Parochus recipit fructus Beneficij pro residentia, & oneribus residentiæ annexis, & ad preces canonicas persoluendas, ergo par est vt in restitutione habeatur ratio residentiæ, & diuini Officij, hanc sententiam videtur tenere Posseuin. de offic. Paroch. cap. 1. num. 35. ad fin. Barbos. de potest. Episc. 3. part. alleg. 43. num. 101. & latè defendit Bonac. tom. 1. tit. de oner. & oblig. benefic. &c. disp. 5. punct. 4. 2. propos. num. 5. vers. respondeo probabiliter; & si aliquod seruitium præstitit Ecclesiæ, potest etiam retinere partem dicto seruitio correspondentem, ita P. Thesaur. in prax. Eccles. part. 2. verb. residentia, cap. 2. vers. an autem, in fin.

Hæc pœna amissionis fructuum est imposita per Con- 10
cil. ipso iure pro illa rata temporis, quo Parochus fuit absens à residentia, & seruitio Ecclesiæ; vnde ad restitutionem illorum tenetur ipso facto, & nulla expectata sententia, vt benè aduertit P. Thesaur. in prax. Eccles. part. 2. verb. residentia, cap. 2. vers. ex his, & probant expressa verba Concil. d. cap. 1. ibi, *Eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi retinere posse*; & quoad istos fructus, quos Parochus suos non facit pro rata temporis absentiæ, non sunt seruanda interualla, & rationem eandem, de quibus in cap. 1. sess. 6. Concil. Trid. de reform. iuxta declarationem Sac. Congr. sub his verbis,

An

An Episcopus procedens per subtractionem aduersus Parochos non residentes, iuxta Concil. Trident. teneatur obseruare eadem interualla, eandemque rationem, qua contra Episcopos non residentes statuit cap. 1. sess. 6. Congregatio censuit teneri, quoties in pœnam omissæ residentiæ vult subtrahere partem fructuum, quos suos fecerunt, non verò teneri obseruare eadem interualla in executione facienda super illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis absentiæ suos non fecerunt, refert etiam Garz. *cit. loc. num.* 32.

11 Ex dictis collige, quòd Episcopus potest etiam procedere contra Parochum non residentem ad priuationem quartæ partis fructuum, quoties absentia ad sex menses peruenerit sine causa rationabili, iuxta disposita in Concil. Trident. *sess. 6. cap. 1. de reformat.* quæ pœna priuationis quartæ partis fructuum intelligenda est, vt sit de fructibus etiam futuris, quos reuersus suos facturus est, vel quos aliàs absens suos fecisset, aliàs hæc pœna esset elusoria, vt patet, & ita sensit Sacr. Congreg. apud Barbos. *de potest. Episcop. allegat. 53. n. 96.* Verùm licèt pœna priuationis quartarum à Trident. *cit. sess. 6. cap. 1.* feratur ipso facto, seu ipso iure incurrenda, tamen non ligat ante sententiam; quòd secus est in pœna amissionis fructuum pro rata temporis absentiæ, vt diximus, & docet Sanch. *lib. 2. in decalog. cap. 5. num. 10.*

12 Notandum est etiam, quòd quicquid per Concil. Trident. dispositum est contra Episcopos non residentes quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas, procedit contra Parochos etiam non residentes, vt expressè procedere declarat idemmet Concilium *cit. sess. 23. cap. 1. de reformat.* in illis verbis, *Eadem omninò, etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuscumque qui Beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, Sacrosancta Synodus declarat, & decernit.*

13 Nota septimò, Episcopum posse procedere contra Parochum absentem, eumque compellere ad residendum per sequestrationem, & subtractionem fructuum, quod intellige de fructibus, quos suos fecit, nec non per censuras Ecclesiasticas, & per alia iuris remedia, etiam vsque ad priuationem, vt indicant expressa verba Concil. Trident. *cit. cap. 1. vers. quod si*, vbi aduerte, quòd potest Ordinarius procedere ad censuras contra absentem, nulla facta sequestratione, vel subtractione fructuum, cum verba Concil. Trident. liberam concedant facultatem Ordinarijs procedendi ad censuras, & sequestrationem fructuum, primò ponendo censuras, deinde sequestrationem; non tamen debet procedi per excommunicationem contra absentem ad breue tempus, iuxta declarationem Sacr. Congreg. adductam in eodem text. Concil. Trident.

14 Dubium est inter DD. in hac materia, an possit Ordinarius procedere contra absentem ad priuationem Beneficij, si prius contra illum non processit per censuras, vel subtractionem fructuum. Partem affirmatiuam defendit Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 139. ad fin.* ex verbis Concil. ibi, *Liberum esse vult Ordinarijs per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem compellere*; quæ verba, id relinquere libertati Ordinarij dicit Garz. idque declarasse Sac. Congreg. Concil. refert sub his verbis, *Compellere arbitrij est Episcopi, qua via, & quo remedio ex ijs vti velit contra non residentes.* Contrariam sententiam, nempè non posse procedere Ordinarium ad priuationem Beneficij contra absentem, nisi prius illum compulerit ad residendum per censuras, & subtractionem fructuum, defendunt Vgolin. *de offic. Episcop. cap. 15. §. 4. num. 4.* Genuens. *in prax. cap. 122. circa fin.* tenet Rota apud Seraphin. *decis. 27.* & sequitur P. Thesaur. *in prax. Eccles. part. 2. verb. residentia cap. 2. vers. ex cap. extirpanda, in fin.* hæc opinio habet magnam probabilitatem, sed opinio Garz. videtur verior, quam etiam tenere videtur Mantic. *decis. 67. num. 6.*

15 Hanc pœnam priuationis Beneficij de iure communi Parochus absens incurrebat ipso iure ob non residentiam, vt apertè disponitur in hoc *cap. extirpanda*, sed hodie ex Concil. Trident. *cit. loc.* vbi priuatio remittitur arbitrio Episcopi, videtur recessum à dispositione huius *text. cap. extirpanda*, & pœnam prædictam esse infligendam, non ipso iure inflictam, vt declarat Garz. *cit. loc. num.* 139. & P. Thes. *dict. loc.* idque probant aperta verba declarationis Sacr. Congreg. adductæ per Garz. *ibid.* idest, *Parochus, qui non vult in sua Parochiali residere, debet seruato iuris ordine priuari.*

Hinc est, quòd antequam procedatur ad priuationem 16
Beneficij, debet non residens citari; & si contingat citari per edictum, debent præcedere tres citationes in Ecclesia Parochiali successiuè factæ, nec sufficit vnica peremptoria, aliàs sententia priuationis est nulla, vt habetur per Seraphin. *decis. cit.* 27. & post vltimum edictum debet per tres menses expectari, iuxta *cap. ex tua, de cleric. non resid.* tenet Mant. *decis. 67. num. 4.* & ad eundem text. Concilij habetur declaratio Sac. Congreg. sub his verbis, *Dum tamen præcesserint tria edicta publica, & lapsi sint tres menses, iuxta cap. ex tua, de cler. non resid.* & probatur per alias plures Rot. *decis.* adductas per Garz. *cit. loc. num. 156. & seqq.* Et hæc de trina monitione procedunt solùm quoad priuationem Beneficij; nam quoad alias pœnas sufficit vnica citatio, nec requiritur expectatio per sex menses, ita Garz. *cit. loc. num.* 160. plura ad id apud Barbos. *de offic. & potest. Paroch. cap. 8.*

A sententia priuationis Beneficij ob non residentiam 17
non datur appellatio quoad effectum suspensiuum, *cap. relatum, cap. conquærente, de cler. non resident.* Concil. Trident. *cit. sess. 23. cap. 1. de reformat.* immò etiam post inhibitionem potest exequi, vt *in fin. d. cap. 1. Concil. Trident.* legitur, quo text. non videtur sublata appellatio deuolutiua, & est generale apud Concil. Trident. in quo quando tollitur appellatio, intelligitur tantùm de suspensiua, vt declarasse Sac. Congreg. refert Garz. *cit. loc. num.* 162. Quarant. *sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. quinto quæro*; Salgad. *de protect. Reg. tom. 1. part. 2. cap. 15. num. 8. & seqq.*

Non solùm pœna priuationis Beneficij, sed omnes aliæ 18
pœnæ contra non residentem non possunt impediri quominus exequantur, sub prætextu priuilegij, licentiæ, familiaritatis, exemptionis, statuti, consuetudinis etiam immemorabilis, siue appellationis, vel inhibitionis, vt disponunt expressa verba Concil. *cit. cap. 1. vers. quod si per edictum*, idque procedit, siue procedatur contra absentem, obedientem, siue contumacem, vt aduertit Ant. Gomez *in tract. super Bull. cruc. cap. 7. ad 4. claus. num. 35. & 36.*

Contra Parochum non residentem communiter dicunt 19
DD. non esse necessariam solemnem citationem, nec solemnem priuationem, sed sufficere requisitionem, & reuocationem, & spoliationem de facto; quæ videntur intelligi, vt non requiratur solemnis ordo Iudiciarius, sed vt solùm sufficiat monitio præcedens, iuxta formam, de qua supra, & priuatio subsequens, iuxta dicta per Abb. *in cap. ex parte, num. 4. de cler. non resident.* Oldrad. *cons. 195.* Felin. *in cap. 2. num. 3. de rescript.* Silu. *de benefic. part. 4. q. 5.* Garz. *de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 130. Azeued. *ad leg. 27. tit. 3. lib. 1. recopilat. n. 1.* Salzed. *in add. ad Diaz. cap. 52. in fin.* Greg. Lop. *ad leg. 16. tit. 16. in princ.*

Has pœnas impositas per Concil. Trident. vt supra 20
contra non residentes confirmauit etiam Pius V. *in sua Const. 115.* incip. *in suprema militantis*, id superadditum, quod Parochus sic non residens, ac extra residentiam decedens etiam in Vrbe, eius bona mobilia, siue immobilia, ac iura quomodolibet quæsita ex fructibus quorumuis Beneficiorum, ac Pensionum subiaceant spolio, non obstante quouis priuilegio, vel licentia, & facultate testandi, ac de illis disponendi, obtenta etiam cum clausula, *quod reuocari non possit*, dictaque bona, ac iura tanquam spolia ad Cameram Apostolicam pertineant; etiam si de illis beneficiatus disposuerit vigore prædictæ facultatis, quæ omninò reuocatur, prout latius in dicta Bulla apud Quarant. *in sum. Bullar. verb. residentia, fol. 443. Romæ publicata die 4. Decembris 1564. in Bullar. fol. 833.*

Rursus Pius V. *in sua Constit. Romæ publicata die 15.* 21
Iunij 1568. in Bull. fol. 1021. *incip. Cupientes*, apud Quarant. *in sum. Bull. verb. residentia, fol. mihi* 433. omninò præcipit Rectoribus Ecclesiarum Parochialium residentiam in suis Ecclesijs, ibique in diuinis deseruire, &

debi-

debito eorum officio satisfacere omninò teneri, & obligatos esse declarat, atque ad id cogi, & compelli posse, & debere per Episcopos, & aliorum locorum Ordinarios, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegatos, sub sententijs, & censuris Ecclesiasticis, ac pecuniaris arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum Parochialium, & aliorum quorumcumque Beneficiorum poenis, quacumque appellatione remota. Hæc Constitutio loquitur de habente Parochialem, ac Canonicatum ex dispensatione, prout aduertit *ibid.* Quarant.

22 Nota octauò, quòd non solùm Rectores, & qui verè sunt Parochi, principaliter tenentur ad personalem residentiam sub dictis pœnis, sed etiam Capellani coadiutores Rectorum, & Beneficia aliàs simplicia obtinentes, quæ habent administrationem, & exercitium curæ, necnon Vicarij Curati, & omnes alij habentes Parochialem in Commendam, etiam non in titulum; & nomine personalis residentiæ intelligimus non materialem assistentiam, sed seruitium Ecclesiæ per se præstandum, vt dictum est *in princ. Annot.* idque probatur, quia re, & effectu isti habent curam animarum, & ius diuinum, & naturale non attendit subtilitates, sed effectum, & substantiam; & Concil. Trident. *cap. 2. sess. 6. de reformat. & cap. 1. sess. 23. cit.* generaliter loquitur his verbis, *Eadem omninò etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuscumque qui Beneficium aliquod Ecclesiasticum curam animarum habens obtinent, &c.* quæ verba Concilij cùm sint generalia, generaliter debent intelligi, vulgatis iuribus, & ijs verbis non minus obligantur ad residendum, & seruiendum Capellani, & alij Coadiutores in cura, quam & ipsi Rectores, hanc sententiam tenet Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 9. num. 17.* qui testatur declarasse Sac. Congreg. his verbis, *An Capellani coadiutores Rectorum Parochialium instituti auctoritate Apostolica teneantur ad personalem residentiam, vt Rectores ipsi? Congregatio censuit teneri*, sequitur Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. à num. 163. vsque ad num. 171.* referens plures declarationes Sacr. Congreg. vbi in quarta declaratione habetur, Episcopum debere cogere huiusmodi Capellanos ad personaliter seruiendum in dictis Ecclesijs curatis, dimisso seruitio Ecclesiæ Cathedralis, si forsan essent Canonici, & ex alijs declarationibus apud eundem Garz. disponitur dictus Capellanos, sicut & Rectores teneri ad residentiam; & comprehendi sub dispositione Concil. Trident. *sess. 23. cap. 1.* vbi mandatur sub pœnis iam dictis, habentibus curam animarum residere, & Ecclesiæ seruire in ministerio curæ, ita sensit etiam Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 160.* nouissimè Bonac. *tom. 1. tit. de oner. & obligat. benefic. &c. disp. 5. punct. 4. num. 6.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. residentia, 2. vers. item an Capellani*, Barbos. *sum. Apost. decis. verb. Capellanus, num. 7.*

23 Nota nonò, quòd Parochus, cui datus est coadiutor, siue per Episcopum ob causam ad tempus, siue per Sedem Apostolicam cum futura successione, tenetur residere sub prædictis pœnis, quia Papa non videtur dare coadiutorem ad eximendum Parochum omninò à residentia, & cura animarum ei incumbente, sed vt eum adiuuet; etenim per dationem coadiutoris non transfertur tota cura animarum in coadiutorem, ablata à Parocho administratione, tenet Quarant. *cit. loc. vers. vlt.* Vgolin. *de offic. Episcop. cap. 15. §. 3. ad fin. & cap. 54. n. 3.* defendit etiam ex declarationibus Sac. Congreg. Garz. *de benefic. cap. 2. 3. part. num. 171. & seqq.* & non solùm Parochus coadiutus tenetur residere, sed etiam ipse coadiutor sub pœnis prædictis, vt docet Bonac. *cit. loc.*

24 Excusatur quandoque Parochus absens à residentia à prædictis pœnis. Et primò absens per duos menses, de quibus *in cit. cap. 1.* Concil. Trident. ibi vltra bimestre tempus, ad quod requiritur causa, vt in eodem text. Concil. ibi, *Causa prius per Episcopum cognita*. Verùm secundum opinionem Zauall. quem sequitur etiam Garz. *de benefic. 3. part. cap. 2. num. 22.* ad concedendum Parocho, vt per bimestre possit abesse, quæcumque

25 causa dicitur iusta, veluti recreationis, vel visitandi amicos, seu propinquos. Quod controuertitur in hoc bimestri inter DD. est, an Parochus pro dicto tempore teneatur habere licentiam Ordinarij, Nauar. *in manual. cap. 25. num. 121.* vtramque sententiam posse teneri defendit, quia ante Concil. Trident. hoc licebat, & à iure antiquo non est recedendum, stante quod Concilium hoc non prohibet expressis verbis: occasione huius doctrinæ Nauar. multi ex Casistis tenent simpliciter non requiri licentiam in hoc casu, quos nouissimè refert, & sequitur Bonac. *tom. 1. tit. de oner. & obligat. benefic. disp. 5. punct. 4. num. 9.* Alij DD. excusant Parochum absentem sine licentia per duos menses ab amissione fructuum, non autem à peccato inobedientiæ, vt asserit Vega. Sed verior opinio est, quod omninò requiratur licentia etiam per dictos duos menses, de quibus in Concil. cuius verba attentè considerata id clarè disponunt, vt testatur Zauall. & Garz. *vbi supra, & part. 9. cap. 2. sub num. 295.* & ibi legitur clara declaratio Sac. Congreg. qui ita seruari in praxi, & sentire Sacr. Congreg. defendunt; & tenent alij multi relati per eundem Garz. & per Barbos. *de pot. Episc. allegat. 53. num. 96.* & sequitur nouissimè P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verb. residentia, cap. 2. vers. an autem, circa fin.*

Excusatur tamen Parochus à prædictis pœnis si absuerit 26
à residentia sine licentia per breue tempus, puta ad duos vel tres dies, secundum opinionem Garz. *cit. loc. n. 24.* vel saltem minus vna hebdomada continuò, vel interpolatè sumpta intra annum vnum, secundum opinionem Thesaur. *vbi supra*, & Parochus ruralis si singulis hebdomadis ad Ciuitatem venerit causa videndi suos, & cum illis vno die moretur, relicto Sacerdote pro seruitio curæ, Beja *part. 4. cas. 21.*

Hinc, bone Paroche, caueas ab opinione Nauar. Bonac. *loc. cit.* Nald. *verb. residentia, num. 5.* Azor. *lib. 7. cap. 4. quæst. 9. tom. 2.* Beja *4. part. resp. 2.* tenentium bimestre tempus esse paruam materiam, & Parochum absentem per bimestre sine licentia non teneri ad restitutionem fructuum. Et tu, ò bone Præsul, caueas quæso à rigore in concedenda licentia vsque ad duos menses, recordatus opinionis Zaual. Gar. & aliorum *supra cit.* tenentium ad absentiam pro dicto tempore quamcumque causam esse iustam, etiam recreationis, vt notauimus supra.

Vltra verò bimestre non potest abesse Parochus sine 27
graui causa, vt benè aduertit Concil. Triden. *cit. cap. 1.* in illis verbis, *Licentiam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant*, & notat etiam Garz. *cit. loc. intra num. 22.* quæ grauitas causæ remittitur arbitrio Ordinarij.

Posset etiam Episcopus per statutum prohibere Pa- 28
rochis sub pœna pecuniaria arbitraria, quæ tamen dimidiam decimam non excedat, ne vltra biduum à sua Ecclesia possint abesse, non tamen id prohibere potest sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, vt declarasse Sacr. Congregat. Concil. refert Garz. *cit. loc. intra versic. & ita.*

Præter iustam causam in absentia Parochi à residen- 29
tia per duos menses, & grauem causam in absentia vltra bimestre, requiri licentiam Episcopi disponit Concil. Trident. *cit. cap. 1.* & expressè mandat hanc licentiam debere esse in scriptis gratis concedendam. Vnde excluditur licentia tacita, vel præsumpta, aut oretenus, quæ non dicitur in scriptis, & propterea nec iuxta formam Concil. quam non excusare absentem ab obligatione restitutionis fructuum, ex opinione Nauar. *consil. 22. de cler. non resident. lib. 3.* & aliorum tenet Bonac. *cit. loc. punct. 5. num. vlt.* qui in foro conscientiæ tenet posse excusari absentem cum licentia oretenus, sine detrimento curæ. Hæc licentia debet esse valida, nam si quis eam obtinuit per dolum, vel mendacia versantia circa causam finalem, adhuc non excusatur à pœnis, vt tenet Garz. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 228.* Barbos. *de potest. Episc. allegat. 43. num. 98.* Nec est necesse, vt talis causa coram Ordinario iudicialiter probetur, docet Bonac. post Garz. & Barbos. *cit. disp. 5. punct. 4. n. 11. vers. an vero.*

Nec excusatur Parochus ab obligatione petendi licen- 30
tiam prædictam, sub prætextu iustæ causæ, & notoriæ necessitatis discedendi, ac distantiæ loci; nam adhuc sine illa discedere non potest, nisi tanta sit necessitas, &

ita

ita repentina, vt dilationem non patiatur, & esset periculum in mora petendi licentiam; nam tunc potest discedere sine illa, dummodo cùm primum potest, saltem per epistolam de causa prædicta, ac discessu certum faciat Ordinatium, qui causam cognoscat, & licentiam det, vt docet Abb. *in cap. relatum, de cler. non resident. in 6.* & sequitur Garz. 3.*part. cap.2. num.*34. adducens ad id decla-

31 rationem Sac. Congregat. Nec sufficit, licentiam prædictam solùm petere, sed ea debet esse obtenta, etiam quod concurreret grauis causa, in quo casu petens licentiam, & non obtinens grauatur, & proinde potest iustè ad Superiorem recurrere per viam appellationis, qua appellatione pendente, non potest abesse, vt optimè ex mente Sacr. Congr. Concil. tenet Garz. *cit. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 28. *&* 29.

32 Debet concedi licentia ab Ordinario Parocho, qui in loco Ecclesiæ non valet residere ob graues inimicitias ortas post obtentam Parochialem, quando Beneficiatus residendo poneretur in vitæ discrimine ad annum durante inimicitia, & constituto idoneo Vicario cum competenti salario pro seruitio Ecclesiæ; & interim Episcopus procuret reconciliationem, quæ si culpa Parochi non sequatur, non debet gaudere licentia non residendi, prout habetur apud Quaranr. *in verb. residentia, vers. quæ verò, fol. mihi* 440. sequitur Bonac. *tom.* 1. *tit. de oblig. benefic. disp.* 5. *punct.* 5. & alij apud eundem contra Filiuc. *tract.*41. *cap.*6. *num.* 46. *ad fin.* Quando verò dicantur inimicitiæ, & odium intercedere inter aliquos, est recurrendum ad signa, & coniecturas, de quibus per Menoch. *tract. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.*43.

33 Est etiam concedenda licentia absentiæ Parocho pro vtilitate ipsius Ecclesiæ Parochialis, etiam vltra bimestre, vt si absentia contingat pro defensione iurium, & bonorum dictæ Ecclesiæ, vel pro illius alio negotio euidenter vtili, vt probat Garz. *cit. loc. à num.*48. sequitur Bonacin. *cit. loc. num.*12. qui adhuc in hoc casu requiri licentiam Episcopi tenet, contra Garz. *num.*50. & opinio est probabilior, quia Concil. *cit. cap.*1. loquitur generaliter, & quandocumque abesse contigerit. Proprium negotium, & lis etiam criminalis, vel negotium alterius Beneficij non excusant Parochum à residentia vltra bimestre, ita sentit Rota *in vna Carthag. fructuum 29. Maij* 1595. *coram Seraphino, & in alia Lariensi fructuum* 21. *Aprilis* 1603. *coram Penia.*

34 Parocho infirmo potest Episcopus dare licentiam per tres, vel quatuor menses, vt extra residentiam curetur in locis conuicinis, vbi adest copia Medicorum, & medicinarum, ita fertur declarasse Sacr. Congreg. Concil. apud *d. cap.*1. si verò infirmitas est perpetua, non est excusandus Parochus à residentia, sicut non excusatur ob senectutem, refert Zerol. *in prax. Episcop. part.*1. *verb. residentia, vers.*7. *&* 9. sequitur Bonac. *cit. loc. punct.*5. *num.*3. in quo casu Coadiutorem debet illi dare Episcopus, & Parochus tenetur seruire in eo quod potest, Barbos. *sum. Apost. dec. verb. Parochus quoad residentiam, num.*1.

35 Alij casus, in quibus excusantur Parochi à residentia, & seruitio personali, habentur apud Sylu. *tract. de benefic. in* 4. *part. quæst.*6. Abb. *in hoc cap. extirpandæ*, §. *qui verò*, Rebuff. *in prax. tit. dispensatio de non residendo*, Quarant. Garz. Bonac. & alios citatos, qui omnes ad tres reducuntur per Rebuff. nempè primus ratione vtilitatis Ecclesiæ, secundus ratione necessitatis Beneficiati, tertius quando à iure hoc est expressum.

36 Episcopus non potest vti opera Parochi pro seruitio Ecclesiæ Cathedralis, nec pro Visitatore, aut pro Secretario cum præiudicio residentiæ, nisi per duos menses, vel ex graui causa, sic declarasse Sacr. Congreg. refert Ricc. *decis.*502. *num.*1. Gonz. *regul.*8. *glos.*6. *num.* 258. Barbos. *de potest. Episc.* 3. *part. alleg.*43. *num.*86. *& in sum. cit. num.*22. Sanctarell. *lib. variar. quæst.*3. *num.*49. nec pro suo Vicario Generali, vt optimè aduertit Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.*6. *num.*258. generaliter etiam loquens non posse Episcopum extrahere à residentia Rectorem Ecclesiæ Parochialis pro seruitio ipsius Episcopi, & refert sic declarasse Sacr. Congreg. sequitur Garz. *de benef.* 3. *part. cap.*2. *n.*40. qui insurgunt contra Nauar. *cons.* 15. *de cler. non resident. & cons.* 5. *de ætat. & qualit.* in primo excusantem Parochum à residentia pro exercendo officio Vicarij alterius Episcopi, & in secundo pro seruitio Episcopi proprij.

Parochus vt inseruiat alicui operi pio, v.g. Fabricæ Monasterij, posse vacare à residentia, etiam per octo menses, refert declarasse Sacr. Congreg. Garz. *cit. loc. num.* 42. *ad fin.* & pro exercendis alijs operibus charitatis proximi, puta ad dirimendas controuersias inter aliquos ortas, etiam vltra duos menses, tenet Molfes. *in sum. tract.* 6. *cap.* 11. *num.*29. quem sequitur Bonac. *d. disp.*5. *punct.*5. *num.*7. 37

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Parochi obligantur ad residendum, de materiali habitatione cadit quæstio.*

2 *Limitationem recipere apta est regula.*

3 *Cura actualis obligat, non habitualis, & Vicarius Parochiæ tenetur residere.*

De obligatione residentiæ Parochorum nulla cadit dubitandi ratio, quoties principaliter, & in titulum de Ecclesia illi sint prouisi cum actuali cura. 1

Quæstio solum cadit circa materialem habitationem, an ea propè Ecclesiam, siue intra ipsius Parochiæ limites in loco commodo omnibusque opportuno esse debeat, imò in domo propè Ecclesiam pro habitatione Parochi destinata, vt pluries Sacram Congregationem declarasse refert Card. de Luca *in annot. ad Sacr. Concil. Trid. discurs.*4. *num.*11. 1

Talisque est regula generalis, quæ tamen pro facti qualitate limitationem apta recipere est ex Episcopi arbitrio, quod à iusta causa regulandum est, ita Luca *vbi sup.* 2

Aliter si de cura habituali tantùm agatur, quæ resultet ab vnione accessoriè facta alicui dignitati, vel beneficio cum deputatione Vicarij perpetui, vel temporalis pro exercitio curæ, quoniam tunc istud onus, & hic modus residendi Vicario congruit. Possessori autem Dignitatis, cui vnio facta sit, illa tantùm residendi necessitas incumbit, quæ inest ipsi Dignitati principali, de Luca *vbi sup. & de benefic. discurs.*60. *num.*5. vbi quod si cura habitualiter est penes Capitulum, vel Collegium in vniuersum, cuius nomine curam exercet Vicarius, tunc singuli de Collegio non dicuntur Curati, & non tenentur vti Parochi residere, sed Vicarius constitutus pro cura, cùm singuli non dicantur Parochi. Et vbi cura imminet habitualiter penes Capitulum, seu Collegium, tunc singuli Canonicatus non dicuntur beneficia curata, vnde Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ sufficit, sit ætatis annorum quatuordecim, vt in specie ætatis, Barbos. *de Episcop. alleg.*70. *num.*71. Ventigl. *annot.*6. §.1. *num.*11. 3

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Curatus quando deputandus. Et quæ portio illi assignanda, num.*2. *Vbi adducuntur disposita per Bullam Pij V.*

3 *Vicario perpetuo Curato est assignanda Portio iuxta Bullam Pij V. & non iuxta Concil. Trident.*

4 *Vicariæ perpetuæ eriguntur in Beneficijs vnitis, & in vnitis accessoriè, num.*5.

6 *Vicarius perpetuus quibus casibus constituatur, remissiuè. Requiritur in tali constitutione causa, nec potest Vicarius Episcopi absque speciali mandato.*

7 Bulla Pij V. de Vicarijs perpetuis, *non est reuocata per Bullam Gregorij XIII. eiusdem materia.*

8 *Vicaria perpetua est verè Beneficium, & datur in titulum.*

9 *Vicarius perpetuus nominatur ab Ecclesia vnita, à qua est erectus, & confirmatur ab Ordinario in quocumque mense etiam reseruato.*

10 *Vicarius perpetuus quando teneatur recipere Prouisionem Apostolicam, & soluere annatam.*

11 *Vicarius perpetuus confirmatur ab Ordinario sine concursu,*

cursu, sed sufficit solum examen ipsius Ordinarij, qui potest statuere terminum dierum decem nominabe debentibus, num.12. Fallunt dicta de concursu, num.13.

14 *Vicarius perpetuus in Ecclesijs Monasterijs vnitis potest deputari vnus ex eisdem Regularibus, qui quoad curam animarum subest Episcopo, exceptis alijs, vt hic.*

15 *Vicario perpetuo mortuo, interim donec de successore prouideatur, Episcopus solus prouidet de Vicario temporali, cum assignatione Portionis.*

16 *Vicario perpetuo est assignanda congrua Portio. In qua assignatione nonnulla Episcopus debet obseruare, num.17. Et an possit prætendere decimas, num.18. Et an distributiones, num.19. Et an incerta, num.20.*

21 *Vicarius perpetuus quando possit in iudicio comparere pro iuribus sua Vicaria. Et an possit Rector illi assistere.*

22 *Vicaria perpetua est legitimus titulus pro sacris Ordinibus.*

ANNOTATIO XX.

§. II.

1 IN hoc *cap. extirpanda*, §. *qui verò*, omninò præcipitur habenti Parochialem, non per Vicarium, sed per se ipsum illi deseruire; excipitur solùm, quando Parochialis est annexa Dignitati, vel Præbendæ, in quo casu conceditur, vt habens dignitatem, vel Præbendam, cùm teneatur in maiori Ecclesia deseruire, possit habere idoneum, & perpetuum Vicarium canonicè institutum, per quem teneatur dictæ Parochiali deseruire cum congrua portione redditum ipsius Ecclesiæ, sub pœna priuationis prædictæ Ecclesiæ curatæ. Deinde Conc. Tridet. *sess. 7. cap. 7. de reformat.* imponit Ordinarijs locorum, vt in curatis Ecclesijs perpetuò vnitis Cathedralibus, Collegiatis, seu alijs Ecclesijs, vel Monasterijs, Beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis quibuscumque deputent Vicarios idoneos perpetuos in visitatione, nisi aliter videbitur ipsis Ordinarijs pro bono Ecclesiarum regimine, qui Vicarij animarum curam laudabiliter exerceant, & illis assignetur portio tertiæ partis fructuum eiusdem Ecclesiæ, aut maior, vel minor abitrio ipsorum Ordinariorum super certa re; non obstante quauis appellatione, vel priuilegio, & *sess. 25. cap. 16. de reformat.* statuit, quòd Beneficia sęcularia curata ex primæua erectione, aut quomodocumque in simplicia Beneficia non conuertanrur, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione. In his verò Beneficijs, in quibus contra eorum institutionem, vel fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est, cui congrua portio non fuerit assignata, assignetur quamprimum, & ad minus intra annum à fine Concilij iuxta formam *cit. cap. 16.* quod si id commodè fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non fuerit, cùm primùm vacauerit Beneficium, Rectoria, vel Vicaria in antiquum statum restituatur.

2 Nouissimè Pius V. *in sua Constit. Romæ publicata 15. Nouembris 1567. incip. Ad exequendum, in Bull. fol. 999.* & apud Quarant. *in sum. Bull. in verb. Vicarius perpetuus, fol. mihi 599.* declarauit mentem Concilij fuisse, vt portio assignanda prædictis Vicarijs non sit maior centum scutorum, nec minor quinquaginta annuorum, computatis etiam incertis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis; nisi Vicarijs temporarijs solitum fuisset plus assignari, constituenda super re stabili, vel quota fructuum, aut in pecunia numerata, cuiuscumque valoris fuerit Ecclesia Parochialis; & habita etiam ratione redditum, & onerum loci, cui Parochialis ipsa vnita fuerit; ita quod portiones assignatæ, vel assignandæ vltra scutorum centum, vel infra quinquaginta non teneant quoad excessum, vel defectum, & ad summas prædictas reductæ, & auctæ censeantur respectiuè; quod si redditus annuus Parochialis vnitæ non excedat scutos quinquaginta habita ratione prædicta, tunc nec portio debet excedere summam valoris dictæ Parochialis, & sufficit assignare omnes fructus Vicario; & Ecclesiæ, seu loca pia, in quibus fit talis erectio pro quantitatibus assignatis Vicarijs, non tenentur ad solutionem quindenniorum Cameræ Apostolicæ debitorum, & Vicarij prædicti tenentur accipere nouam prouisionem à Sede Apostolica, & expedire Bullas Apostolicas cum solutione annatæ fructuum certorum assignatorum antequam admittantur ad exercitium curæ. Prouisio prædictorum Vicariorum tam ex primæua erectione, quàm & in casu vacationis est facienda præuia nominatione illorum, quorum Ecclesijs ponentur subsequentibus examine, & approbatione Ordinarij. Et si prædictæ Parochiales erunt vnitę Monasterijs Mendicantium, Superiores Monasterij possunt nominare ex ipsis Mendicantibus examinandos, & idoneos repertos per Ordinarios confirmandos, & deputandos, amouibiles ad nutum Superiorum suorum, quod idem seruetur in alijs Regularibus Monachis tantum; dummodo in Parochiali, in qua fuit deputatus Monachus, seruata forma prædicta, habitent cum illo alij quatuor ex eisdem Monachis, ita Bulla prædicta, ad quam.

Obserua primò, quòd in assignanda portione prædicta 3
Vicario perpetuo non est attendenda taxa tertiæ partis fructuum, de qua in Concil. Trident. *cit. cap. 7.* sed solum est seruanda Constitutio prædicta Pij V. vt de anno 1593. declarasse Sacram Congr. Episcopo Abulen. refert Garz. *de benefic. part. 9. cap. 2. sub num. 295.* & tenet Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 120.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 43.*

Obserua secundò, vt plurimum has Vicarias perpetuas 4
fieri in Parochijs vnitis, & ex causa vnionum Parochialium Ecclesiarum quæ Cathedralibus, seu alijs Ecclesijs, vel Monasterijs, Beneficijs, seu Collegijs, aut pijs locis perpetuo vniuntur; in casu tantum vnionis loquitur *hoc cap. extirpanda, §. vnic.* & apertè Concil. Trident. *cit. cap. 7.* tenet Leo *for. Eccles. part. 2. cap. 16. num. 10.* Vnde in cura animarum spectante Capitulo, Collegio, Beneficio, vel alteri pio loco, non per viam vnionis, sed ex primæua erectione, vel alio modo, non posset deputari Vicarius perpetuus, quia non esset secundum mentem huius *cap. extirpanda*, & Concilij Trident. ac Constit. Pij V. quæ etiam loquitur in terminis vnionum; immò esset expressè contra dispositionem eiusdem Concil. *c. 16. sess. 25. de reform.* vbi prohibetur Beneficium curatum conuerti in simplex, quod sortiretur per deputationem Vicarij perpetui, cui tranferri totam curam, patet ex infra dicendis, saltem quoad exercitium, & faciunt dicenda *num. seq.* probat Loter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 33. num. 93.*

Obserua tertiò, nec in omnibus vnionibus posse con- 5
stitui Vicarium perpetuum, sed solum quando Beneficium vnitur accessoriè; quod si vnio est facta æquè principaliter, non est locus constitutioni Vicarij perpetui, sed temporalis; nam quando Ecclesia curata habet Rectorem, non datur Vicaria perpetua, ita Gonzal. *in regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 3. num. 10. & seqq.* quem refert, & sequitur Rebuff. *in prax. tit. de Vicaria, num. 3.* Caputaqu. *decis. 399. num. 1. part. 3. diuers.* & in vnionibus perpetuis, vt disponit Concil. *cit. cap. 7.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 6. num. 3.*

Casus, in quibus possunt constitui Vicarij perpetui, 6
habentur apud Lel. Zecch. *tract. de benefic. cap. 7. num. 9.* & Alphons. Hoved. *tract. de incompatibil. benefic. part. 1. cap. 15.* Barbos. *cit. loc. num. 2. & seqq. vbi num. 6. & seqq.* refert casus, in quibus Episcopus non potest constituere Vicarium perpetuum, ad quos te remitto; aduerte tamen, quod Episcopus non debet procedere ad constitutionem Vicarij perpetui, non subsistente causa, & æquitate, prout ex doctrina Hostiens. *in sum. de offic. Vicar. §. aliquibus, vers. ex præmissis*, refert decisum Put. *lib. 2. decis. 233. num. 2.* Vbi etiam deciditur, Vicarium generalem Episcopi non posse cum generali mandato procedere ad hanc constitutionem Vicarij perpetui, sed ad eam requiri auctoritatem Episcopi, ita etiam Calder. *cons. 3. de offic. Vicar.*

Obserua quartò, præfatam Constitutionem Pij V. non 7
esse reuocatam per aliam Constitutionem Gregor. XIII. incip. *In tanta rerum, & negotiorum mole, fol. 1208. in Bull.* loquentem de Vicarijs Parochialium vnitarum Monasterijs, solum esse reuocatam in eo, quod, cum Reli-

gioſo Vicario ad nutum amouibili per Monaſterium pro ſubeunda animarum cura aſſignando, vnus duntaxat alius Religioſus extra clauſtrum maneat, & non quatuor, quos deſiderabat Bulla prædicta Pij V. prout declarauit Sacr. Congreg. Concilij Trident. vt teſtatur Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 3. num. vlt.* ſequitur Quarant. *in ſum. bullar. verb. Vicarius perpetuus, verſ. aduertendum*, Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 121.* qui teſtatur Gregor. XIII. ore reualidaſſe dictam Conſtitutionem Pij V.

8 Obſerua quintò, quòd Vicaria perpetua dicitur verè Beneficium Eccleſiaſticum, & datur in titulum, *cap. G. perpetuus, de fid. inſtrum. cap. poſtulaſti, de reſcript.* Rebuff. *in prax. tit. de Vicar. perpet. num. 14.* Vnde omnia iura loquentia de curatis Beneficijs circa vacationem per aſſecutionem, & non per promotionem, & de eorum ætate locum habent in huiuſmodi Vicarijs perpetuis, *Clement. vnic. de offic. Vicar.* Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 115. cum ſeqq.* & dicitur iſte Vicarius perpetuus Rector curæ animarum, licet propriè non ſit Rector Eccleſiæ, *cap. ex parte*, vbi Abb. *num. 3. de offic. Vicar.* quæ cura actualis aufertur Rectori, & transfertur in Vicarium perpetuum, Nauar. *conſ. 21. num. 7. de cler. non reſident. Romæ impreſſ.* & ſi Rector principalis moriatur, adhuc Vicarius non poteſt remoueri, cum ſit perpetuus, Hoieda *de incomp. benefic. 1. part. cap. 15. num. 12.*

9 Obſerua ſextò, quòd vt diximus ſupra, collatio iſtarum Vicariarum non ad Epiſcopum libere ſpectat, ſed ad nominationem illorum, quorum Eccleſijs vnitæ ponuntur, idque procedit in quocumque menſe etiam ſi in menſibus reſeruatis, & Apoſtolicis vacauerint, quia in Vicarijs perpetuis erectis ex *citat. decret. 7. Concil. Trident.* non cadit reſeruatio quoad nominationem, & confirmationem, vt ſupra, per diſpoſitionem prædictæ Conſtitutionis Pij V. quod ſecus eſt de Vicarijs perpetuis erectis ante Concil. vel de illis, quæ ſunt Beneficia de per ſe, de quibus non loquitur Conſtitutio prædicta in diſpoſitiua, & in eis cadit reſeruatio, prout diſtinguit Garz. poſt multa adducta in hac materia, *part. 9. cap. 2. à num. 313. vſque ad num. 319.* Verùm ſi hæ Vicariæ vacarent in menſe Apoſtolico, tunc Vicarius deputatus teneretur expedire nouam Prouiſionem, & Bullas Apoſtolicas, quod ſecus eſt ſi vacarent in menſe Ordinarij, in quo caſu ſufficiunt Bullæ ipſius Ordinarij, prout ita, & optimè declarat Conſtitutionem prædictam Pij V. Garz. *cit. loc. num. 316. & 317.* contra Gonz. & Barboſ. *de iur. Eccl. lib. 3. cap. 6. num. 45.*

10 Aduerte, quòd Conſtitutio prædicta etiam mandat, quod Vicarij in recipiendo prædictam nouam Prouiſionem Apoſtolicam in menſe reſeruato, vt ſupra, tenentur ſoluere annatam pro portione fructuum, quod intellige de fructibus certis, vt eadem Conſtitutio teſtatur, & dummodo dicti fructus certi excedant vigintiquatuor ducatos de Camera, quia vſque ad dictam ſummam in Cancellaria non ſoluitur annata. Vnde rarò de prædictis Vicarijs ſoluitur annata, ratio eſt, quia dicta Conſtitutio dicit, quòd aſſignentur pro congrua Vicarijs non minor quinquaginta, nec maior centum ducatorum ſumma computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi ſolitis, & ſic comprehenduntur diſtributiones, de quibus non ſoluitur annata, quibus etiam deductis ex congrua aſſignata rarò remanent certi ducati vigintiquatuor de Camera, ita conſuluit Ioan. Gur. *conſ. 8. per tot.* & ſequitur Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. in §. 7. proem. verſ. neque in congrua portione, num. 385.* quòd ſi deputatio fiat in menſe Ordinarij, annata prædicta non eſt ſoluenda, cum non teneatur Vicarius deputatus expedire nouam Prouiſionem, nec Bullas Apoſtolicas, vt in *fin. deciſ. Rot. in vna Tiraſonen. Vicariæ S. Michaelis 13. Octob. 1595.* adductæ per Garz. *cit. loc. n. 108.* poſt Gonzal. *gloſ. 5. §. 3. à num. 39.*

11 Obſerua ſeptimò, in prouiſione huius Vicariæ non debere fieri concurſum, ſed Vicarium perpetuum ad nominationem, ſeu præſentationem illorum, quorum Dignitati, vel Eccleſiæ Parochiali eſt vnita, & annexa deputandum, & inſtituendum eſſe, *vt in hoc cap. exturpanda, §. qui vero*, tenet Vgolin. *de off. Epiſc. cap. 50. §. 3. verſ. 8.* Rota *in vna Tiraſonen. iuris præſentandi 8. Iunij 1584. vt in deciſ. 798. num. 5. part. 1. diuerſ.* & declarauit Sac. Cong. Concil. 28. Aprilis 1594. ſub his verbis, *Congregatio Concilij cenſuit Vicarios perpetuos in Parochialibus Capitulo vnitis non eſſe prævio concurſu inſtituendos*, probat multis Rot. deciſionibus, & Sacr. Congregat. declarationibus Garz. *de benefic. 9. part. cap. 2. à num. 290. vbi num. 293. & ſeq.* refert declaraſſe etiam Sac. Congreg. Concil. vt in dictis Vicarijs, nec examen nominati cum examinatoribus Synodalibus eſſe neceſſario faciendum, ſed ſufficit examen, & approbatio Ordinarij.

12 Poteſt Epiſcopus ſtatuere terminum dierum decem illis, ad quos ſpectat, vt nominent talem Vicarium, vt habetur ex declaratione Sac. Congreg. Concil. relata per Garz. *cit. loc. num. 294.* ſub his verbis, *Ex dicta Bulla Pij V. Kalendas Nouembris Anno Secundo, nominatio Vicariorum perpetuorum ſpectat ad Eccleſias, ſeu loca, quibus dictæ Parochiales ſunt vnitæ, & ad dictam nominationem poterit Epiſcopus præfigere terminum decem dierum.*

13 In Vicarijs verò perpetuis, quæ non ſunt erectæ iuxta formam *cit. cap. 7.* Conc. Trid. & Conſtitutionis prædictæ Pij V. & quæ ſunt Beneficia de per ſe, eſt faciendus concurſus, ſicut & in cæteris Parochialibus, iuxta formam Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.* de quibus loquitur Rota *in vna Pampilonen. Decimarum 14. Ianuarij 1591. coram D. Bubalo*, & idem eſt in Vicarijs erectis in Eccleſijs vnitis alicui Beneficio, vel loco, abdicando, & ſeparando curam animarum ab ipſis Eccleſijs, & transferendo eam in Vicarios, vt teſtatur Garz. *cit. loc. num. 299. & ſeqq.* eodem modo eſt faciendus concurſus in Vicaria perpetua erecta in Eccleſia curata, cuius Rectoria auctoritate Apoſtolica poſt Concilium redacta fuit in ſimplex, & ſine cura Beneficium, nec ad talem Rectorem pertinere ius nominandi, declarauit Sacra Congregatio ſuper dictum *cap. 18. Concil. Trid.*

14 Si verò Vicaria perpetua eſt erecta in Eccleſia Parochiali vnita Monaſterio Regularium, Superior Regularis poteſt nominare ad Vicariam prædictam vnum ex ſuis Regularibus, qui ſi idoneus repertus fuerit eſt deputandus Vicarius perpetuus ex parte Ordinarij, ſed amouibilis ex parte Superioris Regularibus, vt diſponit dicta Conſtitutio Pij V. in illis verbis, *Ad nutum tamen Superiorum ſuorum amouibiles*, qui Vicarius in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, ſubeſt immediatè iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi eſt; exceptis primò Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus; ſecundò, locis, in quibus Generales, aut Capita Ordinum ſedem habent; & tertiò locis, in quibus Superiores Regulares iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent, vt diſponitur in Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 11.* vbi in his caſibus exceptis, Vicarius nec eſt examinandus, vel confirmandus ab Ordinario.

15 Obſerua octauò; quòd vacante Vicaria perpetua, ad quam ſpectat nominatio Capitulo, Collegio, Beneficio, Dignitati, & ſimilibus, iuxta dictam Conſtitutionem Pij V. interim pendente nominatione, & confirmatione, ac prouiſione; ſi opus fuerit, idoneus Vicarius eſt conſtituendus, qui onera curæ ſuſtineat; quæ Conſtitutio temporalis ad ſolum Epiſcopum ſpectat abſque alia nominatione, qui poteſt eidem Vicario congruam fructuum portionem eius arbitrio aſſignare, non obſtante, quòd prouiſio de Vicario perpetuo, debeat fieri præuia nominatione Capituli, Collegij, Beneficiati, Dignitatis, & ſimilium, quia hæc deputatio ad tempus, per Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. in princ.* ſoli Epiſcopo committitur.

16 Obſerua nonò; quòd prædictarum Vicariarum erectio, debet omninò fieri cum aſſignatione congruæ portionis, iuxta formam dictæ Conſtitutionis Pij V. vt Vicarius commodè viuere poſſit, *cap. de Monachis, de præb. & Clement. 1. de iure patronat.* & vt animarum cura nullatenus negligatur, nec Beneficia ipſa debitis defraudentur obſequijs, *Clem. 1. de præbend.* quæ competens portio eſt adeò deſiderata per Concil. Trid. vt de ea in ſeptem locis illius ſit mentio. Primò in *cap. 2. ſeſſ. 6. de reform.* ibi *Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum aſſignationem prouidere debent, ne cura animarum*

negligantur. Secundò in *cap.5. sess.7. de reform.* ibi, *Ipsi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino prouideant, ut animarum cura nullatenus negligatur.* Tertiò in *cap.7. ead. sess. & rubr.* ibi, *Cum tertia partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipsorum Ordinariorum portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputando animarum cura laudabiliter exerceatur.* Quartò in *cap.4. sess.21. de reformat.* ibi, *Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erant Ecclesijs nouiter erectis perficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam Matricem quomodocumque pertinentibus.* Quintò in *cap.6. ead sess. & rubr.* ibi, *Aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter prouidere possint*, Sexto in *cap.18. sess.24. de refor.* ibi, *Idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore prouideatur*, Vltimò in *cap.16. sess.25. de reformat.* ibi, *Illa deinceps in simplex Beneficium etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione non conuertantur.*

17 In assignatione congruæ portionis Vicario perpetuo, debet Episcopus obseruare qualitates, & circumstantias loci, Beneficij, personarum, morum regionis, & alia, quæ obseruat Rebuff. *in tract. de congrua portion. quæst.8.* præsertim *num.61.* & aduertit Rota *decis.5. num.2. part.2. diuers.* Barb. *de iur. Eccles. lib.3. cap.6. num.42.* vbi refert quæ scrutari debeat in tali assignatione.

18 Facta prædicta assignatione congruæ portionis, Vicarius perpetuus non potest prætendere decimas, ita Crescent. *decis.2. sub tit. de decim.* aliàs 65. *lib.2.* Caputaq. *decis.353. num.3. part.2. & decis.339. num.3. & 4 part.3.* Quod intellige, quando decimæ non fuerunt assignatæ in congrua portione, quia tunc Vicarius debet esse contentus sola portione competenti, relictis decimis pro Rectore; quòd si decimæ fuerunt assignatæ in sua portione, tunc Vicarius prædictus habet fundatam intentionem super decimis, vt in *princ. d. decis.* Crescent. & *ex decis.341.* aliàs 5. *de offic. Vic. in antiq.*

19 Et an possit prætendere distributiones quotidianas, controuersum est inter DD. sed quicquid ante Constitutionem Pij V. fuerit, & præter eam disponendum sit, de quo vide apud Campanil. *in Diuers. iur. can. rubric.7. cap.6. num.119.* dicendum est secundum dictam Constitutionem, distributiones, & alia incerta communiter percipi solita, esse necessariò assignanda in dicta portione, ita vt Vicarij non possint incerta prædicta prætendere vltra portionem, sic Gonzal. *in regul.8. Cancell. in proem. §.7. num.185.* Io. Gutt. *cons.8.* & sequitur Campanil. *cit. loc. num.120.* & verba Constitutionis sunt aperta, ibi, *Computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis*, Quæ verba intelliguntur de obuentionibus, & emolumentis, quæ sunt incerta respectu summæ, quæ in specie ignoratur, veniunt tamen certificanda, ex eo, quod in præteritum communiter, atque vt plurimum consueuit percipi.

20 Hinc dicendum est, Vicarijs prædictis vltra portionem competentem assignatam, deberi etiam eleemosynas Altarium, Funeralia, & similia iura Parochialia, vt aduertit Franc. Leo *Thes. for. Eccles. cap.16. num.6.* dicens, Constitutionem Pij V. non procedere in incertis, quæ Vicarius ex suo labore, & officio percipit, vt sunt prædicta, quam opinionem sequitur Campanill. *cit. loc. num.120. ad fin.* asserens in praxi seruari, eamque declarat deberi Vicario prædicto, prout dicit vidisse seruatum in casu per eum adducto, emolumenta solita dari pro sepulturis eleemosynaliter, pro campanis, sponsalitijs, & baptismis.

21 Vicarius perpetuus supradictos potest in iudicio comparere pro iuribus concernentibus suam Vicariam absque alio mandato; & ratio est, quia habet verum titulum, ita Abb. *in cap. G. perpetuus, col.2. vers. secundo casu, de fid. instrument*, vbi etiam Felin, *vers. ex quibus nascitur conclusio, num.4.* cui Vicario agenti in iudicio pro iuribus, vt supra, potest Rector Ecclesiæ assistere, & hoc ex præiudicio quod posset oriri ex euentu litis, ita Abb. *cit. loc. col.2. vers. fateor tamen*, & Felin. *versic. declara tertio, num.7.* Fallit tamen regula, quando Vicarius perpetuus vellet agere non pro iuribus Vicariæ, sed pro alijs Ecclesiæ, quia id non potest sine mandato, ita Felin. *cit. cap. G. perpetuus, num.6. vers. declara secundò*, sicut nec potest agere Vicarius temporalis, nec in iudicio admittitur sine mandato, quia non habet titulum in Ecclesia, Felin. *vbi supra, vers. quam conclusionem declara primo.*

Ad titulum Vicariæ perpetuæ potest quis legitimè pro- 22
moueri, ita DD. *in dict. cap. G. perpetuus*, præsertim Abb. *in princip.* Felin. *num.1.* & appellatione Vicarij curati venit solùm perpetuus, non autem temporalis, vt per Felin. *eod. loc.*

Plura de Vicario perpetuo Parochiarum vnitarum, vide apud Abb. *in hoc cap. extirpanda, qui vero, & cap. de Monachis, de præb.* DD. *in cap. super eo, eod. tit. de præbend. in 6. & in cap. vnic. de Capell.* Monach. *eod. lib.6. & in Clem.1. de offic. Vic.* Rebuff. *in prax. tit. de Vic. perpet. & in repet. huius §. qui vero, & in tract. de congr. port.* Hoiedæ *de incompatibil. benefic. cap.15.* Ioan. Gutier. *cons.8.* Flores de Mena *quæst.10.* Azor. *Inst. mor. 2. part. lib.3. cap.6. & lib.6. cap.29.* Gonzal. *in 8. regul. Cancellar. in proem. §.7.* Io. Valenz. *cons.54.* Franc. Leo *in Thes. for. Eccles. cap.31.* Galet. *in Margar. verb. Vicarius, §.8.* Garz. *de benefic. part.9. cap.2. à num.185.* Campanil. *in diuer. iur. can. rubr.7. cap.6. à num.113.* & alios, Barbos. *de iur. Eccles. lib.3. cap.6. vbi num.6. & seqq.* refert casus, in quibus Episcopus non potest deputare Vicarium perpetuum, & in Sum. Apost. *decis. collect.719.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia si annexa sit cura animarum, deputatur Vicarius pro exercitio curæ.*
2 *Vicarij deputatio præcipitur a Conc. Trid. ob Ecclesiæ vacationem etiam in mense Apostolico, vel quod collatio sit reseruato.*
3 *Pluralitas Vicariorum an sit prohibita?*
4 *Congrua Vicarij quanta esse debeat.*
5 *Vicarius an debeat esse perpetuus, vel temporalis?*
6 *Vicarius an deputet alium Vicarium?*

Ecclesiæ Cathedrali, vel Collegiatæ si annexa sit cura, 1
ne onus curæ animarum non negligatur, sed omnes certum pastorem habeat, ideòque pro exercitio curę Vicarius deputandus est, qui Rectoris vices suppleat, & de facto Parochi personam repræsentet partesque gerat, & ab isto Episcopus in visitatione, seu alias rationem redditionem de sibi commissis omnibus petere valeat, Card. de Luca *de paroch. discus.18. 20. & 22.*

Hinc quando contingit, quòd occasione relationis, quæ fieri solet in visitatione liminum Sac. Congregationi Concilij, ad istius notitiam deueniat, quod exercitium curæ sit promiscuum penes omnes de Capitulo, vel Collegio, per eam enixè præcipit solet hæc deputatio Vicarij ex eodem Collegio, vel extra prout facti qualitas exigit, de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discur.9. num.4.*

Altera est Vicarij deputatio, quæ præcipitur à Concilio 2
ob Ecclesiæ vacationem, pendente concursu, vel ob illeteraturam, & vacante Ecclesia curata deputatur Vicarius prouisionalis pro tempore ne interim animarum cura detrimentum patiatur siue in mense Ordinarij, siue in Apostolico vacatio contingat, aut quod alias Apostolica reseruatio, siue affectio intret, Concil. Trid. *sess.24. de reform. cap.18.* & de Luca *in annot. discurs.32. num.2.*

Multiplicitas Vicariorum non aduersatur vnitati Eccle- 3
siæ, quamuis enim parochorum pluralitas de iure sit prohibita, ne vna mulier duos habeat viros. Attamen id procedit in eo, qui sit verus Rector, seu Parochus, & sponsus Ecclesiæ, non in huiusmodi Vicarijs, qui potiùs operariorum, siue famulorum iure censendi sunt, vnde cura habitualis est penes Capitulum, vel Collegium constitutum ex pluribus personis, sed vnicus censetur Parochus repręsentatus ab ipso corpore mystico, siue polytico constituente vnam personam formalem, seu intellectualem singu-

singuli autem non sunt Parochi, Card. de Luca *de benefic. discurs.55.*

4 Congrua Vicarij Concil. Trident. *vbi sup.* nihil certum determinauit, sed Ordinarij arbitrio remisit. Desuper tamen B.Pius V. decreuit, vt congrua debeat esse certa non minor 50. scutorum monetæ regionis, nec maior centum, remanente arbitrio circa medium inter vtrumque extremum. In ea tamen non computatis illis incertis emolumentis, quæ ratione merè personalis laboris habeantur, siue quæ ex merè voluntaria accidentali deuotione obueniant. Secus vbi moralis certitudo adsit. Vbi tamen emolumenta non ascendant ad summam 50. ducatorum, tunc sufficiat assignare omnia emolumenta, & vlterius massæ, & distributionum portionem, Card. de Luca *vbi sup. discurs.9. num.9.* Si Vicarius sit de participantibus. At de portione distributionum, vide contrarium penes de Luca *de paroch. discurs.23.*

5 Determinatè qualitas Vicarij statuta non est, an debeat esse perpetuus, vel temporalis, cùm id arbitrio Ordinarij remissum sit: Concilij verò, & Constitutionis B. Pij V. sensus est, vt debeat esse perpetuus. In Ecclesijs verò Regularibus, quibus animarum cura incumbit manualitas, & temporalitas est magis congrua, de Luca *d.discurs.9. num.6.*

6 Vicarius alium regulariter Vicarium non deputat, sed id pertinet ad Rectorem habitualem, nisi legitima consuetudo, vel conuentio aliud suadeat, de Luca *de paroch. discurs.17. ex text. in cap.clericos de offic. Vicar.* & ibi Barbos. Quia Vicarius non dicitur Rector, nec sponsus Ecclesiæ istam habens in titulum, sed potius, dicitur minister deputatus à Rectore ad exercitium curæ.

ANNOTATIO XXI.

De Expensis Victori debitis.

ARGVMENTVM.

Expensæ in quibus casibus, & causis debeantur à victo victori. Quomodo, & quando Iudex possit condemnare victum ad expensas. Et quid si omiserit condemnare. Et quid si expensæ non fuerint petitæ. Et an possint peti in secunda instantia. An detur appellatio ab omissione condemnationis expensarum. In quo Decreto cadat condemnatio expensarum. Coram quo Iudice, in qua instantia, & quo tempore. In quibus casibus victus victori in expensis non condemnetur. Et condemnatione facta, quæ expensæ veniant.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori condemnatur in expensis ex sola succumbentia, quæ probat temeritatem, atque calumniam litigantis.*

2 *Victus condemnatur in expensis, etiam si iurauerit de calumnia.*

3 *Iudex si omiserit condemnare in expensis victum in sententia, potest supplere per totum diem sententiæ.*

4 *Victum, an teneatur Iudex condemnare in expensis non petitis.*

5 *Victor si omiserit petere expensas in prima sententia, an possit illas petere in secunda.*

6 *Victor quando appellet ab omissione condemnationis expensarum.*

7 *Victus potest condemnari in expensis primæ, & secundæ instantiæ. Et si Iudex condemnauerit generaliter in expensis, intelligitur vtriusque instantiæ.*

8 *Victus condemnatus in expensis generaliter, intelligitur condemnatus ad expensas ipsius sententiæ.*

9 *Victum victori in expensis si dicat Iudex, & non aliud quomodo intelligatur.*

10 *Victus victori condemnatur in expensis, etiam in Decreto interlocutorio. Et quid si possit in hoc casu suppleri condemnatio omissa.*

11 *Victus condemnatur in expensis etiam coram Arbitro.*

12 *Victus, an condemnetur in expensis in secunda instantia, si in prima obtinuit pro se. Et an condemnatus in secunda instantia generaliter, intelligatur de prima etiam, num.13. Et quid quando sententia in secunda instantia fuit partim confirmata, & partim reuocata, num.14.*

15 *Victus in quibus casibus ante diffinitiuam condemnetur in expensis. Et pro eis quomodo fiat executio, num.16. Et an requiratur libellus, vel litis contestatio ad condemnationem expensarum, num.17.*

18 *Victus non condemnatur in expensis, quando habuit iustam causam litigandi. Et quomodo hoc dicatur, vide à num.19. vsque ad 28. Vbi quid quando hoc disponit Statutum.*

29 *Victus Actor non ita facilè excusatur ab expensis, sicut & Reus. Quid in mutatione Iudicij, vel in Rota, num.30.*

31 *Victus litigans factum alienum quando condemnetur in expensis.*

32 *Victa Vniuersitas, vel Procurator quomodo condemnentur in expensis.*

33 *Victi plures condemnati ad expensas, an teneantur in solidum, vel pro rata.*

34 *Victus condemnatur in expensis in mutatione iudicij. Et quid coram Delegato.*

35 *Victus non condemnatur in expensis ad fauorem contumacis.*

36 *Iudex, qui omisit condemnare victum in expensis, ad quid teneatur. Et an possit recuperare à victo.*

37 *Victus, si persona est spectatæ vitæ, non condemnatur in expensis. Nec si succumbat in Interlocutoria articulo Iuris, num.38. Vel quando reuocatur possessio ex rationabili causa, num.39. Et quid si quis litiget, vt sibi pareat actionem de euictione, num.40.*

41 *Iudex absoluendo victum ab expensis, an teneatur exprimere causam.*

42 *Victus in Interlocutoria, an recuperet expensas, si obtinuit in Diffinitiua. Et an victus non condemnatus, censeatur absolutus, num.43.*

44 *Victus absolutus ab expensis, potest condemnari ad damna, & interesse.*

45 *Victus quas expensas teneatur soluere. Et quæ expensæ veniant in condemnatione, num.46. & 47. Vbi quid de expensis Aduocatorum, & Procuratorum. Et quid de expensis testium, & Iudicis, num.48. Quid de sumptibus cibarij, num.49. Quid pro reassumendis Instrumentis, num. 50. Et pro expensis quis teneatur, num.51.*

ANNOTATIO XXI.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. Calumniam, de Pœn.

PRæcipit hic text. victum victori in expensis esse condemnandum, de quibus etiam in *cap.olim il 2. de priuil. cap.finem litibus, de dol. & contum. & in l. properandum, §.sin autem alterutra, C. de iudic. & in l.eum, quem temerè, ff. eod.tit. de iudic. & in l.non ignorat, C. de fruct. & lit. expens. & in l.seueriter, C. de excus. tut.* & alibi, disponit Rit. M. C. V. 297. & 298. *Pragm. temeritatem, tit. de expens.* tractant Carauit. *ad d. Rit.* Alber. Oliu. & Campanil. *ad Rit. Cur. Archiepis. Neap.4.* Gabr. *com. opin. lib.2. tit. de expens.* Ricc. *in collect.116.* Tap. *in tract. Ius Regni, tit. de expens. lib.3.* & hoc inductum est in odium calumniosè litigantium, & temerè, quæ calumnia, & temeritas præsumitur in litigatore statim ac succumbit; & proinde stante sola succumbentia potest condemnari in expensis, nisi ex aliquibus inditijs appareat eum probabiliter litigasse, iuxta dicta per Abb. *in eod.text. num.2.* 1

Ampliatur primò proposita regula; quod victus victori in expensis condemnetur, vt procedat etiam si ab initio litis, iuramentum de calumnia victus præstiterit, DD. communiter in *d. §. sin autem*, Bart. *in l. 1. §. 1. ad Turpill.* 2

Turpill. Abb. & alij *in d. cap. finem litibus, num. 21. & in hoc cap. calumniam*, Sal, *in l. qui crimen, C. qui accus. non poss. in fin.* qui testatur de communi, Couar. qui alios adducit, & asserit sic practicari *pract. quæst. cap. 27. num. 1. vers. secunda eadem*,

An hæc regula; vt victus victori sit in expensis condemnandus, procedat in criminalibus contra instigatorem, & partem querelantem, vel contra Fiscum, dicam alibi, quia textus noster loquitur tantùm de pecuniarijs causis, interim vide Clar. & Baiat. *in prax. §. fin. quæst. 62. num. 4.* Farinac. *tit. de accus. quæst. 16. volum. 1.* vbi latissimè quando; & quibus pœnis calumniator puniatur, vide etiam Addent. ad Bertaz. *consil. 212. volum. 1.*

3 Ampliatur secundò regula; vt si Iudex omiserit condemnare victum in expensis, victor per totam diem, qua lata est sententia, poterit petere, quòd Iudex suppleat condemnationem expensarum, & Iudex supplere tenebitur, quia per totam illam diem durat eius officium quantum ad expensas, *l. Paulus la 1. ff. de re iud.* Rip. *in l. dies §. hoc iudicium, ff. de damn. infect. num. 48.* quòd intelligit Carauit. *super Rit. 297. num. 6.* si partes sunt præsentes, quia si recesserint, additio non valet parte non citata,

4 Quæstio est in hac materia inter DD. an Iudex possit victum condemnare in expensis non petitis. In qua quæstione Bart. *in d. l. dies, §. hoc autem, num. 9.* tenet, quòd cùm hæc condemnatio emergat post litis contestationem, quo tempore Iudex etiam non petitus potest suum officium impartiri, per *l. ædiles, §. ita sciendum, de ædil. edict.* potest, sed non tenetur condemnare victum in expensis non petitis, hanc opinionem sequitur Abb. post glos. *in cap. fin.* ibi, *Dummodo petitum fuerit, de rescriptis*, & Felin. *in cap. significauerunt, de except.* Contrariam sententiam defendit Salic. *in d. l. properandum, §. sin autem*, nempè posse, & teneri Iudicem condemnare victum in expensis non petitis, tam factis ante, quàm post litis contestationem, & post relatas alias opiniones, testatur se expauescere inter tot diuersitates, Ripa *in d. l. dies, §. hoc iudicium, num. 81. & 82.* dicit, quòd opinio Bart. secundum suam rationem videtur procedere tantùm in expensis factis post litis contestationem, sed ipse generaliter tenet posse Iudicem condemnare victum in expensis non petitis factis, siue post, siue ante litis contestationem; & licèt non faciat mentionem, an teneatur, tamen ex DD. quos adducit pro sua sententia, videtur sentire minimè teneri, voluit etiam Bald. *in l. sancimus, C. de indic.* Imol. *in l. Paulus 1. de re iudic.* Abb. *in cap. finem litibus, cit. num. 34.* Imol. *in cap. sæpè, de appell.* & Albet. *in d. l. sancimus*, & hæc vltima opinio videtur receptior inter Scribentes,

5 Altera est quæstio in hac materia; an possit victor expensas, quas omisit in prima instantia, petere in secunda. Pro cuius responsione præmittendum est, quòd victor non potest appellare ab omissione condemnationis expensarum non petitarum, vt dicemus infra, quia à Iudice non impartiente suum officium non petitum non appellatur, vt tenet Abb. *in cap. significauerunt, de exemptionib. col. 2.* quem ibidem sequitur Felin. & licèt contrarium videatur sentire Rota *in nouis decis. 353.* Anton. de Butr. *in d. cap. significauerunt*, & Abb. sibi contrarius *in cit. cap. finem litibus, col. penult.* & alij moti, quia etiam ab omissis potest appellari, secundum glos. *in cap. legitima, de appellat. in 6.* tamen hæc contraria procedunt, quando Iudex tenetur officium impartiri, vt per Rip. *cit. loc.* Si ergo victor non potest appellare ab omissione expensarum, in hoc casu non procedit quæstio. Si verò appellauit victus à sententia, à parte, & partibus quatenus contra se tantùm, & tunc, quia in facientibus pro victore appellatio non deuoluitur, per *text. in cap. si duobus, de appellat.* & per Abb. *in cit. cap. significauerunt*, nec etiam potest petere expensas, non petitas in prima instantia. Si verò victus simpliciter appellauerit, potest victor appellatus petere expensas primæ instantiæ, secundum Rot. *cit. decis. 353.* quia appellatus potest vti appellatione aduersarij tamquam communi per *cap. an posse, de rescript.* & ita distinguit Rip. *cit. loc. num. 92. & 93.* respondens contrarijs,

6 Diximus, victorem non posse appellare, ab eo, quod victus non fuit condemnatus in expensis, cum Abb. Fel. & Rot. *cit. loc. & decis. 47. de appellat. in nouis*, quod procedit quando Iudex nullam mentionem fecit de expensis; nam si expressè victum ab illis absoluitur, tunc ab hac absolutione potest victor appellare, & si non appellet ipse, non potest in hoc iuuari appellatione victi facta à sententia; sed si condemnatio expensarum fuit omissa, appellatio victi rescindit totum pronunciatum, & sic potest victor iuuari appellatione victi in omissione expensarum, ita distinguit Imol. *in d. cap. significauerunt, de except.* quem ibidem sequitur Felin. *num. 2.* contra Abb. nisi victus appellaret solùm à partibus contra se facientibus, tunc victor pro expensis tenetur appellare, aliàs non iuuatur appellatione victi, vt diximus supra cum Abb. & Felin. Item declaratur, quòd victus non possit appellare ab omissione condemnationis expensarum, si expensæ non fuerunt petitæ; nam si fuerunt petitæ, & Iudex omissit condemnare, datur appellatio, sicut etiam posset victor appellare, si expensæ deberentur per statutum, quod vt quid operetur, orietur ex eo actio, ita Bart. *in l. 3. §. 1. de leg. 3.* tenet Felin. *cit. loc. num. 3. in fin. & 4.*

Amplia tertiò regulam; vt victus possit non solùm in prima, sed etiam in secunda instantia condemnari ad expensas non solùm factas in causa appellationis, sed etiam in prima instantia, vt probat *text. in l. fin. C. quando prouocar. non est necess. l. tutor, in princ. ff. de vsur. & l. fin. ff. de re iud.* & ratio est, quia Iudex appellationis efficitur Iudex totius causæ, tam facti principalis, quàm etiam expensarum factarum in prima instantia, vt probatur ex *cap. Raynaldus, & Raynutius, de testam.* quod si Iudex appellationis dixerit, *victum victori in expensis condemnantes*, condemnatio se extendit, & intelligitur de expensis primæ, & secundæ instantiæ, nisi aliud appareat, vt tenent Felin. *in cit. cap. significauerunt, num. 7. vers. demum*, & Hippol. *in l. patre, num. 74. vers. item suas, ff. de quæst.* sequitur Carauit. super Rit. M. Cur. Vic. *Rit. 297. num. 16.*

8 Amplia quartò; vt sententia, quæ commendat victum victori in expensis comprehendat, & extendatur etiam ad expensas, quæ fiunt in ipsa sententia, & pro habenda illa in forma probante, secundum opinionem Afflict. *in Constit. Proscripturas; in fin.* quem sequitur Baiard. ad Clar. *in §. fin. quæst. 62. num. 14.*

9 Controuertitur etiam in hac materia inter DD. si Iudex dicat in sententia, *victum victori in expensis*, non addendo, *condemnamus*, debeatne suppleri condemnatio, an absolutio? in quo casu Bart. *in l. preces, C. de sent.* dicit, si sententia in facto principali continet absolutionem, non potest suppleri quoad expensas condemnatio; si verò in facto principali continet condemnationem; suppletur etiam quoad expensas verbum, *Condemnamus*, & *in l. 1. §. sin autem, ff. de hæred. instit.* videtur tenere indistinctè, quod subintelligatur verbum, *Condemnamus*, etiam si in facto principali sententia absoluat; quando tamen Iudex dicit, *Titium absoluo, & victum victori in expensis, taxatione nobis reseruata*, in quo casu non potest suppleri verbum, *Absoluo*, quia in absolutione ab expensis, taxatio non requiritur, & quod Bart. in hoc sibi non contradicat, defendit Alex. *in apostill. ad d. §. sin autem*, & melius Ias. *in §. curare, num. 55. instit. de act.* ex his dictis Bart. DD. altercantur, & altercanter semper ad ipsum Bart. redeunt: posset tamen generaliter dici, suppleri in hoc casu verbum, *Condemnantes*, dum Iudex dixit, *Victum victori in expensis*, cùm verbum, *Absoluentes*, non benè possit suppleri: nam sequeretur dicere, victum victori in expensis absoluentes, quod dici non solet, secus si diceret victum in expensis, ita loquitur Carauit. *ad dictum Rit. 297. num. 19.* licèt ab opinione Bart. non recedat.

10 Amplia quintò regulam; vt victus victori in expensis condemnari possit etiam in Decreto interlocutorio, & in quocumque emergenti ante Diffinitiuam, per *text. in l. significauerunt, de testib.* DD. communiter *in l. properandum, §. sin autem, C. de iud.* Bar. & Bald. *in l. sancimus, C. eod. tit. de iudic.* & si Iudex omiserit expensarum condemnationem in ipso Decreto interlocutorio, potest illam supplere in quacumque parte iudicij, secundum dicta per Specul. *in tit. de expens. §. sin autem, num. 11. vers. his igitur*, sequitur Bald. *in d. l. sancimus, num. 4. & in d. l. properandum, §. sin autem, in fin.* Idque procedit, etiam si

victus

vel ctus in interlocutoria iustam habeat causam litigandi in negotio principali, quia inspicitur tantùm, si iustam habuit causam litigandi in incidenti, cùm de eius expensis tractatur, docet Innoc. *in cap. finem litibus, num. 2. vers. & nota, de dol. & contumac.* Specul. *cit. tit. de expens. §. nunc de expensis, num. 9. vers. hoc etiam satis.* Alia in hoc casu vide late apud Caram. *cit. loc. rit.* 298. *num.* 3. Couar. *pract. quaest. cap. 17. num. 1. vers. quinto hac condemnatio.*

11 Amplia sextò; vt victus victori sit condemnandus in expensis, procedat etiam coram Iudice arbitrio, nam & is condemnat victum victori in expensis, ita Hostien. *in sum. tit. de arbitr. §. qualiter ad effectum, vers. sed nunquid*, post Specul. *eod. tit. de arb. §. vlt. vers. sed cum*, Iason. *in d. l. properandum, §. sin autem, C. de iudic.* argumento *l. 1. ff. de arbitr.* Conar. *pract. quaest. cap. 27. num. 1. vers. tertio hac ipsa regula*, Lancell. *de attent. 2. part. cap. 15. num.* 48.

12 Amplia septimò; vt victus debeat in expensis condemnari in secunda instantia, etiam si habeat pro se sententiam primae instantiae, & debet condemnari ad expensas primae, & secundae instantiae, secundum opinionem Cappell. Tholos. *decis.* 12. secundum verò opinionem Rot. *decis.* 19. *de dol. & cont. in nouis, aliàs* 251. si appellatus ex eisdem actis antiquis succumbat, debet ad expensas condemnari primae, & secundae instantiae: quia iam constat de iniustitia primae sententiae, quia ipsum non excusat propter iuris ignorantiam, quae neminem excusat; si verò appellatus ex nouiter deductis per appellantem succumbit, tunc ad expensas condemnari non potest, quia in alieno facto errauit, & habuit pro se primam sententiam, Verall. *decis.* 192. & refert Ricc. *collect. decis. part. 4. collect.* 864. si verò nouiter deducta concernant factum proprium ipsius, qui primò vicit, de quo poterat verisimiliter constare in prima instantia, adhuc condemnatur in expensis, vt probat Carauit. *super rit. 297. num.* 21.

13 Amplia octauò; si Iudex primae instantiae omisit victum condemnare in expensis, non tamen illum absoluit, interposita appellatione per ipsum victum, Iudex appellationis confirmauit sententiam primae instantiae, addens vlterius, *victum in expensis in huiusmodi causa factis condemnamus*; tunc victus intelligitur condemnatus ad expensas tam in prima, quàm in secunda instantia factas, iuxta opinionem Felin. *in cap. significauerunt, col. 7. num. 7. de except.* quam sequitur Put. *decis. 240. lib. 2.*

14 Amplia nonò; victum esse condemnandum ad expensas, etiam si in causa appellationis, sententia, à qua appellauit in vno capite, fuit reformata, ac pronunciatum, *Benè appellatum*, & in alio capite fuit confirmata, & pronunciatum, *Malè appellatum*, nisi fuissent factae aliquae expensae separatae respectu illius capitis, in quo benè appellauerat, quia ab illis esset absoluendus, vt docet Put. *decis. 400. lib. 1.*

15 Amplia decimò; licèt regulariter expensae ratione victoriae debeantur in fine litis, & post sententiam diffinitiuam fallit tamen id in multis casibus, in quibus etiam ante sententiam diffinitiuam expensae sunt soluendae. Et primò in expensis, quae debentur ratione contumaciae, de quibus *in l. sancimus, C. de iudic.* & nos dicemus alibi. Secundò, in casu, quo quis per falsas literas, & commissionem grauat aduersarium, vt habetur expressè *in cap. caeterum, in fin. de rescript.* Tertiò, cùm quis exceptionem opponit ad repellendum aliquem à beneficio, si eam non probauerit, condemnatur in expensis, etiam ante sententiam diffinitiuam, vt in *cap. accedens, de accusat.* Quartò, condemnantur ad expensas ante sententiam abutentes Rescripto Apostolico in sex casibus positis in *cap. fin. de rescript.* Quintò, cùm quis reuocat Procuratorem constitutum ad totam causam, in contemptu Iudicis, & dispendium partis, de quo in *cap. audetis, de procur.* Sextò, cùm quis constituit Procuratorem minus legitimum, vt si reus esset, constituit Procuratorem ad agendum tantùm, vt in *cap. constitut. de procur.* Septimò, si quis appellauit à quarta productione testium ei denegata, & deinde in causa appellationis illi concessa, si non probauit, est condemnandus in expensis, ante Diffinitiuam, vt in *cap. significauerunt, de testib.* Octauò, cùm quis exceptionem opponens, illam non probauerit, sed tantùm opposuerit ad differendum processum est condemnandus in expensis, iuxta dispositionem *cap. finem litibus, de dolo, & contum.* prout generaliter diximus in omni incidenti, in quo quis allegans, succumbit, potest condemnari in expensis etiam ante diffinitiuam. Reliqua exempla, vide apud Specul. *tit. de expens. §. si ante, num. 4. vers. sed nunquid alias.*

Amplia vndecimò, quòd in casibus praedictis, & alijs, in quibus praestantur expensae ante diffinitiuam sententiam, fit executio pro eis, sicut fit pro sententijs, quae transitum fecerunt in iudicatum, & statim solui debent, alioquin bona illius, qui tenetur ad expensas, possunt pro eis capi, & vendi, prout dicit Rebuff. *in tract. de expens. art. 5. glos. vnic. num.* 31. dummodo fuerint taxatae, & etiam si ab ipsa taxatione fuerit appellatum, quia cùm sit appellatio ab interlocutoria, non impedit executionem, per *text. in cap. non solum, de appellat. in 6.* Bart. *in l. eius, qui, col. 2. ff. de appel. recip.* Nec posset in contrarium adduci, dari appellationem ab excessiua taxatione, quia procedit quando taxatio expensarum fit post diffinitiuam, vt benè aduertit Carauit. *super rit.* 298. *num.* 13. Et haec ampliatio procedit de iure communi, etiam praeter dispositionem dicti *Ritus*. 16

Amplia duodecimò, ad condemnationem expensarum non requiri libellum, nec litis contestationem, maximè in expensis, quae factae sunt post litem contestatam, quae certum est inter DD. posse peti officio Iudicis; de factis verò ante litis contestationem est quaestio inter DD. an petantur officio Iudicis, vel iure actionis, de quibus vide apud Carauit. *cit. loc. rit. 297. num. 10. & seqq.* 17

Proposita regula, quòd victus in expensis condemnentur, limitatur multis modis. Primò communiter DD. dicunt non esse condemnandum in expensis victum, quando iustam habuit causam litigandi, iuxta *l. qui solidum, §. etiam, de legat. 2. §. oportet, in auth. de iudic.* Bart. *in d. l. qui solidum*, Alex. *cons. 135. num. 14. volum. 6.* glos. communiter recepta in *cap. finem litibus, de dol. & contumac. & in cap. sacro, de sent. excom.* Abb. *in hoc cap. calumniam, & in d. cap. finem litibus*. Quando dici poterit litigantem habuisse iustam causam litigandi, ponit Lanfranc. *in cap. quoniam contra, vers. expensa, num. 5. & seqq. de probat.* vbi latè tractat materiam, & ponit quinque casus, & latius Rebuff. *tract. de expens. in princ. num. 30. vers. iustam causam, volum.* 3. sed melius dicendum est cum Ruin. *cons. 1. num. 14. lib. 3.* Afflict. *cap. 1. num. 11. vers. item habet arbitrium cognoscendi, ex quib. caus. feud. amit.* Bald. *in l. 1. C. de aduoc. diuers. iud.* Ias. *in l. properandum, §. sin autem alterutra, num.* 8. vbi etiam Alex. *num. 17. C. de iudic.* & cum alijs, quando quis dicatur habere iustam causam litigandi, frequentius remittitur Iudicis arbitrio. 18

Habentur tamen nonnulla exempla apud DD. de huiusmodi iusta causa litigandi, quae litigantem excusat ab expensis. Et primò communiter excusat victum ab expensis ex iusta causa, cùm pro victo adest opinio Doctoris, ita Bald. Ancharan. Cardin. & Abb. quos refert, & sequitur Ias. *in cit. l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 8.* quando is Doctor vir eruditus fuerit, secundum Fulgos. *in l. iuris ignorantia, C. qui admit.* & Felin. *in cap. super his, ante fin. de accusat.* & dummodo haec opinio singularis non habeat contradictorem, & sit ratione fundata, nec sit contra communem, quia tunc non excusaret, nisi haberet aliorum sequelam, Ruin. *cons. 162. num. 20. lib. 3.* 19

Secundò, iustam causam litigandi excusantem victum ab expensis, dicunt DD. quando succumbens ante iudicium coeptum habet consilia saltem duorum DD. viuentium, iuxta opinionem Bald. *in d. l. iuris ignorantia, C. qui admit.* Ias. *in cit. §. sin autem, vers. secunda conclusio*, vbi etiam Alex. *num.* 13. Paris. *cons. 7. in fin. lib. 3.* dummodo succumbens praedictus non fuisset Doctor, quem ignorantia suae professionis non excusaret, ita Bart. *in l. bonorum, ff. de bon. poss.* Ias. *loc. cit.* Gratian. *discept. forens. cap. 235. num. 44.* dicit excusare consilium vnius Doctoris notabilis, scientia, & integritate vitae. 20

Tertiò, iustam causam litigandi praebet varietas opinionum, nec verè reperitur, quae opinio communior sit, ita Ias. *cit. loc. vers. tertia conclusio*, Angel. *d. §. sin autem alterutra*, Bald. Specul. & alij apud Ias. Tiraquell. *de poen. legum*, 21

legum, *causa* 11. *num*. 6. *in fin*. & ad hoc faciunt dicta Innoc. *in cap. ne innitaris*, *de constit.* nempè Iudicem in varietate opinionum posse ad libitum sequi, quam vellit opinionem, etiam propriam, sequitur Ancharan. *cons.* 221. Dec. *cons.* 176. *num*. 6. Boer. *quæst.* 155. *num*. 27. Crauett. *cons*. 135. *num*. 40.

22 Quartò; iustam causam dicitur habere succumbens, quando semiplenè probauit, tenet Ias. *d.* §. *sin autem alterutra*, *num*. 8. *vers. quarta conclusio*, quia non dicitur quis temerè, aut calumniosè litigasse, dum intentionem suam semiplenè probauit, ita Ancharan. *cons*. 248. *col. penult.* Mart. *l. patre, vel marito*, *num*. 36. *de quæst.* Soc. *tract. fallent. reg*. 139. *fallen*. 2. qui declarat non procedere in casibus illis, in quibus iuramentum in supplementum probationum deferri non potuisset, quoniam animaduertere debebat, illam semiplenam probationem sibi minimè posse prodesse, quod videtur sentire Alex. *in cit.* §. *sin autem*, *num*. 17. dum docuit, semiplenam probationem non excusare, quando pro non probatione habetur.

23 Quintò; iusta est causa, quando succumbens suam intentionem probauit testibus, qui deinde repulsati fuerunt quoad personas, vt quia falsarij, vel excommunicati conuicti fuerunt, ita Ias. *d.* §. *sin autem alterutra*, *num*. 8. *vers. quinta conclusio*, & voluit etiam Bald. *in auth. generaliter*, *num*. 9. *vers. tertio propter*, *C. de Episcop. & Cler. & in l.* 1. *num*. 8. *C. de aduoc. diuers. iudic.* Alex. *in cit.* §. *sin autem alterutra*, *num*. 15. qui declarans non procedere, quando is, qui succubuit, aliqua suspicione laborat, vt quia scienter horum testimonio vsus fuisset.

24 Sextò; causa iusta litigandi dicitur excusans victum, si testes extra iudicium iactabant rem ita esse, & dicebant se in illius fauorem testimonium dicturos; deinde producti in iudicio contrarium attestati sunt, ita Bald. *in l. non ignorat*, *num*. 4. *C. de fruct. & lit. expens.* Ias. *in d.* §. *sin autem alterutra*, *num*. 8. *vers. sexta conclusio*, vbi etiam Alex. *num*. 18.

25 Septimò; dicitur litigasse cum iusta causa, quando is, qui succubuit, probat se audiuisse à pluribus fide dignis, quod fouebat iustam causam, ita Bart. *in l.* 1. *num*. 6. *ff. ad S.C. Turpill.* quia dictum viri probi, iustam, immò iustissimam credulitatem inducit, glos. notabilis in *l. Titio fundus*, *de cond. & demonst.*

26 Octauò; iusta causa litigandi, quæ ab expensis excusat, est, cùm quis litigat ob seruandum pudorem suum, vt docet Bart. *in l. quæ omnia*, §. 1. 3. *notab. de procur.* Ias. *in d.* §. *sin autem*, *num*. 9. *vers. octaua conclusio*, & pro seruando pudore multa permittuntur, aliàs prohibita, vt si quis fugere non potuit saluo pudore, non tenetur de homicidio, si occidit alterum se defendendo, ita Dec. *in l. vt vim*, *num*. 15. *de iust. & iur.* Boer. *quæst.* 168. Tiraquell. *de pœn. legum*, *causa* 1. *num*. 8. *& seq.*

27 Nonò; habuit iustam causam litigandi super toto, is qui succubuit, quando eius creditor ab eo in iudicio petijt plus debito, ita Bart. *in l. qui solidum*, *in princ. de legat.* 2. Ias. *in cit.* §. *sin autem alterutra*, *num*. 9. *in fin.* Dec. *in l. non potest videri*, *num*. 3. & ibi Cagnol. *num*. 9. *de regul. iur.* Couar. *lib.* 1. *var. resol. cap*. 2. *num*. 5. *ver. ad sextum*, Gratian. *discept. forens. cap*. 33. *num*, 8. qui in hoc casu dicit, quod nec expensæ conuentionales debentur.

28 Decimò; habet quis iustam causam litigandi, & victus excusatur ab expensis, si litigat iussu Superioris, ita Abb. *in cap. finem litibus*, *de dol. & contum. num*. 22. post Ioan. Andr. & Hostiens. docet Soc. *tract. fallent. regul.* 139. *fallent*. 1. Hæ enim dicuntur iustæ causæ litigandi, excusantes victum ab expensis, ac pœna temerè litigantium per Statutum imposita. Vnde etiam in hoc Regno, in quo extat Constitutio incip. *Deuorum*, mandans victum victori in expensis esse condemnandum, excusatur in supradictis casibus, ac ex alijs iustis causis litigandi, vt probat Carauit. *super rit*. 298. *num*. 13. contra Afflict. *in summar. d. Constit. & 1. notab. num*. 4. & Gratian. *discept. forens. cap*. 33. *num*. 1. 2. *& 4.* distinguentem, quod si verba Statuti dirigantur in victum, non obstante iusta causa litigandi, tenetur ad expensas, quasi Statutum inducat quandam obligationem ipsius victi, secus si verba Statuti dirigantur in Iudicem, qui *cap*. 725. *num*. 38. tenet indistinctè, & etiam si Statutum diceret, quòd victus semper deberet in expensis condemnari, adhuc iustam causam excusare secundum veriorem opinionem.

Nota in hac materia notabilem *decis. Gram*. 83. *per tot.* vbi habetur, quòd ea, quæ diximus de iusta causa excusante victum ab expensis, de plano procedunt in reo, non autem in actore: qui non ita simpliciter ex iusta causa excusatur ab expensis, quia cùm sit in eius potestate venire ad iudicium, debet venire instructus, & prouisus, alias sibi imputandum est, & proindè, tanquam succumbens in facto proprio, in quo error prætendi non potest, debet condemnari in expensis, siue simus in causa principali, siue appellationis per doctrinam Bald. *in l. eas*, §. *cautionem*, 2. *col. de appellat.* & Paul. de Castr. *in l. destitisse*, *ff. de iudic.* & quia non inuestigauit omnia, quæ debuit antequam perueniret ad iudicium, ita etiam Dec. *in cap. interposita*, §. *ille denique*, 1. *col. de appellat.* 29

Signa etiam aliam *decis. Put*. 373. *lib*. 3. vbi articulus dubius in iure, vel in facto dicitur præbere iustam causam litigandi, & excusari ab expensis victum, etiam in mutatione iudicij, & quòd iusta causa litigandi non excusat ab expensis, in Rota Caputaq. *decis*. 340. *num*. 4. *lib*. 1. Cassad. *decis*. 13. *num*. 2. *de rescript.* Quæ adeò vera sunt, vt etiam si adesset promissio, atque conuentio de reficiendis expensis in casu succumbentiæ in iudicio facta, adhuc iusta causa litigandi excusat ab expensis, ex quo talis promissio regulatur secundum subiectam materiam, ita Bald. *in l. eas*, §. *cautione*, *C. de appellat.* tuetur Gratian. *supra cit. loc. num*. 8. quamuis promissio, aut conuentio esset facta in contractu extraiudiciali, nec interueniret culpa agentis, vt quia esset petitum plus debito, ipseque Grat. teneat contrarium, nempè deberi expensas, non obstante iusta causa litigandi. 30

Quando litigatur factum alienum, in quo verisimiliter præsumitur ignorantia, dicitur quis habere iustam causam litigandi vsque ad aperturam testium, vel ad productionem alicuius instrumenti, ex quibus cognoscet partem habere iustam causam, quod per prius probabiliter ignorauit, ideo condemnabitur in expensis factis ab illa die in antea, non in factis retrò, si cognoscens suam malam causam desistat à lite, quia tunc excusatur ab expensis, & calumnia, ita Bart. *in l. si quis inficiatus*, *num*. 2. *ff. depositi*, quòd si testes, vel instrumenta attestarent de facto proprio ipsius victi, de quo verisimiliter habebat scientiam, tunc adhuc victus debet condemnari in expensis, vt docet Alex. Add. *ad d. loc.* Bart. *lit. C.* 31

Vniuersitas victa, licet possit condemnari ad expensas litis, habet tamen regressum contra administratorem, sicut pupillus contra tutorem, vt in *l. qui solidum*, §. *etiam*, *de legat*. 2. immò principaliter possunt condemnari administrator, & tutor in electione Iudicis; in casu tamen, quo esset condemnata Vniuersitas, vel pupillus, & contra eos esset facienda executio, liberarentur cedendo actionem, *l. fin. ff. de administ. tutor.* ita tenet Bart. *in cit.* §. *etiam*, *num*. 3. *vbi num*. 4. dicit Procuratorem calumniosè litigantem, condemnari ad expensas, non dominum principalem, nisi calumnia sequeretur ex omissione principalis, non Procuratoris, etsi regulariter Procurator non condemnetur in expensis, *l. procurator*, *de procur.* Seraph. *decis*. 1226. *in fin.* 32

Limita secundò regulam; vt victus victori in expensis condemnetur, quando plures essent victi collitigantes, qui condemnati ad expensas, vnusquisque tenetur tantùm pro parte sua, cùm Sententia simpliciter condemnans plures, ita debeat intelligi, & declarari, Afflict. *decis*. 215. & sic seruandum esse testatur Caputaq. *decis*. 343. *part*. 1. Caualc. *decis*. 15. *num*. 31. & est text. *in l.* 1. *C. si plurib. vna Sententia*, vbi quamuis sint plures debitores insolidum obligati, si vnusquisque simpliciter condemnetur, pro sua rata tenetur; licet enim obligatio originalis sit insolidum, tamen non est talis illa, quæ oritur ex Sententia; nam quilibet videtur esse condemnatus pro parte; Sententia enim censetur esse secundum dispositionem iuris, ita vt omissum, seu non expressum censeatur pro omisso, & sequitur Guid. Pap. *singul*. 681. Ann. *cons*. 10. *num*. 2. *& cons*. 118. *num*. 1. quibus adde text. *in l. Paulus*, *ff. de re iud.* vbi glos. *in verb. virili*, intelligit non solùm censeri condemnatos pro parte, quando erat diuisa obligatio originalis, & primæua, sed etiam quando eadem obligatio esset insolidum, quia semper in vtroque 33

casu

casu condemnatio intelligitur in viriles, prout ita communiter seruari docet Tiber. Decian. inter cons. Menoch. 123. num. 10. lib. 2. dummodo tamen Iudex non habuerit respectum ad libellum, in quo fuerit instatum omnes condemnari, & per Iudicem relaxetur petita executio, perinde est, ac si omnes insolidum condemnasset, Bart. in l. 1. post med. & ibi Bald. num. 3. in fin. C. si plures vna Sententia, & sequitur Rota in vna Bononien. pecuniaria, 28. Iunij 1602. coram D. Coccino. Etenim censentur repetitæ in termino referente omnes qualitates, quæ sunt in eo, ad quem fit relatio, l. si ita scripsero, de condit. & demonst. Bart. in l. si prior, ff. solut. matr. & in l. 1. in princ. ff. de receptat. Bald. in l. si defensor, §. qui interrogatus, de interrog. act.

34 Limita tertiò regulam supra positam; vt licet in expensis condemnetur, & teneatur actor, quando intendit mutare iudicium, vel quia videns processum nullum incipit dare libellum, maximè ante litem contestatam, in quo casu potest reus petere expensas, vt per Bald. in l. edita num. 31. C. de eden. & Afflict. in decis. 70. hoc tamen non procedit coram Iudice delegato, cum clausula in commissione, Quam, & quas, & quando fuit omne ius deductum, quia in tali casu actor omissa vna via, & aliam aggrediens, non tenetur ad refectionem expensarum, vt tenuit Rot. in vna Cerusen. bonorum 17. Iunij 1583. coram D. Seraphino, & iterùm apud Ludouit. decis. 270. Romana Secretatis, 26. Iunij 1696.

35 Limita quartò regulam; quòd victus victori condemnetur in expensis in casu, quo illam limitat hic text. cap. calumniam, idest quando fertur Sententia pro absente contumace, nam tunc victus præsens non debet condemnari in expensis victoris contumacis, vel in odium contumaciæ, vel quia cùm fuerit absens, & contumax, nec in iudicio repertus, est credendum non erogasse in expensis, prout in multis modis exemplificat, ad intellectum huius text. Abb. ibid. num. 3.

36 Aduerte; quòd Iudex, qui tenebatur victum in expensis condemnare, si omisit hoc facere, tenetur de suo reficere victori, vt quando prætermisit condemnare ad expensas, quæ fuerunt per victorem petitæ, ita deciditur expressè in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iudic. vbi DD. omnes, sequitur Carauit. super ritu 297. num. 7. Nec ad hoc sufficit illa generalis petitio, quæ solet apponi in libellis, Petens ius, & iustitiam ministrari, & vniuersum Officium Iudicis impartiri, vt tenet Ripa in l. dies, §. hoc iudicium, ff. de damn. infect. num. 99. contra Abb. in cap. fin. in fin. de iure iur. qui eodem num. 99. & 100. admittit dictam petitionem sufficere, si Actor dicat in libello, vel Reus in exceptionibus, Peto ius, & iustitiam ministrari, & Officium impartiri super deductis, & deducendis, ac emergentibus, incidentibus, & connexis, ac eorum singulis. Quòd si Iudex resarciuit expensas victori, in quibus omiserat condemnare victum, non potest dictas expensas à victo repetere, vt probat Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 28. & latius num. 33. & seqq. multis rationibus, præsertim illa, quia expensæ litis debentur solùm Iudicis officio mercenario, quod officium lata Sententia expirat, l. 3. C. deposit. ideò lata Sententia amplius peti non possunt, ex quo nullo modo debentur, l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. Immò nec potest Iudex cogere victorem ad sibi cedendum iura contra victum, per glos. in l. mancipia, C. de seru. fug. tenet Rip. eod. loc. num. 35. quam doctrinam limitant Imol. & Lud. Rom. in l. si tertius, §. Celsus, C. de aqu. plu. arcen. non vindicare sibi locum in expensis, quæ debentur ex Statuto, vel stipulatu, quia illæ sunt debitæ iure actionis, & proinde Iudex, qui eas soluit, potest repetere a parte victa etiam lata Sententia, & de per se principaliter.

37 Limita quartò regulam illam; quòd victus victori debeat in expensis condemnari, vt non procedat in victo, persona valdè honesta, & magnæ, & spectatæ fidei, aut nimis religiosa, quæ si succumbat in lite, non debet in expensis condemnari, quia non præsumitur, quòd calumniosè, aut temerè litigauerit, ita Canonistæ omnes in cap. finem litibus, præcipuè Hostiens. vlt. col. & Io: Andr. de dol. & contum. sequitur Ias. in tit. §. sin autem alterutra, num. 10. vers. quarto singulariter limita.

38 Limita quintò; victum victori non esse condemnandum in expensis, quando quis succumbit in aliqua Sententia interlocutoria super mero iuris articulo, quia cùm potuerit incontinenti expediri per Iudicem, cap. sæpè, de appellat. certè condemnatus in tali Interlocutoria, non debet in expensis condemnari, secundum Cyn. in l. Pella, C. de his, quib. vt indign. quem sequitur, & commendat Bald. in l. fin. circa fin. C. quando prouoc. non est necess.

39 Limita sextò; quando reuocatur missio in possessionem ex aliqua rationabili causa, ibi non venit refectio expensarum, secundum Innoc. in cap. si aduersarius, de eo, qui mitt. in poss. caus. rei ser. & sequitur Bal. in Margarita sua in verb. Missio.

40 Limita septimò; quando quis litigat, vt sibi pareat actionem de euictione, quæ non competit nisi lata Sententia, l. habere licere, ff. de euict. iste non condemnatur in expensis, l. at quis natura, §. cum me absente, ff. de negot. gest. notatur in l. vtique ff. de rei vendicat. Soc. Iun. cons. 81. in fin. lib. 1. refert Ias. in d. l. properandum, §. sin autem alterutra, infra num. 10.

41 Et hìc notandum est ex communi DD. sententia; quòd quando victus absoluitur ab expensis, ex quo iustam habuit causam litigandi, teneri Iudicem in Sententia exprimere dictam causam, per text. in §. oportet, in auth. de iudic. ita Bald. in auth. generaliter, C. de Episcop. & Cler. Specul. tit. de Expens. §. nunc videndum, vers. quidam, Hostiens. Io: Andr. & alij in cap. finem litibus, de dol. & contum. Io: Andr. in cap. sicut de re iudic. Bald. in l. Præses, C. de sentent. & interloc. & in auth. nouo iure, 3. notab. C. de pæn. iudic. &c. aliàs Iudicem facere litem suam, Bart. & alij l. 2. 1. col. ff. si quis in ius voc. non ierit, Ias. in cit. §. sin autem alterutra, §. 10. dixere, quam sententiam, licèt communem, Praxis non seruat.

42 Limita octauò; si aliquis fuerit condemnatus in aliqua Interlocutoria in expensis, quas actualiter soluit, si postea obtinuerit fauorabilem Sententiam diffinitiuam, non recuperat expensas, ad quas fuit condemnatus in Interlocutoria, cum ad eas non condemnetur victus in Diffinitiua, ita Bart. in l. si pignore, in princ. ff. de pignorat. act. & l. in damn, §. cum pariete, in fin. ff. de damn. infect. Ias. cit. loc. num. 20.

43 Limita nonò; de iure communi, si Iudex non condemnaret victum in expensis, habetur pro absoluto, l. terminatum, C. de fruct. & lit. expens. quod non procedit, si expensæ deberentur à statuto, vel conuentione partium, quia tunc Iudex non condemnans, non censetur absoluisse, nisi ex actis appareret de iusta causa litigandi, iuxta dicta per Ias. in cit. §. sin autem, num. 7. similiter Iudex absoluens victum ab expensis, intelligitur absoluisse ab his quæ veniunt ex officio, non verò intelligitur de promissis, & conuentionalibus, ad quas licebit agere, non obstante Sententia Marsil. in l. patre, vel marito, num. 34. ff. de quæst. Gabr. de regul. iur. conclus. 4. in fin. dummodo non appareat ex processu fuisse petitas expensas litis, vti promissas, tunc etiam ab illis conuentionalibus, censetur Iudex absoluisse, neque amplius datur actio, ita Alex. in l. properandum, §. sin autem, el 2. num. 6. C. de iudic. Surd. decis. 69. num. 3. & 4. cùm Sententia ad libellum sit referenda, l. vt fundus, ff. commun. diuid. l. si ex testamento, in fin. ff. de except. rei iudic.

44 Obserua primò; quòd absolutus ab expensis, non iuuatur, vt non possint ab eo peti damna, & interesse, l. si tutor, de auctor. tutor. cùm sit differentia inter remissionem expensarum, & damnorum, Rom. sing. 346. incip. nunquid appellatione, & decisio Rot. coram D. Orano Anconitan. Assecurationis indiey, 10. February 1596. & ad illa probanda sufficiunt leuiores probationes, etiam per coniecturas, Bald. in l. 2. C. de fruct. & lit. expens. & per testes de credulitate, Alex. in l. pretia rerum ad leg. falcid. ita vt data singularitate testium, sit locus iuramento in supplementum, Bald. in l. si fundum, in fin. C. de rei vendic.

45 Quæritur hìc; quas expensas teneatur restituere, & soluere victus victori? Ad hoc quæsitum respondet glos. in cap. finem litibus, de dol. & contum. & dicit, restituendas esse expensas necessarias, moderatas, & vtiles. Et quomodo sint restituendæ expensæ vtiles, diuersimodè explicant hanc glos. DD. vt videre est apud Abb. in cap. finem

nem litibus, *num.* 28. ipse verò tenet secundum veriorem intellectum, vt expensæ vtiles moderatæ sint restituendæ, per text. *cap. cùm ulim*, *eod. tit. vbi in fin.* Papa condemnauit contumacem ad moderatas, & legitimas expensas, & sic non tantùm ad necessarias.

46 Hic nota; quòd in ista condemnatione expensarum, quæ fit ratione victoriæ litis, veniunt tantùm expensæ factæ in lite, non autem habetur ratio aliorum damnorum; quod est verum de damnis contingentibus circa alias res ipsius victoris, sed de damnis tangentibus personam ipsiusmet victoris, benè habetur ratio in condemnatione expensarum, ita glos. & Bart. *in l. 1. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* Hinc si artifex diu litigauit, & sic vacauit ab officio, & labore suo, certè istius damni, ex persona sua, benè habetur ratio in condemnatione expensarum, ita Specul, & Io: Andr. *in tit. de expens. §. fin. versic. quid si victor artifex*, sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *num.* 45. adducens ad id glos. & Paul. de Castr. *in l. si procurator*, *ff. rem rat. haber.* & ita intelligitur Bart. *in d. l. si procurator*, 2. *in fin.* dicens, quòd quando quis obtinet Sententiam, repetit illud, in quo fuit damnificatus, per hoc, quod abfuit a suis negotijs, idest in quo fuit damnificatus ex persona sua, vt explicat Ias. *in l. properandum*, *§. sin autem alterutra*, *num.* 13.

47 Ex prædictis nota primò; quòd in hac condemnatione expensarum, victori reficiendarum, veniunt expensæ, quæ fiunt Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs, vt tenet Specul. *tit. de expens. §. postremo*, *num.* 21. & in Magna Curia Vicariæ adest *ritus* 298. Quòd si Aduocatus, vel Procurator vincit causam propriam, in qua pars victa sibi condemnatur in expensis, non poterit petere salarium pro suo patrocinio, quia verè nihil expendit, secundum glos. & Bart. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & in l. si stipulatus es*, *ff. de fideiussor.* Boer. *decis.* 210. *volum.* 1. Idem dicendum est, si victor habuit Aduocatum, vel Procuratorem gratis, & sine prouisione, vt tenet Bald. ad Specul. *tit. de sentent. vers. quidam nubilis*, Ias. *in l. properandum*, *§. sin autem alterutra*, *num.* 14. *C. de iudic.* qui eodem modo loquitur de Notario nolente recipere salarium ob reuerentiam partis. Verùm si Aduocatus, vel Procurator defendendo causam propriam, amitteret lucrum, quod fecisset, quia propter suam litem non potuit vacare aliorum causis, tunc potest petere expensas ratione damni, eum nomine expensarum, repetat victor id, in quo fuit damnificatus, ex eo, quod lis eum reuocauit à negotijs, & in hoc habeatur ratio damnorum ex persona ipsius victoris, si est solita lucrari, vt notauimus supra, glos. & Bart. *in l. 1. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* & Ias. *cit. loc.* Abb. *in cap. finem litibus*, *num.* 30. *de dol. & contum.* Grat. *cit. loc. num.* 46. Carauit. *ad citat. rit.* 298. *num.* 26. Quòd si Aduocatus, Procurator, vel Notarius præstiterunt opera sua in causa ad fauorem victoris gratis, sed intuitu beneficiorum præteritorum, vel futurorum, tunc in condemnatione expensarum, habebitur ratio de illis, secundum Ias. *cit. §. sin autem*, *num.* 14. & Carauit etiam *cit. loc.* qui subdit, quòd si Procurator, vel Aduocatus vicit causam propriam, communem tamen cum aliquo, poterit pro parte socij saltem accipere salarium, vt per Boer. *d. decis.* 210. Amplia supradicta; quòd victor recuperat expensas erogatas pluribus Aduocatis in eadem causa, quando id desiderauit grauitas causæ, vel Fori consuetudo, iuxta dicta per Abb. *in cit. cap. finem litibus*, *sub num.* 28. *de dol. & contum.* dummodo numerus sit moderatus.

48 Nota secundò; quòd victus condemnatus ad expensas victori, tenetur etiam soluere expensas solutas Iudici, siue Ordinarius sit, siue Delegatus, iuxta distinctionem, de qua per Specul. *tit. de salar. Iudic.* §. 1. vt in *auth. de iud. §. ne autem*. Item expensas illas, quæ factæ sunt in alendis Testibus, *l. quoniam*, *C. de testib.* Similiter expensas solutas executoribus, quæ propriè sportulæ dicuntur, vt *tot. tit. C. de sportul. cap. efferamus* 4. *quæst.* 3. De his omnibus loquitur Specul. *tit. de expens. §. postremo*, *num.* 21. sequitur Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 80. *intra num.* 1. vbi expressè fit mentio de alimentis, quæ præstantur Testibus.

49 Nota tertiò; victum condemnatum in expensis victori, teneri reficere etiam sumptus cibarij, quos victor fecit durante lite in hospitio, secundum Bart. *in l. non ignorat*, *C. de fruct. & lit. expens.* cum similibus, sed hoc casu detrahitur id, quod ipse victor domi impendisset, vt est *text. in l. sed si hereditas*, *§. 1. ff. ad exh.* & ita tenet glos. *in cap. Statutum*, *§. insuper*, *vers. moderata*, *de rescript. in* 6. vbi ponit pro absoluto, quòd fit deductio, sequuntur ibi Ioan. Andr. & alij, præcipuè Franc. idem voluit Bart. *in l. eum, quem tenere*, *ff. de iud.* Bald. & Angel. *in l. sed & si*, *§. quod autem*, *ff. de petit. hæred.* vbi allegant Guliem. & Cyn. *in l. properandum*, *§. & si quidem*, *C. de iud.* Butr. *in cap. finem litibus*, *in vlt. col. de dol. & contum.* Angel. *in l. recusare*, *§. si quis alio*, vbi etiam Alex. *num.* 3. *vers. quid autem in expensis litis*, *ff. ad Trebell.* Alex. *in cons.* 37. *num.* 32. *volum.* 2. vbi multos citat Ias. *in l. properandum*, *§. sin autem alterutra*, *num.* 14. *C. de iudic.* Amanel. *in sing.* 14. vbi dicit esse de hoc *text. in l. si procurator*, *in fin. ff. rem rat. hab.* sed nullum citat ex prædictis, Marsil. *in l. patre*, *vel marito*, *num.* 64. *ff. de quæst.* ratio autem est, quia expensæ reficiuntur actori tanquam interesse, ipsius autem non interest, nisi quatènus pro lite impendit, vltra quam erat domi expensurus, & quando ob causam aliquid conceditur, illud restringitur secundum causam; in eo ergo, quod eius minimè interfuit, non potest sequi condemnatio. Et licèt hæc vera sint de iure, tamen de consuetudine hæ expensæ, quæ prætenduntur factæ ratione victus in hospitio, non solent taxari, vt asserit Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 80. *in fin.* & clarius Gratian. *discept. for. cap.* 33. *num.* 33.

Nota quartò; victus condemnatus in expensis, tenetur reficere victori expensas, quæ factæ fuerunt in reassumendis publicis Instrumentis, si ea reassumpta fuerunt post moram debitoris, siue præcesserit citatio ad declarandum; an velit stare simplici copiæ; siue non, vtroque enim casu post moram, debitor tenetur, cùm dicta citatio potius præmittatur ex benignitate, quàm ex necessitate, vt per Bal. *in l. eum*, *§. super*, *vers. vnde colligitur*, secus tamen dicendum erit in reo succedente in ius debitoris, quia tunc necessaria erit supradicta citatio, & protestatio de reluendo Instrumento in publicam formam, eum plenè certiorando de omnibus qualitatibus, ita vt ignorantiam aliquam prætendere, seu aliter allegare valeat, aliàs talis reus in mora non constitueretur, & consequenter illarum refectionem licitè euitabit, vt post alios plenissimè Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 36. *in glos.* 2. *num.* 32. sed si Instrumenta fuerunt reassumpta ante moram debitoris, debitor ad expensas dictæ reassumptionis non tenetur, Bald. *in l. non ignorat*, *C. de fruct. & lit. expens.* 50

Taxantur expensæ de iure per Iudicem, non per Actuarium, vt ex *l. sancimus*, *& auth. seq. C. de iud.* tenet Carauit. *cit. loc. super rit.* 298. *num.* 4. & rationem affert, quia taxatio expensarum est de iurisdictione, ita DD. in *l. imperium*, *ff. de iurisd. omn. Iudic.* quæ iurisdictio penes Actuarium non retinetur; ponitque Carauit. *cit. loc.* Practicam taxandi expensas (quam mihi dixit Dom. Alexander Ventriglia I. C. verè consultus, Praxis Tribunalium Regni Neap. peritissimus, Parnasso notus, meus Consanguineus, à quo non pauca euigilata prope diem lectitabimus) ex Bald. *in l. properandum*, *§. & si quidem*, *num.* 8. *vers. vlterius*, *C. de iudic.* Quæ hodie maximè in Curijs Ecclesiasticis non seruantur; solùm enim Actuarius ex commissione Iudicis oretenus, vel in scriptis calculat expensas, quæ probatæ sunt in actis liquidè; & si in aliqua summa est differentia inter partes, Iudex determinat. Cætera de expensis, vide apud DD. in *cap. finem litibus*, *de dol. & contum.* & in hoc *cap. calumniam*, & in *cap. significauerunt*, *de appellat. in l. properandum*, *§. sin autem alterutra*, *C. de iud.* Rebuff. *tract. de expens.* Carauit. *super rit.* 297. & 298. Couar. Gratian. & alios *supra citatos*. 51

(∵)

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *SCrupulosam in non condemnando succumbentem ad expensas reddit se Rota Romana.*

2 *Victus an ex iusta causa à condemnatione excusetur?*

3 *Expensa pro Aduocatis, an debeantur victori per victum?*

4 *Expensa viua quæ dicuntur, & sportulæ, an reficiendæ?*

5 *Clarius declarantur, & quia extra Rotæ Auditorium.*

1 SCrupulosam in non condemnandn succumbentem ad expensas reddit Rota Rnmana, vt vix nunquam litigandi iustam causam in aliquo consideret, ita de Rntæ praxi tradit Fontanell. *decis.*486. Bichius *decis.*73. *num.* 4. & dixi ad Gratian. *cap.*33. *num.* 2. At stylum illum taxat Card. de Luca *de iudic. discurs.*39. *num.* 10.

2 Victus si condemnandus sit vigore statuti in expensis, an ex iusta causa litigandi cum excusandus veniat? Distinguit Gratian. *discept.* 33. Aut statuti verba diriguntur in victum, & negat. Aut in Iudicem, & tunc secus aduersus distinctionem Gratiani ego retuli Fnntanellam *decis.* 486. *num.*9. *& de pact. nuptial. claus.*4. *glos.*18. *p.* 4. *n.* 135. & scripsi penes Gratianum *vbi sup. num.*2.


3 Expensæ prn Aduocatis an debeantur victnri per victum facta condemnatione in expensis? Gratian. *discept.* 56. *num.*40. affirmat ex *l. qui temere ff. de iudic.* Sed Card. de Luca *de iudic. discurs.*39. *num.* 17. tradit in Curia refici expensas viuas, quæ erngantur pro actis iudicialibus. Et Rotam pro sumptibus Copistarum, Aduocatorum, & Procuratorum dare summam ducatorum decem. In Cathalonia nnn venire salaria Aduocatis soluta, scribunt Fontanell. *decis.*93. *num.*15. *& decis.*423. *num.*18. Mnnter. *decis.*36. Cancer. *part.*2. *var. cap.*16. *num.* 32.

4 Expensæ viuæ appellantur, quæ pro actis iudicialibus fiunt, & propinæ. Sed Rota habet quendam stylum singularem deuiantem à stylo generali aliorum tribunalium non decernendi refectionem sportularum, quæ propinæ appellantur, quas ipsamet recepit, & Luca *vbi supr. n.*18. stylum fomento iuris destitutum ait, dum ista sit expensa necessaria.

5 Expensas viuas declarat Rota penes Bich. *decis.* 240. *num.*33. quæ solutæ fuerunt Notarijs pro citationibus, regionis extractionibus scripturarum, & refici à victo debent, *l. properandum §. sin autem C. de iudic.* & in decisione taxatæ fuerunt expensæ in ducatis 73. baioc. 90. & scuta 15. pro mercede Procuratoris, & Aduocati, & quod Rnta non solet sequi rigorem iuris scripti, sed aliquid suo arbitrio taxare, Vestrius *in prax. lib.* 8. *cap.* 2. *num.*10.

De expensis factis in copijs, impressione informationum, & de propinis solutis Iudicibus nullam haberi rationem iuxta Rotæ Rom. stylum scribit Bich. *decis.* 73. *n.* 6. Thesaur. *decis.*67. *num.*5.

Aduertendum est extare Constitutionem Pauli V. *tit. de sportul. seu propin.* §. *fin.* pro refectione sportularum. Sed hanc locum habere extra Auditorium Rotæ inquit Bichius *num.*8. Et de expensis viuis, & processalibus scribit idem Bich. *decis.*534. *num.*18.



ANNOTATIO XXII.

De expensis à Contumace debitis.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Contumacem non esse audiendum, nisi refectis expensis. Quis dicatur Contumax. Cum quo Contumace procedat hæc Regula. Quid si Contumax sit Minor, vel alia persona priuilegiata. An Regula procedat tam in Reo, quàm in Actore. Qualis Iudex condemnet ad has expensas. Et quid si admittat Contumacem ad audientiam, illis non refectis. Et an possit illas exigere ex officio. Et in qua causa procedat Regula. Quas expensas teneatur Contumax reficere. Et quomodo. An procedat Regula prædicta cum eo, qui incontinenti comparuit. Cum iustè impedito. Cum domi citato. Cum Minore, Rustico, vel Muliere, & in alijs casibus enumeratis.

§. II. Contumacem teneri ad præstandam cautionem de Iudicio sisti. Qualis debeat esse hæc cautio. Et à quo præstanda. Et an à Clerico. Ad quid teneatur hic fideiussor. Et an teneatur etiam in secunda instantia.

SVMMARIVM.

1 *COntumax vnde dicatur. Et quotuplex.*

2 *Contumax etiam fictus non auditur, nisi refectis expensis, aut comparens, & consentire nolens. Et quid in eo, qui Procuratorem constituit; qui noluit comparere, vel impeditus Procuratorem non inuenit, num.*3.

4 *Contumax, Minor, Ecclesia, vel Vniuersitas, siue Collegium quomodo non audiatur non refectis expensis.*

5 *Contumax siue Actor sit, siue Reus non auditur non refectis expensis, etiam ex officio Iudicis, & sine partis instantia, num.* 6. *Quod procedit, etiam si deficiat in vno nummo, num.*7. *Et Regula procedit coram omni Iudice, siue Ordinario, siue Delegato. Et quid de Arbitro, num.*8.

9 *Contumax non est audiendus, non refectis expensis, etiam in alia causa, in qua non est contumax coram eodem Iudice. Et Iudex admittens contumacem, non facta tali satisfactione, tenetur de suo, num.* 10. *Nec iusta causa excusat ab his expensis. Nec admittitur Compensatio num.*11.

12 *Contumax, à quo tempore condemnetur in expensis. Et an requiratur noua citatio, num.* 13. *Et an sufficiat illas offerre, vel depositare, num.* 14. *Et quid si contumax comparuit in tertia citatione, num.*15.

16 *Contumax non auditur, nisi refectis expensis tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus: Et an possit à tali condemnatione appellare, num.* 17. *Et quæ expensæ computentur, num.* 18.

19 *Contumax auditur non refectis expensis, quando immediatè post contumaciam comparuit, vel quando fuit iustè impeditus. Quod exemplificatur multis casibus, num.*20. 21. *&* 22.

23 *Contumax pro expensis contumaciæ potest personaliter capi, & exequi absque alia citatione.*

24 *Clericus reputatus Laicus, si fuerit contumax coram Iudice sæculari quomodo condemnetur in expensis.*

25 *Contumax potest audiri non refectis expensis, si venit tanquam reus necessarius. Quid si per viam præuentionis, vel intentaret remedium* l. diffamari. *Vel citatus si suum putauerit interesse.*

26 *Contumax non refectis expensis, nec litis pendentiam allegare potest. Et auditur in terminis, in quibus causa reperitur, num.*27.

ANNOTATIO XXII.

§ I.

Ad Tex. in Cap. 1. de Dol. & Contum. in 6.

IN hoc Text. breuiter deciditur, quòd Reus veniens in Iudicio, in quo fuit citatus, recuperat expensas, si Actor venire non curauerit, nec prædictus Actor amplius est audiendus, vt si vellet iterum citare Reum, nisi caueat sufficienter, quod in termino comparebit, ex quibus DD. constituunt regulam, quod contumax non sit audiendus, nisi refectis expensis, & præstita cautione de iudicio sisti, & de obseruatione iudicij, cuius occasione dicemus nos hic aliqua, Primò, de expensis reficiendis per contumacem. Secundò de cautione prædicta.

Quoad primum; de quo etiam in *cap. fin. de maior. & obedien, cap. querelam, de procur. cap. cum dilectis, de dol. & contum. cap. quoniam, §. in alijs, vt lit. non contest. & cap. 1. de sequest. poss. & fruct. & in l. sancimus, C. de iudic.* Specul. *tit. de expens.* Pract. Pap. *in forma libelli, Actione reali, in verb. Et expensis,* Carauit. *super rit. 298. num. 2.* Marant, *in prax. p. 6. tit, Et aduertatur circa contumacias,* Marsil, *in l. de vnoquoque, nu. 230, de re iudic.* Menoch. *de arbitr. q. 36.* Fel. *in cap. ex tenore, de rescript.* Rebuff. *tract. de expens. art. 5. glos. vnic. n. 37. cum seqq.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra, vers. expensæ, de probat.* Carauit. *super rit, 298. num. 3. & seqq. præsertim num. 9.*

1 Præmittendum est; contumacem dici à *con*, & *tumeo, tumes*; & propterea; quia inflatur, & superbus efficitur in nolendo obedire, & sic dicitur contumescere, & efficitur Iudici iniuriosus, ita declarat Cardin. *in Clem. 1. col. 8. de dol, & contum.* Et duplex est contumax; Verus, & Fictus. Verus contumax dicitur ille, qui fuit citatus personaliter, vel domi, sed citatio peruenit ad eius notitiam, & non vult comparere. Contumax fictus est ille, qui fuit citatus domi, & dubium est; an citatio peruenerit ad eius notitiam, secundum Bart. *in l. fin. col. penul. ff. de in integr. restit.* Cardin. *cit. Clement. 1. quæst. 9.* Dicitur quandoque Verus contumax existenter, & apparenter; quandoque apparenter tantum; & quandoque existenter tantum; de qua materia vide Bart. *loc. cit.* & Alex. *in l. properandum, §. fin autem reus, C. de iudic.* Io. de Imol. *in l. ex consensu, §. cum, qui, ff. de appellat.* Angel, *cons. 186.*

2 Et ex dictis, regula posita; quod contumax non audiatur, nisi refectis expensis. Ampliatur primò; procedere etiam in ficto contumace iuxta *cons. Loffred. 337.* quem refert, & sequitur Ricc. *in collect. dec. part. 3. collect. 571.* videtur tenere Ias. *in l. sancimus, num. 15. C. de iudic.* contra aliquos per eum relatos, *& num. 6.* extendit regulam ad eum, qui citatus comparuit, sed noluit contentire, qui adhuc dicitur contumax, nisi addat clausulam, *quatenus arctetur à iure.* Similiter extendit ad citatum, qui comparuit per procuratorem cum mandato non sufficienti, qui dicitur etiam verè contumax; secundum Bart. *in l. 1. §. vsus, ff. de procurat. cap. audites, de procur.* Speculat. *tit. de expens. §. nunc de expensis, vers. hoc quoque.*

3 Amplia secundò regulam; vt contumax condemnetur in expensis, etiam quando constituit Procuratorem generalem cum sufficienti mandato, qui Procurator non comparuit, nunc etiam Dominus non auditur, nisi solutis expensis, ita Bart. *in l. 1. §. si procurator, 3. col. ff. si quis iudi, non obtemp.* sequitur Ias. *in cit. l. sancimus, num. 7.* Excusaretur tamen nobilis impeditus comparere, si Procuratorem non reperiret, maximè si pauper esset, quia in diuite hoc non præsumitur, cum pecuniæ obediant omnia, ita Abb. *in cap. cum dilectis, de dol. & contum. num. 14.*

4 Amplia tertiò regulam; in Minore contumace, qui non auditur, nisi refectis expensis, tenet Bart. *in l. si finita, §. si fortè, num. 5. ff. de damn. infect.* & in Ecclesia, quæ etiam non auditur in casu contumaciæ, nisi solutis expensis, ita Ias. *in l. sancimus, num. 7. de iud.* glos. & DD. *in l. imperato, ff. de re iud.* Io. de Imol. *in l. quæsitum, super glos. 1. ff. de re iud.* Specul. *tit. de locat. §. 6. vers. 14.* Dec. *in cap. causam, de iud.* Item etiam procedit in Vniuersitate, vel Collegio, *per cit. l. sancimus,* vbi Ias. *infra n. 7.* quia in hoc casu appellatione personæ, venit Vniuersitas, & Collegium, vt dixit Ias. *in l. fin. C. de pact. auth. item quæcumq.* & ibi Bald. *C. de Episc. & Cler. cap. Romana, §. Vniuersitatem de sent. excom. in 6.* sed in hoc casu Minor restitueretur aduersus tutorem, vti aduertit Bart. *in l. contumacia, num. 4. de re iud. ex l. properandum, §. fin. C. de iud.* Et ad instar Minoris etiam Ecclesia, Vniuersitas, & Collegium restituerentur aduersus administratores, quia Ecclesia, Vniuersitas, & Minor æquiparantur, glos. *in l. Respublica, C. ex quib. caus. maior.* glos. *in cap. 1. de in integr. restit.*

5 Amplia quartò; vt regula, quæ ex hoc text. colligitur, procedat non solum in Actore, de quo ipse text. loquitur, sed etiam in Reo, de quo est casus in *l. sancimus, de iud.* Alter enim cum contumax est, non auditur, nisi refectis expensis, & probatur ratione communi, quia Actor, & Reus sunt correlatiui, & proindè etiam in materia correctoria fit extensio de vno ad alium, vt notat Bart. *in l. fin.* vbi etiam Ias. *C. de indict. viduit. tollen.* & lex etiam pœnalis, quæ loquitur in Actore, habet locum in Reo, & è contra, glos. *in l. per internallum, ff. de iud.* glos. *in cap. 1. de confes. in 6.* quia in iudicijs debet seruari æqualitas, *l. petenda, in fin. C. de temp. in integ. pet. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.*

6 Amplia quintò; vt Iudex ex officio absque partis petitione, possit denegare audientiam contumaci, non refectis expensis, *text. in cap. dilectis,* vbi Bald. *col. 8. de dol. & contum.* & ratio est, quia tales expensæ debentur propter contemptum Iudicis, ergo Iudex etiam parte non petente, potest officium impartiri, iuxta glos. *in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procurat.* Bart. *in l. 4. §. hoc antem iudicium, ff. de damn. infect.* tenet Per. Cyn. Bald. Salyc. Paul. de Castr. ac Ias. *in cit. l. sancimus,* qui tamen dicunt, quod cautius est illas petere.

7 Amplia sextò; vt contumax non sit audiendus, nisi solutis integre expensis, ita vt, si in vno nummo deficiat, adhuc non auditur, ita Bald. *in cap. conquerente, in 1. col. de restit. spol.* Ias. *in auth. qui res,* post glos. *C. de sacros. Eccles.* Dec. *cons. 34. in fin.*

8 Amplia septimò; vt contumax non audiatur ante restitutionem expensarum, nec coram Iudice Ordinario, nec coram Delegato, ita Bald. *in cit. l. sancimus, quæst. 11.* quem sequitur Ias. *ibid. in princ.* Immò nec etiam coram Arbitro, qui repellere valet contumacem, non refectis expensis, secundum opinionem Menoch. *de arbitr. q. 36. num. 3.* & rationem affert, quia verè, & propriè in hoc casu consideratur contumaciæ delictum, non principaliter in contemptum Iudicis, sed ob damnum, & expensam partis. Hæc opinio est contra Ias. *in cit. l. sancimus, in princ.* & Lud. Rom. per eum relatum, & alios adductos per ipsum Menoch. qui tenet, quòd Arbiter propter contumaciam, non potest denegare audientiam, quorum opinio non habet contradictionem in Arbitratore.

9 Amplia octauò; vt debeat denegari audientia contumaci ante solutionem expensarum, non solùm in illa causa, sed etiam in omni alia, quam habet etiam cum alijs personis coram eodem Iudice, ita vt non audiatur contumax, nec in vna ex dictis causis, volens reficere expensas in illa, nisi solutis in omnibus, ita Bald. *in l. consentaneum, C. quomod. & quand. Iud. 5. col. & in cap. fin. de mut. pet. & in cap. cum venisset, 3. col. de iud. & in cap. grauis, 7. col. in fin. de restit. spol.* sequitur Ias. *in d. l. sancimus, n. 2.* Immò non solùm in ipsa causa, in qua quis est contumax, sed, & in omni alia, in qua non esset contumax, est repellendus ab audientia, secundum notata per Marant. *in suo Spec. aur. tit. Et aduertatur circa contumaciam num. 17.* qui ampliando dictum, dicit, quòd Iudex potest mandare alijs Iudicibus, quòd illum non audiant in aliqua causa, ad quod adducit Ias. *in l. 1. §. fin. col. 4. ff. si quis in. non obtemp.*

10 Amplia nonò regulam; vt Iudex admittens ad audientiam contumacem, non refectis expensis parti, teneatur resarcire de suo non solum in maioribus, sed etiam in minimis quadrantibus, ex *text. in cit. l. sancimus, C. de iud.* vbi DD. omnes.

11 Amplia decimò; vt ab his expensis, quæ debentur per contumacem, non excuset iusta causa litigandi, vt etiam post Sententiam peti possint, nec in eis admittatur compensatio, licet contrarium statuatur, & procedat in expensis,

fis, quæ debentur ratione victoriæ, vt optimè aduertit Carauit. *super rit. 298. num. 13. 14. & 15.*

12 Sed quæstio est in hac materia inter DD. à quo tempore contumax condemnandus sit in expensis, à die citationis omissæ ne, an à die præteriti termini ad comparendum, & occasionem quæstionis dat *text. in cap. cum dilecti de dol. & contum.* vbi contumax condemnatur in expensis à tempore citationis emissæ, *text. in l. sancimus, C. de iud.* probat, quod expensæ prædictæ veniunt à die contumaciæ. Hanc quæstionem ponit Abb. *in cap. cum dilecti, cit. num. vlt.* vbi refert omnes opiniones, ipse verò in fin. terminat quæstionem, sic distinguendo. Quod aut contumax comparuit spontè ante condemnationem, & offert se paratum vt procedat in causa, & fiet solum condemnatio à tempore contumaciæ, secundum *l. sancimus cit.* quia expensæ factæ ante contumaciam in hoc casu habent suum effectum. Aut fuit opus facere secundam citationem; vel non proceditur amplius in causa propter defectum ipsius, & tunc fiet condemnatio in omnibus expensis factis a tempore citationis, quia frustra illas fecit, ex quo in causa non proceditur propter defectum contumaciæ, secundum intellectum *cap. cum dilecti cit.* Hæc Abbas.

13 Amplia vndecimò regulam; vt condemnatio in expensis vigore contumaciæ, possit fieri absque alia noua citatione partis, secundum Bald. *in cit. l. sancimus, quæst. 10.* Ant. de Butr. *in cap. finem litibus, de dol. & contum.* Felin. *in cap. 1. col. 6. num. 9. de iudic.* sequitur Marant. *in Specul. aur. part. 6. titul. Rectè concipiatur citatio, num. 34.* voluit etiam Innoc. *in cap. calumniam, de pœn.* Io. Andr. *in cap. finem litibus, de dol. & contum.* & hanc esse communem opinionem refert Ias. *in l. sancimus, num. 9. licet ipse n. 10. & seq.* contrariam probet, & sequatur.

14 Amplia duodecimò; vt adeo contumax teneatur reficere expensas antequam audiatur, vt non sufficiat illas offerre verbo, aut depositare, sed debeat pecuniam numerati parti, quæ si recuset recipere, tunc depositio sufficiat, ita concludit Ias. *in cit. l. sancimus, num. 14. in fin.* Hæc vera sunt, & procedunt, quando expensæ sunt taxatæ à Iudice, & sic sunt liquidæ; si verò expensæ nondum sunt taxatæ, & liquidatæ per Iudicem, tunc sufficit oblatio verbalis cum satisdatione, ita distinguit Iason. *cit. loc. num. 13. & 14.* secutus opinionem Bald. *in l. edita, C. de edend. in Repetit. Perusina in 14. col.* cuius dicta procedunt, quando expensæ sunt liquidæ, & in *l. vnic. in 2. col. C. ne lic. in vna ead. caus. tert. prou.* dicta procedunt, quando expensæ non sunt liquidæ.

15 Amplia decimotertiò; vt contumax condemnetur ad expensas ex prima citatione, ita vt si primo, & secundo citatus, compareat deinde in tertia citatione, adhuc tenetur expensas resarcire, secundum opinionem Bart. & Bald. *in cit. l. sancimus, & in auth. qui semel, C. quomod. & quand. Iudex,* in quo text. citatus comparuit ante clapsam tertiam dilationem, & tamen reficit expensas, glos. & DD. *in cap. querelam de procur.* Imol. *in cit. cap. finem litibus,* & ratio est, quia ex prima citatione contrahitur contumacia, nec alia desideratur, nisi ad conuincendum magis malitiam, & trina citatio requiritur, vt possit perueniri ad Sententiam diffinitiuam, ita Ias. *in cit. l. sancimus, num. 18.*

16 Amplia decimoquartò; vt proposita regula procedat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quando proceditur per denunciationem, vel accusationem: nam si denuncians fit contumax, non auditur, nisi prius refectis expensis, quamuis videatur tractari de fauore publico, vt delicta puniatur, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* ita tenet cum Cyn. Salyc. Iason. *in l. sancimus, supra adducta, infra n. 7.* docetque Abb. *in cap. cum dilecti, n. 17. de dol. & contumac.*

17 Amplia decimoquintò; vt contumax condemnatus in expensis, à tali condemnatione expensarum non possit appellare. Verùm si reperiatur præsens tempore condemnationis, licèt non possit appellare à Sententia diffinitiua, potest tamen appellare à Sententia taxationis expensarum, aliàs verò non rectè appellat, quia appellatio denegatur vero contumaci, ita Bald. Salyc. & Ias. *in l. sancimus, num. 17.* & Bald. *in auth. generaliter, 6. col. C. de Episcop. & Cler.*

18 Amplia decimosextò; vt contumax teneatur reficere aduersario, aliàs non admittitur ad audientiam, omnes expensas factas in iudicio circa Aduocatos, Procuratores, Actuarios, & viatica; damna etiam contingentia ratione personæ; vt si tanquam artifex non potuit ille laborare, & etiam ratione rerum suarum, in quibus fortè ad hoc damnificatus fuit, vt notat glos. & Bart. *in l. 1. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* Bald. Salyc. & Ias. *num. 8. in cit. l. sancimus,* Rebuff. *tract. de expens. art. 5. glos. vnic. num. 55. vers. Et in his impensis, & art. 8. glos. vnic. num. 24.* Item tenetur resarcire expensas factas in hospitio, & in prædictis expensis non computantur illæ, quas quis domi facturus esset, vt ex opinione Bald. Angel. Lanfranc. & Rebuff. aduertit Carauit. *super rit. 298. n. 11.* & generaliter tenetur contumax soluere expensas tam necessarias, quàm vtiles. Alias expensas, quas reficere habet contumax, vide apud Menoch. *de arbitr. cas. 154.* qui in hoc multum versari officium Iudicis dicit, & *num. 3.* tenet in expensis factis super hospitio, esse imputandum id, quod domi verisimiliter impendisset, contra supradicta, cuius opinio in rigore non est tuta, & Ias. quem allegat, non loquitur de expensis contumaciæ, sed de his, quæ habentur ratione victoriæ.

19 Hanc regulam, quòd contumax non sit audiendus, nisi refectis expensis. Limitant primò DD. quando contumax post contumaciam incontinenti comparet, quia purgat contumaciam, siue moram, tenet glos. *in l. & si post tres, ff. si quis cautio, l. si ita quis promiserit, §. Seia cauit, ff. de verb. obligat.* in quo casu esset audiendus contumax non solutis expensis, quia paria sunt aliquid fieri ante, vel incontinenti, glos. *in l. Pomponius, §. ratihabitionis, ff. de procur.* ita probat Ias. *in cit. l. sancimus, num. 7.* contra Bald. & Paul. de Castr. Hinc Menoch. *de arbitr. quæst. 36. num. 3.* tenet non obligari Iudicem, sed posse ex æquitate suo arbitrio contumacem in die sequenti audire non solutis expensis, si in contumacia solum adest contemptus Iudicis, sed si adest damnum, & interesse partis aduersæ, tunc Iudex non potest contumacem admittere ad audientiam, non refectis expensis, vt probatur ex *cit. l. sancimus, Nisi omnia damna restituat ex huiusmodi vitio aduersarij eius inflicta, & Iudici ex regulato arbitrio non licet ius alterius tollere.*

20 Limitant secundò DD. regulam supra positam; quando citatus fuit iustè impeditus, & Iudici constat de impedimento, nam tunc non potest contumax condemnari in expensis ratione contumaciæ, sicut nec super principali negotio, tenet DD. omnes *in hoc cap. 1.* præsertim Io. And. voluit Bald. *in d. l. & si post tres, 2. col. ff. si quis cautio,* probat Ias. *in d. l. sancimus, num. 7. ad fin.* ex verbis ipsius legis, & in *l. 2. 4. col. de eden.* & an iustum fuerit impedimentum, vel ne, statur arbitrio Iudicis, per regulam *l. 1. in fin. ff. de iur. deliber.* Et exemplificat DD. multis modis hoc iustum impedimentum, in quo excusatur quis à contumacia. Ac primò in impedito aduersa valetudine, qui non potest contumax reputari, *l. contumacia, & l. quæsitum, ff. de re iud.* vbi text. limitat non procedere in leui febricula, seu in veteri quartana; & non solum infirmitas propria ipsius citati, sed etiam infirmitas consanguineorum, & suorum excusat à contumacia, ita Alex. *in d. l. quæsitum, col. fin.* Secundò in citato in maiori Tribunali, qui excusatur à contumacia in minori Curia, *l. contra pupillum, §. 1. ff. de re iud.* Tertiò in paupere, vt si quis esset ita inops, & malè vestitus, vt non posset absque verecundia comparere, excusatur à contumacia, secundum Alex. *in l. 2. §. si quis in iudicio, col. 1. ff. si quis cautio,* quia iste æquiparatur carcerato, qui multò magis excusatur, vt est text. singularis, & ibi glos. *in l. eadem, §. fin. ff. ex quib. caus. maior.* & glos. *in cap. si quis testium, de testib.* Abb. *in cap. cum dilecti, col. 5. circa fin. de dol. & contum.* Quartò debitor, cui iniustè creditor dedit causam fugæ, excusatur à contumacia, Dec. *cons. 410. num. 3.* Tiber. Decian. *resp. 8. num. 200. lib. 1.* & fuit dictum in vna *Bononien. Spolij 14. Iunij 1599. coram D. Lancellotto.* Et generaliter in omnibus casibus, in quibus citatio non valet, vel citatus non tenetur comparere, quos vide apud Marant. *in suo Specul. aur. part. 6. tit. de cit. col. fin.* Contumacia excusat, quia citatus dicitur iustè impeditus, & proinde reputatus contumax, comparendo est audiendus, docto de impedimento, non solutis expensis, & si impedi-

mentum est notorium, non tenetur illud probare, Afflict. *decis. 29. num. 3.* Quando autem impeditus teneatur mittere Procuratorem, vel Excusatorem, vide Bart. Alex. & DD. *in d. l. quæsitum, & in l. fin. ff. de fer.* Afflict. *citat. decis. 29.*

31 Limitatur tertiò regula; quòd contumax non est audiendus, nisi solutis expensis, Ias. *in l. sancimus, supra adducta, num. 7. in fin.* quando citatus personaliter, vel domi, fuit citatus tali tempore, quòd potuisset in termino comparere, si voluisset, *l. ex consensu, §. final. de appellat.* aliàs dicitur mala conscientia abesse, prout requirit, *d. l. sancimus, in fin.* secundùm Salic. *ibidem in vlt. col.*

32 Limitatur quartò regula supradicta in Minore, Rustico, & Muliere, quæ excusantur à contumacia, & refectione expensarum, secundùm opinionem Marsil. *singul. 377.* quem sequitur Menoch. in Addit. ad Ias. *in l. sancimus, num. 71. in fin. lit. B.*

33 Ex dictis: Nota primò; quòd expensæ, quæ debentur ratione contumaciæ, habent executionem paratam, tam in Criminalibus, quàm in Ciuilibus, vnde potest contra contumacem exequi, & personaliter capi, absque alia citatione, secundum Bald. *in cap. grauis, col. 7. de restit. spol.* faciunt dicta per Carauit. *super Rit. 127. num. 8.*

34 Nota secundò; quòd Clericus citatus tanquam Laicus coram Iudice sæculari, dum pars, & Iudex verè nesciebant de Clericatu, si distulit allegare illum, & contumax permisit contra ipsum procedi coram Iudice laico, debet condemnari ad expensas, pro quarum refectione est adeundus Iudex Ecclesiasticus, ita Gram. *vot. 18. num. 17.* Dec. *cons. 240.* quia Iudex sæcularis nullo modo, nec principaliter, nec incidenter potest esse Iudex contra Clericum, vt dicit Abb. post glos. *in cap. etiam de ord. cogn. & in cap. si diligenti, de for. comp. col. penult.*

35 Nota tertiò; quòd contumax potest audiri, etiam non solutis expensis, & non purgata contumacia, quando venit in iudicio tanquam reus necessarius, vt probant Paul. & Alex. *in l. libertus, la 1. ff. de in ius vocan.* loquentes in Bannito, & Excommunicato, quibus contumax æquiparatur, secundum Bald. *in l. 1. num. 12. vers. si autem, C. de hered. instit.* Afflict. *in Const. Grandis, 7. notab. num. 12.* Non tamen esset audiendus contumax, si veniret per viam præuentionis contra suum creditorem, vel si intentaret remedium *l. diffamari*, quia in his casibus non consideratur, vt reus necessarius, licèt non habeatur pro actore, cùm veniat, vt se defendat, ita Carauit. *in Rit. 190. in fin.* per opinionem Bart. Paul. Alex. Butr. Abb. Imol. Felin. Dec. & Cagnol. per eum adductorum, nec auditur citatus, si suum putauerit Interesse, ita Alex. *cit. loc.*

36 Nota quartò; quòd contumax non potest coram secundo Iudice allegare litis pendentiam coram primo, nisi purgata contumacia, & refectis expensis coram primo, ac præstita cautione de stando iuri, ita Bart. *in l. quamuis, quæst. 4. num. 8. ff. de damn. infect.* Alex. *cons. 11. col. 2. volum. 1.* Abb. *in cap. ex tenore, de script. in fin.* Felin. *in cap. qualiter, col. 1. de iud. & in cap. cum sit generale, vers. quarta declaratio, col. 3. de for. comp.*

37 Nota quintò; quòd contumax comparens purgata contumacia, & solutis expensis est audiendus, in eo statu, in quo causam inuenit, & non ad præterita reiterare, dicit Alex. ad Bart. *in l. si perlusorio, §. sed & agere intra, vers. testes producere, ff. de appellat. & relat.* Innoc. *in cap. 2. de dilat.* nec potest suas exceptiones opponere, nisi illo tempore, quo potuisset opponere, si fuisset præsens, Abb. *in cap. si duobus, num. 12. de appellat.*

(·,,)

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Contumax in ciuilibus auditur in terminis, in quibus causa repetitur refectis expensis, & quid in M. C. Vicaria.*

2 *Contumax an appellet?*

3 *Actor an probare teneatur suam intentionem, & quæ praxis Curiæ Romanæ.*

In ciuilibus auditur contumax in statu, & terminis, in quibus causa reperitur refectis tamen expensis per alteram partem, quod nedum statutum est de iure communi, verùm etiam seruatur in Curia Romana, Card. de Luca *in prax. discurs. 10. num. 14.* Aliter in M. C. Vicariæ seruari, tradit Gallupp. *in prax. part. 2. cap. 4. num. 26.* 1

Ad constituendum autem in contumaciam de iure illa in termino incusanda est, Rouit. *pragm. 6. de cit. & pragm. de ord. iudic.* Sed in Curia Romana potest semper incusari etiam post terminum ad comparendum, Card. de Luca *num. 13.* Quid in Regno scripsi *in obser. 471. de Franch.*

Contumax non admittitur ad appellandum de iuris rigore, sed de æquitate Canonica, quæ in Curia est recepta appellat, vbi sit contumax verus infra decem dies à die latæ sententiæ, & vbi sit fictus, quia citatus domi à die scientiæ numerandos, Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 13. ex num. 124.* Bich. *decis. 489. num. 19.* vbi quod personaliter citatus ad sententiam appellat à die sententiæ, secus si domi, & hæc est praxis Curiæ. 2

Actor vtrùm contra contumacem quasi contra confessum possit obtinere litteras exequutoriales pro debito petito contra ipsum? Dic, quod licet antiquitus contra contumacem fiebat missio in possessionem bonorum ex secundo decreto, praxis contrarium seruat, quia Actor debet probare incumbentiâ in termino cum distinctione, quod si citatus sit in Ciuitate, & loco iudicij, tunc sit citandus in singulis actibus, si autem absit à loco iudicij, & sit citatus ad omnes, & singulos actus constituendum procuratore legitimum in loco reperibilem, & cum comminatione, quod alias ad vlteriora procedatur vsque ad iudicij terminationem, & exequutionem, & tunc proceditur ad vlteriora, absque alia citatione, & hæc est praxi Regni, Reg. Rouit. *in pragm. 4. de ord. iudic. num. 2.* Gallupp. *vbi sup.* comprobat Card. de Luca *de iudic. discurs. 10. num. 2.* vbi ita edisserit: *Super hoc tamen contumacialiq; processu diuersa est regionum, seu tribunalium praxis, adeo vt certa regula generalis statui non valeat.* Vnde propterea me restringendo, *vt ad praxim Curiæ Romanæ cum relatione in reliquis ad singularem aliarum ditionum practicos, quamuis vt dictum est de rigore iuris alia citatio contra contumacem cum præsupposito legitimæ contumaciæ non requiratur. Adhuc tamen ex quadam vrbanitate in singulis actibus repetuntur citationes in ipsa Curia in illa Audientia, quæ dicitur contradictarum, quæ habet particularem Auditorem cum eius Notario.* Vnde propterea *dicitur iudicium, seu causa per contradictas, quod idem est, ac in contumaciam.* 3

Exigitur autem citatio personalis, cum in præiudicialibus debeat adesse scientia certa, quando ex culpa citati non impediatur, Card. de Luca *vbi sup. num. 6. & 9.* vbi de citatione per diligentias, vel per edicta, & secus si contumax in singulis actibus citetur.

SVMMARIVM.

1 *Contumax tenetur præstare cautionem de Iudicio sisti. Quæ an possit esse Iuratoria, num. 2. Et an sufficiat illam offerre, num. 3.*

4 Con-

4 *Contumax habens immobilia, vel mobilia, annuum redditum, vel nomen debitoris, quando non teneatur satisdare de Iudicio sisti. Et quid si principalis aufugerit, facto Iudicis an teneatur fideiussor, num.5.*
6 *Contumax, qui dedit fideiussorem de Iudicio sisti, si ille est factus pauper, debet dare alium. Et quid de fideiussore dato in contractu. Quanto tempore duret hac cautio, num.7.*
8 *Fideiussor de Iudicio sisti ad quid obligetur. Et in quo loco est danda hac fideiussio, num.9.*
10 *Clericus contumax quomodo teneatur satisdare de Iudicio sisti.*
11 *Fideiussor simpliciter datus de Iudio sisti, tenetur ne in prima instantia, an in alys, latè.*

ANNOTATIO XXII.

§. II.

1 CONtumax tenetur non solum reficere expensas parti aduersæ, sed etiam præstare cautionem de Iudicio sisti *in hoc text. cap.* 1. de qua cautione habetur *tot. tit. ff. qui satisd. cogant.* per Specul. *in tit. de satisd.* §. 1. & 2. Paris. *de syndic. in verb. si Iudex*, Afflict. *in Constit. Humanitate*, *num.* 12. & alij. Ad quod

2 Nota primò; quòd hæc cautio debet esse sufficiens, secundum text. quem explicans *glos. ibid.* dicit cautionem debere esse pignoratitiam, vel fideiussotiam, quam si non habet contumax, admittitur ad iuratoriam, ad quam solam etiam cautionem admittitur si possidet immobilia, vt in *l. sciendum, ff. qui satisd. cogant.* sicut etiam admittitur ad iuratoriam cautionem possidens tantum multa bona mobilia, quæ de facili occultari non possunt, ita Bald. *in cit. l. sciendum, & in l. facere, ff. solut. matr.* vbi etiam Imol. quæ procedunt in ciuilibus, nam in criminalibus, non admittitur cautio iuratoria, vt dicemus alibi, docet Alex. *in l. 1. ff. qui satisd. cog.*

2 Nota secundò; quòd contumax non auditur, si offerat hanc cautionem, sed omnino debet illam præstare, quod est generale in obligato præstare cautionem, qui non excusatur, dicendo velle illam dare, per *text. in l. seruus si heredi, in fin. ff. de stat. lib. & l. qui decem §. idem responsum, ff. solut. matr.* quæ iura ita firmat etiam Bart. *in l. Prætor, §. si quis paratus, ff. de nou. oper. nunc.* & Alex. *cons. 21. num. 7. vol. 1.*

4 Nota tertiò; quòd possidens immobilia, vel mobilia, quæ de facili non possunt occultari, minoris valoris, & summæ rei deductæ in iudicio, non per hoc euitabit dationem fideiussoris, ita Bart. *in l. sciendum, num. 8. ff. qui satisd. cogant.* sic etiam tenetur præstare cautionem, si bona sunt extra Regnum, vt aduertit Marant. *in Prax. part. 6. tit. de satisdat. num.* 3. quæ procedunt de iure Regni; sed de Iure communi, bona debent esse Ciuitate, vel in agro, ad euitandam hanc fideiussionem, vt habetur in *d. l. sciendum, §. 1.* quod explicantes DD. dicunt, sufficere, si bona sint in territorio propinqui loci, vbi præstare habens cautionem conuenitur, ita Bart. *ibid.* & pendente discussione, si contumax habeat, vel non habeat bona prædicta, adhuc est præstanda fideiussio, est *decis. Afflict. 109. per tot.* quam sequitur Marant. *cit. loc.* vbi Pett. Foller. Item contumax si habet debitores idoneos, non tenetur satisdare, sic Alex. *consil. 37. num. 13. lib. 2.* Item possidens annuum redditum non tenetur satisdare, Tiraquel. *de retract. fol.* 21. §. 1. *glos.* 6.

5 Nota quartò; quòd si reus aufugit propter minas ei illatas à Iudice, fideiussor de iudicio sisti, non tenetur, ita Par. *in verb. subijcio, tract. de syndicat.* sequitur Mangrel. ad Bart. *in l. sciendum, ff. qui satisd. cogant.*

6 Nota quintò; si est datus fideiussor de iudicio sisti, qui factus est pauper, debet dari alius æquè idoneus; quod non procedit, si est datus in contractu, de conuentione partis, quia tunc non est dandus alius, Par. *de syndic. verb. si Iudex, fol.* 121.

7 Nota sextò; quòd hæc cautio de iudicio sisti durat vsque ad sententiam, ita Bart. *in l. sine, num. 2. ff. qui satisd. cogant.* Afflict. *decis.* 234. quod procedit, si pars aduersa prosequitur litem, verùm si pars litem non prosequitur, sed tardat, tunc tenetur vsque ad duos menses, vt aduertit Bart. *cit. at. loc.* si promissio est de iudicio sisti, quandocumque Curiæ placuerit, tunc tenetur etiam post sententiam Bart. *in l. si quis, ff. de custod. reor. num.* 2.

Nota septimò; quòd fideiussor de iudicio sisti, non est obligandus ad pœnam, sed solùm ad debitum, quod verè debetur nisi res, quæ in iudicio controuertitur, sit inæstimabilis, vel consuetudo aliter permitteret, ita Bart. *in l. fideiussor, num. 4. ff. qui satisd. cog.* 8

Nota octauò; quòd hæc satisdatio est danda in loco, vbi litigatur, sed si in eodem loco contumax non habet fideiussorem, de quo testatur suo iuramento, debet alibi satisdare, in loco, in quo ipse elegerit, ita deciditur in *l. de die, §. iubetur, ff. qui satisd. cogant.* vbi Bart. id intelligit, dummodo locus sit parti conueniens. 9

Nota nonò; quòd Clerici non coguntur præstare cautionem hanc de iudicio sisti in casu contumaciæ per fideiussores, sed sufficit eorum promissio cum hypotheca rerum suarum; Clerici enim non ita coguntur satisdare, sicut & alij, *l. omnes, C. de Episcop. & Cleric. cap. 1. in fin. de sequestr.* docet Specul. *tit. de satisd. 2. §. num. 2.* 10

Occasione sumpta; quæro de quæstione, quæ facilè posset occurri in Praxi inter DD. ventilata; scilicet, an fideiussor datus simpliciter de stando iuri, & iudicatum soluere teneatur tantùm in prima instantia; an verò possit amplius conueniri in causa appellationis. Et quòd hæc fideiussio non se extendat ad secundam instantiam, sed tanquam stricti iuris, secundum mentem partium, sit restringenda ad eum casum, quo iudicatum sit à primo Iudice, apud quem illa fuit interposita, tenet Bart. *in l. cum apud Sempronium, quæ est penult. num. 4. iudic. solu. & singul.* 30. Imol. *cons. 47. num.* 1. Bald. *in rubr. extr. de appel. in fin. num.* 25. Ias. *in l. 2. in fin. C. de procur.* Roman. qui testatur, omnes ita tenere *cons. 100. in fin. vers. quonimmo*, Aret. *in §. sed hodie, num. 1. Institut. de satisd.* Franc. Mat. *decis.* 357. *num. 2. part.* 2. Surd. *cons.* 271. *num. 54. lib.* 2. cum alijs, quos latè adducit Caball. *resol. crimin. cas. 109. num.* 6. qui testatur de magis communi opinione, Fachin. *controuers. lib. 8. cap.* 58. Marl. *in rubr. de fideicommiss. quæst. 10. num. 108. ad med. vers. quod secundum*, Loffred. *decis. 99. in princ.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib. 16. tit. 14. num. 6. & 12.* Rimin. Iun. *cons. 738. num. 33. lib.* 7. Vincent. de Franc. *decis. 208. num. 2. & 3.* ita vt nec iuramentum interpositum in hac fideiussione aliquid alteret, vt testatur in causa appellationis, ita Bald. *in l. Iulianus, in 1. lect. col. 3. post med. vers. secundo quæritur, num. 2. ff. qui satisd. cogant. post glos. in cap. quod benè 6. quæst.* 4. Barbat. ad Bart. *in l. cum apud, in verb. quæro ergo, ff. iud. solu.* August. ad Angel. Aret. *de Malefic. in glos. pro quibus, & quolibet eorum, num. 2. ad fin. vers. & sit benè cautus*, Add. ad Bart. *sing.* 40.

Contrariam opinionem; nempè quòd fideiussor iudicatum solui teneatur in causa appellationis, practicari testatur Addit. ad Alex. *cons. 209. in verb. instantia, ad med. lib.* 7. vbi quòd contraria procedunt, quando quis se restrinxisset ad certum Iudicem, nam aliàs fideiussio simpliciter præstita duraret in alijs instantijs, Vrsill. ad Afflict. *decis. 182. num.* 6. Thesaur. *decis. 202. num. 5. in fin. vers. ne quicquam monet*, Caball. *milleloq. 270. post med. vers. veritas, part.* 1. Bellam. *decis.* 253. Vincent. de Franch. *decis. 320. in fin.* Mar. Mut. *super Consuet. Panormit. cap. 22. num.* 39. post Intrigl. *singul.* 217. & ita etiam iudicatum dicit Gabr. *de fideiussor. conclus. 4 num. 2. versic. contrarium*, post Fulgos. Io: And. Socin. & alios ibidem per eum adductos, Aret. *consil. 87. in fin. num.* 4. Gasp. Beat. *de inop. debit. credit. addit. cap. 3. num. 7. ad med. versic. sed certè.* Quid in hac contrarietate DD. dicendum sit, remitto me ad Lectorem. Interim tenendo primam opinionem, tanquam magis communem, dico illam non procedere, quando verba fideiussionis essent multum ampla; ita vt ex eis colligatur mens contrahentium, velle teneri, etiam in secunda, vel alijs instantijs, vt si adesset clausula, *principaliter, & insolidum*, quia tunc non expirat fideiussio in prima instantia, ita tenet Rota *coram Oradino Nucerina nullitatis, 7. Februarij 1560. & coram Bubulo etiam Nucerina nullitatis 7. Februarij* 1580. Nec etiam procedit prima opinio, quando causa esset deuoluta ad Iudicem

alicuius

alicuius Tribunalis, ad quod erat subordinatum illud Tribunal, à quo fuit appellatum, quasi tunc sit eadem instantia, & idem iudicium, & causa remansit in dicto Tribunali, seu Curia ex grauamine per primum illato, ita Franc. *decis.* 344. *num.* 2. & 3. post Vrsill. ad Afflict. *decis.* 202. vbi amplificant in Interlocutorijs, à quibus si appelletur Iudex superior faciet id, quod inferior esset facturus. Vnde quando appellatur ante sententiam diffinitiuam, certum est fideiussiones durare etiam in secunda instantia, *l. qui proprios*, *§. item quæritur*, *ff. de procur.* Bal, *in rubr. extra de procur. in fin. num.* 24.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio de iudicio sisti an sit in vsu?*
2 *Quid ob suspicionem fugæ?*
3 *An debeat constare de credito?*
4 *Vbi possidere debeat bona debitor, vt nequeat arrestari?*
5 *Fideiussor an teneatur in secunda instantia?*

1 Satisdatio de iudicio sisti quamuis in Iure sit cognita. Attamen in Curia Romana non est in vsu, sed recessit ab aula, vt habetur *decis.* 326. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Buratt. *decis.* 398. *num.* 2.

2 In casu tamen suspicionis fugæ debitoris intrant termini assecurationis iudicij, vt possit debitor de facto, & non citatus apprehendi non præuio consueto ordine iudiciario, Bal. & Salyc. *in l. apertissimi*, *C. de iudic.* Buratt. *decis.* 531. & 653.

3 An debeat constare de credito? Affirmandum videtur ex Constitutione 71. Pauli V. super reformatione Tribunalium. Contrarium probat verius Card. de Luca *de credit. discurs.* 113. *num.* 5. vbi quòd debeat præcedere iuramentum super veritate crediti, ex Buratt. *decis.* 531. Et insuper iuramentum super suspicione fugæ, & immutationis status post contractum debitum, Gratian. *discept.* 785. *num.* 13.

4 An sufficiat possidere bona stabilia in domicilio, vel debeat possidere debitor in loco, in quo mandatum relaxatur? De Luca *de credit. discurs.* 113. tenet debere possidere in loco, vbi fit arrestum, vt quia contraxerit ibi debitum, & deinde tentet abesse, & promiserit solutionem in loco contractus, aliter si id cesset, & videndus latè *in d. discurs.* 113. *num.* 10.

5 Fideiussor de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, an teneatur in secunda instantia, vide quæ tradidi *in obs.* 208. *de Franch.* & 344.

ANNOTATIO XXIII.

De Dimissorijs ad Ordines.

Notatur §. I. Dimissorias ad Ordines posse concedere Episcopum Originis, Domicilij, & Beneficij. Et an Episcopus illius loci, in quo quis fortuitò natus sit. Domicilium quod & quomodo constituatur; illudque probetur. Dimissoriam habens ab vno Episcopo, cui est subditus vna ratione, an obtinere aliam possit ad alium Ordinem ab alio Episcopo, cui est subditus alia ratione. Dimissorias potest concedere Episcopus Beneficij, etiam tenuis. Et an tenuissimi. Beneficium tenue, & tenuissimum. Quid si Beneficium non sit perpetuum. Quid in habente plura Beneficia. An quis possit illud procurare. Dimissorias potest concedere Episcopus ratione Beneficij collati, non ratione Pensionis. Et quid ratione Capellaniæ. Non potest concedere Episcopus, non constito de requisitis. Dare potest Episcopus Familiari. An Capitulum Sede vacante post Annum. Et quid infra Annum arctatis. Arctatus quis. Et an possit dare arctato alia causa, quam Beneficij. Capitulum, vel alius concedens Dimissorias infra Annum, quas incurrat pœnas. Concedere possunt Regulares eorum Subditis.

§. II. Dimissoriæ possunt dirigi certo Episcopo, & cuilibet Antistiti. An possint præsentari Episcopo, qui renunciauit Episcopatum. In Regno Neap. pro prima Tonsura, & pro Ordinibus Minoribus, an possint dirigi cuilibet Episcopo. An possint concedi non descripto nomine Episcopi. Num præsentari possint Abbati, vel Prælato, habente vsum Mitræ. An Episcopo titulari. Dimissoriæ, an requirant scripturam. Quid vltra Montes. Et in Regno Neapolitano. Affertur Bulla Vrbani VIII. Dimissoriæ possunt concedi extra territorium. Non expirant morte concedentis; nec per renunciationem Episcopatus, vel aliter. Debent mentionem facere de dispensatione super Interstitijs. Dimissorias, an Abbas, vel alius exemptus concedere possit. An Superior Regularis possit eas dirigere Episcopo Originis. Dimissorijs non obtentis, vel cum eis falsis, si quis ordinetur, ad quam pœnam incurrat. Explicatur Bulla Pij II. Concil. Trident. & Bulla Sixti V. Quid cum Dimissorijs subreptitijs. Ordinatus, eis non obtentis ab alieno Episcopo, an ipse, & ordinatus excusetur, stante ratihabitione proprij Episcopi. Et quid si quis habeat priuilegium promouendi à quolibet Episcopo. Episcopus loci Monasterij an possit ordinare Nouitios. Dimissoriæ Regularium, an facere debeant mentionem de diligentijs. Regulares habentes priuilegium promouendi à quolibet Episcopo, an possint illo vti quoad Nouitios. Episcopus an possit ordinare Regularem cum Dimissorijs extra tempora. Et Dimissorias habens promouendi à quocumque in propria Diœcesi, an possit promoueri extra.

SVMMARIVM.

1 *Dimissorias ad Ordines potest concedere Episcopus Originis, Domicilij, & Beneficij.*
2 *Dimissorias concedere potest Episcopus Originis propriæ, vel paternæ. Et an Episcopus illius loci, in quo quis fortuitò, vel transeunte matre natus est, num.* 3. *Vel vbi fuit expositus, num.* 4. *Vel baptizatus, num.* 5.
6 *Dimissorias concedere potest Episcopus Domicilij. Et quomodo dicitur Domicilium constitui. Qualiter probetur. Et an contrahat Domicilium, qui se transtulit alibi ad habitandum negotij causa, vel cum suo Patre, cum ipse sit Minor, num.* 7.
8 *Dimissoriam si quis habuit ab vno Episcopo, cui est subditus vna ratione. An possit obtinere aliam Dimissoriam ad alium Ordinem ab alio Episcopo, cui est subditus alia ratione, quod idem est, ac dicere. An in Ordine admittatur variatio, num.* 9.
10 *Dimissorias potest concedere Episcopus Beneficij etiam tenuis; non tamen tenuissimi, & quale dicatur Beneficium tenue, vel tenuissimum, num.* 11. *Quid si Beneficium non sit perpetuum, num.* 12. *Et quid in habente plura Beneficia in diuersis Diœcesibus, vel Beneficium vno loco sit, & alteri subsit Episcopo, num.* 13. *Et an requiratur Possessio, vel sufficiat Titu-*

Titulus, num. 14. Et an quis possit procurare Beneficium ad hunc finem, num. 15. Et quando præsumatur fraus, num. 16.

17 *Dimissorias potest concedere Episcopus ratione Beneficij collati etiam ab alio; non tamen ratione pensionis. Et quando ratione Capellaniæ, num. 18.*

19 *Dimissorias non debet concedere Episcopus non constito de requisitis, & quare.*

20 *Dimissorias ad Ordines dare etiam potest Episcopus suo Familiari; & quis dicatur Familiaris. Et an possit hoc Episcopus titularis, num. 21. Tenetur illi daro Beneficium, & intra quod tempus, num. 22. Debet esse triennio notum, cepto etiam ante Episcopatum, num. 23. Dummodo sit continuum, num. 24. Non potest cum ordinando dispensare, si Illegitimus est, vel in Interstitijs, num. 25. Vicarius, Actuarius, & Famulus Vicarij dicuntur Familiares ad hunc finem, num. 26.*

27 *Dimissorias concedere potest Capitulum Sede vacante post annum, & infra annum arctatus. Attestationem de vita, & moribus potest indistinctè concedere. Et an illam habere teneatur, qui habet licentiam Apostolicam promouendi à quocumque, num. 28. Quis dicatur Arctatus vers. seq. potest dispensare in Interstitijs, num. 29. Et an possit illas dare arctato alia causa, quam Beneficij, num. 30.*

31 *Capitulum, vel alius, eius nomine concedens Dimissorias infra annum, quas incurrat pœnas. Et quid si non sortita sint suum effectum. Et quis possit absoluere, num. 32.*

33 *Dimissorias concedere possunt Superiores Regulares suis subditis. Et quomodo. Et quis dicatur Superior Regularis, num. 34.*

ANNOTATIO XXIII.

§. I.

Ad Tex. in Cap. Cum nullus, de Temporib. ordin. in 6.

TRactatur hic communis materia, quis dicatur Ordinarius, & proprius Episcopus, qui possit licentias, seu literas dimissoriales concedere, pro suscipiendis Ordinibus ab alieno Episcopo; vel per se ipsum Ordines conferre, cuius occasione dicemus aliqua de Dimissorijs; & quis possit illos concedere, siue ordinare per se, de qua materia, vide Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quæst. 7. & part. 2. lib. 3. cap. 48. quæst. 15. vers. centum*, Zerol. *verb. Abbas*, *& verb. Ordo*, Diaz. *prax. Canon. cap. 26.* Concil. Trident. *sess. 7. cap. 10. & sess. 21. cap. 1. & sess. 23. cap. 10. de ref.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 5.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. Summ. Bull.* Quarant. *in verbo Ordo*, Grat. *discept. for. cap. 212.* Bonac. *de Sacram. Ordin. 1. tom.* Barbos. *quasi in omnibus suis tractatibus*.

1 Nota primò; quòd concedere Dimissorias, est iurisdictionis Episcopalis; & proinde Episcopi omnes, qui de iure, vel consuetudine possunt Ordines conferre, habent etiam facultatem concedendi Dimissorias, *glos. fin. in hoc cap. cum nullus*, & quia iurisdictio non exercetur, nisi in subditum; sequitur, quòd Episcopus, si non sit Ordinarius, & Superior, non potest concedere Dimissorias, sicut non potest ordinare. Dicitur autem Episcopus Ordinarius, qui potest hæc facere tribus modis, vt in hoc text. nempè Episcopus Originis, Domicilij, & Beneficij.

2 Primò enim Episcopus Originis potest Dimissorias concedere, ac ordinare oriundum. Dicitur locus Originis de iure ciuili non solùm, vbi quis natus est, sed etiam vbi eius Pater, vel Auus natus est, *l. assumptio, §. filius, ff. ad municipal.* vbi glos. & Bar. Origo enim Proaui, & cæterorum Ascendentium non contrahitur, alias oporteret nos quærere agrum Damascenum, in quo natus, seu plasmatus fuit primus Parens Adam, ita Boer. *decis. 13. num. 7.* vbi quoque quando attendatur Origo materna, de quo etiam Gutier. *cons. 7.* In casu verò nostro, quoad Ordines attenditur solùm Origo propria, & paterna; ita vt possit quis ordinari, & Dimissorias habere ab Episcopo illius loci, vbi natus est, etiam, quòd alibi habeat domicilium; & ab Episcopo loci, vbi Pater eius natus, etiam quòd ipse ordinandus alibi natus sit, vel habeat domicilium, ita probat Campanil. & refert Sacr. Congr. *responsum in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 9.* Diaz. *in prax. Canon. cap. 8. in fine*, sequitur Barb. *de potest. Episc.* & alij apud eum contra Addit. ad Quarant. *Sum. Bull. verb. ordo, vers. quoad tertium, f. 366.* tenentem non sufficere Originem paternam in consulendo, licèt post factum, excuset Ordinantem, & Ordinatum ratione Originis paternæ, contra quam opinionem communiter insurgunt Moderni, posse licitè, & iure Episcopum illius loci, in quo Pater tantùm natus est, ordinare, vel Dimissorias dare filio, Ricc. *in prax. 3. part. resol. 269.* Barb. *de iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 33.* vbi alij.

Quæstio est in hac materia; an Episcopus illius loci, 3
vbi pater, vel ipse ordinandus natus est fortuitò, vel dum eius mater pertransibat per illum locum, vel vbi iuerat causa negotij, vel recreationis, non animo permanendi, sed ad certum tempus incolendi, possit ordinare, vel Dimissorias dare prædicto, tanquam facto Ciui illius loci. In qua quæstione pars negatiua nempè sic natum, non dici oriundum prædicti loci, & consequenter illius Episcopum non esse Ordinarium, habet DD. in numero maiores, nam Panorm. *in cap. Rodulphus, num. 9.* & Felin. *num. 13. de rescript.* Bar. *in l. filios, num. 4. C. de municip. & orig. lib. 10.* Soc. Iunior *cons. 49. num. 3. vol. 1.* Alex. *in l. huiusmodi, §. legatum, num. 4. de leg. 1.* vbi Cuman. Cagnol. *in rubr. de orig. iur. col. fin. vers. limita prædicta*, Syluest. *in verbo Ciuitas, num. 4.* Bal. Ang. & Paul. de Castr. *in d. l. huiusmodi, §. legatum, in lectura Bononien.* Angel. *in Sum. verb. Ciuis, num. 3.* Gregor. Lopez *lib. 2. tit. 24. part. 4.* Afflict. *decis. 384. num. 4.* Cæual. *quæst. 458. num. 17.* & alij tenent sic natum non dici Ciuem prædicti loci, nec sequi forum, & iurisdictionem illius; & proindè talem Episcopum nec Dimissorias, nec Ordines dare posse ratione Originis, defendunt Henriq. *lib. 10. cap. 22. §. 1.* Vasq. *3. part. disput. 243. num. 56.* Bonac. *tom. 1. tit. de Sacram. ordinis, disput. 8. quæst. vnic. punct. 4. num. 13.* & Nauar. *cons. 41. de tempor. ordin. part. 1.*

Contrariam opinionem; nempè sic natum, dici Ciuem prædicti loci, & sortiri forum, & iurisdictionem illius, tenet Bott. *cons. 28.* cum alijs per eum adductis, Masc. *concl. 1141. num. 6.* Imol. & Paul. de Castr. *in d. §. legatum, in lectura Paduana*, Boer. *decis. 13. num. 52.* & alij apud eum nouissimè Grat. *discept. for. cap. 75. in princ.* per multos numeros, cum ibi relatis, & rationem afferunt, quia in hoc casu attenditur veritas non destinatio, vel animus; & proindè sic natum posse licitè suscipere Ordines, & Dimissorias ab eiusdem loci Episcopo, tenet Campanil. post relatam contrariam opinionem *cit. rubr. quæst. cap. 8. num. 10. in fin.* & hæc secunda opinio habet validiores rationes, de quibus apud Grat. *cit. loc.*

Expositus etiam sortitur forum, & fit Ciuis illius loci, 4
in quo est expositus, licèt alibi sit natus, cuius parentes ignorantur, Mand. *de ætat. minor. cap. 1. num. 22. vsque ad 25.* quem sequitur Grat. *cit. loc. num. 12.* & proindè tanquam Ciuis dicti loci, ab illius Episcopo promoueri posse; nam Expositi, quorum origo incerta est, admittuntur ad Ordines, & Dignitates Ecclesiasticas, & ad cætera munera etiam ciuilia, atque successiones, & hæreditates, vt docet Card. Paleot. *de Noth. Spu. filijs cap. 63. num. 3. & 7.* prædictam opinionem tenet Campanil. *cit. loc. num. 24. vers. expositos*.

Baptizatus licèt alibi sit natus, fit Ciuis, & acquirit Ori- 5
ginem illius loci, in quo baptizatus est; nam sicut natiuitas temporalis parit Originem, & ciuilitatem, *leg. Ciues, C. de incolis, lib. 10.* ita etiam Baptismus, per quem homo dicitur renasci, *Cap. debitum, de Baptis.* & proindè baptizatus fit Ciuis, & sortitur forum, & iurisdictionem quoad spiritualia, beneficia, & temporalia, ita Luc. de Pen. *in l. Ciues, C. de incolis, lib. 10. col. vlt. in princ. vers. nam præter causam originis*, Rebuff. *de pacif. poss. num. 17.* Immò quoad spiritualia hæc ciuilitas, quæ oritur ex Baptismo, & natiuitate spirituali, est anteponenda, vt dicit Gonzal. *ad 8. regul. Cancell. glos. 9. §. 1. num. 107.* adducens Bart. *in l. 1. ff. ad municip. num. 8.* qui quantum ad temporalia credit contrarium.

Hoc

Hoc de Origine acquirenda per Baptismum, intelligendum erit cessante fraude; nam si parentes baptizarent puerum alibi natum, vel adultus susciperet Baptismum in aliquo loco, vt acquireret Originem illius loci, reputabitur nihilominus pro extraneo, nec diceretur Ciuis, maximè in præiudicium aliorum, cum malitijs occurrendum sit, *l. in fundo, de rei vend. cap. final. de renunt. in 6.* Caputaq. *decis.* 101. *num.* 2. *part.* 2. ita in specie concludit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos.* 9. §. 1. *num.* 108. & 113. quem sequitur Grat. *discept. for. cap.* 76. *num.* 16. & 17. Vnde ex dictis dicendum est, quòd cessante fraude, Episcopus loci, in quo quis baptizatus est, potest baptizato Dimissorias, vel Ordines dare.

6 Secundò; Episcopum Domicilij posse Dimissorias, & Ordines conferre, expresè docet text. Quomodo dicatur constitutum domicilium in aliquo loco, Abb. *in cap. fin. de Paroch.* Fel. *in cap. dilectus, de rescript. el secondo,* Mascard. *de probat. conclus.* 534. Menoch. *de arbitr. Iud. lib. 2. centur.* 1. *cas.* 86. Afflict. *decis.* 384. Syluest. *in verb. domicilium, & alios;* Et statim, ac quis transfert se ad habitandum in aliquo loco, expresè declarando habere animum ibi perpetuò manendi, & domicilium contrahendi, etiam si momento temporis ibi habitauerit, dicitur constituisse domicilium, atque factus Ciuis, sic docent Quarant. *in Summ. Bull. verb. ordo in addit. vers. circa tertium, f.* 361. Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 8. *num.* 18. Bonac. *cit. loc. num.* 9. Verùm si dubitatur de hoc animo perpetuò manendi, illum posse colligi ex coniecturis, dicunt citati DD. Prima est; si per decem annos continuos habitauerit in aliquo loco, nec in contrarium apparent signa, vt est in scholaribus, qui etiam si per decem, vel plures annos habitent in aliquo loco, adhuc animus perpetuò manendi non præsumitur, DD. *in l. 2. C. de incolis, lib.* 10. Fel. *in cap. dilectus, il 2. num.* 12. *de rescript.* Secunda est coniectura; si in loco, in quo quis transtulit Domicilium, Domum emerit, ita Felin. *in cap. final. num.* 25. *de for. compet.* vel ibidem bona sua, vel maiorem partem transtulerit, & per aliquot annos habitauerit, ita apud Quarant. *cit. loc.* Butr. *in cap. quod clericis, num.* 9. *de for. compet.* Bald. *cons.* 393. & 311. *vol.* 4. Tiraq. *de vtroque retract. tit.* 1. §. 36. *glos.* 3. *num.* 7. Et quia hæc signa non sunt adeò indubitata, vt non possit Episcopus decipi; ideò in hoc benè aduertendum est, meritò Menoch. *cit. loc.* omnia Iudicis arbitrio remittit.

7 Maximam inducit præsumptionem contra constitutionem Domicilij, si quis transtulit ad habitandum in aliquo loco, declarans habere animum perpetuò ibi manendi, etiam si per decennium ibi habitauerit; quando Familiam reliquit in loco vnde discessit, vt aduertit Romanus *cons.* 264. *num. vlt.* Similiter si quis se transtulit ad habitandum in aliquo loco, negotij causa, vbi esto, quòd per decem annos habitauerit, adhuc præsumitur, quòd finito negotio, habeat animum redeundi, iuxta *l. ex fratre, §. Rex quidam, ff. de hered. instit.* tenuit Rot. *decis.* 150. *part.* 2. *diuers. num.* 9. nam puer, qui cum patre se transtulit ad habitandum in aliquo loco, non dicitur ibi contrahere Domicilium, licèt habitet, quia cùm sit in minori ætate, non potest habere animum perpetuò habitandi, vt docet Bart. *in l. placet, 2. quæst. ff. ad municip.* Bart. *in d. l. placet,* & tenuit Rota *in vna Cæsaraugust. prætensæ pensionis die Lunæ 9. Martij 1598. coram D. Orano,* quam refert Campanil. *cit. loc. num.* 19. *vers. Reseruata,* vbi fuit iudicatus malè promotus quidam Clericus minor cum literis dimissorialibus Episcopi loci, ad quem se transtulerat ad habitandum cum suo patre, considerata minori ætate dicti ordinati, in qua non poterat habere animum prædictum perpetuò commorandi, & alijs rationibus, vt in ea. Et cùm simus in fauorabilibus, rectius dicendum est, filium etiam minorem habitantem cum patre, contrahere Domicilium in eodem loco ad hunc effectum, vt per doctrinam Bald. *in l. 1. de patrib. qui filios distran.* tenet ipse Campanil. *num.* 21. & respondet opinioni Rotæ.

Aduerte; quòd semel contractum Domicilium, & incolatus ratione Domicilij, vt supra, non amittitur, si incola prædictus ex iusta causa ad aliam migratur Ciuitatem cum animo tamen redeundi, vt ex *l. si quis ita, ff. de condit. & demonstr. & l. cum heres, §. Stichus si heredi, ff. de stat. liber. & l. Ciues, C. de incolis, lib.* 10. probat Campanil. ad hunc effectum ordinationis, *cit. loc. num.* 18. *vers. cum itaque.*

8 Aduerte limitationem, quæ in hac materia adducitur per Quarant. *in addit. verbo ordo, vers. circa tertium, in fin. fol.* 361. vbi si quis ordinatus fuerit ab Episcopo Originis ad Subdiaconatum ad titulum Beneficij requirentis residentiam, vel ad titulum patrimonij pro vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ, non potest deindè promoueri ab alio Episcopo ratione Domicilij contracti, vt supra, nisi audito Episcopo Originis; an causa, ob quam fuit ordinatus, adhuc duret, quia tunc ad eundem remitti debet, vt inseruiat Ecclesiæ, cui fuit adscriptus.

9 Ex dictis venio ad Quæstionem, quæ in hac materia vertitur inter Modernos. An scilicet, qui accepit vnum Ordinem ab Episcopo Originis, possit variare, & alium accipere ab Episcopo Domicilij, vel Beneficij, & è contra. In qua Quæstione ex relata limitatione, de qua apud Quarant. immediatè suprapoſita, videtur dicendum; variationem prædictam posse tutè fieri extra casum dictæ limitationis, idest, si quis esset promotus ad titulum Beneficij requirentis residentiam, vel pro vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ, in quo casu tantùm citata Addit. ad Quarant. *d. cit. loc.* denegat variationem prædictam, ergo in alijs casibus illam permittit, quam sequitur Alzedus *in Prax. Episcop. part. 2. cap.* 5. *num.* 47. sicut etiam illam defendit Zypæus *in Consultationibus Canonic. cons.* 3. quem sequitur nouissimè Dian. 6. *part. tract.* 7. *Miscell. resolut.* 35. *vers. Sed nouissimè,* quam sententiam comprobat rationibus per eum adductis. Quibus posset addi, & alia ratio, quia si damnaretur hæc variatio, sequeretur, quòd Episcopus ratione Beneficij non posset ordinare; nam cui confertur Beneficium, supponimus ordinatum fuisse prius ab Episcopo Domicilij, vel Originis. Vlterius hæc variatio admittitur à Garz. *de Benef. part. 2. cap.* 4. *num.* 2. quem sequitur Ricc. *in prax. part. 1. Sacram. Ordinis resolut.* 257. *siue* 258. in habente plura beneficia in diuersis Diœcesibus, qui potest ordinari, siue dimissorias accipere ab vnoquoque Episcopo dictorum Beneficiorum; nec potest considerari ratio differentiæ in Episcopis Domicilij, & Originis. Et secundum hanc opinionem vidi seruari, me consulente annis elapsis in Curia Archiepiscopali Capuana, per quam fuerunt concessæ literæ dimissoriales ad Ordines maiores cuidam Clerico oriundo Capuano, qui ratione domicilij receperat antea ordines minores ab Archiepiscopo Neapol. Hanc sententiam defendit etiam Io: Maria Nouar. *in prax. concl. iur. Pontif. concl.* 102. *num.* 22. *contra Ricc.*

Contra hanc sententiam tenent expresè Episcopum semel electum per primam ordinationem, non posse variari, eligendo alium siue ratione Originis, siue Domicilij, siue Beneficij, ex quo per electionem quis dicitur factus subditus primi ordinantis, Molfes. *in summ. tom. 1. part. 2. cap. 2. num.* 10. Achill. de Grassis *decis.* 13. *tit. de pension.* Ricc. *in prax. Sacr. Ordin. resol.* 306. *part.* 1. & *in prax. rer. quotid. sub tit. prax. liter. dimissorialium, resol.* 235. *intra num.* 5. Bonac. *part. 1. de Sacram. Ord. disput.* 8. *quæst. vnica, punct.* 4. *num.* 20. Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap.* 33. *num.* 44. & videtur sentire *text. in cap. Clericos 1. distinct.* 11. Et licèt hæc opinio habeat pro se plures DD. prima tamen habet validiores rationes.

Baro quoque potest Dimissorias, & Ordines accipere ab Episcopo, in cuius Diœcesi habet Baroniam, quia Baro dicitur primus Ciuis, ita Capiblanc. *tract. de Baronib. pragmat.* 12. *sub num.* 1. & Rouit. *super eadem pragmat. num.* 3. etiam si Baro in loco Baroniæ non habitet, probat Campanil. *cit. loc. num.* 20. *vbi vers. His tamen.* Si Baro plures habet Terras, siue Oppida in diuersis Diœcesibus, potest ordinari ab eo Episcopo, à quo recipit denominationem, idest Episcopus Bisiniani potest ordinare Principem Bisiniani, & *num.* 1. id etiam extendit ad filios Baronum, & ad Officiales perpetuos alicuius loci, non tamen ad eorum filios.

10 Tertiò; Episcopum Beneficij posse concedere Dimissorias, ac conferre ordinem Clerico, qui alibi habitet, & si ex alio loco trahat originem, disponit text. noster, & ratione beneficij ad hunc effectum, quis illius loci, vbi Beneficium est situm, efficitur Ciuis, quousque Beneficium possidet, Boer. *decis.* 260. *num.* 20. Et proindè licitè Epi-

scopus

ſcopus loci Beneficij poteſt Dimiſſorias, vel Ordines conferre Beneficiato, quamuis ſi Beneficium ſimplex ſit, & nullam requirat reſidentiam, vt docent DD. communiter in hoc text. & ſequitur Add. ad Quarant. *cit. loc. verſ. Quoad tertium*. Ac etiam ſi Beneficium ſit tenue, & ad ſuſtentationem non ſufficiens, vt probat auctoritatibus, & rationibus, Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rubr. 9. cap.8. num.* 12. qui tenet, quod ſi Beneficium eſſet tenuiſſimum, tunc ratione prædicti Beneficij, Epiſcopus non poſſet dimiſſorias concedere, vel ordines conferre, tum ratione præſumptæ fraudis, tum quia Sacra Congregatio Conc. Trident. Interpretum reſponſum dedit Cardinali Aquauiuæ, Archiepiſcopo Neapolitano, petenti, ordinatum ratione Beneficij tenuiſſimi eſſe malè promotum, & proindè ſuſpenſum ab exequutione, & ordinantem Epiſcopum à collatione per annum.

11 Dubium tamen eſt, quale ſit Beneficium tenuiſſimum, ad hoc, vt quis dicatur malè promotus ratione illius, in quo plurimum vertitur arbitrium Epiſcopi, ex dictis per Menoch. *de arbitrar. caſ.* 216. *num.* 9. *lib.* 2. qui tenet Beneficium tenue illud dici, quod non excedit annuum redditum octo Coronatorum. Tenuiſſimum verò illud dici, cuius redditus ſunt quatuor ducati annui, iuxta opinionem *Prax. Epiſcopalis in verbo Beneficia*, §. 3. *p.*1. quam ſequitur Campanil. *in diuerſ. iur. Canonic. rubr. 9. cap.8. intra num.* 12. qui teſtatur liberè ordinaſſe Beneficium poſſidentem in ſuo Epiſcopatu, cuius annui fructus ad ducatos treſdecim aſcendebant; itaque ſecundum opinionem Praxis ſemper, quod Beneficium excedit ducatos quatuor, Epiſcopus poteſt tali Beneficiato dimiſſorias concedere, vel Ordines dare, dummodo in Subdiaconatu ſufficiens titulus adducatur.

12 Controuertitur etiam inter DD. num ſi Beneficium non ſit perpetuum, ſed ſolitum conferri in titulum; an ſufficiat, vt ratione illius poſſit quis ordinari ab Epiſcopo talis beneficij; in qua quæſtione Campanil. *cit. loc. n.* 13. *verſ. demum*, tenet ſufficere, & Epiſcopum eius loci, in quo eſt tale Beneficium poſſe dimiſſorias dare, vel ordinare. Verùm hæc opinio habet maximam oppoſitionem; nam perpetuitas eſt de eſſentia Beneficij, vt docet ex opiniore multorum Gonzal. *in regul.*8. *Cancell. gloſ.* 5. *num.*11. Si ergo Beneficium deficit in eſſentialibus, non meretur nomen Beneficij, & conſequenter in eo non militat diſpoſitio præſentis *cap. cum nullus*, loquens ſimpliciter de Beneficio, quæ intelligenda eſt de beneficio iuxta formam iuris, & habente ſuas partes eſſentiales. Sed ſi Beneficium ſit perpetuum aptitudine, non tamen actu, ſecundum dicta per Garz. *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.*78. diceretur verè Beneficium, quia ſufficit perpetuitas aptitudinali; & benè procedit opinio Campanil.

13 Habens plura Beneficia in diuerſis Diœceſibus, in vnaquaque earum poteſt promoueri ratione Beneficij, vt tetigimus ſupra cum Ricc. & eſt originaliter dictum, Innoc. *in cap. cum iam dudum, num.*3. *de præbend.* Quod ſi Beneficium eſt in vna Diœceſi, ſed ſubeſt Epiſcopo alterius Diœceſis, quoad præſentationem, vel inſtitutionem, adhuc dimiſſoriæ ſunt concedendæ, vel Ordines dandi ab Epiſcopo loci Beneficij. Niſi Beneficium ſubeſſet alteri Epiſcopo, etiam quoad iura Epiſcopalia; nam tunc ab iſto Epiſcopo, cui ſubeſt Beneficium dimiſſoriæ, vel Ordines ſunt dandi, ita Geminian. & Franch. *in hoc cap. cum nullus*, & Ioan. And. *in cap. cum ex eo, num.*5. *de elect. in* 6. habetur apud Quarant. *cit. loc. verſ. circa ſecundum.* Eodem modo; ſi Beneficium vnius Diœceſis ſit vnitum Beneficio alterius Diœceſis; Epiſcopus Beneficij, cui facta eſt vnio, dicitur Ordinarius, ad hunc effectum, tenet Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rub.9. cap.8. num.* 15. *in fin.* & non Epiſcopus beneficij vniti.

14 Obſerua hìc, quòd vt dicatur quis ſubditus ratione Beneficij, ad finem, vt poſſit recipere ab Epiſcopo Beneficij Dimiſſorias, vel Ordines requiritur, vt apprehenderit poſſeſſionem Beneficij, quia ſola collatio, ſeu titulus non ſufficit ad hoc, vt quis dicatur de foro Epiſcopi Beneficij, ita Aloyſ. Ricc. *part.*2. *deciſ.*188. Ioan. Maria Nouar. *pract. iur. Pontif. concl.* 102. *num.* 20. poſſeſſionem pacificam requirit, tenet etiam Squill. *de priuileg. Cler. cap.*4. *num.*233. Nicol. Garz. *de Benef. part.*2. *cap.*4. *n.*10. *qui num. ſeq.* refert ſolam poſſeſſionem ſine titulo iuſto ſufficere, nouiſſimè ſequitur Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *de ordin. & qualit. ordinand. cap.*33. *num.*33.

Hinc caueas à P. D. Alphonſ. de Leone *tract. de offic. Capellan. quæſt.*4. *prax.*5. *num.* 85. *in fin.* vbi conatur defendere, quod per ſolam præſentationem ad Beneficium Iuriſpatronatus, quis efficitur ſubditus Epiſcopi Beneficij ad finem recipiendi Ordines ab illo, quia eius opinio eſt ſingularis contra ſupradictos DD. & communem.

Nec valet eius argumentum, quod ſola præſentatio ad Beneficium faciat quem arctatum ad finem, vt poſſit concedi illi literæ dimiſſoriæ à Vicario capitulari intra annum; quia benè poteſt præſentatio ſola facere arctatum, & tribuere facultatem Vicario concedendi dimiſſorias ſuo ſubditos ſed facere, vt Epiſcopus poſſit concedere dimiſſorias alieno ſubdito, hoc non poteſt; nam quis non dicitur ſortiri forum alterius Epiſcopi, quoad ordines, niſi ratione Originis, Domicilij, & Beneficij, *ex cap. cum nullus, de tempor. ordinat.* Et qui eſt præſentatus, vel alium habet titulum ſine poſſeſſione non dicitur habere Beneficium, vt poſt alios probat Ricc. *deciſ.* 188. *num.*2. Et ita in ſimili videmus, quod ad hoc, vt quis poſſit promoueri ad Sacros Ordines, non ſufficit titulus Beneficij ſine poſſeſſione, vt diſponunt expreſſa verba Conc. Trid. *ſeſſ.*21. *cap.*2. *de refor.* faciunt ad hæc dicta per Grat. *diſcept. for. cap.*430. *per tot.*

Quidam Clericus dubitans ratione inſufficientiæ literaturæ, vel alia cauſa, à ſuo Epiſcopo repelli ab Ordine 15
Sacro, petijt à me ſi poſſet tuta conſcientia erigere Beneficium per interpoſitam perſonam ſui fratris, & de illo habere prouiſionem in aliena Diœceſi; & ſucceſſiuè deindè recipere dimiſſorias, vel Ordines ratione dicti Beneficij ab Epiſcopo illius, quem beneuolum erga ſe cognoſcebat. Reſpondi, nullo modo id poſſe fieri tuta conſcientia, quia factum ipſum inuoluit fraudem, & ſicut Epiſcopus non poteſt Beneficium conferre hac intentione, & fine, vt beneficiatum promouere valeat, quia diceretur hoc facere in fraudem, per doctrinam Franc. *in hoc cap. cum nullus, num.*3. quem ſequitur Add. ad Quarant. *cit. loc. verſ. circa ſecundum, in fin.* Piaſec. *in prax. part.*1. *cap.*1. Nouar. *nou. iur. Pontif. prax. tit. de ord. concl.*2. *n.* 21. ſic etiam multò minus poſſet ipſe Ordinandus procurare Beneficium ad hunc finem, & in fraudem ſui Epiſcopi. Hac occaſione deſiderarem, vt Epiſcopi non facilè admitterent exteros ad erigendum noua beneficia in earum Diœceſibus, maximè inferioris redditus, quæ erectiones vt plurimum ſunt cum fraudulento fine; & non ſine miſterio relinquit quis illas facere in propria Patria, aliam extraneam petens.

Ex dictis aduertendum, ex ſola ſimplici collatione Beneficij, & ſubſequuta promotione ad Ordines non eſse 16
præſumendam fraudem, niſi collatio ad hunc effectum eſſet facta, & ea intentione, vt diximus, vel Beneficium eſſet tenuiſſimum, vel collatio ipſa eſſet, ita qualificata, quæ ex ſui natura iura ſuſpicionem fraudis admitterent, vt aduertit Campanil. *cit. loc. num.*17.

Epiſcopus poteſt ordinare habentem Beneficium in 17
ſua Diœceſi, vel illi Dimiſsorias concedere, vt ſupra, etiam ſi collatio dicti Beneficij non ſit facta ab ipſo Epiſcopo, ſed ab alio, puta à Papa in menſe reſeruato, ita obſeruat communis vſus, & defendit Campanil. *cit. loc. n.* 16. contra Archid. & Franch. *in hoc cap.* Quorum opinio praxis damnauit. Ratione penſionis non dicitur quis fieri ſubditum Epiſcopi illius loci, in quo eſt Beneficium, quod tenetur ſoluere penſionem; & proinde ipſius cauſa non poteſt penſionarius habere Dimiſſorias, vel Ordines ab ipſo Epiſcopo, tenet Ricc. *in prax cap.* 302.

Ratione Capellaniæ perpetuæ poteſt quis promoueri, 18
vel Dimiſſorias obtinere ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi eſt Capellania, nulli dubium eſt, quia dicitur verè Beneficium Eccleſiaſticum, quando eſt inſtituta, & erecta authoritate Apoſtolica, vel Ordinaria, eſt commune, etiam ſi Fundator diſpoſuiſſet, quod in prouiſione dictæ Capellaniæ Ordinarius non ſe intromitteret, ſed ad ſolos laicos ſpectaret, quia talis prohibitio non tenet, Lambert. *de iur. patronat. part.* 2. *lib.* 1. *art.* 10. *&* 105. Couar. *in*4. *part.*2. *cap.*3. §.1. *num.* 20. *& in cap. ſua, de teſtam. num.*8. Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. de exemption. verſ. amplia tertio*, Gonz. *ad* 8. *regul. Cancell. gloſ.*5. *n.*42. Garz.

Garz. *de benef. part.*1. *cap.*2. *num.* 97. Secus tamen dicendum est in Capellania, etiam perpetua erecta, & fundata sine authoritate Apostolica, vel Ordinaria, quæ cum non sit Beneficium, sed pia dispositio, iuxta tradita per Garz. *cit. loc. num.*102. ratione illius Episcopus non posset Dimissorias concedere, vel Ordines dare.

19 Et licet possit Episcopus Beneficij, Domicilij, vel Originis concedere literas dimissoriales, vel per se ipsum ordinare, vt supra non tamen deberet, nisi constito prius de requisitis, de quibus in Concil. Tridenr. *sess.* 23. *de reform. cap.*5. vbi in promouendis ad minores Ordines requiritur bonum testimonium Parochi, & Magistri scolæ, in qua educantur; in promouendis ad maiores requiruntur publicationes cum inquisitione de natalibus, ætate, moribus, & vita, quæ publicationes, & inquisitio in Regno Neapolitano sunt faciendæ etiam in prima Tonsura, & Ordinibus minoribus, per *Decretum Sacr. Congreg. Cardinal. negotijs iurisdictionalibus Regni Neapolitani præpositorum de ordine viuæ vocis oraculo Gregorij XV. Romæ emanatum sub die* 10. *Kal. Iulij* 1623. *& sess. eadem, cap.*8. Vbi qui ab alieno ordinatur Episcopo prætextu generalis, vel specialis Rescripti, vel Priuilegij debet commendari de probitate, & moribus testimonio sui Ordinarij. Quæ requisita sunt inducta ad cognoscendam probitatem, vel improbitatem ordinandi, ad hoc, vt indigni ad Ordines non admittantur: meritò non debent illa haberi, nisi à loco, in quo ordinandus est cognitus, & commorauerit, quia vt plurimum in loco Beneficij, vel Originis paternæ, aut Domicilij, ordinandus parum, aut nihil commorauerit, nec ibi sciri potest, si canonico detinetur impedimento, vt ad Ordines dignè promoueri non possit; hinc possent publicationes fieri, & testes examinari in loco vbi Beneficiatus commorauit, quorum copia mitti potest ad Episcopum ordinantem; vel possent testes prædicti loci deduci, & examinari coram dicto Episcopo ordinante, & sic verificare omnia, quæ in ordinando requiruntur, vt docet Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub.*9. *cap.*8. *num.*25. *vers. Altero autem casu*, post principium, conferunt dicta per Ricc. *prax. rer. quotid. resol.* 235. *num.* 3. *in fin.* vbi tenet, quod ad hunc effectum concedendi dimissorias, quis non potest commendari de vita, & moribus à suo Ordinario, à cuius Diœcesi per plures annos abfuerit, sed de illis est habenda informatio ex loco, in quo fuit versatus.

20 Episcopus potest etiam ratione familiaritatis ordinare suum familiarem triennalem, vt deciditur in Concil. Trid. *sess.*23. *cap.*9. ac illi dare literas dimissoriales, vt ab alieno Episcopo possit ordinari, declarauit Sacr. Congreg. in eodem text. Concil. refert Ricc. *cit. loc. num.*6. & est generale, vt vbicumque Episcopus potest suum familiarem ordinare, potest etiam & literas dimissorias concedere, ita Nauar. *cons.*27. *siue* 11. *de tempor. ordin. in nouis*. Is dicitur familiaris in hoc proposito, qui cum Episcopo commoratur, & præsens suis seruitijs assistit. Ex quibus excludunt DD. communiter seruientem Episcopum in remotis, etiam si ipsius Episcopi sumptibus viuat, Maiol. *de irregul. lib.*4. *cap.*2. *num.*5. Salzed. ad Diaz. *cap.*26. Add. ad Quarant. *in Summ. Bull. verb. Ordo*, *vers. Limita in eo, fol.*363. Hanc potestatem extendit Diana 3. *p. tract.* 4. *Miscell. resolut.*145. ad famulum familiaris, qui etiam expensis Episcopi viuit, is etiam potest recipere Ordines, vel dimissorias ratione familiaritatis.

21 Hæc facultas ordinandi familiarem triennalem concessa est Episcopo ordinario, & denegata Episcopo titulari, est commune apud DD. qui controuertunt, qua ratione, familiaritatis ne, an Beneficij, quod statim tenetur conferre, habeat Episcopus hanc facultatem, sed quia hæc quæstio non affert magnam vtilitatem remitto me ad DD. citatos, & Campanil. *rubr.*9. *cap.*9. *num.*2.

22 Obserua, quòd Episcopus ordinans familiarem per se, vel per alium, tenetur statim, & re ipsa Ordinato conferre Beneficium Ecclesiasticum, ex cit. text. Conc. Trid. Intra quod tempus Episcopus teneatur conferre Beneficium? Intra biduum, intra triduum, & intra tempus arbitrarium habetur apud Scribentes; & cum primum vacat, tenet Campanil. *cit. loc. num.* 8. vbi deinde multa refert ad hoc propositum, & signanter declarationem Sacr. Congr. ex quibus nihil determinatum colligi potest, nisi quod Episcopus si non habet Beneficium, vacans, debet abstinere ab ordinando familiarem ratione periculi, ne labatur longum tempus, intra quod collatio non sequatur. Inter diuersitates aduertant Episcopi ad verba ipsius Concilij, idest, *Beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat;* vbi obseruent Concilium non fuisse contentum sola dictione statim, sed illi addidisse etiam, re ipsa, quasi nimiam festinationem desideret.

Aduerte, quòd Episcopus potest ordinare suum familiarem triennalem, vel illi dimissorias concedere, etiam ad primam Tonsuram, dummodo statim Beneficium conferat, vt tenet ex Sententia Congregationis Add. ad Quarant. *cit. loc.* & Ricc. *collect. decis. p.*3. *collect.*596. Et hoc etiam si familiaritas triennalis incepta est ante promotionem ad Episcopum, vt per DD. communiter. 23

Nota primò, quòd hoc triennium debet esse completum, vt dicunt expressa verba text. Concil. & continuum, saltim non interruptum tempore notabili; & ratio est, quia cum hoc tempus præfigatur per Concil. ad hoc, vt Episcopus noscat mores familiaris, si interruptio impedit hanc scientiam, censetur damnata per ipsum Concilium, Excusar tamen interruptionem prouenientem ex iusto impedimento, Ricc. *cit. collect.*596. *ampliat.*3. 24

Episcopus ordinans, vel concedens dimissorias familiari, non potest cum illo dispensare, si illegitimus est, sicut potest cum suis subditis ad minores Ordines, & Beneficia simplicia, ita Nauar. *cons.*28. *in antiq. siue* 12. *in nouis, de tempor. ordinand.* Sayr. *decis.*29. *de tempor. ordin.* Nec cum illo super interstitijs dispensare potest, tenent Campanil. & Ricc. *loc. cit.* & est commune. 25

Nota secundò, quòd ad hunc effectum recipiendi Ordines, vel Dimissorias dicitur familiaris Magister Actorum Curiæ Episcopalis, ita Grat. *decis. Rot. March.* 233. quem refert, & sequitur Ricc. *cit. loc.* reliqua de familiaritate vide in *text. cap. fin. de verb. signif. in* 6. vbi glos. *in verb. continue*, Ioan. Monach. *num.* 11. Archid. *num.* 4. Franch. *eodem num.*4. Rebuff. *tract. de priuileg. scolar. priuileg.*23. *col.*2. glos. *in* 3. *regul. edita ab Innocent. VIII. vers. item quæro*, Gomes. *in regul. de impetrant. benefic. vacan. per obitum famil.* Mandos. *in regul.* 3. *quæst.* 20. Caputaq. *decis.*10. *part.*2. *seu decis.*1. *in verbo familiaritatis*, Achill. de Grass. *dec.* 276. *seu* 13. *de præbend.* Campanil. *cit. cap.*9. per totum. Vicarius quoque dicitur familiaris Episcopi, prout probat Segura *in disertorio Iudic. Eccles. for. part.* 1. *cap.*14. *num.*34. qui generaliter loquitur de Iudicibus Episcoporum, *& vers. confirmatur,* id etiam extendit ad famulum Vicarij. 26

Nota tertiò, quòd ex Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.*11. *& sess.*23. *cap.*3. videtur in literis dimissorijs esse exprimendam causam, quare Episcopus proprius Ordines non conferat, quæ licet in *d. cap.*3. videatur restricta ad ægritudinem tantum, tamen Sacr. Congr. declarauit aliam legitimam causam præter ægritudinem esse etiam sufficientem; sed praxis non seruat exprimere dictam causam in his literis, notat Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 9. *cap.*8. *num.*27.

Capitulum quoque Cathedralis Ecclesiæ Sede vacante, vel ius Vicarius Capitularis potest concedere Dimissorias postquam Ecclesia vacauit per integrum annum; infra annum vero à die vacationis minimè potest concedere dictas Dimissorias ad Ordines; nec etiam vigore cuiusuis priuilegij, aut consuetudinis, nisi arctatis ratione Beneficij Ecclesiastici recepti, vel recipiendi. Et Capitulum contrauениens incurrit pœnam interdicti, & Ordinatus si est in minoribus nullo priuilegio Clericali, præsertim in Criminalibus gaudet; si in maioribus incurrit pœnam suspensionis ab executione Ordinis ipso iure ad beneplacitum futuri Prælati, ita Trid. *sess.* 7. *cap.* 10. Cuius dispositio procedit etiam in Dimissorijs ad primam Tonsuram, notat Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neapolit.* 23. post Nauar. *cons.* 25. *de temp. ordin.* Garz. *de besinc. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 95. qui quoad pœnas defendit, Concil. Trid. *cit. loc.* non procedere in prima Tonsura *num.* 57. contra P. Thesaur. *infra citand.* qui loquitur de Ordinato, Garz. verò de concedente Dimissorias. 27

Aduerte; quòd dispositio huius Cap. Concil. non procedit in literis testimonialibus de vita, & moribus, quia istæ 22

istæ non dicuntur Dimissoriæ, vnde si quis infra annum Sedis vacantis obtineret rescriptum à Papa licentiæ promouendi à viciniori Antistiti, vel alio modo, tunc Vicarius Capitularis posset cum literis suis, commendare promouendum de vita, & moribus, tenet Ricc. *in prax. 3. part. titul. prox. lite. Dimissor. resolut.* 235. *in fin.* Immò nec ipse Episcopus viciniot, vel alius, cui commissa est promotio, potest Ordines conferre, nisi prius receptis literis testimonialibus de probitate, & moribus ordinandi à Capitulo, vel Vicario capitulari; iuxta apertam dispositionem Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 8. *de refor.* in illis verbis: *Quod si quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusuis generalis, aut specialis rescripti, vel priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur; nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur; si secus fiat; ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire sit suspensus.* Hæc opinio est contra Garz. *infra cit. num.* 105. qui tenet, quod Concil. prædictum *cap.* 8. *sess.* 23. loquitur de Ordinario babente facultatem ordinandi, vel Dimissorias concedendi, & ad illius effectum Capitulum, aut Vicarium non dici Ordinarium infra annum, & cum non arctatis. A qua opinione libenter recedo; nam nos loquimur tantum de attestatione, de vita, & moribus, non de dimissorijs, quas tantum Capitulum non potest dare infra annum, etiam non arctatis. Et Concil. Trid. *dicto cap.* 8. loquitur generaliter de Ordinario, cuius appellatione venit etiam Capitulum Sede vacanre, quod probatur etiam ex verbis Concil. nam in principio *dicti Cap.* 8. loquitur de Episcopo, deinde in fine cum loquitur de prædicta attestatione de vita, & moribus, vtitur nomine Ordinarij, non Episcopi, quasi intendens de omni Ordinario, etiam non Episcopo. Immò ipse Garz. *in d. num.* 105. loquitur taliter, vt prima verba contradicant vltimis, si consideretur attentè.

29 Ad effectum obtinendi Dimissorias infra annum à Capitulo, vel Vicario Capitulari Sede vacante, ille dicitur arctatus ratione Beneficij Ecclesiastici recepti, cui fuit collatum Beneficium, ratione cuius tenetur se promoueri facere, vt est Beneficium curatum, cuius ratione prouisus tenetur se promoueri facere ad Sacerdotium infra annum, vel Canonicatus, in quo Canonicus tenetur etiam infra annum ascendere ad Ordinem Canonicatui annexum; & vt est Capellania, quæ ex sua institutione requirit aliquem Ordinem. Arctatus verò ratione beneficij recipiendi, ille dicitur, qui habet ius, seu fuit vocatus ad Beneficium, seu Capellaniam vacantem, & requirentem, actu certum Ordinem, quo caret vocatus, vel si quis sæcularis est præsentandus ad Beneficium; in bis casibus dicitur quis arctatus, ita vt possit recipere Dimissorias infra annum à Capitulo, vel Capitulari Vicario, ita declarat Garz. *de Benefic.* 5. *part. cap.* 8. *num.* 97. *& seqq.* Similiter electus in concursu ad Beneficium curatum, etiam si collatio facienda sit à Papa. Et is, cui aliquis vult resignare Beneficium, requirens actu aliquem Ordinem, quo ille caret, seu quem Patronus vult præsentare dicitur arctatus, & libenter potest illi Capitulum, vel Vicarius eius dare dimissorias ad Ordinem requisitum, & alios præcedentes infra annum, etiam si resignatio, vel alias præsentatio, & collatio sit voluntaria, ita Vgolin. *de potest. Episc. cap.* 26. §. 20. *num.* 5. *vers.* 2. quem sequitur Garz. *cit. loc. num.* 102. *licet ipse num.* 101. videatur contrarium tenere à quo dicto postea *num. seqq.* recedit.

Capitulum, vel eius Vicarius in casu, quo potest concedere Dimissorias, potest etiam dispensare in Interstitijs, sicut potest Episcopus ex causis tamen comprehensis, *in cap.* 11. 13. *&* 14. *sess.* 23. *de refor. Conc. Trid.* Dummodo ad hoc Vicarius habuerit facultatem à Capitulo specialiter in commissione, quam etiam requiritur ad concedendum Dimissorias, ita Pauin. *de potest. capit. Sed. vacant. part.* 2. *num.* 17. Mandos. *reg.* 24. *de mal. promot. quæst.* 6. *n.* 10. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 4. Rota *in vna Burgens. Canonicatus* 17. *Octob.* 1586. *coram D. Gipsio.*

30 Nota quartò; quòd Capitulum, siue eius Vicarius non potest dare Dimissorias intra annum, vt supra arctato alia causa, quam Beneficij, vt si necessarij essent Ordines ad obtinendum gradum Theologiæ, Sanch. *Opusc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *num.* 38. nec etiam arctato causa consequendi pium Legatum, seu simplicem Capellaniam non collatiuam debitam actu Sacerdoti certæ familiæ, quæ non est Beneficium Ecclesiasticum, quia Concil. *cit. cap.* 10. solum dat facultatem Capitulo concedendi Dimissorias arctatis ratione Beneficij Ecclesiastici.

Nota quintò; quòd pœna prædicti Conc. Trid. contra malè promotus cum literis Capituli, vel Vicarij Sede vacante fuit alterata per Bullam Sixti V. in qua Ordinati prædicti erant absolutè suspensi suspensione Romano Pontifici reseruata; sed prædicta pœna fuit per Clem. VIII. reducta ad dispositionem Sacrorum Canonum, & Sacr. Conc. Trid. prout adducit Garz. *de Benef.* 2. *part. cap. vlt. num.* 70. Ad quam pœnam conciliarem incurrunt Ordinati non solum quando ab ipso Capitulo recipiunt Dimissorias, sed etiam quando illos recipiunt ab alijs Officialibus quibuscumque in iurisdictione Episcopali loco Capituli succedentibus, vt obseruat P. Thesaur. *in prax. Ecclesiast.* 2. *part. cap.* 19. *vers. Item Tridentinum.* Et ipsi concedentes contra formam dicti Conc. Trid. incurrunt ipso iure in suspensione ab Officio, & Beneficio per annum, vt tenet idem P. Thesaur. post Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 3. Salz. ad Diaz. *cap.* 26. *verb. Sine licentia*, Vgol. *de offic. Episc. cap.* 29. §. 20. *n.* 5. Garz. *de benef.* 5. *p. cap.* 7. *n.* 91. *in fin.* Et quoad concedentes Dimissorias, ad incurrendum pœnam sufficit sola concessio, licet vsus non sit, vt contra Vicarium capitularem concedentem Dimissorias infra annum, quæ effectum suum sortitæ non fuerunt, declarauit Garz. *cit. loc. num.* 92. 31

Nota sextò; quòd Capitulum Sede vacante Dimissorias concedens infra annum non arctatis incurrit in pœnam interdicti ipso iure, & latæ sententiæ, ita Henriq. *lib.* 13. *cap.* 43. *num.* 5. Sanch. *Opusc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *n.* 36. Viuald. *de interdict. n.* 18. Sayr. *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 55. *& verbum subiaceat*, de quo in Trid. *cit. cap.* 10. est latæ sententiæ, vt per Tiraquell. *in l. si vnquam, verb. Reuertatur, n.* 148. quæ pœna interdicti nemini est reseruata, ideò Episcopus successor poterit ab illa absoluere, ex *cap. nuper, de sent. excommun.* Confessarius verò in boc casu non potest absoluere particulares Canonicos, ita docet P. Thesaur. *cit. loc. vers. Limita secundò.* Pœna verò priuationis priuilegij Clericatus, maximè in Criminalibus contra promotos ad Ordines minores cum Dimissorijs Capituli infra annum, vel Vicarij illius, quæ procedit etiam in prima tonsura, secundum opinionem P. Thesaur. *cit. loc. vers. Limita tertiè*, non afficit ante declaratoriam, ita Bonac. *de suspens. in partic. quæst.* 1. *punct.* 11. *n.* 21. Immò aliqui dicunt dictam pœnam non esse latæ, sed ferendæ sententiæ propter verbum *Non gaudeat*, quod est futuri temporis, ita Oleuar. *cons.* 19. *de temp. ordin.* Sanch. *Opusc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 28. *num.* 14. 32

Vltimò; concedere possunt Dimissorias Superiores Regulares suis Subditis Regularibus habentibus requisita alia à Sacris Canonibus, vt ad Ordines promoueri possint ab Episcopo Diœcesano, vel eo impedito ab alio quocumque Episcopo. Dummodo in Dimissorijs prædictis directis alio Episcopo, quam Diœcesano fiat expressa mentio de impedimento Diœcesani absentis, vel Ordinationes non exercentis; nec data opera differatur ordinatio ad tempus, quo Diœcesanus est absens, vel Ordinationes non habet; & dummodo Regularis dimissus à suo Superiori examinetur, quoad doctrinam ab Episcopo, qui Ordines confert, ita decretum fuit per Sac. Congr. Conc. de mandato Clement. VIII. sub die 15. Martij 1596. cuius decreti tenorem refert Quarant. *in Sum. Bull. verb. Orde, fol.* 377. vbi Superiores Regulares contrafacientes incurrunt pœnam priuationis vocis actiuæ, & passiuæ Officij Dignitatis, & administrationis, ac alias arbitrio Sanctissimi, quæ pœna secundum magis communem est latæ sententiæ, licet contrarium sit etiam probabilis, vt refert P. Thesaur. *in Prax.* 2. *part. cap.* 27. *vers. vltimo.* 33

Superior Regularis si ordinandus indiget dispensatione super interstitijs, debet illam petere in Dimissorijs ab Episcopo ordinante, attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, seu Religionis, ita Add. ad Quarant. *loc. cit. fol.* 378. Ricc. *in Prax. rer. quotid. resol.* 255. *num.* 7. *& seqq. vbi num.* 9. *in fine*, tenet ex opinione Mirand. posse Regulares Superiores Dimissorias etiam alijs, qui eorum Mona-

sterium seruiunt concedere, sicut subditis, qui testatur sic declarasse Sacr. Congreg. quæ opinio, si vera est declaratio Congreg. libenter admittenda est, alias est contra decretum Sacr. Congreg. de quo supra apud Quarant. vbi habentur hæc verba, *Superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, &c.* nisi intelligamus opinionem prædictam de alijs subditis, etiam Regularibus, quod est superfluum notare, Et quod Superiores Regulares non possint sæcularibus etiam subditis Dimissorias dare vltra verba notata in prædicto decreto; obseruatur aliud decretum Sacr. Congreg. apud Quarant. *cit. loc. fol.*377. mandans Abbatibus, & alijs quibuscumque exemptis habentibus etiam ius Baculum deferendi, & Mitram sistentibus intra finem alicuius Diœcesis, vel nullius, Ordines minores, siue primam Tonsuram, vel Dimissorias concedere Sæcularibus, sed tantum subditis Regularibus.

31 Dicitur Superior Regularis in hoc casu ille, qui præest, & est Superior illius loci, & Monasterij, in quo Regularis ordinandus est de familia, seu est permansurus, donec à Superioribus amoueatur; nam pro Regulari hoc sufficit, vt dicatur incola, seu domicilium habens, ita Barr. *in l.* 1. *ff. ad municip.* Gemin. & Franch. *in hoc cap. cum nullus*. Et is potest concedere Dimissorias Regulari subdito ordinando directas Episcopo Diœcesano, qui absens, vel non ordinationes tenens ad alium Episcopum quemcumque, in quo casu non sunt necessariæ Dimissoriæ Episcopi Diœcesani, vt tenet Diana *tom.* 1. *tract.* 2. *Miscell. resol.* 15. ex moderno decreto iussu Clement. VIII. edito.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ordinum collatio est de grauioribus materijs.*
2 *Episcopus ordinans alienum clericum qualiter puniendus.*
3 *Subditus quis potest esse plurium diuersis respectibus.*
4 *Origo quotuplex sit.*
5 *Domicilium quando contrahatur.*
6 *Subiectio ratione familiaritatis explicatur, & quid si Episcopus sit titularis.*
7 *Subiectio ratione beneficij declaratur, & quæ inconuenientia inspiciantur in hac specie.*

1 Ordinum collatio est de grauioribus materijs, quæ in Ecclesia Catholica habentur, dum ex huius potestatis non benè regulato vsu, maiora forsan inconuenientia resultant.

2 Vnus pastor cum non debeat se ingerere in ouibus alieni ouilis, quæ alteri pastori commissa sint, hinc pro licita ordinum collatione, ordinandus esse debet subditus Episcopo ordinanti, vel ex commissione, seu dimissorijs proprij Episcopi ex vulgari axiomate, quod omnia nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem, & de censuris, & pœnis contra Episcopum ordinantem alienum clericum, textus est *in cap.* 2. *de tempor. ordin. in* 6. Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.*8.

3 Subditus quis esse potest plurium diuersis respectibus ratione originis, domicilij, delicti, contractus, rei sitæ vel aliter. In nostra specie potest esse quis subditus plurium Episcoporum ex diuersis respectibus, scilicet originis, domicilij, familiaritatis, & beneficij, vt Barbos. *de Episc. alleg.*4.

4 Circa originem, ciuilitas illius non amittitur pro habitationem verè domiciliariam, quæ alibi sequatur, quinimò sufficiat origo patris, atque in plurium sententia etiam illæ qui quamuis ipse in patria domiciliaria natus esset. Clarius vbi parentum habitatio fuisset occasionalis, cum tunc retineatur ciuilitas originaria, perinde ac si verè, & realiter sequuta esset, vt loquendo de seipso nato extra patriam Ferrarien. Felin. *in cap. cum Rodulphus de rescript.* Gramat. *decis.* 103. *num.* 12. Cyriac. *contr.* 291. *num.* 30. Giurb. *obseru.* 76. Otthobon. *decis.* 148. *num.* 8. & docet quotidiana praxis nobilium Neapolitanorum feuda possidentium, qui penè pro maiori parte nascuntur extra eam Ciuitatem in feudis, vbi nati sunt eorum patres, & aui, & tamen habentur pro varijs ciuibus Neapolitanis quoad omnia, non ex priuilegio, vel ex fictione, sed per veritatem, ac si ibi nati essent; idemque in Ianuensibus, alijsque nationibus industriæ vacantibus, vel etiam occasione feudorum, vel officiorum, & frequentius ratione mercaturæ, Card. de Luca *de praemin. discurs.* 37. *num.* 9. *& de matrim. discurs.* 14. *num.* 10. *& seqq.* De origine paterna textus est *in l. filios C. de municip. & honor. lib.* 10. de origine propria, textus est *in l. origine propria C. eod.* de Luca *de praemin. discurs.* 37. *num.* 7. & vna est naturæ, vt natiuitate. Altera est accidentalis, vt manumissio, allectio, & adoptio, *l.* 1. *ff. ad municipal.* Montan. *contr.* 68. Quid si diuersus sit locus natiuitatis ab illo conceptionis, vide Reg. Latr. *consult.* 87. *num.* 1.

Quòd domicilium quando ad hunc effectum legitimè contractum dicatur, necne varietas est opinionum. Alij præcisè exigunt decennalem habitationem. Alij solam declarationem animi sine lapso temporis. Credunt alij, neutrum sufficere sine alijs adminiculis facti, puta mediante acquisitione stabilium, ac formali apertura domus cum familia, tamquam verè in propria patria, ita verè sibi constituta. 5

Veriùs autem videtur, vt hæc quæstio non sit apta certam recipere regulam, sed decisio pendeat ex facti circumstantijs, quoniam stant benè simul, vt quis non solum per decem, sed etiam per viginti, & triginta annos in loco moretur cum familia, & domo formali, ac etiam cum acquisitione bonorum stabilium, & tamen domicilium illius loci non contrahat, quia nempè eius habitatio ibi fuerit occasionalis ex causa officij, vel mercaturæ, aut alicuius muneris. Et è conuerso habitatio non fuerit decennalis, sed tamen tales accedant circumstantijs, quod secum ferant verum domicilium fixum, Card. de Luca *in annot. ad Sac. Conc. Trid. discurs.* 14. *num.* 10.

Alterum subiectionis caput est familiaritas non solum ratione temporis triennalis continui, verùm etiam vt sit vera, & realis cum concursu duplicis requisiti, nempè mentis, & dentis, & vt non sit color quæsitus. At familiaritas Episcopi titularis sublata est, quia is nulla ratione ordines conferre potest, Sac. Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 2. *&* 3. de Luca *vbi supr. num.* 19. 6

Frequenter contingit practicari collationem ordinum ratione beneficij, & quod istud Card. de Luca *num.* 13. tradit debere esse residentiale, vel de præcisa necessitate, vel saltem de morali, puta quia sit prouisus de Ecclesia Parochiali, vel de Canonicatu, alioque alio beneficio residentiali, & seruitorio in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. Secus autem vbi agatur de beneficio simplici, quod affectatè ad hunc effectum procurari solet, & exigui redditus. 7

Vltra dictas species accidentalis subiectionis in illis personis, quæ nullum habent Episcopum ob Diœcesim ab infidelibus occupatam, nam illæ efficiuntur subditæ Diœcesi, vbi se receperint, *cap. fin. de Paroch.* Card. de Luca *vbi supra discurs.* 14. *num.* 14.

Quandoque practicari collationem ordinum ab Episcopo fieri ratione beneficij simplicis non residentiali, refert Card. de Luca *vbi sup.* Quinimmò fieri insimul primæ tonsuræ collationem cum beneficio simplici, quasi non detur prius, & posterius in eodem actu; quando clericatus debet esse prior tempore; quo casu est saltem posterior natura, & quod turpius si tenue sit beneficium simplex.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dimissoriæ possunt dirigi certo Episcopo, & cuilibet Catholico Antistiti; primo modo, an Episcopus possit alium substituere; secundo modo, cui non possint præsentari, num. 2.*

3 *Dimissoriæ an possint præsentari Episcopo, qui renunciauit Episcopatui.*

4 *Dimissoriæ in Regno Neapolitano ad primam Tonsuram, & Minores non possunt dirigi cuicumque Episcopo.*

5 *Dimissoriæ non possunt concedi non descripto nomine Episcopi, cui diriguntur, seu vt regulariter dicitur in bianco.*

6 *Dimissoria directa cuicumque Antistiti in minoribus an possint præsentari Abbati, vel alteri Prælato habenti vsum Mitræ; & quid si renunciauit Prælaturæ; & an Episcopo titulari, num. 7.*

8 *Dimissoriæ non requirunt necessario scripturam, nisi in Vltramontanis dimissis in Regno; & quid inter illos obseruet* Bulla Vrbani VIII. *quæ explicatur num. 9. Et qui dicantur Itali, vel Vltramontani, in his terminis, eodem num.*

10 *Dimissoriæ non possunt concedi, nisi præcedant diligentiæ, vt hic, de quibus est facienda mentio in illis; & an præuia approbatione, quoad scientiam, num. 11.*

12 *Dimissoriæ possunt concedi extra territorium. Non expirant morte concedentis, nec per renunciationem Episcopatus, vel remotionem ab officio, vel per ingressum moderni Episcopi, nisi fuerint reuocatæ, ad quam reuocationem requiritur iusta causa, num. 13.*

14 *Dimissoriæ debent expressam mentionem facere de Interstitijs, si indiget Ordinandus dispensatione.*

15 *Dimissorias quando Abbas, vel alius exemptus concedere possint; & an Superior Regularis possit Dimissorias dirigere Episcopo Originis Ordinandi, num. 16.*

17 *Dimissorijs non obtentis, vel licentia si quis ab alieno ordinetur, ad quam pœnam incurrat ipse, & ordinans quid de iure communi, quid ex* Bulla Pij II. *num. 18. Quid ex* Concil. Trid. *num. 19. Et an suspensionem contrahant Ordinati in minoribus, n. 20. Quid per* Bullam Sixti V. *num. 21. Quid de Regularibus, num. 22. Quid contra Clericos Romæ commorantes, num. 23. Et quid de initiato prima Tonsura, num. 24. Quid de pœna ordinantis, num. 25. vsque ad 32. Et quid de ordinato ab alio Prælato, quàm ab Episcopo, num. 36.*

33 *Dimissorijs falsis Ordinatus quas pœnas incurrit; Quid de Italo, num. 34. Et quid de Dimissorijs subreptitijs, num. 35. Et quomodo probetur, quem ordinatum cum Dimissorijs proprij Episcopi, n. 27.*

38 *Dimissorijs non obtentis Ordinatus ab alieno Episcopo, an ipse, & Ordinans excusentur, stante ratihabitione proprij Episcopi. Et quid si quis habet priuilegium promouendi à quolibet Episcopo, n. 39. An si Ordinatus sit persona cognita, num. 40. Et quid si sciente, & non contradicente proprio Episcopo, num. 41. Et quid de promotione Regularis, num. 42.*

43 *Episcopus loci Monasterij an possit ordinare Nouitium.*

44 *Dimissoria Regularium an facere debeant mentionem de diligentijs, & requisitis.*

45 *Regulares habentes priuilegium promouendi à quolibet Episcopo, an possint illo vti quoad Nouitios.*

46 *Episcopus an possit ordinare Regularem ad se venientem cum Dimissorijs extra tempora, si in illis attestetur de priuilegio.*

47 *Dimissorias habens promouendi à quocumque in propria Diœcesi, an possit promoueri extra.*

ANNOTATIO XXIII.

§. II.

Diximus §. præcedenti de his, qui Dimissorias ad Ordines concedere possunt, eandem sequentes materiam hìc de Dimissorijs. Nota; quòd illæ duplici modo concedere possunt Præsules, vel directas certo Episcopo, vel generaliter cuilibet Catholico Antistiti; in primo casu obtinens Dimissorias non potest ab alio promoueri, etiam substituto ab Episcopo, cui Dimissoriæ sunt directæ; adeò quòd, si Episcopus, cui literæ diriguntur impeditus Ordines conferre non potest, & alium inuitet, qui suo nomine in eius Diœcesi Ordines conferat, non potest hic dimissus cum Dimissorijs directis Episcopo inuitanti, & per alium Ordinationes exercenti ordinari ab Episcopo inuitato nomine inuitantis, secundum opinionem *Prax. Episcopalis, verb. Dimissoria, §. fin.* quam sequitur Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 28.* faciunt multum statuta per Concil. Trid. *sess. 6. de refor. cap. 5.* vbi loquens de Episcopo exercente Pontificalia in alterius Diœcesi, dicit eam non posse exercere, nisi in personas subiectas Ordinario loci concedenti licentiam. Et licèt hæc opinio habeat maximam probabilitatem. Tamen contrarium vidi seruari in Curia Archiepiscopali Neapol. vbi dimissus à Vicario Capuano cum literis directis Archiepiscopo Neapol. fuit promotus ab Episcopo Acerrarum Ordinationes exercente pro Eminentissimo Archiepiscopo Cardinali Philamarino in Ecclesia Archiepiscopali Neapolitana, recognitis litteris dimissorialibus, & acceptatis per Vicarium Neapol.

In secundo casu; si Dimissoriæ sunt directæ cuicumque 2
Catholico Antistiti gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habenti, tunc dimissus non potest adire Episcopum excommunicatum, interdictum, aut suspensum, simoniacum, scismaticum, hæreticum depositum, vel degradatum, à quo si scienter Ordinem reciperet suspensionem, à ministrando, & irregularitatem incurreret, docent Summistæ communiter, vide apud Nauar. *cap. 27. vers. 4. sub num. 241.* Henriq. *in Summ. lib. 10. cap. 21. §. 3.* Imminò, & etiam si ignoranter, adhuc suspensionem incurreret, vt docet Syluest. *verbo irregularitas, vers. septimo quæritur; sub num. 9.* Diaz. *in Prax. Crim. Canon. cap. 24.* Hac tamen differentia, quòd in casu scientiæ suspensio est reseruata Summo Pontifici. In casu verò ignorantiæ potest proprius Episcopus absoluere, ad finem exercendi Ordinem susceptum, & ascendendi ad superiores, vt per Syluestr. & Diaz. *citat. loc.*

In hoc secundo casu, dimissus cum literis generaliter, 3
idest directis cuicumque Episcopo non potest vigore illarum se ordinari facere ab Episcopo, qui renunciauit loco, & Dignitati Episcopali, qui licitè non potest Ordines conferre, quamuis validè conferat, & Ordinatus in Sacris à tali Episcopo scienter, vel ignoranter ignorantia crassa, vel supina est suspensus ab executione Ordinis suspensione Papæ reseruata; si verò ignoranter reseruata proprio Episcopo; & si ordinatus sit in minoribus, etiam scienter habet liberam Ordinis executionem. Quòd si promoueri se fecit ab Episcopo, qui loco renunciauit, non Dignitati Episcopali, quia iste remanet Episcopus titularis, licitè, & validè confert Ordines de licentia Ordinarij loci, & nullam incurrit pœnam, habetur ex text. *in cap. 1. de ordin. ab Episc. qui renunc. Episcop.* vbi glos. *in verb. executionem,* & Abb. *num. 6.* Henriq. *lib. 13. cap. 29. num. 1.* Suar. *de censur. disput. 31. sect. 1. num. 7.* Sayr. *lib. 4. cap. 14. num. 7.* licèt Summistæ teneant, talem mala fide ordinatum fieri irregularem, Siluest. Ang. Nauar. & alij.

In dubio, Episcopus censetur renunciasse loco tantum, non Dignitati, quia Dignitati, idest Ordini Episcopali non solet renunciari, nisi renunciatio esset facta ratione delicti, vel ingressus Religionis, quia tunc in dubio censetur etiam renunciatum Dignitati, Sanch. *Opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 33.* Cardin. *in citat. cap. 1. quæst. 1.*

Aduerte hìc; quòd Ordinarij in Regno Neapolitano 4
non possunt concedere Dimissorias generales ad primam Tonsuram, & minores Ordines, nam Sacr. Congregat. Card.

Card. *negotijs iurisdictionalibus Regni Neapolit. de speciali ordine Greg. XV.* 10. *Kal. Iulij* 1623. mandauit omnibus eiusdem Regni Archiepiscopis, Episcopis, & alijs inferioribus lagitimam facultatem habentibus, vt dirigant Dimissorias pro ordinandis ad primam Tonsuram, & ad minores Ordines vni tantùm, & certo Ordinario ad electionem concedentis, sub pœna quoad promotos suspensionis ab executione collati, & à susceptione superioris Ordinis, quoad Ordinantem, vel Dimissorias concedentem suspensionis à collatione Ordinum per annum, vltra Diuinam vltionem, vt patet ex decreto eiusdem Congr. incipiente *Sacra Congregatio*, emanato dicto die posito in libello, intitulato *Bullæ, & Decreta Recentior. fol.* 192. quod decretum loquitur tantùm de prima Tonsura, & Ordinibus minoribus, & de Ordinarijs Regni Neapolitani concedentibus Dimissorias; vnde ad Ordines maiores benè possent concedere Dimissorias generales directas cuicumque Catholico Antistiti; & ad Ordines minores, & primam Tonsuram etiam possent recipere Dimissorias generales, si illas concederentur ab Ordinarijs extra Regnum, quia prædictum Decretum loquitur tantùm de concedentibus inter Regnicolas, non tamen loquitur de Ordinarijs recipientibus dimissos ab extra Regnum; nec de Ordinibus maioribus, vt patet legenti.

5 Quæritur vtrùm in Regno ad primam Tonsuram, & minores Ordines possint concedi Dimissoriæ nullo descripto certo Episcopo, vel describendo per promouendum, vt quia tempore consignationis illarum non habetur notitia de Episcopo habente ordinationes?

Respondeo; has Dimissorias vulgò dictas *in bianco*, esse contra prædictum decretum Sacr. Congreg. & illas concedentes non effugere pœnas illius, duplici ratione. Prima, quia illæ non sunt directæ vni, & certo Ordinario, quoad concedentem. Secundò, quia Episcopus describendus ad quem dimittitur Ordinandus, debet eligi per concedentem literas, non per promouendum, vt statuit Decretum prædictum, in illis verbis, *Vni tantum, & certo Ordinario ad electionem concedentis*. Et in casu, de quo quæritur, esset ad electionem promouendi.

6 Habens Dimissorias generaliter extra Regnum Neapolitanum pro prima Tonsura, & Minoribus potest vigore illarum se promoueri facere ab Abbate, seu alio Prælato habente vsum Mitrę, & Baculi, vt diximus supra, dummodò talis Abbas, vel Prælatus non renunciauerit Dignitatem, nam tunc collatio est nulla, & characterem non imprimit, quia ideò Episcopus, qui renunciauit, validè conferre potest, quia potestas Ordines conferendi in Episcopo est de iure diuino immobiliter annexa tali Ordini, & characteri indelebili, vnde tolli non potest per renunciationem. At verò Prælatura, vel Abbatia non imprimit characterem, & potestas Ordines minores conferendi est annexa à iure positiuo Ecclesiastico tali Dignitati, vnde per renunciationem ab Ecclesia admissam, vel remotionem in totum, tollitur, sublata dignitate, tanquam fundamento, & benedictio Abbatis non pertinet ad substantiam, sed ad solemnitatem; nam & multi habent à Sedę Apostolica, vel ex Consuetudine facultatem conferendi Ordines absque præuia benedictione solemni, Silua *de benefic. parr. 6. quæst. 2. num.* 106. Layman. *de Sacrament. Ordin. cap.* 13. *num.* 27. Mirand. *tom.* 1. *quæst.* 38. *art. 9. conclus.* 3. Verùm est, quòd præcisa consuetudine, Abbas non potest validè Ordines conferre nondum Benedictus, nisi Episcopus sit in mora benedicendi illum. Ita Ecclesia statuente, Sanch. *Opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 19. num. 6. & 7.* Contra hanc sententiam scilicet, quòd Abbas, vel alius Prælatus, qui renunciauit Dignitati validè conferat Ordines minores, videntur tenere Suar. *de censur. disp. 31. sect. 1. num.* 4. Bonac. *de suspens. in particul. quæst. 1. punct. 9. num.* 11. Lapus *in Clem. attendentes, num. 5. de statu Monach.* sed prima opinio est tenenda.

7 Similiter potest Ordinandus habens Dimissorias directas cuicumque Antistiti in casu, in quo possunt concedi, illas præsentare Episcopo titulari, ad quem possunt etiam particulariter dirigi Dimissoriæ, dummodo in conferendo Ordine, prædictus Episcopus licentiam habeat ab Ordinario loci, ita Barb. *alleg. 5. num.* 17. quam licentiam intellige requiri etiam, si conferat titularis primam Tonsuram, vt probat Ricc. *in Prax. 3. part. titul. Prax. literar. dimissor. resol.* 234. *in fin.*

Dimissoria non est necesse, vt in scriptis detur regulariter; nam ad recipiendos Ordines ab alieno Episcopo sufficit licentia proprij Episcopi, etiam viua voce concessa, vt est commune. Solùm enim necessariò requiritur scriptura, in casu *cap. 1. de tempor. ordin. in* 6. vbi Clem. IV. statuit, vt nullus Episcopus Italiæ ordinare præsumat Clericum Vltramontanum, nisi habeat specialem licentiam à Summo Pontifice, vel Dimissorias sui Episcopi Originis, vel Beneficij cum mentione rationabilis causæ, cur illud nequeat, vel nolit ordinare; ita vt Ordinati contra hanc formam ipso facto incurrant suspensionem à nullo alio, nisi à Sede Apostolica dispensabilem. Quam Constitutionem *Cap. 1. cit.* Vrbanus VIII. *in Bulla* 33. *incipiente Secretis*, confirmauit, & addidit, vt Vltramontani, & alij quicumque ex quouis loco extra Italiam oriundi non possint primam Tonsuram, vel Ordines alios recipere in Italia, nisi cum Dimissorijs sui Episcopi recognitis, & approbatis à Nuncio Apostolico illius Regionis, vbi proprium habent Episcopum, & subscriptis ab eodem Nuncio, & recognitis, & approbatis Romæ à Vicario Vrbis. Et aliàs Promoti incurrunt suspensionem, de qua *in dicto Cap.* 1. & promouentes suspensionem ad annum ab exercitio Pontificalium. Hæc Bulla prædicta. 8

Aduerte primò, quòd dispositio *dicti Cap. 1. & Bullæ Vrbani* non procedit contra Vltramontanum habentem Domicilium, vel Beneficium in Italia, qui absolutè quoad istos terminos non potest vocari Vltramontanus, sed Italus; & proindè ab Episcopo Italo Domicilij, vel Beneficij potest ordinari, vel Dimissorias recipere, iuxta dispositionem præsentis *Cap. cùm nullus*; Nec procedit contra Italos in loco Vltramontano Ordinatos, vt aduertit Glos. *in d. cap. 1. verb. Italiæ*, vbi Archid. Ioan. Monach. & Geminian. *num.* 8. & nomine Italiæ hìc veniunt etiam Insulæ adiacentes, vt Corsica, Sardinia, Sicilia, &c. tenet Geminian. *ibid. num. 6. ex l. Insulæ, ff. de iudic.* non tamen veniunt Regiones, quæ in medijs limitibus continentur inter Italiam, & Vltramontinas Regiones, vt docet Barbos. *in eodem text. num.* 4. 9

Aduerte secundò, quòd licèt *text. in d. cap.* 1. loquatur tantùm de Dimissorijs Episcopi Originis, vel Beneficij, tamen sufficiunt etiam Dimissoriæ Episcopi Domicilij, quia sic de iure communi sufficiunt, cui non est in hoc derogatum, ita Archid. Io: Monach. Anchar. *in eod. cap.* & Barb. *num.* 3. & alij.

Aduerte tertiò, quòd antequam concedantur Dimissoriæ ad primam Tonsuram, & minores Ordines in Regno Neapolitano, Ordinarius debet committere Parocho, vel alteri, cui magis expedire videbitur, vt publicè in Ecclesijs desiderium Ordinandorum proponat, & de eorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis inquirat diligenter; & literas testimoniales de ipsa inquisitione ad committentem transmittat, quas diligentias præcessisse necessariò est facienda mentio in Dimissorijs, vt ex decreto Sacr. Congreg. iussu Gregor. XV. edicto 1623. de quo supra. Similes publicationes esse faciendas in Ecclesijs per mensem ante Ordinationem in promotione ad Sacros Ordines, ex Conc. Trid. *sess. 23. cap. 5. de refor.* Verùm Concil. non præcipit, vt de dictis diligentijs fiat mentio in Dimissorijs, sicut præcipit Decretum prædictum. 10

Aduerte quartò, quòd in literis Dimissorijs debet fieri mentio de approbatione, quoad scientiam præuio examine, cùm Ordinarius illas concedens, debeat suum subditum dimittere examinatum, & approbatum, probatur ex text. Concil. Trident. *sess. 14. cap. 3. de refor.* & manifestius *ex sess. 24. cap. 3. de refor.* tenet Salzed. ad Diaz. *in Prax. Canon. cap. 26. lit. C. vers. sine licentia, circa medium*, sequitur Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num.* 31. vbi docet non esse tutum in conscientia Ordinarium, qui Subditum non examinatum dimitteret, qui postea reperiretur inhabilis, malèque promotus, etiam si in literis dimissorijs adijceret clausulam, qua Ordinatoris conscientiam onerasset, hæc Campanil. qui *eodem num. 31. vers. Sed ne*, defendit ex Concil. Trid. *cap. 11. sess. 7. de refor. & cap. 3. sess. 23. de refor.* & ex Cathechesi Neapolitana etiam, quòd Ordinandus sit transmissus 11

missus cum Dimissorijs approbatus præuio examine ab Ordinario suo, posse, & tutiùs agere Episcopum ordinantem, si illum iterùm examinet.

12 Aduerte quintò, Ordinarium posse licitè, & validè Subdito concedere Dimissorias, etsi extra suam Diœcesim maneat, quia concedere Dimissorias voluntariè, non contentiosæ iurisdictionis est, quæ extra territorium in subditum exerceri non prohibetur, prout ex pluribus comprobat Ricc. *in Prax. 3. part. resolut. 233. per totum*, quicquid sit de Ordine, nam Episcopus in aliena Diœcesi non potest etiam suo subdito Ordines conferre sine licentia Episcopi loci, vt est commune, licèt, quoad incurrendas pœnas à Concil. Trident. Ricc. *loc. cit. resolut. 234.* excuset Episcopum promouentem suum subditum ad primam Tonsuram in aliena Diœcesi, quia Concil. loquitur de Ordine, & prima Tonsura non est Ordo.

13 Dimissoriæ non expirant morte concedentis, secundum veram, & communiter receptam opinionem, nec expirant concessæ à Vicario per remotionem ab officio, vel per renunciationem Episcopatui, siue sit integra res, siue non, est originalis opinio Card. *in Clem. fin. quæst. 5. de elect.* Rebuff. *in form. literarum dimissor. num. 43.* Nauar. *in cap. placuit, num. 34. de pœnit. dist. 6.* Modern. *in Prax. Episcop. verbo dimissoria, §. 9. part. 1.* Salzed. ad Diaz *cap. 26. vers. postquam*, Gonzal. *ad 8. regul. Cancell. glos. 12. num. 36. & seq.* Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 36.* Idem dicitur de Dimissorijs datis à Capitulo Sede vacante, in casu, in quo potest illas concedere, nam non expirant per ingressum moderni Episcopi, ita Pauin. *de potest. Cap. Sed. vac. part. 1. fol. 18.* Gonzal. *cit. loc. num. 37. vbi in num. seqq.* refert alias licentias, quæ per mortem Episcopi non expirant; probatur communiter hæc sententia, quia Dimissoria est species gratiæ, quæ perpetuò durat, iuxta *l. falso, C. de diuersis rescript.* facit Cap. *si super gratia, de offic. Delegat. in 6. & Clem. dudum, §. fin. de sepult.* Verùm prædictæ Dimissoriæ possunt reuocari generaliter per edictum à successore, siue datæ fuerint à Capitulo, siue à prædecessore Episcopo subsistente iusta causa, in quo casu id potest etiam, & ipse concedens; secus si nulla subsit causa, nam tunc nec concedens, nec successor potest illas reuocare, ex Cardin. *in d. Clem. fin. num. 9. de elect.* Rebuff. *in Prax. titul. de for. litter. dimissor. num. 44.* Campanil. *cit. loc. num. 44.* vbi alios citat.

14 Aduerte sextò, quòd si Ordinandus indigeat dispensatione super Interstitijs, concurrente causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, ad præscriptum Concil. Trident. *sess. 23. cap. 11. & seqq. de refor.* Episcopus concedens Dimissorias debet dispensare, & de dicta dispensatione expressam facere mentionem in Dimissorijs, nec Episcopus, ad quem dimittitur Ordinandus, potest dispensare in Interstitijs prædictis, vt probat Nauar. *cons. 28. in antiq. & 13. in nouis*, ex Concil. Trident. *cit. sess. 23. cap. 11. & 13.* ex cuius verbis clarè colligitur hanc dispensationem ad proprium Episcopum spectare, sequitur Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 29. vers. attendat etiam*, qui expressè aduertit Episcopum ordinantem, si adhuc interstitiæ durent, nec in Dimissorijs fit mentio dispensationis, vt caueat à collatione Ordinum. Quid quoad Regulares diximus supra.

15 Has Dimissorias concedere non potest Abbas, ac alius quicumque exemptus consistens intra fines alicuius Diœcesis, vel in nullius Diœcesi, nec Collegia, vel Capitula quæcumque etiam Ecclesiarum Cathedralium sæcularibus, ac alijs Regularibus, qui subditi non sunt, sed illas concedere, siue Ordines dare ad Episcopum pertinet, in quorum Diœcesi fines existunt, non obstantibus priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, prout latius in Concil. Trident. *sess. 23. cap. 10.* cuius dispositio non militat in Abbate, vel alio Prælato exempto, qui iurisdictionem Episcopalem habet, & propriam Diœcesim, in qua, loca sibi subiecta visitat, & Synodum facit, quia iste dicitur verè Ordinarius, & Dimissorias potest concedere, ad latè adducta per Grat. *disceptat. for. cap. 212. à num. 1. ad num. 9.* sequitur Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 4.* Barbos. *alleg. 7. num. 8.* nec eadem dispositio conciliaris militat in Capitulo Sede vacante, sed intelligitur, quando Capitulum ex priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione prætendit Dimissorias posse concedere, nec quando habet territorium, & iurisdictionem priuatiuè quoad Episcopum, vt declarasse Sacr. Congreg. refert P. Thesaur. *in Prax. Ecclesiast. cap. 20. vers. Nota, quod*, vbi vide de pœnis contrafacientium dictæ dispositioni Conciliari.

Quæro, an Superior Regularis possit Dimissorias concedere suo Subdito Regulari directas Episcopo Originis Ordinandi? 16

Respondeo, licèt certum sit ex hoc *Cap. cùm nullus*, Episcopum Originis posse licitè conferre Ordines suo subdito tali ratione, vt diximus præcedenti §. tamen id fallit in Regulari, quorum Superiores vigore Decreti Clement. VIII. de quo dictum est supra, non possunt mittere suos Subditos Regulares ordinandos, nisi ad Episcopos Diœcesanos, ita Mirand. *in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 38. art. 2.* quem refert, & sequitur Diana *tom. 6. tract. 7. Miscell. resolut. 35. vers. vltimò*, contra Zypeum *in Consultation. Canonic. lib. 1. tit. de ætat. & qualit. Ordinand. cons. 3.*

Aduerte septimò, in iure Canonico varias esse inflictas pœnas contra Ordinatum sine Dimissorijs, vel licentia sui Ordinarij, vel cum fictis Dimissorijs, & etiam contra Ordinantem, pro quarum cognitione sciendum est primò, quòd in *cap. si quis ausus, 71. dist.* disponitur, Ordinationem factam sine consensu proprij Episcopi, à quo recessit Clericus, irritam esse, & in *cap. 1. 9. quæst. 2.* talem Ordinationem ratam non fore, nec vires vllas habituram; quam pœnam explicant DD. vt non habeat Ordinatus Ordinis sic recepti licitam executionem, ita Turrecrem. *in cit. cap. 1.* Vnde multi tenent, quòd sic Ordinatus peccet exercendo Ordinem ita receptum, donec suus Episcopus talem Ordinationem non ratificauerit, non dicatur tamen propriè suspensus, vel irregularis, vt per glos. *in d. cap. 1. in verbo statuit*, DD. *in cap. eos, de tempor. ordin. in 6.* Add. ad Diaz *cap. 26. lit. C.* Nauar. *cons. 27. num. 5. & cons. 29. num. 1. de tempor. ordin.* Suar. *de censur. disput. 31. sect. 1. num. 14.* Sanch. *Opuscul. lib. 7. cap. 1. dub. 28. num. 5. & num. 4.* tenet opinionem procedere in Ordinato in Sacris, vel Minoribus, & prima Tonsura initiato; & proindè sic Ordinato validè conferri posse beneficium, docet Guid. Pap. *decis. 449.* Nauar. *cons. 27. num. 5. & cons. 29. num. 1. de tempor. ordin.* Sanch. *cit. loc. num. 6. qui loc. cit. dub. 20. num. 16. & seqq.* contra prædictos, & se ipsum, post alios, quos refert, & sequitur, docet Ordinatum sine licentia sui Episcopi, vt supra, in Sacris, vel Minoribus esse suspensum, vel irregularem, etiam si Ordinationem proprius Episcopus ratificauerit, nec collationem Beneficij esse validam; immò initiatum prima Tonsura non gaudere priuilegio Clericali ipso iure, vt testatur Add. ad Diaz *in prax. cap. 26. vers. & non solum*, post Chassan. Guid. Pap. & alios, quos refert Mari. Alter. *tom. 2. lib. 3. cap. 49. quæst. 4.* Sanch. *cit. loc. num. 15.* Sed quoad priuationem Clericalis priuilegij requiritur sententia declaratoria Iudicis Ecclesiastici, ita Bonac. *tom. 3. tract. de suspens. in particul. quæst. 1. punct. 11. num. 12. in fine*. Hæc secunda sententia est tutior. 17

Secundò, ex Bulla Pij II. Romæ publicata 15. Kal. Decembris 1461. incipiente, *Cùm ex Sacrorum Ordinum*, quam refert de verbo ad verbum Diaz *in Prax. Canon. Crimin. cap. 26. n. 2.* & Quarant. *Sum. Bull. verb. Ordo, fol. mihi 358.* Promoti ad Sacros Ordines sine Dimissorijs proprij Episcopi incurrunt ipso facto suspensionem, qua suspensione durante, si tales Ordines ministrauerint irregulares fiunt, & vltra alias pœnas à iure inflictas, possunt Beneficijs priuari, quam Bullam seruari præcipit Leo X. *in suis Regulis Cancellariæ, regul. 22. incipiente, Item de Clericis*, & Paulus III. *in suis Regulis regul. 24. incipiente, Item de Clericis*, & nouissimè Pius II. *in sua Constitut. 22. fol. 14. inter suas Constitutiones*, quæ motu proprio appellantur. Vide multa ad declarationem huius Constitutionis Pij II. apud Salzedum ad Diaz. *cit. loc. vers. Extrauagans Pij II. & seqq.* & Ricc. *in prax. 3 part. resol. 136. num. 1. & seq.* 18

Tertiò, Concil. Trident. *sess. 6. cap. 5.* statuit, vt Ordinatus ab alieno Episcopo sine expressa licentia sui Ordinarij sit suspensus ab executione susceptorum Ordinum quamdiu proprio Episcopo videbitur expedire. Quæ s- 19

spen

spensio vera est non solùm quoad Ordinem sic susceptum, sed etiam quoad alios, & irregularitatem inducit, quamdiu proprio Episcopo videbitur expedire, ita Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 20. num. 1.* quem sequitur Garz. *de Benef. part. 1. cap. 5. intra num. 142.* contra Lapum, & alios per eum adductos; & licèt Maiol. *cit. loc.* & alij teneant induci dispensationem, seu absolutionem à suspensione prædicta per ratihabitionem proprij Episcopi, hoc intelligitur, quando Episcopus proprius intenderet auferre suspensionem, vt explicat Quarant. *verbo Ordo, vers. amplia hanc extrauagantem.*

20 Controuersum est inter DD. an pœna suspensionis, in quam incurrunt promoti sine licentia Episcopi, ex Concil. Trident. *cit. loc.* procedat tam in promotis ad maiores, quàm ad minores Ordines, vel ad primam Tonsuram. Et habere locum non tantùm contra promotos ad maiores, sed etiam ad minores, tenent Tolet. *lib. 1. cap. 49.* §. 4. Maiol. *lib. 4. cap. 20.* Cherubin. *super 7. Bulla Pij II. Schol. 2.* Quarant. *verb. Ordo, vers. limita in eo, qui per triennium,* Suarez *de Censur. disp. 31. sect. 1. num. 19.* Salzed. ad Diaz. *cap. 26. pag. 124.* Filiuc. *tract. 17. num. 68.* qui refert sic etiam declarasse Sacr. Congr. Quam opinionem ampliant etiam ad initiatum prima Tonsura, ea ratione, quia Ius Canonicum admittit primam Tonsuram appellatione Ordinum, ita Fornar. *de Sacram. Ordinis, punct. 4. num. 27.* Salzed. *loc. cit.* Emanuel Sà *verbo suspensio, num. 11.* Garz. *de Benef. cap. 1. 7. part. num. 7. & seqq.* vbi dicit, quòd sub verbo *Ordo*, seu Ordines, & ordinare generaliter, & absolutè, sumpto, & prolato, venit Tonsura tam in iure, quàm apud Concilium, vt in *Cap. 1. sess. 21. de refor. & cap. 3. 7. 9. & 10. sess. 23. de refor.* sequitur Ricc. *collect. 4678.* Diana *resolut. 144. tract. 4. tom. 2.* & probanir ex glos. *in cap. 1. verbo Clericum, de tempor. ordin. in 6.*

Contrariam sententiam nempè suspensionem, de qua in citato *cap. 8. Concil. Trident.* non procedere contra promotos sine licentia proprij Episcopi ad minores Ordines, tenent Nauar. *cons. 31. de tempor. ordin. & cons. 39. num. 3. eodem tit.* Auila *part. 3. disp. 5. dub. 7. §. secundo supponendum*, Sanch. *Opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 28.* quam opinionem multò magis procedere in prima Tonsura, tenet Zerol. *part. 1. verb. Dimissoria*, Tolet. *lib. 1. cap. 49. vers. prima habetur, & vers. quarta*, adducens pro hac opinione declarationem Sacræ Congregationis; sed hæc declaratio impugnatur per Garz. *cit. loc. num. 8.* tanquam minus certa, vel iuri consona; facit pro hac sententia, quia prima Tonsura non est Ordo, nec Sacramentum, D. Thom. *in 3. sent. distinct. 24.* sed est deputatio ad statum, & ministerium Ecclesiasticum, vt per Add. ad Guid. Pap. *decis. seu quæst. 449. lit. A.* vbi habetur, quòd prima Tonsura dicitur tantùm largo modo Ordo. Hæc sententia est probabilior quoad primam Tonsuram, prima verò est inter Canonistas magis communis; & in terminis secundæ opinionis, licèt Ordinatus in minoribus sine licentia, vt supra, non sit suspensus ipso iure, potest tamen suspendi, vt dicit Nauar. *cons. 24. num. 4. & cons. 25. num. 5.* & refert Campanil. *rub. cit. 9. cap. 8. num. 1. in fin.*

21 Quartò, per Bullam Sixti V. incipientem *Sanctum, & Salutare*, reperiuntur variæ censuræ statutæ contra malè promotos, & signanter sine licentia suorum Ordinariorum, vt supra. Verùm quia Bulla prædicta quoad hæc redacta est ad terminos iuris communis, & Bullæ Pij II. ac Conc. Trid. per Bullam Clement. VIII. incipientem *Romanum*, vt testatur Sayr. *lib. 7. cap. 10. num. 36.* Sanch. *consil. lib. 7. cap. 1. dub. 28. in fin.* & alij; de his nihil dicendum, solùm obseruandum est, quòd absolutio suspensionis contractæ suscipiendo Ordines, siue Dimissorias contra prædictam Bullam Sixti V. est reseruata Papæ, sed stante moderatione prædicta, absolutio potest dari ab Episcopo proprio, vt diximus supra, & notat Bonac. *tom. 3. de censur. in particul. disp. 3. quæst. 1. punct. 11. num. 28.*

22 Obserua hic, quòd suspensionem, in quam incurrere diximus Ordinatos sine licentia, vel Dimissorijs proprij Ordinarij incurrunt Regulares etiam exempti, qui sine Dimissorijs suorum Superiorum Regularium promoti sunt, etiamsi ab Episcopo loci, & intra cuius Diœcesim Monasterium est positum; nam Religiosus absque præfata licentia Ordinatus non dicitur Ordinatus à proprio Episcopo, cùm Episcopus etiam eiusdem Diœcesis censeatur extraneus, nisi ordinet de licentia Superioris Regularis; ratio ampliationis est, quia Concil. Trid. generaliter suspendit promotos ad Ordines absque testimonio Ordinarij commendantis probitatem, & mores ordinandi nulla distinctione facta inter Seculares, vel Regulares Clericos; ita docet Alterius *tom. 2. disp. 9. cap. 6. col. 3.* quem sequitur Bonac. *de suspens. in particul. disp. 3. quæst. 1. punct. 9. num. 3.*

Quintò, contra Clericos Romæ commorantes, si extra Vrbem se conferant ad recipiendos Ordines maiores, vel minores, etiam cum literis dimissorialibus suorum Ordinariorum, vel vigore cuiusuis alterius facultatis non obtenta prius approbatione, præuio examine ab examinatoribus in Vrbe deputatis, & licentia in scriptis à Summo Pontifice, vel eius Vicario, est inflicta pœna suspensionis ipso facto Papæ reseruata per Decretum Camilli Card. Burghesij emanatum anno 1603. die 24. Nouembr. de mandato Clementis VIII. cuius tenorem refert Bonac. *cit. loc. num. 5.* & illius pœna non procedit contra initiatos prima Tonsura, cùm loquatur de Clericis. 23

Licèt excusari possit initiatus prima Tonsura ab alieno Episcopo sine Dimissorijs proprij a suspensione, de qua supra cum probabiliori opinione, vt dictum est *vers. Contrariam sententiam*; non potest tamen excusari ab amissione priuilegij Clericalis, ex *cap. illud quoque, & cap. si quis ausus, dist. 71.* vt tenent Guid. Papa *decis. 449.* Azor. *3. part. lib. 3. cap. 4.* Alter. *tom. 2. disput. 9. cap. 4.* non solùm in Criminalibus, sed etiam in Ciuilibus, Bonac. *tom. 3. de suspens. in particul. disput. 3. quæst. 1. punct. 11. num. 20.* qui alios refert, & rationem adducit, quia collatio Tonsuræ in rigore loquendo est actus iurisdictionis; iurisdictio autem exerceri non potest in alienum Subditum absque licentia ipsius Superioris, sed verè ex hac ratione non probatur pœna prædicta. 24

Non solùm ipse Ordinatus sine licentia, vel Dimissorijs proprij Episcopi punitur, sed etiam Episcopus alienus sic ordinans. Hic Episcopus conferens primam Tonsuram sine prædicta licentia, vt supra, incurrit pœnam suspensionis à collatione primæ Tonsuræ per annum, ex *Cap. nullus de tempor. ordin. in 6.* ad quam pœnam incurrunt non solùm Episcopi, sed etiam inferiores Prælati, non tamen loquitur text. contra conferentes maiores, vel minores Ordines, sed tantùm primam Tonsuram, vt notat ibidem glos. *verbo dumtaxat*, vbi etiam Gemin. & aduertit Filiuc. *tract. 9. num. 84.* Hæc suspensio infra annum est reseruata Papæ; sed si casus sit occultus, poterit Episcopus absolui a suo Confessario, si ei ipse det talem facultatem, vigore Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. de reform.* ita P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verbo Ordo, cap. 1. vers. de iure in fin.* & si Episcopus contra dictam suspensionem infra annum prædictum conferat primam Tonsuram incurrat irregularitatem, quia hic dicitur actus Ordinis Episcopalis, ita Rebuff. *in prax. titul. de Cler. ad Sacr. male prom. glos. 1. num. 4.* Marius Alter. *disp. 20. cap. 2. col. 2.* 25

Obserua, quod Prælatus, qui primam Tonsuram conferendo alieno Subdito sine licentia sui Ordinarij, in pœnam suspensionis à collatione primæ Tonsuræ per annum est elapsus, non obstante dicta suspensione infra annum concedere potest literas dimissoriales suo Subdito, vt ab alio Episcopo primam Tonsuram accipiat, aduertunt Io: Andr. & Gemin. *in d. cap. nullus, in fin.* 26

Vlterius ex *Cap. Episcopus in Diœcesi 7. quæst. 1.* conferens Ordines alieno Subdito sine Dimissorijs, vel licentia proprij Ordinarij erat suspensus per annum à celebratione Missæ, aduertit Turrecr. *in d. cap. Episcopus*, & glos. *in cap. eos, qui, de tempor. ordin. in 6.* à qua pœna videtur recessum per *Cap. eos qui cit.* vbi Episcopus ordinans scienter, vel cum affectata ignorantia non Subditum sine Dimissorijs, & licentia proprij Ordinarij incurrit suspensionem per annum à collatione Ordinum, qua suspensione manifestata, Subditi Episcopi suspensi poterant ordinari ab Episcopis vicinis absque licentia sui Ordinarij, ita text. 27

Hæc suspensio est non solùm à collatione Ordinis sic collati sine licentia, sed generaliter à collatione omnium Ordinum per annum, quia text. prædictus loquitur genera- 28

neraliter, & aduertit ibidem glos. *verbo Ordinum*, tenet Suarez *de censur. disput.* 31. *sect.* 5. *num.* 5. Marius Alterius *de suspens. disp.* 16. *cap.* 1. *col.* 3. Bonac. *de susp. in partic. quæst.* 2. *punct.* 7. *num.* 4. *disp.* 3. contra Archid. & Gemin. *in eodem cap. eos qui*.

29 Obserua, quòd conferens primam Tonsuram alieno Subdito sine licentia proprij Ordinarij, incurrit tantum suspensionem à collatione primæ Tonsuræ per annum, per *text. in cap. nullus*, vt diximus paulò antè; non tamen incurrit in suspensionem à collatione aliorum Ordinum, ex dispositione huius *cap. eos qui*; nam hic text. non procedit in casu collationis primæ Tonsuræ, secundum veriorem opinionem, quam tenet glos. *in eodem text. verbo Clericos*, & Geminian. *num.* 5. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 18. *diffin.* 7. *num.* 17. Ricc. in Add. ad Lancell. *instit. Canon. lib.* 1. *tit.* 25. §. *pari ratione*, quos sequitur Diana *tom.* 2. *tract.* 4. *resol.* 194. contra glos. *in d. cap. eos qui, verbo ordinare*, Salzed. ad Diaz. *in prax. Canon. Crimin. cap.* 26. & Barbos. *eodem cap. eos qui, num.* 10. extendentes hanc pœnam etiam contra conferentem primam Tonsuram.

30 Obserua, quòd pœna *cit. cap. eos qui*, suspensionis per annum à collatione Ordinum lata contra conferentem Ordines non Subdito sine licentia Ordinarij, procedit non solum contra Episcopum, sed etiam contra alios Prælatos habentes priuilegium conferendi minores Ordines, vt tenet glos. *in eodem cap. eos qui*.

31 Similiter Episcopus, siue alius Prælatus conferens Ordines alieno Subdito sine licentia proprij Ordinarij incurrit pœnam suspensionis à collatione Ordinum per annum, ex Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 8. *de ref.* si hoc scienter agat, vel ex ignorantia crassa, vel supina, vt aduertit P. Thesaur. *in prax. Eccles. part.* 2. *verbo Ordo, cap.* 16. *vers.* 7. an autem hæc pœna habeat locum in conferente maiores tantum, vel etiam minores, vide quæ diximus supra *vers. Controuersum est*.

32 Item ex Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 2. *de refor.* Episcopus titularis ordinans alienum Subditum sine proprij Prælati expresso consensu ad maiores, vel minores Ordines, vel primam Tonsuram ei conferens, etiam sub prætextu familiaritatis, vel alterius priuilegij incurrit pœnam suspensionis ab exercitio Pontificalium per annum, notat Bonac. *tom.* 3. *de suspens. in partic. disp.* 3. *quæst.* 2. *punct.* 6. 2. *proposit. num.* 4. *vers. Tertio probo*.

33 Hæc de promotione facta sine literis dimissorialibus; sequitur dicendum de facta cum Dimissorijs falsis; & primò obseruandum est, quòd promotus etiam ad primam Tonsuram cum Dimissorijs falsis incurrit crimen falsi, & tanquam falsarius potest processari, inquiri, & querelari, & si fuerit conuictus, vel confessus potest Clericus damnari ad triremes, quæ pœnam hodie successit in locum deportationis, qua de iure puniebatur crimen falsi, ita Clar. *in prax. Crimin.* §. *fin. quæst.* 67. Diaz *in prax. cap.* 140. §. *sic equidem*. Incurrit etiam pœnam infamiæ iuris ex genere pœnæ, si pro hoc crimen fuit condemnatus, *l. Capitalium*, §. *cætera, ff. de pœnis*, & consequenter sit irregularis, quia crimen falsi est crimen publicum, *l.* 1. *ff. de public. iudic.* Clar. *in* §. *falsum, in princ.* Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 36. *num.* 2. & probatur etiam, quia crimen falsi est enorme, & depositione dignum, vt refert Diaz, & Salzed. *in prax. cap.* 96. *verb. detrudatur*, & omne crimen enorme depositione dignum, si notorium fuerit, reddit infamem infamia iuris, & irregularem secundum probabiliorem sententiam, docet P. Thesaur. *in prax. Eccles. cap.* 1. *sub verbo falsum, part.* 2. qui in fine dicit, quòd in hac infamia potest proprius Episcopus dispensare, seu restituere aduersus hanc infamiam, & indirectè dispensare super irregularitate, per *cap. at si Clerici*, §. *de adulterijs, de iudic.* Abb. *in cap. fin. de tempor. ordin. num.* 5. Sylu. *verbo irregularitas, quæst.* 14. Et ad incurrendam hanc pœnam secundum magis communem sententiam sufficit, si crimen sit notorium iure, vel facto, etiam quod non interueniat sententia condemnatoria, quia crimen est depositione dignum, ita Sayr. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 3. *& num.* 12. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 110.

34 Italus cum literis dimissorialibus falsis ab alieno Episcopo Clericali Charactere insignitus, vel ad minores Ordines promotus, etiam si alias sit præditus qualitatibus requisitis per Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 16. fori priuilegio non gaudet, sed sæculari iurisdictione, vt antea in omnibus plenè subiacet, per Bull. Vrbani VIII. 33. incipientem, *Secretis æternæ Prouidentiæ editam anno* 1624. §. 4. secuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, vt in Bulla prædicta. Ex qua obserua, quòd cum promotus prædicto modo subiaceat plenè in omnibus iurisdictioni laicali, sequitur etiam, quod quoad bona ab oneribus patrimonialibus priuilegio immunitatis non gaudeat, quia ius imponendi hæc onera procedit ex iurisdictione laicali circa personam, vt non nisi subditis imponi possint, *l. rescripto*, §. *vlt. ff. de muner. & honor.*

Ordinatus cum veris Dimissorijs, sed subreptitijs non incurrit in pœnam latam contra promotos cum Dimissorijs falsis, tenet P. Thesaur. *in prax. Eccles. part.* 2. *verbo Ordo, cap.* 16. *vers. vltimo*; est tamen controuersum inter DD. an iste incurrat in pœnam latam contra promotum sine Dimissorijs. Cuius resolutio dependet ab alia controuersa quæstione, an subreptio reddat nullam gratiam, vel prouisionem Ordinarij, in quibus quæstionibus Add. ad Quarant. *Summ. Bull. verbo Ordo, in append. vers. quod intellige, in fin. fol. mihi* 559. tenet, quòd paria sint non habere literas dimissorias, & habere subreptitias, & Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 9. *cap.* 1. *num.* 15. tenet promotum cum Dimissorijs subreptitijs, adinstar promoti sine Dimissorijs incurrere in pœnam suspensionis, quia mendax precator debet carere penitus impetratis, *l. & si legibus, C. si contr. ius, vel vtilit. publ. cap. super literis, de rescript.* Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 21. *num.* 4. *& in Præc. Decal. lib.* 4. *cap.* 47. *à num.* 50. Suarez *de Relig. tract.* 6. *de vot. lib.* 6. *cap. vlt. à num.* 14. & alij per prædictos adducti tenent prouisionem Ordinarij reddi nullam per subreptionem, vel obreptionem. Contrariam sententiam nempè prouisionem, & gratiam Ordinarij non reddi nullam per subreptionem, vel obreptionem, quamuis obtinens decipiendo peccet, tenet Emanuel Sà *verbo gratia, num.* 22. quem sequitur Garz. *de Benefic. part.* 8. *cap.* 3. *à num.* 6. *& num.* 9. qui in specie tenet, quod promotus cum Dimissorijs subreptitijs, non incurrit in pœnam latam contra promotum sine dimissorijs, & hanc opinionem dicit esse communiorem P. Thesaur. *in prax. Eccles.* 2. *part. verb. Ordo, cap.* 16. *in vltimis verbis*, & probatur ex eiusdem dictis, *eadem part. verbo gratia, cap.* 8. *vers. primo*. 35

Quæ diximus de Episcopo ordinante alienum Subditum sine Dimissorijs, vel licentia sui Ordinarij quoad pœnas, procedunt in Abbate, vel alio Prælato habente vsum Mitræ, & Baculi, & auctoritate à iure, aut ex priuilegio conferendi minores Ordines, qui si non subditum sæcularem, vel Regularem promouerit sine licentia, vt supra, validè confert Ordinem, & Ordinatus recipit Characterem, sed tam Ordinans, quàm Ordinatus incurrunt in pœnas, in quas incurrere Episcopum diximus. Quod si Abbas, vel alius Prælatus nullam haberet auctoritatem à iure, vel priuilegio conferendi Ordines, tunc si conferre tentaret, nulliter hoc faceret, & Characterem non reciperet Ordinatus, vt distinguit Lapus *alleg.* 128. *num.* 6. quem sequitur Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 1. *num.* 18. *qui num.* 19. defendit, quod si Abbas, vel alius Prælatus priuilegium haberet conferendi minores Ordines certis, & determinatis personis, si alijs conferret nihil ageret, & sic promoti iterùm essent ordinandi, cum clausula, *si & quatenus non sit susceptum Sacramentum*; non obstante, quod aliter iudicetur in Episcopo, qui si alienum subditum ordinet, validè, sed non licitè ordinat; & ratio est, quia Episcopi habent auctoritatem à iure, in casu verò nostro potestas data est à priuilegio, cuius tanta est vis, quatenus verba permittunt. 36

Vltra pœnas, de quibus supra, incurrit etiam Ordinatus ab alieno Antistite sine licentia proprij Ordinarij inhabilitatem, & fit inhabilis ad consequenda Beneficia, tenet Rebuff. *in prax. titul. de literis dimiss. num.* 22. Gabriel. *cons.* 181. *num.* 6. *vol.* 2. ea ratione, quia iste sic promotus est suspensus, & suspenso non possunt Beneficia conferri, vt latè docet Garz. *de benefic.* 7. *part. cap.* 14. *per totum, & signanter n.* 3. *& seqq.* sequitur Campanil. *in diuers.*

iur. Canonic. rubr. 9. cap. 5. num. 1. vbi in fine restringit opinionem in Ordinatis in Sacris sine licentia proprij Episcopi, quia prædicti incurrunt suspensionem ipso iure, de qua in Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. certum est apud omnes DD. De Ordinatis vero in minoribus, quia est controuersum inter DD. an incurrant ipso iure suspensionem, de qua in d. tex. Concil. ipse Campanil. dicit, quòd contra illos non procedit inhabilitas ad Beneficia, cuius contrarium posset teneri in opinione illorum, qui defendunt pœnam suspensionis, de qua in Concil. cit. loc. procedere etiam contra Ordinatos in minoribus.

37 Attestanti se fuisse promotum ab alieno Episcopo, de licentia proprij non creditur, benè tamen creditur Episcopo attestanti ordinasse alienum, de licentia sui Ordinarij, vnde dicitur probata hæc licentia, etiam ad euitandas pœnas, de quibus supra, si in literis Ordinum fuerit præinsertus tenor prædictæ licentiæ, vel saltim de illa in eis fuerit facta mentio, vt seruat praxis, docet Campanil. in diuers. iur. Can. rubr. 9. cap. 8. num. 34. & 35.

38 Excusant nonnulli DD. Ordinantem, & Ordinatum ab alieno Episcopo sine licentia proprij, vel Dimissorijs, si Ordinatio facta sit sub spe ratihabitionis proprij Episcopi, si verè ratihabitio sequatur, & probant hanc sententiam facto Sancti Epiphanij, de quo in cap. Lugdunensis, 9. quæst. 2. ita glos. magna, in fin. in cap. nulla alterius, 9. q. 2. Maiol. Suar. Barbos. & alij apud Bonac. tom. 3. de suspens. in partic. disp. 3. q. 1. punct. 11. 2. propos. num. 14. Sed contraria opinio est magis communis, nempè non esse licitam Ordinationem alterius subditi, sub spe ratihabitionis proprij Ordinarij, & proinde contra talem Ordinatum, & Ordinantem procedere pœnas, de quibus supra tenent multi, quos refert, & sequitur Salzed. ad Diaz. in prax. Crimin. Canonic. cap. 27. vers. Secundus, quando Episcopus, qui pluribus rationibus respondet, cap. Lugdunensis fundamento contrariæ sententiæ, sequitur Ricc. in prax. 3. part. tit. prax. litter. dimissor. resol. 237. n. 12. vbi vers. mihi tamen, valide defendit opinionem post Addit. ad Quarant. in Summ. Bull. verbo Ordo, intra vers. amplia hanc, fol. 362.

39 Excusatur etiam Ordinans, & Ordinatus ab alieno Episcopo sine Dimissorijs, & licentia proprij Ordinarij, si Ordinatus rescriptum, seu priuilegium obtinuit à Summo Pontifice recipiendi Ordines à quolibet Episcopo, & licet in hoc casu non sint necessariæ literæ dimissoriales, debet tamen Ordinandus habere literas commendatitias de vita, & moribus à suo Ordinario, alias tam Ordinans, quàm Ordinatus incurrunt in pœnas, Concil. Trid. sess. 23. cap. 8. de refor. vt notauimus supra, & tenet Addit. ad Quarant. in Summ. Bull. verbo Ordo, in append. vers. suspensionis pœna, fol. mihi 359. Idem in Ordinato ab alio Antistite cum dispensatione Apostolica, stante Sede vacante, vel proprio Episcopo in remotis agente, sine literis commendatitijs de vita, & moribus, sequitur Bonac. cit. loc. num. 22.

40 Non excusatur, nec Ordinans, nec Ordinatus sine literis dimissorijs proprij Ordinarij sub prætextu, quod Ordinatus sit persona cognita, & habens qualitates requisitas, à Concil. Trid. & Decretis Sacr. Congr. notoriè cognitas, quia Dimissoriæ ex Constitutione Pij II. incipiente, Cum ex Sacrar. de qua supra, requiruntur pro forma, & quando est data forma, semper, & omnino est seruanda, ita Mandos. in reg. 24. quæst. 3. quem sequitur Prosp. de August. ad Quarant. verbo Ordo, vers. amplia hanc extrauagantem, in princ. fol. mihi 362. licet aliud dicendum sit quoad examen, nam notus promoueri potest sine examine, quod alias in incognito requireretur, cap. qui Episcopus cum glos. 2. 23. distinct. cap. veniam, vers. Eustachium 35. quæst. 9. cap. nullus 2. cum glos. ibi, Quod ordinari potest cognitus absque examine 23. distinct. Abb. in cap. constitutis, num. 4. de appell. vbi subdit, quòd scholaris notoriè peritus doctorari potest sine examine, Ias. in l. 1. num. 26. ff. de lib. & posthum.

41 Excusatur Ordinatus ab alieno Episcopo sine literis dimissorijs proprij Ordinarij, si Ordinatio facta est sciente, & non contradicente proprio Episcopo, quia scientia cum patientia operatur idem, quod deputatio ad aliquod officium, seu ad aliquid peragendum, per text. in l. 1. §. Magistrum 2. vers. si scit, & passus, ff. de exercito. Vbi DD. præsertim Paul. de Castr. num. 3. dicunt, quod gesta per aliquem tanquam locumtenentem sciente, & patiente Superiore valent, licet non appareat de locumtenentia, quia tacitè videtur eum constituisse, facit text. in l. qui petitur, ff. mandat. Ita probat hanc opinionem Mandos. in reg. 24. de male promotis, quæsito 5. vbi in fine respondet obiectioni, quæ posset formari ex his, quæ diximus supra nempè, Dimissorias esse statutas pro forma.

Dubitatur, an pœnis, quibus diximus affici Ordinantem alienum Subditum, & Ordinatum ab alieno Antistite sine Dimissorijs proprij Ordinarij, afficiatur etiam Episcopus ordinans Regularem, & ipse Regularis Ordinatus sine Dimissorijs proprij Superioris? 42

Respondeo partem affirmatiuam, nempè pœnam suspensionis latam contra promotum sine literis dimissorijs, vt supra, procedere etiam contra Regulares, ex identitate rationis, probat Mandos. cit. loc. quæsito 2. num. 6. vers. pro parte vero. De hac re vide latius apud Campanil. in diuers. iur. Canon. rub. 9. cap. 3. num. 4. & 5. & rub. 12. cap. 3. num. 24.

Obserua hìc primò, quod Episcopus loci Monasterij potest ordinare Nouitium commorantem in prædicto Monasterio, etiam si alibi sit natus infra annum probationis, & ante professionem, tenent Ancharan. in hoc cap. cum nullus, num. 4. & Franch. in fin. quos sequitur Campanil. in diuers. iur. Canon. rub. 9. cap. 3. num. 3. contra nonnullos ibi adductos; & ratio est, quia prædictus Nouitius iam factus est subditus ratione domicilij, cum habeat animum ibi perpetuo manendi. 43

Obserua secundò, quod in Dimissorijs Regularibus concedendis Superiores illorum non adstringuntur præceptis de publicandis publicè in Ecclesijs desiderijs Ordinandorum, & Episcopus recipiens Dimissorias illorum, non tenetur hoc inuestigare, nec si extet testimonium de eorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis, ad præscriptum Sacr. Concil. Trident. sess. 23. cap. 5. de refor. & Decreti Sacr. Congregationis de promouendis in Regno Neapolitano. Sufficit enim Episcopo ordinanti, testimonium habere ab ordinandorum Superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus prædictos nullo requisitorum indigere, eorumque fidei standum esse, præter quam circa doctrinam, pro qua subijciuntur Episcoporum examini, ita Henriq. in Summ. lib. 10. cap. 23. §. 4. in glos. lit. L. Roderic. Lusitan. quæst. regul. tom. 3. q. 24. art. 1. 44

Obserua tertiò, nonnullas Religiones priuilegium habere, vt cum Dimissorijs Superiorum eorum Regulares possint Ordines recipere à quocumque Episcopo etiam Sacros, sicut testatur P. Suarez de Religion. tom. 3. lib. 5. cap. 6. num. 17. habere priuilegium prædictum Societatem Iesu Christianæ Reipublicæ ornamentum, & refert etiam Nouar. Lucer. Regul. verbo Dimissoriæ, num. 2. In cuius priuilegij terminis disceptant DD. an possint Superiores prædictarum Religionum concedere Dimissorias directas cuicumque Episcopo Nouitijs, de qua quæstione est videre apud Dian. 3. part. tract. de dubijs Regularium, resol. 7. vbi refert DD. pro vtraque sententia, verùm ipse adhæret communiori opinioni, nempè licere Superioribus prædictis Dimissorias concedere, etiam Nouitijs, eamque sententiam non solum dicit militare cum ipsa Religione habente priuilegium, sed cum alijs, quæ priuilegiorum communicatione gaudent, voluit etiam Suarez cit. loc. Verum in hoc casu cautius dicendum est, attendendum esse tenorem, & verba priuilegij. Extra verò casum priuilegij seruandum est cum Naldo in Summ. verbo Nouitius, num. 8. Vgolin. de potest. Episc. cap. 26. §. 20. num. 7. Henriq. lib. 10. cap. 23. num. 3. literas dimissorias esse concedendas Nouitijs per Episcopum, intra cuius Diœcesi est Monasterium, vbi adest Nouitiatus; nam, & illos posse etiam ordinare diximus supra, vers. Obserua hìc primò. 45

Obserua quartò, ex doctrina Dianæ tom. 3. tract. 2. de dubijs Regular. resol. 31. & aliorum apud eum, quos nouissimè sequitur Nouar. Lucern. Regul. verb. Ordo, n. 12. posse tutè Episcopum recipere Regularem cum Dimissorijs sui Superioris, ac illi conferre extra tempora, etiam Ordines maiores vigore priuilegiorum Regularium; cuius contrarium tenent Vasquez, & Suarez, quos citat 46

Nouar.

Nouar. *eodem loc.* sed quia conferre Ordines maximè Sacros extra tempora, certum est prohiberi per Conc. Trid. ideò Episcopus securius ageret, si se abstineret ab hac Ordinatione, quando non est securus de priuilegio, quod indubitatum est habere Patres Societatis Iesu per Bull. Greg. XIII. & Fratres Capellanos S. Ioannis Hierosolymitani per Bull. Pij V. incipientem, *Circumspecta*.

47 Obserua quintò, quòd obtinens Dimissorias à proprio Ordinario directas cuicumque Episcopo in propria Diœcesi ordinante, in casu quo permittuntur Dimissoriæ generales, non potest ordinari licitè ab Episcopo Ordinationes exercentes extra suam Diœcesim, cum licentia tamen Episcopi loci, vt tenet Gutier. *in Canonic. quæstionib. lib. 1. cap. 16.* cuius contrarium conatur probare Diana 3. *part. tract. 4. de Sacram. resolut. 191.* sed verè non est recedendum ab opinione Gutier. quia per concessionem licentiæ ordinandi in propria Diœcesi videtur denegata extra Diœcesim.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Dimissoriæ ad ordines an dirigendæ certo Episcopo?*
2 *Examen an possit committi Episcopo ordinanti, vel alteri confidenti?*
3 *Nouus Episcopus potest reuocare literas prædecessoris.*

1 Dimissoriæ ad Clericatum, & ad minores ordines dirigendæ sunt per proprium Episcopum certo Episcopo; consuetudo tamen seruat, & nomen Episcopi relinquatur in albo, Nicol. *in flosc. verb. dimissoria num. 2.* Beneuerùm Ventrigl. *num. 5.* probat non posse.

2 Examen committi potest Episcopo ordinanti, vel alteri, cui in confidentiam committitur, ita Nicol. *ibid.*

3 Nouus Episcopus potest reuocare per edictum dimissorias literas ab Episcopo prædecessore concessas, Barbos. *de Canonic. cap. 2. num. 58.* Dian. *part. 8. tract. 4. resolut. 41.*

ANNOTATIO XXIV.

De Clerico peregrino.

ARGVMENTVM.

Notatur, quod talis Clericus non est admittendus ad celebrandum sine literis commendatitijs, quid si Clericus sit notus, vel intendat probare per testes suam Canonicam promotionem, an posit Ordinarius prohibere, ne admittatur talis Clericus etiam in Ecclesijs Regularium. Notatur etiam aliquid de literis commendatitijs, quid de vtentibus illis falsis. Et an posit eas denegare Episcopus Clerico petenti, vel expellere Clericum externum sine dictis literis, quomodo debeant esse sigilatæ, & quando expirent. An posit Episcopus præcipere, ne Clerici discedant sine dictis literis. Et quid de Clerico peregrino.

SVMMARIVM.

1 *De literis commendatitijs, sine quibus Clericus ignotus non debet admitti ad exercitium Ordinis, num. 1. Quod fallit in Clerico noto, vel in Clerico peregrino associato personis qualificatis, num. 2. Vel in Clerico, qui alias probat suam promotionem legitimam. Vel secreto celebrat. Vel ex deuotione, num. 3.*
4 *Sacerdos externus celebrans sine literis dimissorihs nullam incurrit pœnam de iure communi, quia prohibitio ligat Superiores, ne illos admittant.*
5 *Episcopus potest prohibere, ne admittantur exteri Sacerdotes tam in Ecclesijs sæcularibus, quam regularibus.*
6 *Literis commendatitijs falsis vtens non incurrit pœnam aliquam.*
7 *Literæ commendatitiæ an possint denegari per Ordinarium: & quid in adscripto seruitio Ecclesiæ; vel in casu, quo quis vellet illis vti non ad solitum finem, num. 9.*
8 *Literarum commendatitiarum amissio potest probari per testes.*
10 *Literæ commendatitiæ debent muniri sigillo concedentis.*
11 *Clericus externus sine literis commendatitijs non potest expelli ab Ordinario, si non vult Ordines exercere; & quid de Eremitis.*
12 *Literæ commendatitiæ an possint denegari vagabundo; & quis dicatur talis.*
13 *Literæ commendatiæ non expirant morte concedentis, vel remotione ab officio.*
14 *Regularis peregrinus sine literis commendatitijs sui Superioris non est recipiendus ad Diuina, & potest ab Ordinario puniri.*
15 *Episcopus potest præcipere suis subditis, ne discedant sine literis commendatitijs.*

ANNOTATIO XXIV.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. Tua, de Clerico peregrino.

Præcipit hic Text. Episcopis vt non permittant in eorum Ecclesijs Clericos peregrinos, & ignotos Diuina celebrare, nisi ipsis Episcopis constet per literas, siue per testes de Clericorum prædictorum ordinatione Canonica, possent tamen substinere, si secreto, & ex deuotione celebrare voluerint; de qua prohibitione habetur etiam *in cap. 7. distinct. 71. & in cap. Monachum 20. q. 4.* nouissimè Concil. Trid. *sess. 23. de ref. cap. 16.* in vltimis verbis; *Statuit, quod nullus præterea Clericus peregrinus sine commendatitijs, seu Ordinarij literis ab vllo Episcopo ad Diuina celebranda, & ad Sacramenta administranda admittatur;* de quibus literis vide P. Henriq. *in sum. lib. 7. cap. 34. §. 6.* F. Emanuel. *quæst. Regul. tom. 2. q. 121. art. 1.* P. Suar. *de Relig. tract. de voto, lib. 3. c. 4.* Nauar. *cons. 5. tit. de celebr. Miss.* Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 29. n. 42. vers. tanto tempore,* DD. in hoc text. Genuens. *in prax. cap. 40.* Nouar. *in prax. iur. Pontif. tit. de lit. commendatitijs,* & alibi, in qua materia notabo breuiter nonnulla vsu frequentiora.

Nota primò, quòd Clericus ignotus, & peregrinus non debet admitti ad celebrandum Diuina sine literis commendatitijs sui Ordinarij, etiam si inret, quod sit legitimè in ordinibus constitutus, antequam eius conuersatio fuerit approbata, ita deciditur *in cap. inter quatuor hoc tit.* 1

Nota secundò, quòd dispositio huius text. procedit in Clerico penitus ignoto, qui si sit famosus, vel aliqualiter notus, aut secum ducat plures socios personas qualificatas, ex quibus Episcopus possit competentem notitiam, & informationem habere de legitimo Clericatu, esset etiam admittendus ad Diuina celebranda, vt obseruat Abb. *in hoc cap. tua,* in vltimis verbis ex opinione Anton. de Bur. Genuens. *in prax. cap. 40. in princ.* 2

Nota tertiò, quòd licet Concil. Trid. *cit. loc.* simpliciter dicat non esse admittendum Clericum externum ad Diuina sine literis commendatitijs sui Ordinarij, quia tamen Concil. non derogat dispositioni huius *cap. tua,* vbi admittitur Clericus ad hunc effectum ad probandam canonicam promotionem per testes; dicendum est, si Cle- 3

ricus exterus probet dictam suam ordinationem, nec esse aliqua censura, vel impedimento detenctum per testes, vel alio authentico modo, posse admitti ad Diuina peragenda in aliena Diœcesi sine literis commendatitijs, vel si notoriè constaret, stante qualitate personæ de requisitis prædictis, iuxta *cit. cap. inter quatuor*, vel si Clericus vellet celebrare secreto, vel ex deuotione, quia etiam tunc posset admitti, *ex hoc cap. tua*, & licet Campanil, *in diuersor. iur. Canon. rub.9. cap.6. n. 4. in princ.* videatur referre ad effectum prædictum literas prædictas esse de forma, adducens ad id Mandos. *in regul. Cancell.* 24. *quæst*, 5. secundum quam opinionem esset dicendum in nullo casu posse admitti Clericum sine literis commendatitijs sui Ordinarij ad Diuina celebranda; sed quia Mandos. loquitur de Dimissorijs ad Ordines recipiendos, & Campanil. *eodem num.24. in fin.* videtur recedere ab illo, ideò statuta prima sententia potest tutè teneri etiam in terminis Concil. Trid. quam eodem loco tenet Campanil, *num.7.*

4 Nota quartò, quòd prohibitio, de qua *in hoc cap. tua*, & cit. text. Concil. Trid. est, quoad Episcopos, & alios Superiores locorum, quibus prohibetur admittere Clericum exterum ad celebrandum Sacrum, vel ministrandum Sacramenta sine literis commendatitijs sui Ordinarij, non tamen est, quoad ipsos Clericos; vnde Sacerdos exterus posset liberè celebrare, & Sacramenta ministrare in aliena Diœcesi sine literis dimissorijs sui Ordinarij, secluso scandalo, nec in aliquam suspensionem incideret, cum hoc nullo iure sancitum sit, ita Nauar. *de celebrat. Miss.* Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 29. num. 42. vers. tantopere*, Henriq. *in summ. lib.10. cap.34. §.6. lit. l.* nisi id prohiberetur aliqua lege particulari, idem Campanil. *cit. loc. num.* 7. Nouar. *in prax. iur. Pontific. tit. de literis dimissor. concl.1. num. 4.*

5 Hinc dicendum est, non solum posse Ordinarium prohibere, vt non admittantur Sacerdotes sæculares exteri ad Diuina Officia celebranda, nisi prius ab ipso Episcopo visis literis commendatitijs ipsi Sacerdotes admissi fuerint, in Ecclesijs sæcularium Clericorum, sed etiam nec in Ecclesijs Regularium, vt per adductam declarationem Sacr. Congreg. 1. Nouemb. 1594. & à Barbos. in eodem Concil. Trid. *sess.23. de refor. cap.16.*

6 Vtens literis commendatitijs falsis, quarum virtute quis habuit licentiam celebrandi in aliena Diœcesi, non incurrit pœnam aliquam ex solo prædicto vsu, nisi aliud concurrat crimen, vt quia exercuit Ordinem, ad quem non fuit promotus, & simile, defendit Nauar. *cons. vnico, de Cler. peregr. in nouis, siue 4. de for. compet. in antiq.* Sayr. *decis. vnica, de celebr. miss.* quos refert, & sequitur Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 6. num.7.* vbi testatur ex auctoritate prædictorum liberasse quemdam Præsbyterum suum clientem, qui habuit literas commendatitias à suo Ordinario ad certum tempus, illasque falso prorogauit finito termino.

7 Dubitatur, an Ordinarius possit denegare Clerico proficiscere volenti extra Diœcesim prædictas literas commendatitias?

Respondetur, regulariter has literas non esse denegandas, tenet ex mente Sacr. Congregat. Campanil. *cit. loc. num.4. circa finem.* Fallit tamen hæc opinio; Primò, vt Ordinarius possit denegare has literas habenti beneficium requirens personalem residentiam, est indubitatum. Fallit secundo in Clerico adscripto, iuxta formam Sacr. Concil. Trid. *sess. 23. cap.* 13. seruitio alicuius Ecclesiæ, vel loci pij, probatur apertè per argumentum à contrario sensu, ex adductis declarationibus Sacr. Cong. super cit. text. Concil. Trid. à Barbos. & ab Emanuel. Sà *verb. Clericus, num.* 29. dicentibus, quod Clericus nulli loco, aut beneficio adscriptus non tenetur residere, nec inuitus potest retineri sed liberè potest à sua Diœcesi abire, Nouar. *in prax. iur. Pontific. tit. de dimiss. concl.1. num.2. & seqq.*

Sed hæc sententia, quòd ascripto seruitio Ecclesiæ possint denegari literæ commendatitiæ, ipsumque teneri residere in loco, vbi est adscriptus, inuoluit maximam restrictionem; certum est enim ex Concil. Trid. *sess. 23. de ref. cap.16.* omnes promouendos esse adscribendos seruitio Ecclesiæ, ergo omnibus, & generaliter potest Episcopus denegare has literas; hanc sententiam tenet Campanil. *cit. loc. num.* 5. qui etiam ex præcitato tex. Concil. Trid. sentit, quod Ordinarius generaliter potest reuocare omnes absentes, exceptis ijs, qui ex errore, vel inaduertentia non sunt adscripti seruitio Ecclesiæ: & licet in rigore opinio Campanil. sit vera, tamen praxis permittit contrarium, & Clericos etiam adscriptos abesse cum literis commendatitijs, & eos absentes non reuocar, & hanc praxim benè comprobat Donat. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap.107. qui num. 8. & seqq.* dicit, ex cit. text. Concil. Trid. adscriptum non teneri residere, sed tantum adstringi ad petendam licentiam ab Ordinario tempore discessus, & Ordinarium teneri illam concedere, alias Clericum posse appellare ad Metropolitanum, qui potestatem habet cogendi suffraganeum ad peragendum, quod debet. Verùm si in Ecclesia deficeret seruitium, Ordinarium posse reuocare adscriptum, dicit ibidem prædictus de Marinis *num.12.*

Fallit tertiò proposita regula, vt Ordinarius non possit denegare literas commendatitias in Ordinato in Sacris ad titulum patrimonij pro vtilitate, vel commoditate alicuius Ecclesiæ, nam iste durante causa, ob quam fuit ordinatus, tenetur inseruire eidem Ecclesiæ, cui fuit adscriptus, Prosp. de August. in add. ad Quarant. *in Summ. Bull. verbo ordo, vers. circa tertium, in fin.* Campanil. *citat. loc. num.5.* & proindè Ordinarius potest illi denegare literas commendatitias, & si absens est illum reuocare, quod intelligendum est iuxta dicta per Donat. Anton. de Marin. *vt supra.*

Nota quintò, quòd existente particulari statuto in aliquo loco, vt non admittantur exteri Sacerdotes ad celebrandum sine literis commendatitijs sui Ordinarij, si Sacerdos exterus amisit literas prædictas, probat per eum amissione per testes, debet admitti ad celebrandum, deducitur ex dictis per Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neap. part.1. decis.150.* 8

Annis elapsis quidam Clericus petebat à suo Ordinario literas commendatitias asserens velle Romam petere ob deuotionem; sed quia Episcopus probabiliter credebat, Clericum petere literas non deuotionis causa, sed vt ex eis posset probare non esse inquisitum, & obtinere à Nuntio Apostolicæ Sedis Neapoli commorante commissionem, ita dari solitam per dictum Nuntium; petijt à me prædictus Ordinarius si posset tuta conscientia denegare præfatas literas commendatitias, stante quod Clericus nullo detinebatur vinculo. Respondi cum distinctione, supponendo, quod literarum petitio esset ad dictum finem, quod si Clericus desiderabat commissionem, vt Cameræ Apostolicæ inseruiret, quæ cum suis indigeat, Ministris non debet illis priuari, & Ordinarius non benè denegare poterat dictas literas; sed si Clericus commissionem procurabat in fraudem, & ad finem fugiendi iudicium sui Ordinarij, vt à creditoribus non posset facilè conueniri, aut impunè posset delinquere, & tunc poterat Ordinarius tuta conscientia denegare literas commendatitias, cum fraus, & dolus patrocinari nemini debeat, *cap. ex tenore, de rescript.* 9

Nota sextò, quòd literæ commendatitiæ debent esse sigillatæ sigillo Ordinarij concedentis, alias non possunt admitti, vt seruat *Praxis*, & probatur per *cap. post cessionem, de probat.* vbi glos. & DD. omnes, præsertim Felin. *num.* 18. refert, quod literæ Ordinariorum subscriptæ, sed non sigillatæ censetur literæ priuatæ, quibus non creditur, nisi contra scribentem, probato, quod ipse scripserit, *l. si procuratorem, ff. de procurat. l. Publia, ff. depositi, cap. olim de censibus.* 10

Nota septimò, quòd Episcopus non potest denegare ingressum, vel expellere commorantem Clericum exterum sine literis commendatitijs sui Ordinarij à sua Diœcesi, qui non vult exercere Ordines, sed tanquam aduena ibi commorare, probat auctoritatibus, & rationibus Genuens. *in prax. Car. Archiep. Neap. cap.4. num.* 2. Fallit hæc regula in Eremitis, quorum viuendi ratio ab Apostolica Sede approbata non est, nam isti non tolerantur ab Ordinarijs, vt refert Nouar. *lucer. regul. verbo Eremita, n.2.* & proindè Curia Archiepiscopalis Neapolitana carcerat Eremitas in Ciuitate, vel Diœcesi Neapolitana repertos, & præciso habitu illis iniungit præceptum sub 11

pœna triremium de non accedendo amplius ad eam; ea eatione, quia solent esse damnatæ vitæ, ita refert Genuens. *in prax. eiusdem Cur. cap. 46. num. 4. in impress. Romæ* 1622. qui eodem loco testatur, quòd si prædicti Eremitæ sint probatæ vitæ, possunt tolerari, & in omnibus subduntur Episcopo, per glos. *in cap. qui verè 16. quæst. 1.*

12 Diximus, non debere Ordinarium denegare literas commendatitias Clerico non adscripto vinculo residentiæ, dum à sua propria Diœcesi discedere intendit; Dubitatur, an hoc procedat in Clerico vagabundo. Pro cuius cognitione sciendum est; quòd vagabundus propriè dicitur, qui non habet certum domicilium, vel habitationem, ita glos. & Bart. *in l. 4. §. prætor, ff. de damno infect.* & qui discedendo à Patria nouum non eligit domicilium, nec ad antiquum redire intendit, vt declarat Alber. *in diction. lit. V. vers. vagabundus* 2.

His præmissis ad dubitationem dico, quòd cùm vagatio in Clerico sit delictum, vnde Clericus vagabundus potest beneficio priuari, etiam si simplex sit, & nullam requirat residentiam, & solùm ex vagationis delicto, vt testatur Abb. *in cap. ex tua deuotionis, num.* 14. *de Cler. non resident.* sequitur Genuens. *cit. loc. num. 9. in annotat.* potest, & debet Ordinarius D missorias, seu literas commendatitias denegare Clerico vagabundo; immò licentiam datam Clerico vagabundo ab Ordinario, vt possit se absentare, non valere, tenet Abb. *cit. loc.*

13 Literæ commendatitiæ, siue licentia absentiæ non expirant morte concedentis, vel remotione ab officio, & hoc est commune in omnibus licentijs, ita Card. *in Clement. fin. vers. quintò quæro, sub num. 9. de elect.* Afflict. *decis.* 128. *num. 4. & 5.* Id etiam procedit, si licentia de non residendo esset data Parocho in tempore expresso, quia illa perdurat etiam post mortem concedentis, ita glos. *in cap. cum ex eo, vers. septennium, de elect. in 6.* Roman. *singul.* 517. *in antiquis*, Archid. *in cap. licèt Canon. de elect. in 6.* Dec. *cons.* 404. *num. 13. & 14.*

14 Regularis peregrinus etiam prætextu accedendi ad suos Superiores sine literis commendatitijs, seu licentia sui Superioris Regularis non solùm non debet recipi ad Diuina peragenda, sed potest ab Ordinarijs locorum tamquam desertor sui instituti puniri, deciditur expressè in Concil. Trid. *sess. 25. de regul. cap. 4.* aduertit Nauar. *lucer. Regul. verbo regressus à Monasterijs, num. 4.*

15 Nota octauò, quòd Episcopus potest suis subditis facere præceptum, etiam sub pœna pecuniaria, vt non discedant à sua Diœcesi sine literis commendatitij, vel eius expressa licentia, vt testatur consuluisse Ricc. *decis.* 346. quem sequitur Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap. 107. num.* 15.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Litera commendatitia, quæ sint, & quibus denegari valeant?*
2 *Commendatitijs falsis vtens an incurrat in pœnam?*
3 *Episcopus an sub pœna pecuniaria possit prohibere subditis discessum à sua diœcesi?*
4 *Opinio affirmatiua Riccij discutitur.*
5 *Ordinarius potest præcipere ne admittantur Sacerdotes exteri ad celebrandum sine commendatitijs.*

1 Litteræ commendatitiæ concedi solent ijs, qui peregrinati, seu ad alia loca accedere velint. Et Episcopus denegare nequit, vbi quis non habet beneficia residentialia, vt pluries declarasse Sacram Congregationem refert Card. de Luca *in annot. ad S.C.Trid. discurs. 4. num.* 14.

2 Inquirit Ventrigl. *num.* 6. An commendatitijs falsis vtens incurrat aliquam pœnam. Distinguit. Aut incurrat crimen, vt quia exercuerit aliquem ordinem, ad quem non fuit promotus, & tunc incurrat pœnam. Aut exercuerit ordinem, ad quem fuerit promotus, & non incurrat pœnam, & distinctionem probat, ex Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 6. num. 7.* testante, liberasse quendam presbyterum suum clientem, qui habuerat litteras commendatitias à suo Ordinario ad certum tempus, illasque falsò prorogauit finito tempore. Cœterùm distinctio mihi non arridet. Conueniens cum opinione *Campanilis* in suo casu de clerico, qui falsò prorogauit tempus in litteris commendatitijs statutum; quia per litteras commendatitias veras iam erat notus Ordinario loci, vbi celebrauerat, aderat primordium veritatis, & poterat sine alijs commendatitijs litteris, celebrare. At secus in vtente falsis litteris contrafaciendo characterem sui Ordinarij, & falsificando sigillum, nam vix poterit effugere pœnam extraordinariam.

Rursus excitat quæstionem Ventrigl. *num.* 15. An Episcopus valeat præcipere suis subditis, ne discedant à sua diœcesi absque litteris commendatitijs, idque sub pœna pecuniaria? Affirmatiuam amplectitur opinionem ex Riccio *decis.* 34. quem sequitur Reg. de Marin. *resol.* 107. *num.* 15. 3

Duritiem, seruitutem, & auaritiam videtur continere resolutio hæc indistincta ad fauorem Episcoporum. Quia adsunt Episcopi habentes angustum territorium, & quotidie opus est accedere ad loca vicina alterius diœcesis. Præterea esto Episcopus haberet amplam diœcesim, nihilominus vni territorio, & loco adiacent loca alterius diœcesis, & tollitur communicatio, & commercium inter loca vicina, & quoties soluuntur emolumenta pro licentia discedendi pro paucis horis, & diebus præceptum videtur durum, & continere auaritiam; Beneuerùm posset præcipi inquisitis ne discedant sub pœna, vel habentibus beneficia residentialia. Vlterius neque Barones vtuntur hoc more prohibendi vassallis discessum à suis territorijs. Quoties insuper denegari nequit licentia, qualiter tunc prohiberi poterit sub pœna pecuniaria discessus. 4

Attamen potest Ordinarius prohibere, ne admittantur Sacerdotes sęculares exteri ad diuina sacrificia celebranda, nisi prius ab ipso visis litteris commendatitijs Sacerdotes admissi fuerint, & præcipi poterit etiam celebratio in Ecclesijs regularium, Ventrigl. *num.* 5. referens ita declarasse Sacram Congregationem cum Barbos. 5

ANNOTATIO XXV.

Mulier tenetur sequi virum.

ARGVMENTVM.

Notatur quomodo teneatur sequi in vita, & quomodo in morte. Quid si vxor decedat non electa sepultura. Et cuius expensis sit sepelienda. An regula text. procedat, quòd vir teneatur sequi vxorem in morte. Et an vxor teneatur sequi virum discedentem sine iusta causa, vel ob delictum commissum. An vxor possit iuuari consuetudine. Quid procedat in sponsa. Adducuntur nonnulli casus, in quibus regula non procedit. Quid si adsit pactum, quòd vxor non possit extrahi à sua Patria.

SVMMARIVM.

1 *Vxor tenetur virum sequi in vita sub præcepto, & potest constringi, In morte de consilio; & quid si plures viros habuerit; & an in morte vir teneatur vxorem sequi, num. 4.*
2 *Vxor decedens sine electione sepultura, vbi sepelienda est.*
3 *Vxor cuius expensis sepelienda est.*
5 *Vxor an teneatur sequi virum recedentem ex iniusta causa, vel sine necessitate, vel fugientem ratione delicti, vel banni, num. 6.*
7 *Consuetudo, quòd vxor non teneatur virum sequi, non valet.*

8 *Spon-*

8 *Sponsa non tenetur sequi sponsum.*

9 *Vxor non tenetur sequi virum cum periculo animæ, vel corporis; & an teneatur sequi virum vagabundum, num. 10. 11. 12. & 13.*

14 *Vxor an teneatur virum sequi eligentem alibi commorare; & quid si inter eos adest pactum, vt non possit extrahi à Patria, num. 15. Et an valeat tale pactum, ibidem. Et quid si factum sit legatum, dummodo habitet in tali loco, num. 16.*

ANNOTATIO XXV.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. Vnaquæque, 13. quæst. 2.

IN hoc text. statuitur regula, quòd vnaquæque mulier sequatur virum suum siue in vita, siue in morte, de hac materia, vide Turrecr. *in hoc text.* Host. *in cap. de illis, de sponsal.* & DD. alios, idem videtur sentire *cap. 1. de coning. lepros.* vbi glos. *in verb. sequantur*, & DD. omnes Canonistæ *in l. si cum dotem*, §. *si maritus*, *ff. solut. matrim.* Tiraquell. *de legib. connub. glos. 1. part. 1. num. 39.* vbi multos adducit Syluest. *in summ. verbo vxor, quæst. 8.* & reliqui Summistæ, Villalobos. *commun. opin. verbo vxor, num. 74.* Hyppolit. Rimin. *cons. matrim. diuers. 81. n. 21.* Peguer. *decis. crimin. 3. num. 11.* Nauar. *in summ. cap. 14. num. 20.* Philiar. *de offic. Sacerd. 1. tom. part. 2. lib. 4. cap. 10.* Manuel. *in summ. 1. tom. cap. 15. num. 2.* & reliqui apud Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 41. per totum.*

1 Obserua ibi in vita, vel in morte, quòd in vita vxor tenetur sub præcepto etiam culpæ mortalis, & potest constringi, vt sequatur virum, ita aduertit Nauar. & alij, quos sequitur Sanch. *cit. loc. num. 1. vers. prima conclusio, in fine.* In morte verò non tenetur illum sequi sub præcepto, sed tantùm de consilio, vt aduertit glos. *in cap. vnaquæque, in verbo in morte*, vnde est, quòd vxor non tenetur ex præcepto sequi virum in sepultura, sed illam potest eligere vbi voluerit; sed si vxor vult vti hoc consilio, & plures habuit viros tenetur vltimum sequi, sicut vltimum virum sequitur in domicilio, & honore, *l. filij, §. 1. ff. ad munic.* & non solùm si decedat vxor post mortem viri, potest eligere sepultura vbi vult, sed etiam si viuente viro, est *text. in cap. de vxore, de sepult.* ratio est, quia per mortem vxor censetur soluta à lege viri.

2 Quòd si vxor decessit non facta electione sepulturæ, tunc sepeliri debet in sepulchro, vbi vir eius sepultus est, & si plures habuit viros successiuè, debet sepeliri in sepulcro vltimi mariti, cuius retinet domicilium, & honorem text. est expressus in *cap. is, qui, §. mulier, de sepult. lib. 6.* glos. *in cit. cap. de vxore*, vbi Abb. *num. 6.* qui id extendit etiam si vxor vidua reuersa est ad domum patris. Sed si vxor prædecessit adhuc sepelienda est in sepulchro, quod parauit vir, & si nullum parauit sepulchrum, sed habet paratum à suis maioribus, ibique intendit prædictus vir sepeliri, quia animi destinatione videtur maritus ibi sepultus, ibidem est sepelienda vxor; Quòd si maritus proprium non habet sepulchrum, nec suorum, & absens est, ita vt voluntatem suam declarare non possit, tunc est sepelienda in sepulchro maiorum ipsius mulieris, ita Abb. *in cit. cap. de vxore, num. 6.*

3 Occasione sumpta quæritur, cuius expensis sit sepelienda vxor? Resp. sepeliendam esse expensis dotis; ita vt succedens in dote, teneatur ad expensas funeris; & si vir lucratur ratione statuti, partem dotis tenetur contribuere funeri pro rata; & si dos reperiatur penes virum, qui teneretur illam restituere, non potest iuuari dilatione annali ad restituendam dotem ad effectum euitandi expensas funeris, ita Paul. de Castr. *in l. filia, ff. solut. matrim.* quòd si vxor non est dotata, & habet suos, maritus non tenetur ad expensas funeris; secus si mulier nec suos, nec in bonis habet, quia tunc tenetur vir, ita habetur ex dictis Bar. *in l. quod in vxorem, C. de negot. gest.*

4 Dubitatur, an sicut tenetur vxor sequi virum, ita teneatur & vir sequi vxorem. In morte non procedit dubitatio, nam vir est sepeliendus in sepulchro suorum maiorum, siue superstite, siue præmortua vxore, vt docet Abb. *cit. loc.* In vita nec tenetur vir vxorem sequi, & ratio est, quia cùm vir caput sit, ipsiusque sit gubernare, potest ad libitum eligere domicilium, & vxor tenetur eum comitari; vxor verò cùm sit subdita, non potest eligere domicilium, & proindè vir non tenetur eam sequi. Fallit tamen opinio, quando aliqua iusta causa intercedit, quæ compellit mulierem ad domicilium mutandum, tunc quia ratione mutui obsequij coniugalis vir tenetur cohabitare cum vxore, consequenter tenetur & illam sequi, docet Alexand. de Neuo *in cap. de illis, num. 12. de sponsal.* glos. *in cap. 1. verbo sequantur, de coning. lepros.* & ibi Innoc. *in princ.* Host. *num. 2. & 3.* Anchar. *num. 3. in fine, & num. 6.* Anton. de Butr. *num. 11.* Abb. *num. 3.* sequitur Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 41. num. 14. & 15.* qui alios refert.

Ampliatur proposita regula, vt vxor teneatur sequi virum, vt procedat, si vir recedat ex iusta causa, siue ex iniusta, & siue ex necessitate, siue sine necessitate, ita Bellamer. Archid. & Turrecrem. *in cap. si quis necessitate 24. quæst. 2.* glos. *in cit. cap. 1. eodem verbo*, vbi Innoc. *in princ.* Host. *num. 4.* Anton. de Butr. *num. 11.* Abb. *in cap. de illis, num. 4. de sponsal.* probat etiam ratione P. Sanch. *cit. loc. num. 5.* adstringi vxorem præcepto comitandi virum, qualitercumque velit transferre domicilium, modo, non ex causa turpi, & inhonesta. Contrariam sententiam damnatam ab omnibus tenet Alex. de Neuo *in cap. 1. num. 7. in princ. & in vers. cessante autem necessitate, qui matrim. accus. poss.* 5

Hinc est, quòd vxor tenetur sequi virum fugientem à Ciuitate ob delictum commissum, etiam sua culpa, Host. *in d. cap. 1. num. 1.* & Alex. de Neuo *num. 7.* & virum condemnatum in exilium, secundum probabiliorem opinionem, quam tenet Sanch. *cit. loc. num. 12.* contra DD. adductos *num. 11.* & etiam virum excommunicatum, *cap. inter alia, de sent. excommun.* Boss. *in pract. crimin. tit. de crimin. læs. Maiest. num. 32.* & etiam virum bannitum, vt videtur sentire Sanchez *cit. loc.* 6

Nota primò, quòd adeò tenetur vxor virum sequi, vt non possit iuuari aliqua consuetudine in contrarium, quæ non valet, Tiraquell. *de leg. connub. glos. 1. part. 1. sub num. 39.* glos. *in cap. 1. verbo consuetudine, in fin. de coning. lepros.* vbi etiam Abb. *num. 3.* Alex. de Neuo *num. 4.* & Præpos. *num. 2. & 3.* P. Sanch. *cit. loc. num. 2.* qui prædictam consuetudinem damnat tanquam iuri diuino aduersam. 7

Nota secundò, quòd prædicta procedunt in vxore, secus in sponsa per verba de futuro, quæ non tenetur sequi sponsum suum quocumque vadat; colligitur ex *cap. de illis, de sponsal.* vbi glos. *verbo transferre*, & etiam Host. Abb. *num. 4.* Alexand. de Neuo *num. 7.* Immò si sponsus intendit mutare domicilium, & se in alium locum transferre, præbet iustam causam dissoluendi sponsalia, & sponsa non tenetur cum illo contrahere, quia est notabilis mutatio, nec antea præcognita, nec sponsa tanto vinculo est adstricta, vt teneatur sponsum sequi, sicut vxor virum, Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 54. num. vlt.* 8

Excusatur tamen in multis casibus vxor à sequendo virum: & primò non tenetur illum sequi, quando vxor ex hoc probabiliter timet graue detrimentum, vel vitæ periculum, corporis, vel animæ, vt si timet necari à viro suo eam ducere volente extra territorium, vel pertrahi ad peccatum, ratio est, quia vrgentius est præceptum abstinendi à peccatis præcepto tuendi vitam, Nauar. *cons. 2. num. 4. tit. de diuort.* & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 41. num. 3. & 4.* 9

Secundò, vxor non tenetur sequi virum vagabundum per orbem, tenet glos. *in cap. si quis necessitate, verbo eum sequi 24. quæst. 2.* vbi Turrecrem. *num. 1.* glos. *in cap. de illis, in verbo transferentes, de sponsal.* glos. *in cap. 1. verbo exinet, qui matrim. accus. poss.* vbi Anch. *num. 4.* Anton. de Butr. *num. 6.* Abb. *num. 5.* Duen. *reg. 800. 2. fallent.* Innoc. *in cap. 1. vers. nisi esset vagabundus, de coning. lepros.* Hæc sententia est vera, quando vir factus est vagabundus post matrimonium contractum, & quando vxor tempore contracti matrimonij nesciebat virum esse vagabundum; vnde si vir tempore contracti matrimonij erat vagabundus, & illum talem vxor sciebat, tenetur eum sequi, ita distinguit P. Sanchez, qui plures refert concordantes, *cit. loc. num. 6.* & tali distinctione videtur concordare tenentes contrarium, cum hac opinione, glos. 10

in hoc cap. vnaquaeque, in verbo sequatur 13. *quaest.* 2. Ludouic. Peguer. *decis. crimin.* 3. *num.* 110. & alij, quos longa serie, vide apud Sanch.

Et licèt hæc sit verior opinio, tamen adhuc Hugo, quem refert glos. *in d. cap. vnaquaeque*, & Bart. ac Bald. quos refert Tiraquell. *de leg. connub.* glos. 1. *part.* 1. *num.* 39. *vers. quia etiam ignorabat*, tenent indistinctè, quòd vxor tenetur sequi virum suum vagabundum, siue à principio sciuerit eum esse talem, siue ignorauerit.

11 In dubio verò videtur in hoc casu potius præsumendam esse scientiam, quàm ignorantiam; per regulam, quòd vnusquisque præsumitur scire conditionem illius, cum quo contrahit, & præsertim in matrimonio, in quo exactior sit inquisitio à contrahere volentibus, quàm in alijs contractibus; vnde si de hoc disceptaretur in iudicio, teneretur vxor probare ignorasse virum vagabundum: quòd cùm sit probare negatiuam admittit præsumptiones, vt dicemus alibi.

12 Vlterius adhuc in causa ignorantiæ teneretur vxor sequi virum, quando hoc facere potest cum facilitate, si vagatio esset breuis, & ex honesta, & necessaria causa, secus si vagatio esset continua, quia tunc adhuc cum facilitate esset durum obligare vxorem ad continuò vagandum, secundum opinionem Sanch. *cit. loc. num.* 7. & 8. vbi intelligit Abb. & alios asserentes non teneri vxorem sequi virum votum peregrinationis exequentem de peregrinatione longa quòd si esset breuis, vxor teneretur sequi.

13 Diximus, vxorem teneri sequi virum, quam à principio contracti matrimonij cognouit vagabundum, quòd procedit etiam si vir vagari velit temerè, & sine causa, ita Couar. 3. *decret.* 2. *part. cap.* 7. *in initio*, *num.* 5. Cuccus *lib.* 5. *instit. moral. tit.* 11. *num.* 149. Ludou Lop. 2. *part. instruct. de matrim. cap.* 54. *in fin.* quos ego intelligerem, dummodò vxor cognouerit virum solitum esse vagari temerè, & sine causa; ac etiam dummodò vagatio non sit ex causa turpi, & inhonesta, nam tunc, ratione peccati, non tenetur illum sequi, etiam concurrente scientia prædicta, vt explicat Sanch. *cit. loc. num.* 9.

14 Obserua, quòd DD. conueniunt omnes ad obligandam vxorem ad sequendum virum alibi eligentem perpetuum domicilium, etiam si in partibus remotis. Altercantur verò quando vir alibi se transfert rediturus ad Patriam, in qua altercatione secundum veram opinionem, quam tenet Sanch. *cit. loc. num.* 13. *vers. credo tamen*, videtur dicendum, quòd si vir alio migret animo citò redeundi. & peregrinatio esset longa, non teneatur vxor eum sequi, si verò animo commorandi ibi ad longum tempus, quod teneatur ad eum comitandum, si iusta accedit causa, secundum regulam positam per Sanch. *cit. vers. credo tamen*, in vltimis verbis.

15 Quæritur, an vxor teneatur virum sequi, quando inter eos adest pactum, quòd vxor non possit à viro transduci ad alia loco, nec extrahi à sua Patria?

Resp. respoosum pendere ab illa solemni quæstione inter DD. an tale pactum valeat, in qua DD. diuisi sunt hinc inde, quos videre est adductos per Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 40. *num.* 1. & 2. in qua quæstione illa videtur verior, & magis communis opinio, quòd tale pactum valeat, dum concernit fauorem ipsius vxoris, ne Patria deserta, inter extraneos vitam agere cogatur, nec obstet libertati matrimonij, & hanc opinionem post multos sequitur Sanchez *loc. cit.* vnde pœnam appositam inter partes contra virum violatorem huius pacti posse exigi, defendunt Anton. de Butr. Abb. Alex. de Neuo *in cap.* 1. *qui matrim. accus. poss.* & alij, quos sequitur, & refert Sanchez *cit. loc. num.* 5. quòd communiter intelligunt rebus stantibus in eodem statu; nam si superuenit aliqua noua causa discessus, vt puta propter capitales inimicitias, vel infirmitatem, & sic ad mutandum aerem; tunc maritus non tenetur seruare pactum prædictum, etiam si esset iuratum, ita Abb. *in cit. cap.* 1. *num.* 5. & Alex. de Neuo *num.* 6. Capyc. *decis.* 135. *num.* 2. Sanch. *num.* 4. *eodem loc.* Quòd si nulla superuenit noua causa, tunc quia pactum tenet, si vir eum violet recedendo adstringitur pœna pacto adiecta, ita DD. supracitati.

Hinc ad quæsitum dicendum est, quòd si vir nulla superueniente noua causa, discedat, & domicilium mutet contra pactum prædictum, vxor non tenetur eum sequi, secundum probabiliorem opinionem contra DD. adductos per Sanch. *cit. loc. num.* 1. si verò noua causa superueniat, ob quam vir licitè recedit contra pactum, tenetur vxor illum sequi, in illis casibus, in quibus secluso pacto tenebatur, quia cum tunc pactum non adstringat, perindè est, ac si non esset, ita Host. Alex. de Neuo, Nouar. & alij apud Sanch. *num.* 6.

16 Obserua obiter, quòd legatum factum alicui sub conditione habitandi in certo loco debetur reiecta tali conditione, quando conditio in nullius fauorem redundat, quia seruitutis speciem continet, est *text. in l. Titio centum*, *§. Titio centum*, *il* 2. *ff. de condit. & demonstr.* non tamen reijcitur modus, si legatum est factum, dum in tali oppido habitauerit, quamuis in nullius fauorem cedat; nam non inuitatur legatarius ad speciem seruitutis, sed spe lucri, vt in certo loco habitet, DD. *in d. §. Titio centum*, *il* 2. Acosta 2. *select. cap.* 19. *num.* 5.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vxor est tumulanda in sepulchro viri etiam sepulti in sepultura peregrinorum, vel vagabundorum.*

2 *Vxor potest eligere sepulturam etiam marito contradicente.*

3 *Maritus viuens si elegit sepulturam pro se ipso, vxor ibi est sepelienda.*

4 *Marito non eligente, vxor sepelitur in sepulchro maiorum viri.*

5 *Mulier secundo nubens sepelitur in sepulchro secundi viri, idemque de tertio nubente.*

6 *Vxor traducta ad domum viri, etiam non cognita sepelitur in sepulchro viri.*

7 *Vxor ducta à viro extero ad patriam ipsius vxoris, vt visitet coniunctos animo redeundi decedens in ea, ibi erit sepelienda.*

8 *Mulier tenetur sequi virum pacto non obstante, vt in certo loco habitent ex iusta causa. Quid inito pacto diminuendi dotem.*

1 VXor sepeliri debet in sepulchro mariti, *cap. Ebron* 13. *quaest.* 2. etiamsi sepulcrum sit extra Parochiam in qua illa decedit sic declarasse Sacram Congregationem refert Barbos. *de Paroch. cap.* 26. *num.* 28. Licèt maritus elegerit sepulturam, omissa sepultura suæ familiæ, seu propria, Syluester *in summa*, *verb. sepultura num.* 8. Adhuc si maritus sepultus fuisset in sepulchro peregrinorum, vel vagabundorum, dummodò ad illud mariti sepulchrum commodè asportari possit, non autem in sepulchro maiorum ipsius vxoris, Samuel. *de sepultur. part.* 1. *quaest.* 7. *num.* 19.

2 Mulier potest eligere sepulturam etiam viuente viro, & absque viri licentia, imò etiam marito nolente, Samuel. *tract.* 1. *disp.* 5. *contr.* 2. *num.* 1.

3 At si moriatur vxor ante maritum, qui elegit sepulturam pro se ipso, in illa erit vxor tumulanda, Thomat. *decis.* 257. *à num.* 3. Maritus autem eligere debet antequam decedat vxor, non autem postea, Ricc. *resol.* 294. *num.* 24. *part.* 4. Nec potest aliam sepulturam eligere pro se ipso, Ricc. *num.* 24.

4 Marito non eligente sepulturam vxor sepelitur in sepulchro maiorum ipsius viri, etiamsi esset vidua, Riccius *vbi sup. num.* 10. & adhuc si fuisset reuersa ad domum patris sui, Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 29.

5 Sed si secundo nubat, sepelitur in sepulchro secundi viri, quia inspicitur causa proxima, Ricc. *num.* 11. Idemque si tertio nubat, vel vltra, & postea etiam fuerit viduata, Barbos. *de Paroch. cap.* 26. *num.* 29.

6 Vxor traducta ad domum viri, licèt copula non sit sequuta, est sepelienda in sepulchro viri, Medic. *de sepultur. part.* 1. *quaest.* 7. *num.* 26. etiamsi vxor esset vidua, Samuel. *d. disp.* 5. *contr.* 3. *num.* 11.

Vxor, quæ fuit ducta à viro extero ad patriam eiusdem

vxo-

vxoris, vt visitet suos coniunctos, siue ob infirmitatem ipsius vxoris, sine alia de causa accidentali animo postea redeundi ad patriam ipsius viri, si moriatur in dicta patria, in qua ipsa vxor habet sepulturam maiorum dubitatur, vbi veniat tumulanda.

Videtur sepelienda in Parochia, intra cuius fines habitat, prout esset sepeliendus vir, si ibi decederet, cùm nullam eligeret sepulturam. Contrarium sentiunt Siluester *in summa, verb. sepultura, num.* 8. Samuel *tract.* 1. *disp.* 5. *contr.* 2. *num.* 8.

8 Vxor tenetur sequi virum pacto non obstante, vt in certo loco habitent ex iusta causa, puta ob inimicitias, vel ob insalubritatem aeris, idque ex præsumpta mente coniugum pariscentium, qui præsumuntur noluisse casum omissum postea superuenientem, Caneer. *part.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 15. Rota *decis.* 35. *patr.* 11. *rec.* Card. de Luca *de dote disc.* 155. *num.* 38.

Si autem inclusus esset casus ex aliqua iusta causa, ideòque maine dos fuisset constituta per socerum, & ob contrauentionem diminuta fuisset dos, Rota coram Roias *decis.* 473. de Luca *vbi sup.*

Quoad pactum diminuendi debitum initum per socerum semper operabitur pactum iuxta Rotam; Beneuerùm signaturæ iustitiæ, dura visa fuit decisio, vt Luca *vbi supra in fin.*

ANNOTATIO XXVI.

Episcopus non exercet iurisdictionem extra suam Diœcesim.

ARGVMENTVM.

Notatur quotuplex sit iurisdictio, & in qua procedat regula. Quid de Pontificalibus de collatione Ordinum, & prædicare. Quam pœnam incurrat Episcopus contraueniens. An id etiam prohibeatur in loco nullius Diœcesis, vel exempto. An possit citare suum subditum in aliena Diœcesi. Fallit regula, quando adest licentia Ordinarij loci, multa de hac licentia. Fallit etiam si Episcopus fuir expulsus à sua Diœcesi. Et an extra eam possit Episcopus excommunicare, & dispensare. Fallit etiam in iurisdictione voluntaria; & qui actus dicantur iurisdictionis voluntariæ.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest iurisdictionem exercere extra Diœcesim propriam, quod intellige de contentiosa, & quæ sit.*

2 *Episcopus non potest Pontificalia exercere in aliena Diœcesi, & quæ dicantur Pontificalia, & an conferre primam Tonsuram. Et an possit intra suam Diœcesim, sed in personas alterius exercere Pontificalia, num.* 3. *Et an possit prædicare, num.* 4.

5 *Episcopus exercens iurisdictionem in aliena Diœcesi animo vsurpandi, quam pœnam incurrat.*

6 *Episcopus an possit iurisdictionem exercere contentiosam in loco exempto intra Diœcesim, vel nullius Diœcesis, & quibus modis dicatur locus exemptus.*

8 *Episcopus potest iurisdictionem contentiosam exercere in aliena Diœcesi de licentia proprij Episcopi; & an requiratur consensus partium; & an possit concedere licentiam carcerandi non viso processu, vel publicare excommunicatos, num.* 9.

10 *Episcopus expulsus à Diœcesi, vel impeditus ingredi, potest procedere contra expulsores extra Diœcesim.*

11 *Episcopus extra Diœcesim an possit excommunicare, vel absoluere, aut dispensare in subditum, num.* 12. *quid in Vrbe, num.* 13.

14 *Episcopus potest extra Diœcesim exercere voluntariam iurisdictionem. Et an possit confirmare electum, vel instituere præsentatum, vel recipere præsentationem, num.* 15.

16 *Episcopus extra Diœcesim suam potest literas dimissorias concedere, causas delegare, & exercere iurisdictionem contentiosam sine causa cognitione, & cuius effectus confertur in suam Diœcesim. Et eodem modo excommunicare. Et quid de Vicario, num.* 17.

18 *Episcopus extra suam Diœcesim potest sibi facere deferre candam. Non tamen Missam celebrare in Pontificalibus, num.* 19.

20 *Episcopus non potest extra Diœcesim eligere sibi confessarium non approbatum ab Ordinario.*

21 *Licentia exercendi Pontificalia est necessaria non solùm Superioris Ecclesiæ exempta, sed etiam Episcopi, intra cuius Diœcesi est Ecclesia.*

22 *Episcopus potest celebrare, vel celebrari facere ante se extra Ecclesiam. Et an possit dare in Missa priuata benedictionem cum illis verbis,* Sit nomen Domini benedictum, &c. *num.* 23.

24 *Episcopus extra Diœcesim potest approbare reliquias, & licentiam concedere illas expenendi. Et quid potest facere in Abbatia viciniori, & quomodo dicatur vicinior, num.* 25.

26 *Episcopus an possit vti facultate* Concil. Trident. sess. 24. de Refor. cap. 6. *extra Diœcesim.*

ANNOTATIO XXVI.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. 2. de constit. in 6.

IN hoc Text. & in *Cap. nouit, de offic. leg.* constituunt 1
regulam DD. quòd Episcopus iurisdictionem exercere non potest extra suam Diœcesim, & ratione, quia Iudici ius dicere extra Territorium, prohibetur in *l. fin. de iurisd. omn. Iud.* vbi Ciuilistæ communiter, quam regulam procedere tantùm in iurisdictione contentiosa, non autem in voluntaria, est commune apud omnes. Pro cuius cognitione dicemus nonnulla ad vsum frequentiora, primò de his, quæ non potest, secundò de his, quæ potest Episcopus exercere extra suam Diœcesim. Et dicitur iurisdictio contentiosa, quæ in iudicio redditur in inuitum, & habet contradictorem, quia actor contendit contra reum, & è contra, *l. inter stipulantem,* §. 1. *ff. de verb. oblig.* Marant. *in specul.* 4. *part.* 18. *distinct. num.* 1. hæc prohibetur Episcopo in aliena Diœcesi, latè Ricc. *decis.* 187. 2. *part.*

Primò, prohibetur Episcopis Pontificalia exercere in 2
aliena Diœcesi sine expressa licentia Ordinarij loci, per text. Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 5. vbi statuitur, vt nulli Episcoporum liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium est ipso iure suspensus. Ad quod obserua, quòd nomine Pontificalium veniunt actiones propriæ Ordinis Episcopalis, & collatio Ordinum, consecrationes vasorum, & Ecclesiarum, & Virginum, & Chrismatis, & confirmatio, & benedictio vestium, & corporalium, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 6. *num.* 5. Sayr. *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 26. Item veniunt omnes actus Sacerdotales, qui exercentur cum apparatu Pontificali, idest Mitra, & Baculo, ita Barb. & Sayr. *supra cit.* Item benedictio fieri solita inter ambulandum, & quæ fit post Missarum solemnia cum *vers. Sit nomen Domini benedictum*, cum Mitra, & Baculo, vel cum Cappa, si Missa solemnis ab alio cantatur, iuxta dicta per Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 5. *num.* 2.

Dubitatur, an collatio primæ Tonsuræ veniat nomine Pontificalium; itaut Episcopus illam conferens in aliena Diœcesi incurrat pœnam, Concil. Trid. cit. de hac re diximus *annot.* 23. hic breuiter dicendum est secundum probabiliorem sententiam venire sub nomine Pontificalium; & proindè Episcopum illam conferentem extra Diœcesim incurrere in pœnam prædictam, si sine licentia

Ordi-

Ordinarij conferat, ita Salzed. ad Diaz. *cap.* 26. *lit. A.* Sayr. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 29. Sanch. *consil. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 50. *num.* 2. Contrariam sententiam tenent Henriq. *in sum. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 3. Bonac. *de suspens. in particul. quaest.* 1. *punct.* 12. *n.* 2. Dian. *resol. moral.* 5. *part. resol.* 45. *tract.* 10. *de susp. & interd.*

3 Dubitatur secundò, an possit Episcopus intra suam Diœcesim, sed erga personas alterius Diœcesis exercere Pontificalia sine licentia proprij Ordinarij dictarum personarum?

Resp. Quoad collationem Ordinum nullum esse dubium, nam certum est non posse, & contrarium facientem incurrere in suspensionem, vt diximus Annot. 23. Quoad alia, vt si conferat Sacramentum confirmationis, aut velum sacrum moniali, aut similia, etiam dicendum est, nec posse; verum si Episcopus contrarium faceret, peccaret, sed non incurreret aliam pœnam, cum hoc iure cautum non sit, Syluest. *verbo confirmatio, in fin.* Henriq. *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6. Bonacin. *de Sacram. disp.* 3. *punct.* 2. *num.* 10. sed nec etiam peccare Episcopum in hoc casu, defendit Dian. *resolut. moral. p.* 4. *tract.* 4. *Miscell. resolut.* 50.

4 Secundò, prohibetur Episcopo prædicare in aliena Diœcesi, licet non sit actus contentiosæ iurisdictionis, nec exercitium Pontificalium, non obtenta licentia Ordinarij loci, iuxta formam Concil. Trid. *sess.* 5. *de reform. cap.* 2. fuisse mandatum Episcopo Aliphano prædicare volenti in Ciuitate Neap. per Clementem VIII. refert Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 7. id etiam testatur Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neapol.* 2. *part. decis.* 179. *num.* 5. *vbi num.* 7. id intelligit cum Card. *in Clem. dudum, num.* 6. *de sepult.* procedere, quando Episcopus loci id prohiberet, alias posset sine prædicta licentia, ex priuilegio concesso Episcopis prædicandi in toto Orbe.

5 Obserua hic, quòd Episcopus exercens actum contentiosæ iurisdictionis, vt est commune, si hoc facit intentione vsurpandi, seu sibi acquirendi iurisdictionem Episcopalem in aliena Diœcesi, incurrit etiam in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini *cap.* 17. & Concil. Trid. *sess.* 22. *de reform. cap.* 11. ad quam incurrendam non requiritur vsurpatio solius nominis Episcopi talis loci, sed requiritur, quod se ingerat in exercitio iurisdictionis, vt aduertit Bonac. *de censur. in particul. disp.* 1. *q.* 18. *punct.* 2. *num.* 5.

6 Diximus prohiberi Episcopum actum iurisdictionis contentiosæ exercere extra territorium suæ Diœcesis. Quæritur hic, quid dicendum de loco nullius Diœcesis, vel intra Diœcesim, sed exempto ab Episcopi iurisdictione, & pro quæsiti responsione præmittendum est multipliciter dici locum exemptum à iurisdictione Episcopali. Primò, impropriè, & per accidens ratione tantum personarum exemptarum, vt sunt Regularium Monasteria, quæ loca sunt in, & de Diœcesi Episcopi, & Superior Regularis habet iurisdictionem in personas sine territorio, ita Rodriq. *quæst. Regul.* 59. *art.* 1. *tom.* 2. in quos Regulares etiam exemptos in nonnullis casibus habet etiam iurisdictionem Episcopalem, quos videre potest apud Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. & Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 74. *& seqq.* Secundò, dicitur locus exemptus à iurisdictione Episcopi propriè, & est, quando in loco intra Diœcesim Episcopi, alius Prælatus inferior habetur plenam iurisdictionem Episcopalem, Rot. *in recent. part.* 1. *decis.* 683. Tertiò modo dicitur locus nullius Diœcesis, vbi Prælatus habet iurisdictionem Episcopalem in Clericos, & laicos subditos, sed locus non est intra fines alicuius Diœcesis, sed inter diuersas Diœceses, & dicitur Diœcesis de per se, ab alijs separata, Rot. *cit. decis.* 683. & quidem in fauorabilibus venit nomine Diœcesis, & Prælatus nomine Diœcesani; sed in odiosis non venit, sed venit nomine Ordinarij, ita Cochier. *de iurisd. in exempt. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 7. *& seqq.*

His præmissis ad quæsitum dico, quòd Episcopus Diœcesanus in loco exempto primo modo potest exercere iurisdictionem contentiosam, & Tribunal erigere in personas suorum subditorum, ita Rodriq. *supra cit.* Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 6. *num.* 85. Filiucc. *tract.* 11. *num.* 149. Suarez, qui testatur de communi *disp.* 5. *sect.* 4. *num.* 6. potest etiam ibidem Pontificalia exercere, Ordines conferre, & ea facere, quæ potest in propria Diœcesi, ita Gonzal. *in glos.* 43. *de mensib. & alternat. num.* 187. In loco verò exempto secundo modo non potest Episcopus exercere iurisdictionem contentiosam, seu Tribunal erigere, per *text. in cap. cum Episcopus, de offic. ordin. in* 6. Rot. *diuers. decis.* 145. *num.* 1. *part.* 2. *tom.* 1. nisi in casu speciali, & à iure permisso, vt per Rot. *cit. loc.* potest tamen ibidem exercere Pontificalia, per *Clem.* 2. *de priuileg.* dummodo non deroget in aliquo iuri exemptorum, *vt in d. Clem. in fin.* & Episcopus in dicto loco dicitur esse in residentia ad finem fruendi alternatiua, Gonzal. *cit. loc. num.* 187. *&* 192. In loco verò exempto tertio modo, idest nullius Diœcesis, Episcopus nullam habet iurisdictionem, & in eo tanquam priuatus iudicatur; nisi in tribus casibus, scilicet quoad visitationem, quia per Conc. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 9. prædictus locus visitatur ab Episcopo viciniori. Quoad cognitionem in causis extractionum, & licentiam extrahendi delinquentes ab Ecclesijs, & locis pijs, iuxta formam Bullæ Gregor. XIV. Et in casu præscriptæ iurisdictionis, vel priuilegij, Rota *diuers. part.* 2. *tom.* 1. *decis.* 207. *num.* 5. extra hos tres casus, quia Episcopus in eo loco iudicatur extra Diœcesim suam, & tamquam priuatus, non potest iurisdictionem contentiosam, aut Pontificalia exercere, alias Episcopus incurreret in excommunicationem latam per Trid. contra Pontificalia exercentes in aliena Diœcesi, Cochier. *cit. loc. lib.* 2. *q.* 1. *n.* 7. & si hoc faceret intentione vsurpandi iurisdictionem alterius incurreret in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & Conc. Trid. iuxta dicta *vers. obserua hic*, larius quæ possit, vel non possit Episcopus in loco exempto, vide Grat. *discept. for. cap.* 467. *per tot.*

Tertiò, Episcopus non potest suum subditum existentem in aliena Diœcesi citare sine licentia Ordinarij loci, 7
iuxta veriorem sententiam, quam rationibus, & iuribus probat Diana *resol. moral. tom.* 5. *tract.* 11. *de excommun. resol.* 34. contra nonnullos, quos ibi refert in principio. Verùm hæc opinio fallit, quando consuetudo, vel priuilegium permittit Episcopo suum subditum citare extra Diœcesim; & fallit etiam in superioribus Regularibus, qui cùm non habeant certum territorium, possunt suos subditos citare in quauis Diœcesi, ita Dian. *cit. loc. in fin.* & hęc opinio procedit tam in citatione reali, faciendo subditum personaliter capi, quod clarum est, non posse Episcopum in aliena Diœcesi, nec alius Superior extra suum territorium, per *text. in leg. quid si fugitiuus*, §. *idem celsus*, & ibi glos. *in verbo adduci*, *ff. de edilit. edict.* Bart. *in l. sicus*, §. *cum fortilegium*, *ff. de accusat. cap. ex parte*, *de verb. signif.* quàm etiam in citatione verbali, vt nec possit Episcopus mittere suum nuncium, & cursorem extra suam Diœcesim ad citandum suum subditum ibi, est *text. in Clem. pastoralis*, *de re iudic.* Hinc praxis obseruat, quod quando Episcopus vult citare suum subditum extra Diœcesim in citatione petit brachium ab Ordinario loci, quo impertito exequitur citatio.

Proposita regula, quòd Episcopus non possit iurisdictionem exercere in aliena Diœcesi inter suos subditos, fallit 8
in multis casibus; & primò, quando adest licentia Ordinarij loci, tunc enim legitimè exercetur iurisdictio, etiam contentiosa in Diœcesi Ordinarij concedentis licentiam, ita Abb. *in cap. nouit. de offic. legat. num.* 4. Genuens. qui testatur de communi *in prax. Cur. Archiepisc. Neap. cap.* 31. *num.* 1. *in impress. Romæ* 1622. ita tamen vt ista licentia non præiudicet subditis Episcopi petentis, qui nisi consentiant, non possunt iudicari in aliena Diœcesi, & citati non teneantur comparere, quamuis citans exprimeret in citatione, quod potestas citandi, ad alienum territorium esset concessa à Iudice illius territorij, Socc. *de cit. art.* 18. *quæst.* 2. *per totum*, vbi dicit ita tenendum, præter quam in causa speciali, *Clem. vnica de for. compet.* post Ioan. Andr. ad Specul. *de citat.* §. *contra citationem*, *vers. item quod Iudex*, de qua infra Ias. *in l. fin. num.* 14. *de iurisd. omn. Iudic.*

Hinc est, quòd in concedenda licentia exercendi iurisdictionem contentiosam in alieno territorio, superfluum esset in dicta licentia addere, clausulam, *dummodo subditi consentiant*, quia vt diximus de iure licentia prædicta non operatur sine consensu partium. Benè tamen operatur Clausula illa apponi solita in licentia prædicta; dummodo fiat specialis mentio dictæ licentiæ in vnoquoque actu;

actu; & hoc ad remouendum præiudicium illud, quod oriri posset ex dicto exercitio Iurisdictionis, vt testatur Genuens. *cit. loc. num.* 1.

9 In concedenda licentia carcerandi alienum subditum, vel in carcerando illum ad instantiam sui Ordinarij, potest Ordinarius loci de iure petere processum contra eum, atque interim illam denegare, secundum doctrinam Rebuff. *de lit. requisit.* 2. *tom. constit.* Foller. *in Const. Regni Capitaneorum, num.* 86. Verùm Praxis obseruat, quòd concedit talem licentiam, etiam non viso processu, maximè si in literis requisitorijs exprimatur, informationem delicti esse captam, & decretum fuisse, procedendum esse ad carcerationem, vt testatur Genuens. *cit. loc. num.* 3. qui vltra addit, quod Episcopus loci, contenetur affigere cedulones, seu denunciare excommunicatos ab alijs Episcopis, aut ipsorum sententiam exequi, quando notoriè sunt iniusti, ad dicta per glos. & DD. *in Clem. vnica, de for. compet.*

10 Fallit secundò, proposita regula in casu *Clem. vnica, de for. compet.* vbi deciditur, quòd Episcopus expulsus à suo Episcopatu, & residens extra Diœcesim, potest procedere contra expulsores, consiliarios, & fautores, etiam sine licentia Ordinarij loci, quia licentia conceditur per *Clem. cit.* quæ procedit etiam in casu, quo Episcopus vi impediretur ingredi in suum territorium, notat Innoc. *in cap. nouit, de offic. leg.* Ias. *in cit. l. final. num.* 10.

11 Quæritur primò hic, an Episcopus possit extra suam Diœcesim excommunicare? Ad quod respondetur, ipsum Episcopum existentem extra Diœcesim suam, non posse subditum excommunicare, siue subditus sit in Diœcesi, siue extra, sine licentia Ordinarij loci, probatur ex *cap. Episcopum,* 11. *quæst.* 3. Nauar. *in sum. cap.* 27. *vers. sit item, sub num.* 6. Rot. *decis.* 13. *de consuet. in antiq.* probatur etiam ratione, quia excommunicationem præcedit causæ cognitio, quæ tanquam actus contentiosæ iurisdictionis, non potest exerceri extra Diœcesim, Abb. *in cap. nouit, de offic. leg.* Quod si Episcopus sit in sua Diœcesi, excommunicandus verò extra, & in tali casu multa adducunt DD. vt videre est apud Suarez *tom.* 5. *disput.* 5. *sect.* 4. Bartol. Vgolin. *de censur. tabul.* 1. *cap.* 9. §. 3. *per tot.* Auil. *tract. de censur. part.* 2. *cap.* 3. *disput.* 2. *dub.* 2. *concl.* 2. nouissimè, & accuratè Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 135. apud quem inuenies casum discussum per omnes suas partes.

12 Quæritur secundò, an Episcopus extra suam Diœcesim possit dispensare, & absoluere à pœnis Ecclesiasticis suum subditum sine licentia Ordinarij loci?

Respondetur cum distinctione. Aut in dispensatione, & absolutione, exercetur actus contentiosæ Iurisdictionis, vt quia præmittitur causæ cognitio, & adest legitimus contradictor; & tunc Episcopus moram trahens extra suam Diœcesim, non potest illas dare in suum subditum. Aut in illis exercetur actus voluntariæ Iurisdictionis tantum, vt quia non adest legitimus contradictor; & tunc dari possunt ab Episcopo existente extra suum territorium proprio subdito; ita de dispensatione docet Innoc. *in cap. per venerabilem, num.* 3. *qui fil. sint legit.* Abb. *n.* 23. Bart. *in l. legitimos, col.* 1. *vers. quæro an istud, ff. de legit. tutor.* Decius *cons.* 207. *n.* 6. *&* 8. Suar. *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 10. similiter de obsolutione tractant, & docent glos. & Innoc. *in cap. nouit, de offic. legat.* vbi etiam Abb. *num.* 3.

13 In Curia verò Romana, Papa præsente, licet de iuris rigore, Episcopi, & alij Prælati possent absoluere, & dispensare cum subditis in casu prædicto voluntariæ Iurisdictionis; tamen de stylo eiusdem Curiæ multi dicunt non posse, sed debere ab Vrbe egredi, vt extra muros illas exerceant, quos alegat, & sequitur Couar. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 9. Gomez *in regul. de non iud. iux. form. supp. quæst.* 3. Sed hoc non procedit quando absolutio, vel dispensatio daretur pro foro conscientiæ, quia sicut manus appositio Papæ non ligat manus Ordinariorum, quoad forum conscientiæ, Gonzal. *in glos.* 52. *n.* 60. ita neque eius præsentia in Curia, & ita Sacr. Congr. declarasse, refert Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 139. Sed si non valeret data absolutio, vel dispensatio pro foro externo, existimo eam pro foro interno profecturam, per regulam, *Si non valet, quod ago, vt ago valet, vt valere potest*; dum non est defectus in forma substantiali, & adest consensus partium, vt in *l. stipuler, §. fin. ff. de verb. obligat. l. si tam angusti, ff. de seruit. & l. sancimus, in fin. C. de donat. cap. vtile, de reg. iur. in* 6. vbi glos. Barb. & DD. *in l.* 1. *§. penult. ff. de verb. obligat.* præsertim cum adsit fauor animarum per ea, quæ Ias. *in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. num.* 11. qui ait absolutè, fauore animarum, posse concedi absolutionem à censuris extra Territorium absoluentis.

Fallit tertiò, proposita sententia, quòd Episcopus non possit Iurisdictionem exercere extra Diœcesim suam, in Iurisdictione voluntaria, & in actibus, in quibus non requiritur causæ cognitio, nec adsunt contradictores, qui possunt exerceri in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij loci, *l.* 2. *ff. offic. Proconf. & Legat.* DD. communiter *in cap. nouit, de offic. legat.* & præsertim Abb. *vbi num.* 5. dicit, quòd Episcopus extra Territorium non potest confirmare electum, nec instituere præsentatum, quia sunt actus voluntariæ Iurisdictionis, tamen requirunt causæ cognitionem, contra Bald. *in l.* 2. *ff. de offic. Proconf. & Legat.* qui tenet, quòd præsentatus potest confirmari extra territorium, quia est actus voluntariæ Iurisdictionis, cuius contrarium cum Abbate est verius, quod sequitur Add. ad Abb. *d. loc. lit. C.* posset etiam admitti opinio Bald. in casu, quo causæ cognitio non requireretur. Præsentatio tamen facta à patrono coram Episcopo extra Diœcesim valet, tenet Rocch. de Curte *de iure patron. in princ. num.* 7. Lamber. *eodem tract. lib.* 2. *part.* 2. *q.* 2. *princip. art.* 6. *n.* 1. Gonzal. *de alterat. glos.* 62. *num.* 6. 14

Hinc extra Diœcesim, Episcopus potest Beneficia conferre, cum sit actus voluntariæ Iurisdictionis; est commune, refert Grat. *decis.* 98. *& discept. for. cap.* 127. *num.* 2. *&* 3. Solum enim prohibetur collatio Beneficiorum Episcopi in Romana Curia præsente Papa ex stylo, licet secus sit de iure, Gomes. *de non iud. iux. form. supplication. q.* 3. Æneas de Falconibus *de reseruat. q.* 4. *princ. q.* 10. Paul. *in pract. Cancell. q.* 82. Pauin. *de potest. Cap. Sed. vacant. q.* 1. *part.* 2. *col.* 3. *num.* 6. *vers. quinimo*; quamuis Mandos. *reg.* 27. *q.* 2. *in fin.* testetur vidisse plures collationes Beneficiorum per Ordinarios factas in Vrbe præsente Papa, & illas validas iudicasse Rotam. 15

Eadem ratione, Episcopus extra Diœcesim potest literas dimissoriales, & commendatitias suo subdito concedere, & causas delegare, quasi per has literas officium suum alijs Episcopis concedatur, quod potest in aliena Diœcesi, atque Teritorio exerceri, Grat. *cit. decis.* 98. *num.* 15. Gonzal. *in reg. de mensib. & alternat. glos.* 62. *n.* 10. *qui eodem loc. num.* 11. *vers. prout,* plus dicit, quòd etiam possit Episcopus exercere contentiosam Iurisdictionem extra Diœcesim, quando non vertitur causæ cognitio, & effectus confertur in suam Diœcesim, & sequitur Grat. *discept. for. cap.* 127. *num.* 8. ex qua doctrina deducitur, quod Episcopus potest excommunicare extra suam Diœcesim, in casu, in quo non requiritur causæ cognitio, & effectus excommunicationis confertur in propriam Diœcesim. Et hæc est bona limitatio ad ea, quæ diximus hac eadem Annot. *vers. quæro primo,* quæ procedit quando res est adeo manifesta, vt non requirat cognitionem causæ; modo præmittantur monitiones, ita Dian. *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 9. *de exommunicat. resolut.* 35.

Obserua hic primò, quòd nonnulli DD. tenent, Iurisdictionem voluntariam competentem iure speciali, vel priuilegio, non posse exerceri extra territorium, ita Rom. *singul.* 49. *per text. in cap. statutum, de præbend. in* 6. Curt. Iun. *in l. vltime, col.* 1. *de iurisd. omn. iudic.* Lamber. *de iur. patron. art.* 6. *q.* 2. *lib.* 2. *part.* 1. *num.* 2. *fol.* 137. Sed contraria opinio est verior, quod etiam in tali casu Iurisdictio voluntaria possit exerceri extra territorium, vt latè concludit Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 9. *vers. cæterum,* & testatur Grat. *discept. for. cit. cap.* 127. *num.* 21. 16

Obserua secundò, quòd quicquid potest Iurisdictionis exercere Episcopus, extra suam Diœcesim, potest etiam & eius Vicarius Generalis; nisi sit casus specialiter Episcopo concessus, ratio est, quia Vicarius dicitur Ordinarius, *cap. penult. de offic. Vicar. in* 6. Hanc opinionem comprobat in casu collationis Beneficij extra Diœcesim, Gratian. *discept. for. cit. cap.* 127. *in princ.* 17

Obserua

18 Obserua tertiò, quòd Episcopus potest facere sibi deferre caudam in aliena Diœcesi, quia hoc non est prohibitum, & actus potius ad grauitatem, quam ad superioritatem spectat, tenet ex opinione multorum Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 9. cap. 5. num. 5.* vbi numeris
19 præcedentibus, refert ornamenta, & Insignia Episcopalia, quibus Episcopus vti potest extra suam Diœcesim; & quibus vti prohibetur extra illam, de quibus etiam in Pontificali Romano. Verùm Episcopus non potest in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij loci Missam celebrare in Pontificalibus cum Baculo, & Mitra, secundum veriorem opinionem, quam tenet Diana *resolut. moral. p. 4. tract. 4. Miscell. resolut. 143. vers. notandum est*, contra nonnullos per eum relatos.

20 Obserua quartò, quòd Episcopus extra suam Diœcesim, non potest sibi eligere Confessarium Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario, secundum magis communem, & veram opinionem, quam tenet Graff. *tom. 2. lib. 5. cons. 4. de pœnit. & remiss. num. 13.* Barbos. *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. cap. 16. num. 4.* Filiucius *tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 256.* Ricc. *in prax. tom. 1. resolut. 470. num. 2.* Diana *resol. moral. part. 2. tract. 2. de dub. regul. resolut. 3.* vbi refert ita declarasse Gregor. XIII. contra aliquos per eum relatos.

21 Obserua quintò, ad id, quòd supra diximus, Episcopum non posse Pontificalia exercere in aliena Diœcesi sine proprij Ordinarij licentia, de quo in *cap. Episcopus, il primo, 7. q. 1.* & alijs Concil. Trid. *sess. 6. de refor. cap. vlt.* id etiam procedere, si fuerit vocatus ab inferiore pro exercendis Pontificalibus in loco exempto, quia adhuc requiritur licentia illius Episcopi, intra cuius Diœcesim locus est constitutus, Barbos. *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 6. num. 12. & in tract. de iur. Ecclesiast. lib. 1. tit. de dignit, & praul. Episc. cap. 11. §. 9. num. 235.*

22 Obserua sextò, quòd possunt Episcopi vbique locorum, extra Ecclesiam, celebrare per se, vel per alium in sua præsentia, *cap. final. de priuil. in 6.* Nauar. *cons. 5. sub eod. tit. in nouis*, vbi licet dubitet, an hoc priuilegium sublatum fuerit per Concil. Trid. *sess. 22. in Decreto de obseruandis in Sacrific. Miss.* tamen verius est non esse sublatum, vt docet Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. q. 4.* Barbos. *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 23. num. 5.* Fagund. *in quinque Ecclesia Precept. 2. lib. 3. cap. 13. n. 19.*

23 Obserua septimò, Episcopum priuatè celebrantem, extra suam Diœcesim, posse vti benedictione Episcopali, cum verbis, *Sit nomen Domini benedictum*, vt resoluit Piasec. *in prax. Episcop. part. 1. cap. 2. num. 2. vers. Benedicet*, & fuisse conclusum Neapoli in quodam Collegio habito circa hoc coram aliquibus RR. Prælatis, testatur Ricc. *in prax. 2. part. resolut. 203. num. 5.* quem refert Barbos. *de potest. Episc. part. 2. alleg. 27. num. 64.*

24 Obserua octauò, Episcopum extra suam Diœcesim existentem, absque Episcopi loci licentia, posse approbare Reliquias Sancti ab Ecclesia canonizati, & facultatem concedere, vt in sua Diœcesi publicè collocentur venerandæ, ita Fagund. *in quinq. Ecclesia Precept. 1. lib. 1. cap. 4. num. 7. & 8.* Scipio de Rubeis *in aphorism. Episcop. verb. Reliquia, num. 3.*

25 Obserua nonò, Episcopum extra suam Diœcesim, & in Abbatia aliqua viciniori non posse Pontificalia exercere, & Sacramentum Confirmationis conferre absque Abbatis expressa licentia, nisi aliud disponat lex particularis. Potest tamen Episcopus vicinior visitare beneficia sæcularia, & Clericos sæculares dictæ Abbatiæ, illosque repertos culpabiles, corrigere. Et Episcopus vicinior dicitur ille, cuius Cathedralis Ecclesia est Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Abbatiæ subiectis, ita declarasse Sacr. Congreg. refert Lezana *in Summa quæst. Regular. tom. 2. verbo Abbatia, num. 5.* post Barbos. per eum adductum.

26 Obserua decimò, ex Concil. Trid. *sess. 24. de ref. cap. 6.* licere Episcopis in irregularitatibus omnibus, ac suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare, & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum in foro conscientiæ gratis absoluere imposita pœnitentia salutari. Idem etiam in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum Vicarijs sit permissum, ita Concilium. In cuius terminis disceptant DD. an Episcopus possit vti hac facultate conciliari, dum extra suam Diœcesim reperitur in suos subditos. In qua disceptatione, partem affirmatiuam tuentur, Suar. *tom. 4. in 3. part. discept. 30. sect. 2. n. 3. in fin. & tom. 5. discept. 41. sect. 2. n. 11. in fin.* Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. n. 16.* Petr. de Ledesma *in summ. 2. tom. tract. 1. cap. 6. post. 20. conclus. difficult. 1.* nouissimè Diana *resol. moral. par. 7. tract. 2. de potest. Episcop. resol. 8.* Negatiuam verò partem, nempè Episcopum non posse vti hac facultate extra suam Diœcesim, defendunt Henriq. *lib. 14. de irreg. cap. 20. num. 5.* Manuel. *in summ. 2. tom. cap. 69. num. 1. in fin.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 39. num. 7. in fin.* Prima opinio videtur probabilior, rationibus adductis per Suar. quam etiam sequitur Barbos. *in Remissionib. ad Concil. Trid. cit. cap. 6. vers. in Diœcesi sua*; quæ procedit siue ipse Episcopus sit extra Diœcesim, siue eius subditus, in quem potest vti hac facultate, etiam in aliena Diœcesi existentem, vt rationibus, & auctoritatibus probat Pater Diana *cit. loc. resol. 9.* post P. Thes. Castropalaum, & alios apud eundem.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *IVrisdictio inest territorio tanquam seruitus in fundo seruiente.*
2 *Episcopus, an possit concedere dimissorias ad ordines extra proprium territorium?*
3 *Actus voluntariæ iurisdictionis possunt concedi in alieno territorio.*
4 *Voluntariæ iurisdictionis actus recensentur, & quot specierum sint.*
5 *Actus voluntariæ iurisdictionis, qui in alieno territorio nequeant exerceri, qui sint.*
6 *Iurisdictionales actus, qui possunt fieri in alieno territorio.*
7 *Donatio iurispatronatus confirmari potest in alieno territorio.*
8 *Amplificatio materiæ.*

IVrisdictio inhæret territorio tanquam seruitus in fundo 1
seruiente, & tanquam nebula super palude solis calore generata inest territorio, Boer. *decis. 227. num. 7.*

Hinc quæritur, an Episcopus litteras dimissoriales pos- 2
sit concedere pro subditis proprijs, etiam in alieno territorio existens.

Pro affirmatiua opinione arguit Gratian. *decis. 98.* Nam 3
actus voluntariæ iurisdictionis possunt exerceri in alieno territorio, & in quolibet loco *cap. nouit*, & ibi Abb. *de offic. Legat.* Ludouis. *decis. 87. num. 14.* Bicch. *decis. 287. num. 4.*

Sed concessio litterarum dimissorialium est voluntariæ 4
iurisdictionis, cùm possit expediri per Episcopum non sedentem pro tribunali absque strepitu iudiciali, & causæ cognitione, quòd denotat voluntariam iurisdictionem, & dare licentiam pro ordinum collatione est voluntariæ iurisdictionis, Felin. *in cap. ex parte, col. 3. de constit.* Ergo, &c.

A simili quia Episcopus in alieno territorio potest causas delegare, *cap. nouit*, vbi glos. *in fine de offic. Legat.* Gratian. *vbi supra num. 8.*

Rectius distinguendi sunt actus voluntariæ iurisdictionis, qui non requirunt vsum Pontificalium ab actibus voluntarijs tamen requirentibus vsum Pontificalium.

Species primorum actuum sunt prouisiones beneficio- 5
rum; Deputationes Officialium. Delegationes causarum, quarum cognitio in propria diœcesi delegatis à delegato facienda sit cum similibus, & tunc id fieri potest.

Vnde propterea prima tonsura proprio subdito confertur, cùm illa iuxta vnam opinionem non sit ordo, sed in-

troductio ad ordines, & simplex adscriptio clericali militiæ, ideòque in Camera priuatim sine vestibus Pontificalibus illa dari potest, & consequenter connumeratur inter actus meræ voluntariæ iurisdictionis. Idemque in tonsura, quæ alterius diœcesis. Clerico cum licentia, seu dimissorialibus proprij Ordinarij conferatur. Card. de Luca *in annot. ad S. C. T. discurs. 6. num. 7.*

Quando tamen agitur de actibus quantumuis voluntarijs, pro quibus requiritur vsus Pontificalium, vt sunt collatio ordinum, ministratio Sacramenti Confirmationis, consecratio lapidum pro Altaribus, seu vasorum sacrorum cum similibus, & tunc fieri non potest, essetque contra dispositionem S. C. Trid. *sess. 6. de reform. cap. 5. & 8.*

6 Respectu verò actuum iurisdictionalium non tamen Pontificalium, vt sunt citare, carcerare, Reum constituere, testes examinare, cedulones affigere, cum similibus, & tunc ipse Episcopus, qui in alieno territorio demandare potest cum proprio subdito, qui in sua diœcesi existat, adeòut in ea sequatur executio, seu exercitium actus. Secus si proprius subditus in alieno territorio moratur, Card. de Luca *vbi supra num. 10.*

7 Confirmare donationem iurispatronatus est actus voluntariæ iurisdictionis, & potest fieri per Episcopum extra proprium territorium, Ludouis. *decis. 87. num. 14.* Bich. *vbi sup.* Et de his scripsi in scholijs ad Gratian. *vbi sup.*

Pontificalium species plures sunt in aliena diœcesi prohibitæ. Prima circa Pontificalium vsum, qui merè ceremonialis, & honorificus est absque iurisdictionis positiuo præiudicio Diœcesani, puta solemniter celebrandi cum baculo, & mitra, & cum vestibus Pontificalibus, ac deferendi mozzettam, & impertiendi benedictionem cum similibus, quæ in effectu consistunt in nudo fumo, vel simplici honorificentia absque eo, quod Diœcesano aliquid tollatur, vel impediatur. Secunda vbi Pontificalium, vel Episcopalium, seu iurisdictionalium exercitium fiat cum proprijs subditis absque eo, quod iuribus Diœcesani spectato effectu aliquid detrahatur, puta quia proprijs subditis ordines conferantur, vel Sacramentum Confirmationis ministretur, aut consecrentur vasa deseruire debentia pro Ecclesijs propriæ Diœcesis. Siue quoad iurisdictionalia, quòd proprius subditus ibi citetur, aut carceretur, aut contra eum affigantur cedulones, &c.

Quatenus pertinet ad primum, illæ præeminentiæ quamuis honorificæ sint, attamen sunt effectus iurisdictionis, ac iuris Diœcesani. Cæterum sunt prohibitæ. Idque adeò verum, vt neque Metropolitano intra Prouinciam in Suffraganeorum Diœcesibus Diœcesano inuito, vel inscio erectam crucem habere, vel mozzettam deferre, siue benedictionem impartiri concedatur, præterquam vbi iurisdictionaliter metropolitium ius exercendo in ea Diœcesi moretur, puta occasione visitationis Prouinciæ, quando hæc fit in vsu, quia in Italia sine commissione Apostolica non habetur. Siue quòd occasione causæ in gradu appellationis ad faciem loci accessum fieri contingat cum similibus. Singulare autem priuilegium Archiepiscopi Nazareni residentiam habentis in Oppido Barolitano Tranen. Diœcesis ob sibi impeditum accessum ad propriam Ecclesiam ab infidelibus ex peculiari ratione, quia sit Episcopus patriæ Domini nostri Iesu Christi, vt vbique mozzettam deferat, & crucem erigat.

Dubitari contingit, an in Ecclesijs exemptis intra Diœcesim existentibus de licentia Prælati ipsius Ecclesiæ exemptæ per alterius Diœcesis Episcopum honorificus, seu præeminentialis Pontificalium vsus haberi valeat, atque vbi vsus sit talis, quòd iurisdictionem, ac diœcesanam potestatem denotet, puta cum baculo, & mitra Pontificaliter celebrandi alijsque vestibus Pontificalibus, aut sedere sub baldachino, vel deferre mozzettam, seu cappam magnam, seu impertiri benedictionem populo, & tunc id fieri non potest.

Secus autem vbi agatur de illis honorificis tractamentis, quæ dignitati Episcopali vbique congruere videntur, puta parare genuflexorium cum strato, & puluinaribus, quoties ipse Diœcesanus in ipsa Ecclesia non sit præsens, aut sibi præbere sellam magis honorificam in loco digniori cum aliquo strato, & scabello, vt ab alio reliquo populo distinguatur cum similibus honorificis actibus, in quibus Episcopus habet se merè passiuè illos recipiendo, ipse autem actus iurisdictionales non exerceat, adeo vt eos denegare potius inciuilitatem, & incongruentiam redoleret, quoniam si ipse Diœcesanus in suis Ecclesijs vult esse inciuilis prohibere non debet Ecclesiarum exemptarum Prælatos, vel Superiores ne huiusmodi vrbanitatis, & congruentiæ actus exerceant, Card. de Luca *d. discurs. 6. num. 6.*

ANNOTATIO XXVII.

De Conseruatoribus Regularium.

ARGVMENTVM.

Notantur illorum requisita ex Bulla Gregorij XV. Et quomodo illos eligere debeant Regulares. De illorum Iurisdictione. Et quid si eligant illos contra formam prædictæ Bullæ, quam tenentur seruare, & etiam formam Constitutionum Innocentij IV. & Bonifac. Regulares possunt eligere in Conseruatorem, Episcopum, vel eius Vicarium. Conseruatores habent Iurisdictionem delegatam. Et an possint procedere contra debitores Monasterij.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores quas qualitates habere debeant. Et regulares eligentes, non habentes qualitates, quas pœnas incurrant.*
2 *Regulares tenentur sibi eligere Conserua[illegible], & de electione certiorare Ordinarios, [illegible] istos infra quinquennium possunt amouere.*
3 *Conseruatorum potestas. Et quid si inter Conseruatores, & Ordinarios, sit differentia in Iurisdictione, num. 4.*
5 *Conseruatores [illegible]edentes limites Iurisdictionis, & id petens, quas pœnas incurrant. Et quando Regulares possint petere Delegatos sæculares, num. 6.*
7 *Conseruatores quomodo eligantur per Regulares. Et quomodo electio notificetur Ordinario, & cui.*
8 *Conseruatores possunt defendere Regulares à manifestis iniurijs, dummodo habeant requisita, vt hic.*
9 *Regulares semper sunt in termino eligendi Conseruatores.*
10 *Conseruatores vsurpantes Iurisdictionem Ordinariorum, possunt per ipsos Ordinarios declarari incurrisse in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
11 *Conseruatores quos possunt eligere Regulares, & in quo loco sistentes.*
12 *Conseruatores habent Iurisdictionem delegatam.*
13 *Regulares eligunt Conseruatores cum eadem facultate, quam habent alij, cum quibus communicant priuilegia.*
14 *Conseruatores, an possint procedere contra debitores Monasteriorum.*
15 *Canonici possunt eligi in Conseruatores, contra aliquos.*

ANNOTATIO XXVII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. 1. de Offic. Deleg. in 6.

TRactatur hic materia Conseruatorum, de qua etiam in Concil. Trid. *sess. 14. de reform. cap. 5.* extat Bulla Gregorij XIII. XV. & alia Clementis VII. III. incip. *Sanctissimus*, de Anno 1592. de qua apud Laertium Cherubin. *tom. 3. pag. 3.* & vltimò adest Constitut. Gregor. XV. XI. incip. *Sanctissimus*, 20. Septemb. 1621. apud Angel. Mar. Cherub. *tom. 4. pag. 288.* vbi reuocantur quæcumque electiones de Iudicibus Conseruatoribus hactenus

ctenus factæ, & datur noua dispositio de eis, eorumque electionibus in posterum faciendis. De Conseruatoribus tractat hìc glos. *verbo Conseruatores*, Syluest. *verbo Conseruator*, P. Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 54. q. 3.* Ioan. de la Cruz *de Stat. Relig. lib. 2. cap. 10. de Iud. Conseruatore*, adsunt speciales Tractatus editi per Alex. Monet. Erasm. à Cochier. & Ioan. Ant. Massobr. Azeued. *ad tit. 8. lib. 1. noua Recop. pag.* 118. Gutier. *pract. lib. 3. q. 9.* Emanuel. Rodriq. *qq. Regul. tom. 1. quæst. 65.* Franch. Leo *in Thes. Eccles. part. 2. cap. 3. num.* 102. Lud. Mirand. *Manual. Prælat. to. 2. quæst.* 407. Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. à num.* 24. Ceuall. *Commun. contra Commun. tom. 4. quæst. 792. cum seqq.* Cardos. *in Prax. Iud. & Aduoc. verbo Conseruator*, Laurent. de Portel. *in Dubijs regul. verbo Conseruator*, Lezan. *in summ. quæst. Regul. tom. 2. cap. 10. de Conseruat.* Ricc. *in Collect. decis. part. 4. collect.* 899. Ioan. Anton. Nouar. *in Summa Bullar. tit. de Conseruatorib.* Ioann. Mar. Nouar. *Lucern. Regular. verbo Conseruatores*, Marcell. Vulp. *in Prax. Iudicial. fori Eccles. cap.* 12. Barbos. *de potest. Episc. part. 3. alleg.* 106. Laur. de Franch. *de controuers. inter Episcop. & Regular. pag.* 169. Laur. de Peyrinis *de priuileg. Regular. ad Constit. 5. Gregor. XV.* & alij, in qua materia notabo nonnulla practicabiliora.

1 Primò, ex prædicta Bulla Gregorij XV. Conseruatores principales, siue subrogati debent necessariò habere qualitates requisitas, & descriptas in Constit. Bonifac. VIII. quæ incipit *Statutum*, ita, vt vel dignitate Ecclesiastica præditi sint, vel personatum obtineant, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, & in Concilijs Prouincialibus, aut Diœcesanis, iuxta Decretum Concilij Trid. *sess. 25. de ref. cap.* 10. designati sint, & deputatio in Conseruatorem facta in personam non habentem prædicta requisita est nulla, & omnia exinde sequuta, sunt etiam nullius roboris, & momenti. Et si Regulares nominauerint, vel deputauerint Conseruatores, vel vsi fuerunt Conseruatoribus non habentibus requisita prædicta, contra Constitutionem prædictam, incurrunt priuationem ipso iure vocis actiuæ, & passiuæ Sanctissimo reseruatam, & loca Regularia, in quibus facta est talis deputatio per annum carent Conseruatore, & interim causæ illorum cognoscuntur ab Ordinarijs. Et vt commodius fieri possit electio Conseruatorum Gregor. XV. prædictus monuit Ordinarios, vt in Synodo Prouinciali, aut Diœcesana eligant, & designent nonnullas personas habentes qualitates prædictas, de quibus in dicta Constitut. Bonifacij; & si interim aliquis ex prædictis personis designatis mori contingerit, Ordinarius cum consensu Capituli alium substituat vsque ad nouam Synodum, Prouincialem, aut Diœcesanam.

2 Secundò, Regulares debent sibi eligere, & deputare Conseruatores habentes qualitates prædictas, & de ipsa electione, & deputatione notam penes acta Curiæ Ordinariorum exibere, alias possunt coram Ordinarijs eisdem conueniri. Qui Conseruatores prædicti semel assumpti intra quinquennium amoueri, aut mutari non possunt per ipsos Regulares sine legitima causa approbanda per Sedem Apostolicam, vel locorum Ordinarios.

3 Tertiò, Regulares, qui Conseruatores prædictos sibi eligerunt, conueniri possunt, sed non conuenire alios coram ipsis Conseruatoribus, qui potestatem habent procedendi in causis Regularium prædictorum, quando ipsi Regulares sunt rei, non autem quando sunt actores, neque extra Ciuitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerunt contra quoscumque procedere possunt.

4 Quod si inter Conseruatores huiusmodi, & locorum Ordinarios controuersia aliqua orta fuerit super competentia iurisdictionis, in causa non potest procedi, donec arbitri electi in forma iuris super iurisdictionis competentia iudicauerint.

5 Quartò, si Conseruatores huiusmodi limites suæ iurisdictionis quomodolibet excesserint incurrunt pœnam suspensionis ab officio Conseruatoris per annum; & qui hoc fieri procurauerit, incurrit pœnam excommunicationis, iuxta formam alterius Constitutionis prædicti Papæ Bonifacij, quæ incipit, *Hac Constitutione, in cap. vlt. eodem tit. de offic. deleg. in 6.* quæ Constitutio innouatur per Gregor. XV. in omnibus, in quibus huic Bullæ non aduersatur. In causis verò, in quibus Regulares sunt actores, & contra sæculares, non verò Ecclesiasticas personas, & ipsæ causæ sunt profanæ non Ecclesiasticæ, possunt impetrare Iudices delegatos à Principibus, & Magistratibus sæcularibus, ita Bulla prædicta, quæ reducit totam materiam Conseruatorum ad hanc formam, irritans quicquid secus factum fuerit, non obstantibus Constitutionibus, ac literis conseruatorijs quibuscunque. 6

Aduerte nos loqui de Conseruatoribus Regularium tantum, quia de illis videtur frequentior vsus, qui eliguntur per prædictos Regulares, vel Capitulariter, & vniuersaliter in eorum Capitulis generalibus Prouincialibus, vel in Capitulis priuatis particularium locorum; vel per Superiores, Vicarios, Commissarios, seu Procuratores, & Sindicos, aut per cuiuslibet Fratrum requisitionem, vel per instrumentum publicum, vel per Superiorum literas patentes, ita Campanil. *in diuer. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. sub num.* 27. cuius instrumenti, vel literarum copiam exhibere tenentur penes acta Curiæ Ordinarij, alias conueniri possunt coram ipsis Ordinarijs, vt de ipsa electione, & assumptione Conseruatoris Ordinarius notitiam habeat; Hinc dixit Nouar. *Lucer. Regular. verbo Conseruatores, sub num.* 10. quem nouissimè sequitur Barbos. *in summa Apostolicarum decis. collect. 216. num.* 18. prædictam notificationem esse faciendam non solum Ordinario loci, sed omnibus Ordinarijs, ad quorum Diœceses extenditur eorum facultas, seu iurisdictio adducentes ad id declarationem Sacræ Congreg. de anno 1620. quorum sententia conuincitur inutilis, ex dispositione prædictæ Bullæ Gregor. XV. vbi expressè decidìtur prædictos Conseruatores procedere non posse extra Ciuitatem, & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, declaratio Sac. Cong. adducta est ante Bullam prædictam. 7

Nota etiam, quòd videtur Bulla prædicta facultatem, & iurisdictionem concedere huiusmodi Conseruatoribus, quando Regulares sunt rei tantum, & sic contra illos; attamen Sacra Congreg. Concil. declarauit, vt habetur in Bullario in calce dictæ Bullæ, posse Conseruatores defendere Regulares à manifestis, iniurijs, & violentijs agentes contra alios reos, dum à suis possessionibus deijciuntur, aut proprijs bonis vti frui impediuntur, quia hæc potestas non censetur sublata per Bullam prædictam, dummodo seruent formam, de qua in Constitutione Innocentij IV. & Bonifacij VIII. relatam in hoc *cap. 1. & cap. fin. eodem tit. de offic. deleg. in 6.* referunt Lezana *cit. loc. tom. 2. cap. 10. num.* 47. Nouar. *num.* 11. & Barbos. *num. 19. supra cit. locis.* 8

Dummodo seruent formam Constitut. Innoc. IV. & Bonifac. VIII. idest dummodò habeant alia requisita necessaria secundum iura, & vt non trahant reos vltra vnam diectam, vt in dicto *cap. fin. §. Conseruatores*, ita explicat P. Thesaur. *in prax. Eccles. part. 2. verb. Conseruatores, cap. 1. vers. nota hic, in fin.* vbi tenet, quòd quamuis trahentibus vltra vnam dietam nulla esset censura, vel pœna, latæ sententiæ imposita, hodie autem ex dicta Gregor. XV. Bulla incurrunt, & ipsi Conseruatores, & pars instans in pœnas, de quibus in eadem Bulla, & diximus supra; quæ non procedunt, quando Regulares habent super hoc speciale priuilegium, quod quidem multæ Religiones habent, vt testatur idem P. Thesaur.

Obserua, quòd in prædicta Bulla Gregorij XV. præcipitur Regularibus in Italia, vt infra duos menses, extra verò Italiam infra sex à die publicationis in Vrbe eiusdem Bullæ, eligant Conseruatores iuxta formam illius, quo termino elapso possunt adhuc hodie, & omni futuro tempore, nisi aliud obstet in contrarium eligere, & sibi assumere Conseruatores ad præscriptum dictæ Bullæ, vt declarauit Sacr. Congregat. Concil. in Neapolit. 18. Septemb. 1627. teste Nouar. *num.* 8. & Barbos. *num. 13. cit. loc.* 9

Obserua etiam, quòd Conseruatores excedentes limites suæ iurisdictionis in præiudicium iurisdictionis Ordinarij loci incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini latam contra vsurpantes iurisdictionem Ecclesiasticam Ordinariorum, ita DD. super dictam Bullam *cap.* 17. illosque in tali casu posse declarari incurrisse in eam excommunicationem ab ipsis Ordi- 10

Ordinarijs locorum offensis, tenet P. Thesaur. *cit. loc. vers. vltimo.*

11 Possunt Regulares eligere sibi in Conseruatorem Episcopum ipsum, vel eius Vicarium, ita declarasse Sacr. Congreg. Conc. 23. Octobr. 1623. refert Barbos. *in summa Apostolicarum decision. collect. 216. num. 14.* Similiter possunt eligi Conseruatores fungentes Dignitate Regulari, vt de illo, qui fuit Prior, seu Guardianus in aliquo loco Regulari, testatur Barbos. *cit. loc. num. 12.* & de Abbate Ordinis Oliuetani *num. 15.* dummodò tamen cum prædictis concurrant alia requisita in Bulla Gregor. XV. & signanter sint electi Iudices Synodales ab Ordinarijs, ita Lezana *in Summa quæst. Regul. tom. 2. cap. 10. num. 14. in fin.* Nouar. *d. verbo Conseruatores, num. 5.* & dummodò deputetur Conseruator in Ciuitate, vel Diœcesi, vbi situm est Monasterium, in quo loco, & non alibi potest idem Conseruator procedere, etiam in causis bonorum, ac membrorum eiusdem Monasterij extra ipsam Diœcesim existentium, ita Barbos. *cit. loc. num. 16.* post Laurentium de Peyrinis *de priuileg. Regul. tom. 3. in additam. cap. 11. num. 17. pag. 477.*

12 Conseruator non dicitur habere iurisdictionem ordinariam, sed delegatam, licèt vti Ordinarius possit cuilibet alteri Iudici inhibere, vnde est, quòd Conseruator non potest subconseruatorem deputare, ita Ricc. *collect. decis. part. 4. collect. 899.* adducens Macerat. *in decis. Papiæ 16. & 17. part. 1.* in procedendo debet citare partes, & illas audire, dare competentem terminum, & seruare iura, & formam suæ commissionis non excedendo illam, aliàs tam Conseruator, quàm petens incurrunt in pœnas, de quibus supra, & ipsi Regulares in expensis condemnabuntur, ita Nouar. *in prax. noui iur. Pontif. tit. de Conseruatorib. conclus. vnica, vers. vltimo.*

13 Regulares, qui habent Conseruatores cum amplissima potestate, refert nouissimè Barbos. *in summa Apostolicarum Decis. collect. 116. num. 2. & seqq.* vbi *num. 11.* dicit, quòd Regulares habentes communicationem priuilegiorum, cum alijs possunt eligere Conseruatores eum eadem facultate, cum qua eligunt illi, cum quibus communicant priuilegia Sacra Congreg. Conc. 12. Septembr. 1620. declarans Conseruatores venire sub communicatione priuilegiorum, refert etiam Nouar. Lucer. Regul. *verbo Conseruatores, num. 7.*

14 Quæstio est inter DD. num Conseruatores Regularium possint ad eorum instantiam procedere contra debitores Monasterij, de qua quæstione, vide apud Dian. *3. part. resol. moral. resolut. 20.* quia partem affirmatiuam tuetur, ex cuius ratione potest defendi hæc opinio, etiam in terminis Bullæ Gregor. XV. ex illo enim colligitur quod debitor denegans soluere debitum Regularibus, illis irrogat iniuriam, quia iniuria sumitur in hoc casu, non pro contumelia, sed pro actu contra ius, & inferente damnum, sed in casu manifestæ iniuriæ, & violentiæ possunt Conseruatores defendere Regulares, vt supra, cum declaratione Sacræ Congregat. diximus, ergo, hæc opinio in rigore est probabilis, sed illam praxis non amplectitur in omni casu. Notat tamen Diana *cit. resolut. 20. in fine*, posse Regulares eligere Conseruatorem, qui defendat eorum animalia damnum facientia in agris alienis.

15 Obserua, damnandum esse Bonac. *de excommun. in partic. disput. 11. quæst. 11. punct. 35. num. 6. vers. ex quo infertur*, & alios, qui tenent Cononicos Ecclesiæ Cathedralis non posse eligi in Conseruatores, quia opinio est contra expressa verba Bullæ Gregor. XV. quæ permittit Canonicos Ecclesiæ Cathedralis eligi Conseruatores Regularium; esset tamen vera opinio Bonac. & aliorum segregata prædicta Bulla, & in Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, habetur ex Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap. 19. per totum.*

Vltimò, notandum est Conseruatorias Regularibus concessas, quas Concil. Trid. *sess. 14. de ref. cap. 5.* saluas esse voluit, non esse sublatas ex decreto eiusdem Concilij *cap. 20.* vt decisum fuisse per Sacram Congregat. anno 1594. sub die 18. Ianuarij, probat Aldan. *compend. Canon. resol. lib. 4. tit. 8. num. 10.* & post eum Nouar. *Lucer. Regul. verb. Conseruatores, num. vlt.*

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores Regularium Diœcesani, an efficiatur exempti?*
2 *Conseruatores sunt delegati Apostolici, à quibus appellatur ad Papam.*
3 *An possint Conseruatores habere Tribunal erectum, & teneantur assumere Notarium Episcopi?*
4 *Conseruator deputatus in vna Diœcesi, in qua situm est Monasterium, vel Collegium an exerceat facultatem in altera, vbi sunt Granciæ, vel membra, aut alia Monasteria accessoriè vnita?*
5 *A Conseruatoribus aliarum Religionum non licet arguere ad illos Societatis Iesu.*
6 *Conseruatores an possint procedere ad censuras contra arrestantes animalia Monasteriorum pro damno dato in pascuis domini territorij?*
7 *Quæritur circa competentiam fori, an arrestum fieri valeat auctoritate laicali?*

Conseruatores Regularium Diœcesani, an per huius muneris exercitium efficiantur exempti? Card. de Luca *de iurisdict. discurs. 4. num. 3.* tenet, quòd non, præterquam ea, quæ concernunt ipsam Conseruatoriam in quibus dicuntur Ministri Apostolici ipsi deleganti subditi. 1

Delegati Apostolici sunt Conseruatores, à quibus appellatur ad Papam delegantem, adeo vt sub quæstione sit, an subiaceant Legato, Anchar. *cons. 132.* Barbos. *alleg. 106. de Episcop. num. 2.* 2

An possint Conseruatores habere Tribunal erectum cum formali deputatione Notarij, Cursoris, & similium, vel debeat assumere Notarium Episcopi? Ex verbis S. C. Trid. *sess. 14. de reform. cap. 5.* negandum videtur ibi, *Non liceat Conseruatoribus vllum habere Tribunal erectum.* Et quòd teneantur assumere Notarium Episcopi, Gauant. *manual. Episcop. verb. Conseruatores num. 17.* 3

Quia versatur officium circa extraiudicialia, in casu etenim manifestæ iniuriæ procedunt de facto absque tela iudiciaria potius vti pars, & parti assistens, & auxiliator in defensam vim vi repellendo.

E contra, vt possint Conseruatores assumere Notarium, scribit Card. de Luca *de iurisdict. discurs. 4. n. 14:* ibi indistinctè tam in causis contra Ordinarium, quàm alijs. Et per S. C. Trid. *sess. 14. de reform. cap. 5.* & etiam per Constitutionem Gregor. XIII. la 1. & per illam Gregor. XV. la 9. vocantur Conseruatores Iudices, & vbi induunt personam Iudicis datur appellatio, de Luca *discurs. 49. num. 17.*

Conseruator deputatus in vna Diœcesi, in qua situm est Collegium, vel Monasterium an exerceat facultatem in altera, vbi sunt Granciæ, vel membra, siue Monasteria accessoriè vnita, in qua forma Gregorianæ Constitutionis sequuta non sit; quia non sit nota deputatio Ordinario? Affirmatiuam opinionem probat Card. de Luca *de regular. discurs. 52. num. 3. & seq.* 4

A Conseruatoribus aliarum Religionum non licet arguere ad illos Societatis Iesu; Quia in alijs Religionibus facultas restringitur ad terminos text. *in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* in casibus scilicet manifestæ violentiæ, & iniuriæ. Conseruatores verò Societatis Iesu sunt Iudices etiam causarum passiuarum ex d. Const. Greg. XV. 5

Conseruatores an possint procedere ad censuras contra arrestantes animalia Monasteriorum pro damno dato in pascuis domini territorij? 6

Plures distinguendi sunt casus. Primus vbi pascua sunt Domini temporalis loci, vel Communitatis, ita vt ciues, & incolæ prohibeantur ibi depasci non soluta consueta fida tanquam pretio iusto, & adæquato valore ipsius pascui, & tunc concors est etiam Canonistarum sententia, Clericos volentes cum eorum animalibus depasci, teneri soluere pascui pretium, cùm Ecclesiastica immunitas non tribuat

tribuat licentiam aliena vsurpandi, & lædendi iustitiam commutatiuam, quam respicit dicta solutio, Abb. *cons. 6. part. 1.* Mastrill. *decis. 49.*

Quinimò Ecclesiastici etiam tenentur ad consuetam fidam tanquam pretium correspectiuum pascui, & tanquam restauratiuum damni dati pro modica pastura longè vltra valorem herbæ depastæ in pascuis reseruatis contingere solet, quando ante præfinitum tempus animalia immittuntur, cùm pascua damnificata, vt vulgò dicitur *scommissa* soleant minus vendi, & tunc intret ratio iustitiæ commutatiuæ, à cuius obseruantia clericale priuilegium non excuset, de Luca *de iurisd. discurs. 66. num. 7.*

7 Quæstio non leuis inter Ecclesiasticos, & sęculares esse solet non circa substantiam, sed circa modum, & competentiam fori, & facultatem arrestandi ipsa animalia depascentia, & damnificantia, num id laicali auctoritate id fieri valeat?

Quidquid velint Gutier. *lib. 1. pract. q. 4. num. 2.* & alij relati per Reg. Roust. *in prag. 1. de offic. Baiul.* opinionem probabiliorem putat de Luca *num. 8.* posse arrestari ad instar illius retentionis, quæ datur Domino domus conductæ à bonis inuentis, & illatis in domum conductam, Carleual. *de iurisd. part. 1. num. 15.* Reg. de Marin. *lib. 1. resol. 120.*

Diuersus est casus circa speciem exactionis pœnæ, quæ per Magistratus sęculares, vel per Communitates fieri solet, tanquam species pœnæ pro delicto damni dati, seu contrauentionis bannimentorum pro violatione pascui reseruati sicut solet, quæ vulgò dicitur *diffida*, vt de Luca *vbi supra.*

ANNOTATIO XXVIII.

De Depositione Principalis.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. quòd non solùm Actor, sed etiam Reus si petatur tenetur deponere, & vterque potest compelli sub pœna, quòd habeantur pro confessis. Principalis deponendo quomodo debeat respondere, sufficit per verbum *credo*. An admittatur depositio relatiua. Quid si positio est partim vera, & partim non. An admittatur procurator ad deponendum; vel principalis cum consilio Doctoris. Cuius expensis recipiatur depositio. Ponens an fateatur. Quando dicatur sufficiens responsio ad positiones, & an talis responsio possit reuocari. De pœna falsò deponentis, & quando petatur hæc depositio.

§. II. Quando principalis non teneatur deponere, adducuntur viginti casus.

SVMMARIVM.

1 *Depositio principalis in iudicio potest peti à Reo contra Actorem, & è contra. Et quibus pœnis potest principalis compelli ad deponendum, num. 2.*

3 *Depositio principalis per verbum* credo *admittitur. Non tamen attestatio testis, num. 4.*

5 *Depositio principalis debet esse simplex non qualificata, & quando admittatur qualificata, & quæ sit simplex responsio, num. 6.*

7 *Depositio principalis relatiua ad scripturas non admittatur.*

8 *Depositio principalis quomodo debet esse quando positio est partim vera, & partim falsa.*

9 *Principali an detur copia positionum, vel dilatio ad respondendum, num. 10.*

11 *Depositio principalis quomodo possit haberi à procuratore, & quale requiratur mandatum ad deponendum, vel ad ponendum.*

12 *Depositio principalis an possit fieri cum consilio Aduocati, vel Procuratoris, quid in rustico.*

13 *Depositio principalis absentis cuius expensis recipi debeat, & an possit peti ab eo, qui renunciauit probationibus.*

14 *Ponens dicitur confiteri, & quid de articulante.*

15 *Depositio principalis plenè probat contra deponentem. Quid de depositione tutoris contra Ecclesiam, & quando non simpliciter respondens, teneatur iterum deponere, num. 16.*

17 *Depositio dicens,* non credo, vt ponitur ad effectum, ad quem ponitur, *an valeat, & an depositio negans omnes positiones, vel totam positionem continentem diuersa capita, num. 18. Et quid de depositione dubia in facto alieno, num. 19.*

20 *Deponens, & negans quando possit se fundare in depositione negata, & quid de Iudice ex officio, & quid si confiteatur, an possit confessionem reuocare, n. 21. Et an possit puniri de falso, vel condemnari ad damna partis, num. 22.*

23 *Depositio principalis an possit peti ante litis contestationem, vel post publicationem, vel conclusionem, num. 24.*

25 *Deponere recusans quando habeantur pro confesso etiam in damnum hæredis.*

ANNOTATIO XXVIII.

§. I.

Ad Text. in cap. fin. de Confess. in 6.

IN hoc Text. deciditur, quòd Reus iussus positionibus aduersarij respondere, si nolit, vel contumax recedit, habeatur pro confesso. Hinc tractant hic DD. materiam depositionis principalis, de qua etiam latè apud Specul. *lib. 2. tit. de depositionib.* Canonistæ, præsertim Abb. *in cap. 1. de probat. l. eum qui, 1. responsu, ff. de iureiur.* vbi Ciuilistæ, Vestrius *in prax. lib. 5. cap. 24.* vbi Nicol. Anton. Grauat. Pract. Pap. *in form. excip. contr. positiones*, Paris. in addit. ad Bart. *in l. 2. §. quòd obseruari, num 17. lit. A. de iur. calum.* Marant. *in suo specul. aur. part. 6. tit. de posit. seu articul. product.* Carauit. *super rit. Mag. Cur. rit. 70.* & latius *rit. 79.* Ioseph Lud. *decis. Perus. 8. & 51.* Thes. *decis. 5.* Afflict. *decis. 92. & 197.* Franch. *dec. 332.* Surd. *decis. 58.* Ricc. *collect. decis. part. 1. collect. 141.* Grat. *discept. for. cap. 639. & 772. circa finem*, Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 251. num. 5.* satis abundè Addentes *ad prag. 8. incip. quinta die, sub tit. de ord. Iudic.* Gallup. *in prax. Sacr. Consil. part. 2. tit. de deposit. princip. cap. 18.* & alij; & quia materia est communis dicemus aliqua practicabiliora ad vsum Tribunalium Ecclesiasticorum.

Primò, non solùm Actor ad petitionem Rei tenetur vti principalis deponere, sed etiam Reus ad petitionem Actoris; nam positiones ab vtraque parte fieri possunt, nempè ex parte Actoris, & Rei, *cap. prout, de dol. & contum. cap. vnico, de lit. contest. cap. dudum, il 2. circa med. de elect.* Specul. *cit. loc. §. 3. num. 3.* Vestr. *cit. loc. num. 2.* Hac tamen differentia in praxi, nam Actor solet offerre eius depositionem, quando dat ad notificandum terminum probatorium Reo, dicendo in calce illius Actor offert deponere; Reus vero non solet suam offerre, licèt possit peti per Actorem, per iura, vt supra. 1

Secundò, siue Actor, siue Reus, qui tenetur deponere, potest illi sub præcepto mandari, vt deponat, vel sub pœna, quòd si non deponat in termino præfixo, habeatur pro confesso, vt in hoc *cap. fin.* Bald. *l. vnica, col. 21. C. de confess.* Ias. *in l. possideri, num. 24. ff. de acquir. poss.* Vel sub pœna excommunicationis, aut captionis pignorum; verùm quando est comminata hæc secunda pœna, si principalis non deponit, non debet haberi pro confesso, sed omninò debet procedi ad pœnam excommunicationis, siue ad captionem pignorum, secundum opinionem Vestrij *cit. loc. num. 4.* Sed in praxi Curiæ Ecclesiasticæ triplici præcepto mandatur principali, vt deponat, sub pœna, quòd aliàs habeatur pro confesso, qui si adhuc recusat, Iudex declarat, quòd habeatur, vt deterius pro confesso; 2

fesso; posset etiam quis compelli ad deponendum, etiam per capturam personæ, & arrestationem, secundum Rot. *decis.* 394. *in nouis. de caus. poss. & propriet.* quam refert etiam Vestr. *cit. loc. sub num.* 65.

3 Tertiò, praxis admittit depositionem principalis per verbum *credo*, vel *non credo*, quia partis depositio, & si de credulitate sit, adhuc plenè probat, ac si de veritate esset ad notata in *cap. ex literis, de iureiur.* Specul. *cit. loc.* §. 6. *num.* 2. *vers. hoc autem certum est*, nam verbum *credo* à parte prolatum veritatem denotat, Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de fal. caus. adi. lega.* Gemin. *in cap.* 1. *hoc tit. de confess. in* 6. & confessio à parte facta per verbum *credo*, ita præiudicat sicut de veritate, ita Corneu. *cons.* 186. *col.* 1. *lib.* 3.

4 quòd tamen non procedit in teste, cuius depositio de credulitate non probat glos. *in l. testium, C. de testib.* Specul. *tit. de teste*, §. 1. *num.* 58. *vers. item quod deposuit*; nam regulariter tale verbum fictionem significat, *l. conficiuntur, in princ. ff. de iur. Codicil.* Bar. & alij *in l. si is qui pro emptore, ff. de vsucapion.*

5 Quartò, principalis deponendo debet simpliciter respondere positionibus; verùm aliquando potest qualificatè deponere, quod quando sit, Iudicis arbitrio remittit, Roman. *in l. iusiurandum*, §. *ait prætor*, vbi etiam Bald. *ff. de iureiur.* Afflict. *in cap.* 1. *vers. item facit, quod si statutum dicit, ex quibus causis feud. amittat.* Vnde admittitur rudis persona, & idiota, quæ nescit distinguere responsionem simplicem à qualificata, ad deponendum qualificatè, ita Soccin. sen. *in l.* 1. *num.* 8. *in fin. ff. de vulgar. & pupill. substit.* vbi etiam Rip. *num.* 27. qui tenent admittendam etiam depositionem qualificatam, quando positio, supra qua deponi, debet, adhuc est qualificata; & ratio est, quia talis debet esse responsio, qualis præcessit interrogatio, *l. vt responsum, C. de transact.* Si ergo fuit admissa qualificata positio, debet etiam admitti responsio qualificata, cùm in hoc non plus sit concessum ponenti, quàm respondenti; debet enim & ipse ponens deducere positiones simpliciter, & sine qualitate, ac adiuncto, ita Curt. sen. *in l.* 2. §. *quod obseruari*, n. 42. *C. de iureiurand.* Neuizanus *cons.* 7. *num.* 9. Similiter recipitur qualificata depositio, & responsio, quando ita suadet conditio, & qualitas rei, ita Bald. *in l.* 1. *C. de ædil. action.*

6 Socc. *in l.* 1. *num.* 8. *de vulg.* Dicitur responsio, & depositio simpliciter, idest purè, & sine simplicitate, ita Bar. quem sequuntur omnes *in l.* 1. §. *si quis simpliciter*, vbi DD. *de verb. signif.*

7 Quæstio est inter DD. in hac materia, an admittatur depositio relatiua ad scripturam, puta si deponens, dicat credo, quòd ponitur, si instrumentum, vel scriptura appareat, de cuius tenore ponitur; vel si dicat, credo sententiam esse latam, sed eam non habeo præ manibus, & illius tenorem ignoro, & ad illam me refero. In qua quæstione pro vtraque parte adducuntur DD. & rationes per Ioseph. Ludouis. *decis. Perus.* 8. qui in fine ita concludit, quòd quando instrumentum, scriptura, vel sententia, de qua fit mentio in positione est apud acta causæ, & tunc admittitur responsio illa credo, prout in instrumento, scriptura, seu sententia, & ita etiam tenent Campeg. qui plures allegat *tract. de testib. reg.* 437. *in* 3. *fall.* Bald. *in l. de ætate*, §. *nihil, de interrog. action.* Quando verò instrumentum, scriptura, seu sententia, de qua in positione, non est apud acta causæ, & tunc depositio debet fieri præcisè, non per relationem, & in hoc casu procedunt dicta per Specul. *tit. de posit.* §. 2. & per alios tenentes principalem non posse deponere per relationem ad scripturas. Quando verò instrumentum, scriptura, vel sententia est in actis, sed est nimis inuoluta, & tunc adhuc admittitur depositio qualificata per relationem ad scripturam, & hic est proprius casus decisus *in dicta decis. Iosephi Ludouici*, vt apparet *num.* 34.

8 Quæritur, quomodo debeat deponere principalis, quando positio est partim vera, & partim falsa, an debeat illam acceptare, vel an possit illam totam negare?

Respondetur, si positio partim verum, & partim falsum continet, vt si viginti sibi deberi quis ponat, & verè decem debentur, fuisse non modicam altercationem inter DD. an totam negari possit; sed magis communis opinio est, in hac facti specie posse positionem simpliciter negari, etiam absque periculo periurij, ita docet Ias. post alios *in l.* 1. §. *sed & si mihi, num.* 10. *ff. de verbor. oblig.* sequitur Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 24. comprobat Ioseph Ludou. *decis. Perus.* 51. qui *num.* 6. dat cautelam ad hoc, vt deponens, non possit negare, quæ est, vt ponens, dicat, si non credit de tanto, dicat de quanto, descendendo vsque ad minimum nummum, & sic principalis deponens, tenetur omninò debitam summam deponere, Cagnol. *in l. non potest videri, ff. de regul. iur. num.* 6. Ias. *in l.* 1. §. *si stipulanti, num.* 11. *ff. de verb. oblig.* cætera de hac materia vide apud Felin. *in cap. nam concupiscentiam, de constit.*

Quintò, licèt variè loquantur DD. quos videre est apud Carauit. *super rit. Mag. Cur. Vic.* 79. *num.* 10. an principali deponere habenti debeatur copia positionum, maximè ante depositionem, tamen verior est sententia, & securior, talem copiam esse negandam, ne incentiuum præbeatur delinquendi, & litigantes ad instructiones falsitatum armentur, ita Carauit. *cit. loc. num.* 12. videtur sequi Grauat. ad Vestr. *num.* 33. quando principalis habet deponere, secus si procurator in absentia principalis, nam tunc rectè datur illi copiam positionum, ad hoc, vt partem consulere possit. 9

Sextò, hodie stante communi vsu deponendi per verbum *credo*, vel *non credo*, non est concedenda dilatio principali dubitanti deponere, & positioni respondere, ita Specul. *tit. de positionib.* §. 6. *num.* 9. *in fine*, sequitur Grauat. ad Vestr. *cit. loc. num.* 34. quòd si deponeret procurator, tunc potest petere, & est illi concedenda dilatio ad consulendum principalem, ita Grauat. *eodem loc.* de hac re latè Bart. *in l. non solùm, ff. de procurat. num.* 2. 10

Septimò, admittitur procurator ad deponendum pro suo principali absenti, non autem præsenti, ita Vestr. *cit. loc. num.* 11. dummodò procurator habeat mandatum specialissimum ad sic, & sic respondendum, vt per Rot. coram Lancellot. *Bononiens. fideicommiss. de Rubeis* 6. *Martij* 1596. iuxta opinionem Bart. *in l. vlt. in fin. C. de procuratorib.* Imol. *in l. penult.* §. *ad crimen, col. penult. vers. sed per complementum, ff. de publ. iud.* Couarr. *pract. quæst. cap.* 20. *vers. est tamen hac in re*, Luc. Pet. *in sua praxi titul. de position. num.* 23. *in fin.* & quòd requiratur mandatum in indiuiduo, tam in dandis positionibus, quàm in responsione ad illas, latè Rot. coram D. Pirouan. *Mediolanens. pensionis* 8. *Februar.* 1616. *quæ est decis.* 779. *num.* 3. *vsque ad* 6. *part.* 2. *in recentiorib.* post Neuizan. *cons.* 7. *num.* 11. Honded. *cons.* 66. *num.* 73. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 84. *num.* 64. & quòd ad ponendum requiratur specialissimum mandatum ad sic, & sic ponendum tenet etiam glos. *in cap. in positionib. in verb. expressè, de iureiur. lib.* 6. Franch. Marc. *decis.* 441. *num.* 2. *part.* 2. Rot. *decis.* 779. *part.* 2. *in recent.* 11

Octauò, non debet admitti principalis ad deponendum cum consilio Aduocati; immò præsentia Aduocati repelli debet à conspectu respondentis, ne verbo, aut nutu quolibet immutare faciat veritatem, ita Specul. *tit. de position.* §. 3. *num.* 7. Vestr. *cit. loc. num.* 8. & ita seruat communis praxis etiam laicarum Curiarum, Matant. *in suo Speculo aureo part.* 6. *tit. de posit. seu art. product. num.* 15. latè Carauit. *ad Rit. Mag. Cur. Vic.* 79. *num.* 3. *& seqq.* Non procedere tamen dicitur DD. supradicta in rustico deponere habenti, vt principali, in cuius depositione adesse potest ipsius Procurator, vel Aduocatus, ne ob rusticitatem simplex, & rudis ipse homo decipiatur, Host. *in cap. dilecti, de iudic.* Socc. *in l.* 1. *col.* 4. *de vulgar. & pupill.* sequitur Grauat. ad Vestr. *cit. loc. num.* 30. Matant. *cit. loc. num.* 16. Hoc tamen intellige, vt procurator, vel Aduocatus assistens principali deponenti possit illum instruere de iure, non de facto, iuxta dicta per Carauit. *rit.* 79. *num.* 10. *vers. in respondendo.* Et dummodò rusticus non sit persona sagax, vel illi ante depositionem non fuisset data copia positionum ad se consulendum; nam in his casibus non admittitur depositio rustici cum Aduocato, vel Procuratore, ita optimè Grauat. ad Vestr. *cit. loc. num.* 32. qui alios citat. 12

Nonò, expensæ pro recipienda depositione principalis deponere habentis, dum est absens, non sunt erogandæ à parte petente depositionem, sed ab illa, quæ deponere tenetur, quia per absentiam vnius ex litigatoribus non debet affici conditio alterius deterior, ita decisum refert in 13

Sacro

Sacro Regio Consilio in causa cuiusdam Nobilis absentis, Afflict. *decis.* 177. quam doctrinam Ricc. *collect. decis. part.* 1. *collect.* 141. Limitat quando absens esset persona privilegiata, quæ ad iudicium venire non tenetur, tunc expensæ sunt erogandæ a petente depositionem, ad quod adducit Cappellam Tholos. *decis.* 274. de his expensis vide apud Franch. *decis.* 332. *num.* 6. Et quod deponere habens, etiam si sit Nobilis, & egregia persona teneatur ad expensas prædictas, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 228. *num.* 12. quia vnius dignitas, & Nobilitas non debet esse alteri detrimentum.

Decimò, qui renunciauit probationibus in causa, adhuc potest petere depositionem principalis, non obstante, quòd depositio principalis sit species probationis; sed si positionibus renunciatum est specialiter, non potest illam petere, ita Specul. *tit. de positionib.* §. 4. *num.* 7. & 8.

14 Vndecimò, ponens pro recipienda depositione principalis dicitur fateri quicquid in positione continetur; nam ex positione resultat explicita ponentis confessio, Bart. *in l. certum*, §. *si quis absente*, *in fin. ff. de confess.* Dec. *cons.* 445. *num.* 17. Alexan. *cons.* 83. *sub num.* 3. *lib.* 1. Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 17. Quod licet verum sit de positionibus, secus tamen est de articulis, quia articulans non fatetur, facit tamen confessio in articulis emanata magnum adminiculum, cum non soleant dari absq; magna consideratione, vt considerat Rota *decis.* 320. *num.* 2. *in fin. impress. per Farinac. post* 2. *lib. consil.* & fuit dictum *in vna Spoletana prædij* 1. *Decemb.* 1617. *coram D. Pamphilio*. Sed si articuli sunt dati medio iuramento, confessio in illis emanata contra articulantem, plenè probat Caputaq. *decis.* 145 *lib.* 1. *in manuscript.* Ludouis. *decis.* 215. *num.* 2.

15 Duodecimò, confessio facta per principalem in eius depositione respondendo ad positiones, contra ipsum plenè probat *l. procuratore*, vbi DD. *ff. de instr. act.* Abb. *in cap. quamuis, num.* 4. *de re iud.* Aym. *cons.* 217. *num.* 9. Ludouis. *decis.* 92. *num.* 1. Quod adeo verum est, vt procedat etiam in confessione facta in depositione tutoris, vel curatoris in respondendo ad positiones, quæ plenè probat contra pupillum quousque de errore non doceatur, Bart. *in l. certum*, §. *sed an & ipsos*, *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *vers. vt confitentur*, *ff. de confessis*, Abb. *in cap. ex parte*, *num.* 10. *vers. aut confitemur, de confess.* fuit dictum *in vna Romana legati* 11. *Februarij* 1602. *coram D. Sacrato*, Rota *decis.* 117. *num.* 4. *part.* 2. *diuers.* fuit dictum in alia etiam *Romana laudi, seu participationis* 17. *Aprilis* 1617. *coram D. Buratto*, vbi idem deciditur de confessione facta in depositione in iudicio per Prælatum, quæ præiudicat Ecclesiæ, ita etiam per Rot. *decis.* 3. *diuers.* licet confessio voluntaria Prælati regulariter non præiudicet Ecclesiæ, *cap. præsentiam, de testib.* Afflict. *decis.* 168. *num.* 4.

16 Decimotertiò, principalis tenetur deponere, & positionibus respondere sufficienter, & simpliciter per verbum *credo*, vel *non credo*, alias iterum respondere cogitur, ita Abb. & alij *in cap.* 1. *de probat.* Bald. *in l. vlt. num.* 9. *C. de edict. Diui Adrian. tollend.* Fallit in positione de mutuo, vt si mutuans format positionem, v. g. pono, quod mutuaui tibi centum, potest mutuatarius respondere in eius depositione, si mutuasti, restitui; ita Alex. & alij *in l.* 1. §. *si stipulanti*, *ff. de verbor. obligat.* Ioan. Neuiz. *in Sylu. nupt. verbo Monitoria*, *num.* 54. *lib.* 3.

17 Non dicitur sufficiens depositio, & responsio illa, quando dicitur, *non credo, vt ponitur ad effectum*, *ad quem ponitur*, nisi addatur copula, *&*, vel *neque*, & ita respondeatur, *non credo, vt ponitur, & ad effectum, seu neque ad effectum, ad quem ponitur*; & ratio est, quia hoc secundo casu sunt duæ orationes separatæ, & prima oratio continet orationem certam, & præcisam, non sic in primo casu, ita Rota *decis.* 846. *vers. ad tertiam*, *part.* 4. *in recentior. diuers. impress. Lugdun. sub nomine Farinac.* vbi dicitur fuisse in pluribus causis decisum.

18 Nec dicitur sufficienter deposuisse, quando principalis generaliter negauit omnes positiones, vel positionem continentem diuersa capita; est enim deponendum, & singulis positionibus in specie respondendum, sicut & ad singula capita contenta in positione, *cap. ad hæc*, *de testib.* Specul. *tit. de positionib.* §. 6. *num.* 4.

19 Generaliter depositio dubia non dicitur sufficiens, est commune; fallit tamen quando positio continet factum alienum, & antiquum, in quo casu admittitur responsio etiam dubia, ita Bart. *in l.* 2. §. *quod obseruari*, *num.* 23. *in fin. C. de iur. calum.* post glos. *ibi in verb. existimat*, Natt. *cons.* 59. *num.* 2.

20 Decimoquartò, principalis deponens, & negans positionem non potest se fundare in tali positione negata, *cap. ex eo, de regul. iur. in* 6. *conclus.* 1. *n.* 2. Gabriel. *lib.* 6. *de regul. iur. conclus.* 1. *num.* 2. potest tamen Iudex ex officio se fundare in tali positione negata, Bart. *in l. post legatum*, *num.* 8. *ff. de his, quib. vt indig.* Gabr. *vbi supra num.* 58. *& seq.*

21 Decimoquintò, principalis deponens non potest suam confessionem in depositione factam reuocare, nisi docto de errore, ita Marant. *in suo speculo aur. part.* 6. *tit. de positione*, *& art. product. num.* 8. latè Vestr. *cap.* 16. *lib.* 5. *sua prax.* vbi Grauat. *num.* 21. declarat confessionem prædictam erroneam non posse reuocari post conclusum in causa, benè tamen posse reuocari ante conclusum in causa, ex doctrina Bart. & aliorum *in l. error*, *de iur. & fact. ignorant. & in l. non fatetur*, *col.* 3. *ff. de confess.* Afflict. *decis.* 44. *num.* 2. nisi confessio fuisset emanata, & facta persuasu aduersarij, nam tunc etiam post sententiam reuocari potest, vt docet Ias. post Bart. *vbi supra in l.* 1. *num.* 2. *ff. de condit. indeb.* Bald. *in l. de tutela*, *col.* 2. *vers. si opp. C. de in integ. restit.* multa de hac materia vide apud Farinac. 2. *vol. decis. crimin. decis.* 352.

22 Decimosextò, principalis in sua depositione falsum deponens non punitur pœna periurij, Socc. iun. *cons.* 3. *num.* 16. *cum duobus seqq. lib.* 2. post Salic. *in l. si alterius*, *in fin. C. si minor se maior. dixerit*, Farin. 2. *vol. decis. crimin. decis.* 34. *num.* 2. habet tamen hic periurus Deum vltorem, ita Marant. *in Specul. aur.* 6. *part. tit. de position. & artic. product. num.* 17. benè tamen potest condemnari ad damna, & interesse parti aduersæ, si conuincitur de mendacio, ita Anchar. *cons.* 316. Socc. *cons.* 213. *lib.* 2. Ias. *in l. nec quicquam*, §. *vbi decretum*, *num.* 17. *ff. de offic. Proconsf.* Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 25.

23 Decimoseptimò, depositio principalis non potest peti ante litis contestationem, docet Ias. *in l. Iudices*, *C. de Iudic.* probatur ex Specul. *tit. de positionib.* §. 5. *in princip.* Fallit tamen propositio in causis summarijs, in quibus proceditur simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura Iudicij, nam cum in eis non requiratur litis contestatio, sequitur, quod depositio principalis possit quandocumque peti, ita Alex. *cons.* 70. *num.* 1. *lib.* 7. qui citat Specul. Ioan. And. & alios.

24 Decimooctauò, depositio principalis iuxta magis communem opinionem potest peti etiam publicatis attestationibus, ita Corn. *in cap. vltra tertiam*, *de testibus*, Hyp. de Mar. *singul.* 110. Felin. *in cit. cap. vltra tertiam*, *in fin.* Add. ad Bald. *in l.* 2. §. *quod obseruari*, *lit. K.* contra ipsum, Bald. *eodem loc.* quod intellige super positionibus, vel articulis præsentatis in termino probatorio, ita Marant. *in Specul.* 6. *part. tit. de position. num.* 10. *&* 11. sed post conclusionem in causa peti non potest, ita Fel. *in cap. cum dilectus*, *num.* 4. *vers. & post conclusionem in causa*, *de fide instrumentor.* licet Iudex ex officio possit illam habere, vt per DD. citatos.

25 Decimonono, diximus in principio huius Annotat. ex text. quem obseruamus, quòd principalis, qui recusat deponere, habetur pro confesso; id enim intellige, si declaratio præcedat, idest si Iudex pronunciauit, quod contumax in deponendo habeatur pro confesso, ita dicit Fel. *in cap. cum non ab homine*, *num.* 10. *de Iudic.* idque procedere dicit Bald. *in l.* 1. *num.* 17. *&* 18. *C. ne ex delict. defunct.* quando negatur contumacia, alias non est necessaria declaratio, ex quo liquet ex actis; hanc opinionem simpliciter, & sine distinctione, Bald. tenet Bart. *in l. manifestè*, *num.* 7. *ff. de iur. iur.* vbi ait, quòd si contumax in deponendo moriatur antequam Iudex, mediante decreto, illum habuerit pro confesso, nec illum condemnauit, hæc ficta confessio non nocet hæredi.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Praxis petendi, & amittendi principalis depositionem quando præcipuè practicanda.*
2 *De interrogatorijs actionibus hodie vix in vsu.*
3 *Contumax in respondendo positionibus, an habeatur pro confesso, & quæ praxis.*
4 *Agens alieno nomine, an teneatur deponere?*
5 *Quis teneatur prius deponere Actor, vel Reus?*
6 *Si principalis est absens, cuius expensis sit mittendus examinator ad recipiendam depositionem?*

1 PRaxis petendi principalis depositionem præcipuè admittenda, quando ageretur de facto, quod de sui natura esset difficilis probationis, puta de mutuo, vel de alia conuentione fiduciaria, quæ sine interuentu scripturæ, vel testium facta sit, vnde propterea pro facti qualitate probabilis videretur spes, quod ipse principalis ab altera parte interrogatus non esset negaturus. Et tali casu spectato principaliter fine, & effectu, ob quem lex id introduxit, hæc petitio, & respectiuè responsio sequi deberet coram Iudice per ipsosmet principales sine assistentia Causidicorum, qui captiosas suggerant responsionem, siquidem vbi sequutum sit mutuum, vel respectiuè restitutio pecuniarum mutuatarum, vel aliarum rerum fiducialiter, & vt vulgò dicitur *à quattro occhi*, tunc si ipse qui dedit, vel restituit de facie ad faciem interroget alterum, quod cum iuramento dicat, an receperit necne non de facili ille negare audebit, dummodo non habeat assistentiam captiosi Causidici, sine qua vbi etiam præcedenter ab eo fuerit instructus adhuc solent principales se inuoluere, quando ita veritas se haberet iuxta id, quod frequenter praxis docet in constitutis criminalibus, ad quorum instar quandoque pro facti qualitate, ex qua prudens Iudicis arbitrium regulari deberet, id in ciuilibus practicandum esset, Card. de Luca *de iudic. discurs.* 36. *num.* 17.

2 Antiqua forma Interrogatoriæ actionis hodie rara ad obligationem respondendi positionibus redacta est. Nimium verò commendabile videtur, vt ille vsus reuiuisceret, quoniam ita multæ resecarentur lites, atque tot cessarent periuria, dum ipsi principales, vel iudicij calorem metuentes, & dispendium litium, vel maiorem habentes conscientiæ timorem, quam Causidici, per quorum manus huiusmodi positiones, ac responsiones transire solent, non de facili audeant interrogare minus vera, minusque interrogari respondere, dum iuxta quotidianam praxim vsus positionum omninò inutilis remanet. Vnde Romani Imperij antiquis temporibus in vsu erant interrogatoriæ actiones, quod scilicet ipsemet Actor personaliter, ac per se ipsum coram Iudice Reum interrogabat, ideòque super ijs, quorum certam scientiam habere præsupponeret, interrogationes fiebant, & si dolosè, & mendaces fierent in pœnam doli, & mendacij pro confidente habendus erat, Card. de Luca *de iudic. discurs.* 23. *num.* 10. Et praxim hanc interrogandi, & respondendi super narratis in prima tali quali petitione ego vidi practicatum inter rusticos, & idiotas, & litem incontinenti finitam in causis modicis.

3 Contumax an habeatur pro confesso? Gratian. *discept.* 639. *num.* 4. tradit, quòd contumax in respondendo positionibus, istæ habeantur pro confessatis, monitorium autem debeat præcedere, & continere comminationem, quod positiones, vel articuli habeantur pro confessatis, Surd. *cons.* 360. *num.* 26. *lib.* 3. & formulam scribit Ridolph. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 101.

Vlterius Gratian. *num.* 28. probat, quòd statuta disponentia, quod positiones habeantur pro confessatis non sint odiosa, sed multum rationabilia, & vtilia, tanquam contra contumaces omnia iura clament.

Attamen Rota Rom. non pronunciat, positiones haberi pro confessatis, neque de recentiore stylo Tribunal A.C. Sed monetur pars ad respondendum positionibus sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis, Ridolph. *vbi sup. num.* 101.

In Regno praxis est pronunciandi, quòd intelligatur facta responsio prout deterius ex *prag.* 6. *de ord. iudic.* Gallupp. *in prax. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 14.

Agens alieno nomine an teneatur deponere, vel potius principalis? Regulariter principalem teneri, vt de Monaco cuius nomine agit Monasterium de eo, quod per ipsum factum est, docet glos. *in Auth. ex causa C. de Episc. & Cleric.* Reg. Rouit. *in prag.* 1. *num.* 74. *de suspic. Official.* & in S. C. de Monaco refert decisum Gallup. *vbi sup. n.* 9. 4

Beneuerùm de Prælato, Abbate, Abbatissa, Tutore, Curatore, Vniuersitas, Capitulum, quod teneantur deponere, Thor. *verb. tutor tom.* 2. Reg. Latro *decis.* 88. Galluppo *vbi sup.* & quis de Capitulo, Vniuersitate, & quæ forma, Reg. Latro, & ibi Gizzius.

Quis teneatur prius deponere Actor, vel Reus? pro prima parte stat, Rouit. *prag.* 8. *de ord. Iudic. num.* 6. Et secundam partem tenet Gallupp. *d. cap.* 19. *num.* 10. Sed Michalor. *de posit. cap.* 5. *num.* 9. dicit nullam considerari prioritatem. Demum Virgil. *in tract. de person. accus. cap.* 32. *num.* 68. firmat, quòd ille deponere teneatur, à quo primo patitur, & dixi Præs. de Franch. *obs.* 220. *num.* 4. 5

Principali absente cuius expensis mittendus sit examinator ad recipiendam eius depositionem? Et sumptibus absentis mittendum illum tradit Afflict. *decis.* 177. Aliter si principalis ratione dignitatis, infirmitatis, vel sexus non teneatur de persona accedere ad Examinatorem, vt ex Præs. de Franch. *num.* 2. Gallupp. *vbi sup.* Alia vide *in §. seq.* & ea, quæ scripsi *in d. obs.* 220. 6

SVMMARIVM.

1 *Deponere non tenetur principalis super positione impertinente; & quæ dicatur impertinens. Nec super positione incerta, num.* 2. *Nec super positione contraria, num.* 3. *Et quid de continente factum alienum, num.* 4.
5 *Deponere quando teneatur principalis super positione continente articulum iuris, vel Consuetudinem. Et quando dicatur positio iuris, num.* 6.
7 *Deponere quando teneatur principalis super positione negatiua, & quando. Nec super positione superflua, & qua dicatur, num.* 8. *Nec super positione captiosa, & quæ sit, num.* 9. *Aliquid de positione implicita, num.* 10.
11 *Deponere quando teneatur principalis super positione criminosa, vel continente illegitimitatem, num.* 12. *Quid de positione formata per modum interrogationis, num.* 13.
14 *Deponere non tenetur principalis super positionibus præsentatis post terminum. Et an possint positiones declarari post terminum.*
15 *Deponere habens an possit petere, quod pars aduersa iuret contenta in positionibus esse vera.*
16 *Deponere non debet infans, demens, & furiosus, nec per Curatores. Et quid de minore, num.* 17. *Vel de Vniuersitate, num.* 18.
19 *Deponere non tenetur principalis super positione dependente ab alia iam negata, & quam confiteri non potest sine periculo, nec super positione impossibili, vel contra naturam, vel implicita, vel repetita, vel non benè specificata, num.* 20.
21 *Deponere potest simplex persona per procuratorem. Et qui semel deposuit non potest cogi ad iterum deponendum, nisi noua ex causa, num.* 22.
23 *Deponere tenetur ne Monachus, cuius causam agit Monasterium, vel Syndicus? Et quid de seruo, vel filio familias.*
24 *Renuncians probationibus an possit petere depositionem principalis, vel illam recipere Iudex ex officio.*
25 *Depositio super positione partim vera, & partim falsa quomodo facienda; & an vnum negans, videatur alerum fateri, num.* 26.
27 *Deponere non tenetur principalis super positione concernente petitorium suspensum.*

ANNO-

ANNOTATIO XXVIII.

§. II.

ANnotabo hìc, quando principalis non tenetur deponere, & super quibus positionibus non tenetur respondere, cum glos. *in hoc cap. vers. absque rationabili causa*.

1 Primò, principalis non tenetur deponere, & respondere positioni impertinenti; dicitur autem positio impertinens, quando non facit ad causam fundandam, nec ad eam coadiuuandam: & illa dicitur pertinens, quæ causam fundat, & quæ cum alia positione coniuncta per indirectum facit ad causam; vnde positio, quæ præsumptiuè facit ad causam dicitur pertinens, *l. certum, §. 1. ff. de confes. cap. preterea, de transact.* ita docet Bald. *in l. 2. §. quod obseruari, num. 14.* glos. *in hoc cap. sub vers. absque rationabili causa*.

2 Secundò, principalis non tenetur respondere deponendo positioni incertæ antequam declaretur, & licet quandoque procedat libellus incertus, tamen positio incerta nunquam procedit, quia cum fiat ad effectum probationis, seu releuandi ab onere probandi debet esse clara, sicut debet esse clara probatio, faciunt notata in *l. 1. §. si quis argentum, ff. de posit. cap. in præsentia de probat.* tenet Bart. *in d. l. 2. §. quod obseruari*, Carauit. qui idem dicit de positione generali super *rit. 79. sub num. 2. vers. Quinto non est respondendum*.

3 Tertiò, principalis non tenetur deponere super positione contraria, quòd potest intelligi dupliciter; vno modo, quando positio tua est contraria meæ, & ambo iuramus de calumnia, non debet responderi huic, vel illi ratione contrarietatis. Item, quia quodammodo potest dici responsum, ex quo contrarium est positum; est enim quædam responsio sine interrogatione. Secundò modo potest intelligi, quòd quando respondi super vna positione vnum, non cogar postea respondere super positione, quæ dependet ex illa, ne contingat, quod sim mihi ipsi contrarius, & periurus ex varietate responsionis, ita Bald. *cit. loc. n. 15. & in l. 1. C. de confes.* glos. *in hoc cap. vers. absque rationabili causa*.

4 Quartò, principalis non tenetur deponere super positione continente factum alienum, *l. fin. ff. pro socio*, Ioan. Andr. *in cap. 1. de confess. in 6.* & ratio adducitur, quia ideò tenetur principalis deponere, quia præsumitur melius informatus de veritate, sed hæc præsumptio cessat in facto alieno, nisi tale esset factum alienum, in quo deliberando, possit dari certa responsio: quoniam tunc daretur terminus ad deliberandum, & cogeretur deponere, ita Bald. *cit. loc. num. 16.* sequitur Carauit. *super rit. 79. num. 2.*

5 Quintò, non tenetur quis respondere, vt principalis positioni continenti merum articulum iuris, & hoc procedit in positione continente ius scriptum, quòd probatur per aperturam librorum, secus est in positione inducta ad probandam Consuetudinem, vel Statutum, super qua principalis tenetur deponere, cum contineat factum, quod est probandum Specul. *in tit. de positionib. §. 7. n. 29. & 30.* Bald. *in cit. §. quod obseruari, num. 17.* Carauit. *cit. rit. sub eodem num. 2.* qui adducit exemplum in positione,

6 quæ dicit, *Pono, quod talis non potuit testari*, & Bald. *cit. loc.* dicit, quòd semper quod positio sit sub aduerbio, canonicè, vel legitimè, vel solemniter, vel simili vocabulo, dicitur positio iuris; sed si positio continet ius mixtum cum facto, tenetur respondere Grauat. *cit. loc. sub n. 19.*

7 Sextò, principalis non tenetur deponere super positione continente negatiuam, quæ probari non potest, glos. *in hoc cap. vers. absque rationabili causa*, Bald. *cit. loc. num. 18.* Vnde si negatiua esset probabilis, principalis teneretur deponere, Carauit. *cit. rit. 79. sub num. 2. vers. septimus casus*, hinc Farinac. 2. *tom. decis. Crimin. decis. 309. num. 3.* tenet post Bald. *cit. loc.* quod quando negatiua habet implicitam affirmatiuam, etiam super positionibus negatiuis sit deponendum quoties Iudici æquum videbitur.

8 Septimò, non tenetur principalis deponere super positione superflua, glos. *in hoc cap. sub verbo absque rationabili causa*, vnde repetita positio dicitur superflua, & successiuè super illa non est secundo deponendum, Specul. *in tit. de posit. §. 7. num. 1.* Bald. *cit. loc. num. 19. & 20.* & semper quod positio dependet ab alia supra negata, non tenetur principalis super ea deponere, firmat Carauit. *super cit. rit. 79. sub num. 2. vers. sextus casus*.

Octauò, nec adstringi debet principalis ad deponendum, & respondendum depositioni captiosæ; dicitur captiosa positio à capiendo, quia in neutram partem potest deponens sine periculo respondere, nam nemo tenetur se illaqueare, ita glos. *in hoc cap. verbo rationabili causa*, docet Bald. *in cit. §. quod obseruari, num. 21.* & Grauat. ad Vestr. *supra cit. loc. num. 21.* voluit Specul. *cit. tit. de positionib. §. 7. num. 20.* qui exemplis explicat, quæ sit captiosa positio. 9

Nonò, item principalis potest negare, deponere, & respondere, quando positio est multiplex, & implicita continens, seu implicans in se plures articulos, seu plura dicta, quorum vnum potest esse verum, & alterum falsum; & sic non posset simpliciter, & rectè responderi, ita Specul. *cit. loc. num. 21.* Bald. *etiam cit. loc. num. 22.* qui idem dicit, si ponens diceret pono diuisim; contra quam positionem deponens dupliciter insurgere potest, vel negare depositionem, vel instare, quod ponens, illam explicet, ita Specul. *cit. loc.* 10

Decimò, principalis non tenetur deponere super positione criminosa, & continente crimen, quòd non est intelligendum de ea positione, super qua si principalis non responderet, cum aliena iactura locupletaretur, veluti si rem alienam detineret; item etiam si tali crimine detineretur, ob quod Beneficio priuandus esset; tunc enim tenetur respondere. Secus verò vbi crimen detegendo, cum alterius damno non locupletaretur, veluti si infamis, aut excommunicatus sit, aut de similibus interrogetur; tunc enim non debet adstringi ad detegendam suam turpitudinem, ita Specul. *cit. loc. num. 40.* Bald. *cit. §. quod obseruari, num. 23.* Grauat. *vbi supra num. 18.* Ludouis. *decis. 563. num. 14.* Carauit. *super cit. rit. 79. num. 2. in fine*. 11

Positioni continenti, quòd principalis sit illegitimus tenetur respondere ipse principalis, quia nullum continet crimen, quòd ipsi illegitimo possit imputari, ita Farinac. 2. *vol. decis. Criminal. decis. 309. num. 2.* qui generaliter tenet, quòd principalis tenetur respondere positioni criminosæ, quando illa includit ius dantis. In causa separationis Matrimonij ob viri impotentiam, si vxor ponat, quòd vir ante contractum Matrimonium alias tentauit cognoscere mulieres, nec potuit, vir non tenetur huic positioni respondere, quia detegeret propriam turpitudinem, Farinac. *cit. loc. decis. 95. num. 2.* 12

Vndecimò, principalis non tenetur deponere super positione, quæ est concepta, & formata per modum interrogationis, quia positio non interrogatiuè, sed positiuè fieri debet; & ratio est, quia ponens desiderat depositionem principalis ad finem se releuandi ab onere probandi; ita etiam equum est, vt ipse ponens per suam confessionem releuet aduersarium ab onere probandi, ad hoc ne iudicium claudicet; sed qui interrogat, non confitetur ergo; ita tenent Bald. *in l. data opera, col. 11. C. qui accus. non possunt*, Paul. de Castr. & Ias. *in l. Iudice, C. de Iudic.* Gem. *in cap. 1. col. pen. hoc tit. de confess. in 6.* Marant. *in suo Specul. aureo 6. part. tit. de position. seu artic. product. num. 13.* Grauat. ad Vestr. *cit. loc. num. 19.* 13

Duodecimò, principalis non tenetur respondere, & deponere super positionibus præsentatis, elapso termino dato ad probandum, quia positiones produci debent, in termino, ita Marant. *in suo Specul. aureo 6. part. tit. de positione, seu articulor. product. num. 11.* post Bald. & Specul. per eum adductos, & obseruatum est §. præcedenti; quod idem Marant. *num. 12.* intelligit, nisi positio esset obscura, quia tunc posset declarari etiam post terminum vsque ad conclusionem in causa, secundum opinionem Bald. *in l. tres denunciationes, in fine, C. quomodo, & quando Iud.* 14

Decimotertiò, principalis, qui deponere habet, potest petere, vt pars aduersa declaret cum iuramento contenta in positionibus esse vera, qua declaratione non facta, potest denegare eius depositionem, iuxta dicta per Grauat. ad Vestr. *lib. 5. cap. 14. num. 16. & 17.* colligitur ex *cap. præsentium, de testibus, lib. 6.* 15

16 Decimoquartò, Infans, demens, aut furiosus non pos-
sunt nec per eorum tutores, & curatores deponere, &
respondere, quia quod vident, ignorant, ita Rebuff. *in*
tract. de respons. per credit. in princ. num. 7. quem sequi-
17 tur Carauit. *super cit. rit. 79. infra num. 5.* Minor verò
potest respondere per verbum *credo*, vel *non credo*, tamen
id debet facere cum auctoritate sui tutoris, aut curatoris,
ita Bart. *in l. certum*, §. *in pupillo, num. 2. ff. de confess.*
18 Rebuff. & Carauit. *cit. loc.* Vniuersitas potest per alium
deponere, & respondere positionibus, non tamen per
Aduocatum, ita glos. & Abb. *in cap. pastoralis, de iudic.*
Afflict. *in constit. Regni partes, in 2. notab. num. 8.*

19 Decimoquintò, principalis non tenetur respondere positioni, quæ dependet ab alia positione iam negata, & quam sine periculo non potest confiteri; negato enim principali, per consequens negata sunt quæcunque dependent ex eo, ita Specul. *tit. de positon. §. 7. num. 34.* vbi Ioan. Andr. *lit. H.* dicit, quòd opinio non procedit in positione confessata, nam in dependente à confessata debet principalis deponere.

20 Decimosextò, principalis non tenetur deponere super positione impossibili, vel contra naturam, nec super positione implicita, vel transposita, vel remota, vel repetita, de quibus latiùs vide apud Specul. *cit. loc. num. 36. & 37.* nec etiam super positione non benè specificata, vel non dispositiuè data, Rot. *decis. 29. in antiq. de test. & attest.*

21 Decimoseptimò, principalis licèt teneatur per se ipsum deponere; tamen si est persona simplex, non potest cogi ad deponendum per se ipsum, sed potest deponere per procuratorem, ita tenet Menoch. *de arbitr. cap. 193. num. 4.* & faciunt quæ diximus §. præcedenti posse assistere procuratorem, vel Aduocatum rustico deponenti.

22 Decimooctauò, principalis, qui semel deposuit formiter, non potest cogi iterum deponere, nec pluties respondere super certa positione, nisi noua superueniat causa, ita Bald. *in l. 2. §. quod obseruari, num. 19.* post glos. vbi Bart. *in eodem §. num. 27.*

23 Decimonomò, Monachus, pro cuius facto agit Monasterium, vel Abbas non debet admitti ad deponendum vti principalis, quia causa effectualiter non est sua, sed Monasterij, vt in *Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* vbi DD. omnes, ideò Syndicus debet deponere, quia est in iudicio loco Monasterij, argumento *l. prima, §. in propria, ff. quando appellan. sit*, tenet Salyc. *in d. l. 2. §. quod obseruari, num. 8.* vbi secus dicit in filio, vel seruo, cuius nomine conuenitur pater, vel dominus, quia illi deponere debent; sed si esset factum, de quo probabiliter non esset alius informatus, nisi Monachus, tunc dicerem illum deponere debere, secundum doctrinam Bart. *in dicto §. quod obseruari, num. 15.*

24 Quæritur, an qui renunciauit probationibus possit petere depositionem principalis? Resp. Si quis renunciauit in specie depositioni principalis, nec renuncians, nec Iudex ex officio possunt illam petere, aut recipere; si verò renunciauit in genere probationibus, tunc licèt renuncians non possit illam petere, potest tamen Iudex ex officio interrogare principalem; si tamen quis renunciauit probationi per testes, potest adhuc petere depositionem principalis, ita distinguit Specul. *tit. de position. 4. §. num. 8. & 9.*

25 Diximus supra in casu, quo in positione petitur, & ponitur plus debito, debitorem posse totam positionem negare, cum declaratione, de qua supra, Hic dicemus generaliter in omni alio casu, in quo positio est partim vera, & partim falsa, deponens non posse negare totam positionem; sed debere admittere partem veram, & excludere partem falsam, nisi ponens protestetur quòd non vult habere partem, quia tunc potest totum negare, vel nisi materia sit indiuidua, quia etiam poterit in hoc casu ratione indiuiduitatis negare totam positionem, ita Felin. post multos, quos adducit in *cap. nam concupiscentiam, num. 14. de constit*, quem non sequimur in eo, quod non conuenit, cum supradictis in casu, in quo quis poneret plusquam consequi debet.

26 Vigesimò, In causa petitorij, & possessorij si fuerint datæ positiones concernentes vtramque causam, sed interim pendente termino ad deponendum fuit suspensum petitorium, principalis deponens non tenetur deponere super positionibus concernentibus causam petitorij suspensi, Rota *in antiq. 41. alias 590. titul. de testib. & attest.* facit text. *in cap. grauis, de restit. spoliat.*

Obserua, quòd si positio contineat duo, videlicet, po- 27
no, quòd commodaui Titio decem aureos, & vestem; si Titius in depositione dicat, *non credo de decem aureis*, videtur fateri de veste, quoad præsumptionem, & semiplenam probationem, quæ inducitur ex illa tacita confessione, ita Alex. ad Bart. *in l. certum, §. sed si fundum, vers. per istam glos. lit. C.*

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Confessio iudicialis implicita, & virtualis resultans ex positionibus explicatur, & qualiter iste ab articulis differant.*
2 *Quid si positiones data sint per procuratorem, Vel principales sint idiota.*
3 *Confessio procuratoris an principali noceat?*
4 *Respondens positionibus per verbum credit de auditu, an fateatur?*
5 *Habens Authorem an teneatur respondere positionibus?*

Confessio iudicialis est duplicis speciei vna est vera, & 1
propria, quæ in ipso calore, & forma iudicij fit parte ipsa positiuè positionibus respondente, & veritatem confitente, & tunc aliæ non sunt partes Iudicis, nisi in exequendo præsupposita in confitente iudicij, vel rationis perfecto vsu, & quòd erronea, vel ambigua non sit confessio, Card. de Luca *de iudic. discurs. 23. num. 2.* Attendenda est enim responsio ad positiones, cùm sit explicita confessio, Ludouis. *decis. 92.*

Altera confessio iudicialis implicita, & virtualis est illa, quæ ex positionibus præsentatis, vel scripturarum. Ponens enim fateri dicitur omnia, quæ in positionibus continentur, Rouit. *prag. 8. de iudic.* Beltram. ad Ludouis. *decis. 143.*

Id autem non sequitur ex articulis ex regula, quòd articulans non fatetur, Adhuc tamen illi magnum faciunt adminiculum contra articulantem, maximè si cum iuramento dati sint, Ludouis. *vbi sup.* Ferrentill. ad Buratt. *decis. 600.*

Adhuc tamen intrat inspectio, an positiones datæ sint 2
ab ipso principali, vel procuratores, vel principales sint idiotæ, ac mulieres. Minor intrat dubitandi ratio, si dentur, & producantur à principali medio iuramento, vel à procuratore cum mandato speciali.

Nimium enim circumspectè procedendum est circa præiudicia ex huiusmodi confessionis specie resultantia, quando ea grauia fiot, quooiam reflectendum est ad qualitatem personarum, dum mulieres, & idiotæ totum agunt in fide procuratoris, ignorando quid in positionibus contineatur, prorsusque erroneum est, pari formiter in omni casu cum eisdem generalitatibus in hac materia procedere, cùm id iudaismi speciem potius redoleat, ita desumendo præiudicialem coofessionem eius, qui nunquam habuit in animo confitendi, eo quia positiones pro frequentiore contingentia formati solent per patronum causæ, Card. de Luca *de iudic. discurs. 23. num. 9.*

Confessio emissa per procuratorem non nocet principa- 3
li, Rota *decis. 172. part. 11. rec. num. 8.* Aliter si procurator habuerit speciale mandatum etiam ad confitendum delicta, & iurandum in animam principalis, & si iste non probat contrarium, ipsum afficit, Bar. *in l. certum, §. sed an & ipsis num. 2. ff. de confess.* Buratt. *decis. 100. num. 16.* Rota *vbi sup. num. 10.*

Respondens positionibus per verbum *credit* fatetur 4
Marant. *in pract. tit. de posit. num. 14.* Gratian. *discept. 105. num. 5.* Quid autem si respondeat se *credere de auditu*? Andreol. *contr. 268.* distinguit, quòd si respondens nego-

tio

tio interfuit, & dicatur fateri, quasi à se ipso audiuerit, idem si circa ætatem. Aliter secus.

5 Habens Authorem pro euictione an teneatur positionibus respondere, si amitteret beneficium euictionis contra eum, dic negatiuè ex Surd. *decis.* 22. Aliter si responderit, quia fatetur Andreol. *contr.*344. *num.*28.

ANNOTATIO XXIX.


De Libello.

ARGVMENTVM.

Notatur, quotuplex sit, quomodo in scriptis formandus, quæ continere debeat, in quibus causis omitti possit. De ineptitudine libelli, & eius defectibus, seu nullitatibus. De clausulis in libello apponendis. An possit mutari, emendari, corrigi, vel addi. De libello alternatiuo, & incerto, quando non est recipiendus. An libellus subscribi debeat ab Actore, quibus expensis sit dandus Reo; & an inserendus in citatione. Multa de contentis in libello, & de libello in causa appellationis, & reuocationis attentatorum; & quomodo illius verba sint improprianda, vt soluetur, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in causa ciuili quid continere debeat, latè hic num.*2. 3. *&* 4.
5 *Libellus non requiritur in summariis causis, & aliis num.*6. *in quibus. Licet non requiratur libellus requiritur tamen aliqualis petitio, num.*7.
8 *Libellus ineptus non admittitur, & quando dicatur ineptus, & de effectibus ineptitudinis, num.*9. *Et quando procedant dicta de ineptitudine libelli, num.*10.
11 *Libellus nullus quando dicitur, & de eius effectu.*
12 *Libellus solet continere clausulas,* vt hic, *& de illarum effectibus.*
13 *Libellus quando potest mutari, corrigi, & emendari; & an actor teneatur ad expensas, num.* 14.
15 *Libellus alternatiuus quando admittitur.*
16 *Libellus incertus quibus casibus potest admitti, vel reyci. Et quando admittitur exceptio incertitudinis, num.*17.
18 *Libellus an debeat subscribi. Et copia primi est danda Reo sumptibus Actoris, num.*19.
20 *Libellus quando inserendus in citatione. Et sententia debet esse conformis libello, etiam quod narrata in articulis contradicant petitioni, num.*21.
22 *Reus, qui desit possidere quomodo condemnatur ad extimationem.*
23 *Actor quando teneatur exibere scripturam, de qua fit mentio in libello, & Reus exiberi petit.*
24 *Libellus generalis quando admittitur, vel reijcitur.*
25 *Libellus non debet continere causam necessario; Quid si contineat, & sit inepta.*
26 *Libellus quotuplex in appellatione; Quid quando libellus non est benè conceptus, num.*27.
28 *Libellus qualis in reuocatione attentatorum.*
29 *Libellus, vt saluetur, verba sunt improprianda.*
30 *Libellus an requiratur in petitione institutionis, vel confirmationis.*



ANNOTATIO XXIX.

§. VNIC.

*Ad Text. in cap.*1. *de Libelli oblatione.*

IN hoc Cap. deciditur, quòd Actor tenetur in scriptis libellum porrigere, vel quod Iudex non debeat admittere Actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat, vtroque modo summatur à DD. Cuius occasione dicemus nonnulla practicabiliora de libello, de quo Canonistæ *in hoc tit. Ciuilistæ, in l. edita, C. de edendo*, latè Specul. *lib.*4. *tit. de Libellorum concept.* Marant. *in Prax.* 6. *part.* 3. *memb. de Libell. oblation.* Pract. Papien. *sub forma Libelli*, Muscat. *in Pract.* 1. *Institut. glos. Libellus*, Rouit. *in Comment. ad Pragm. Regni, pag.* 1. Gallup. *in Prax. Sacr. Consil. tit. de Libello, & eius Clausulis*, Mynsing. *centur.*2. *obseruat.*42. *& centur.* 4. *obseruat.*5. *&* 11. Ricc. *collect.*700. *part.* 3. Thor. vir doctrina integritate, ac labore perspicuus, *in Compend. Decis. vers. Libellus, &c.* Mascard. *de probat. conclus.* 977. *tom.*2. Practici omnes, & pro vsu Ecclesiasticorum nota.

Primò, quòd Libellus est duplex conuentionalis, seu 1
postulationis, qui datur in Ciuilibus caussis, & accusationis, qui datur in Criminalibus, iuxta diuisionem glos. *in hoc cap. verb. Libellum*, vbi eadem glos. dicit, quòd Libellus est scriptura, in qua continetur res, quæ petitur, & causa petendi, & nomen Actoris, & Rei, & coram quo Iudice. Ex qua descriptione glos. collige, quod Libellus debet in scriptis offerri, ex illis verbis, *est scriptura*, tenet Felin. *in hoc cap. in princ.* Alex. *in l.* 1. *ff. de edend.* Specul. *in tit. de Libell. concept.* §. *nunc dicendum*; & adeò requiritur scriptura in Libello, vt non sufficiat dicere Notario, scribe, quod peto decem à Titio, ita Bart. *in l. in Sacris, la seconda, propè finem*, vbi etiam glos. *C. de prox. Sac. Scrinio lib.*12. *glos. in cap.* 1. *vers. in scriptis, de censibus, in* 6. Collige secundò, ex illis verbis, *res, quæ petitur*, quòd Libellus debet continere rem petitam, quam debet designare Actor per duos confines, seu per duas demonstrationes, alias potest dici Libellus obscurus, secundum Bart. *in l. si in rem, ff. de reiuend. & in l. forma, ff. de cens.* Collige tertiò, ex illis verbis, *& causa petendi*, quòd Libellus debet continere causam concludentem petitionis, puta, peto centum, quia mutuaui, &c. & si concludens causa non ponitur, non procedit Libellus, vt si dico, peto centum, quia Præses est in Prouincia, notat glos. *in l.*2. §. *circa, ff. de dol. except.* & Bart. in dicta *l. edita, col.*2. Collige quartò, ex illis verbis, *nomen Actoris*, quòd in Libello debet describi nomen Actoris, vt puta, comparet Titius; vnde Prælatus in causis Ecclesiæ debet concipere Libellum nomine Ecclesiæ, *cap. inter dilectos, de fide instrum. & cap. literæ, de dilat.* & ratio est, quia Prælatus non habet suo nomine directam actionem, vel vtilem, *Auth. sed hodie, C. de Episcop. & Cleric.* voluit Host. *in cap. olim, il primo, de restit. spoliat.* & ratio rationis est, quia Prælatus est Procurator, & non Dominus, *cap.*2. *de dolo*, latè Marian. Socc. *in hoc cap.* 1. *num.*107.

Collige quintò, ex illo verbo, *Rei*, quòd Libellus de- 2
bet continere nomen Rei, à quo aliquid petitur; verùm si sit agendum contra Ecclesiam, debet concipi Libellus contra Prælatum ipsius Ecclesiæ, qui nomine illius est debitor, ita Specul. *in tit. de Libell. oblat.* §. *iam nunc, vers. contra Syndicum.* Similiter si est agendum contra minorem septennio, Libellus est formandus contra Tutorem, si adest, alioquin est petendum, quod detur tutor ipsi infanti, *l.* 1. §. 1. *vers. ita tamen, ff. de damn. tut.* notat glos. *in Auth. causa quæ, C. de Episcop. & Cleric.* Si verò est agendum contra maiorem septennio, Libellus est formandus contra Tutorem, & Pupillum, *cap. Rei de test.* Specul. *in tit. de Libell. oblat.* §. *iam nunc videndum, vers. porrò.* Similiter si est agendum contra furiosum, & mente captum, cum isti æquiparentur infantibus, & præsumantur abesse, cum nihil intelligant, *l.* 2. §. *furiosus ff. de iur. codicill.* meritò non possunt in ius vocari, *l. quinque, in princ. ff. de in ius vocan.*

Collige vltimò, ex illis verbis *glos. coram quo Iudice*, 3
quòd

quòd in libello debet exprimi nomen Iudicis Ordinarij, vel Delegati coram quo porrigitur Libellus, non tamen est necesse exprimere nomen proprium Iudicis, licèt possit Libellator si vult, sed sufficit, ipsum mentionare per nomen sui Officij, vel Curiæ; ita vt sit certum de persona Iudicis, Ita Marant. in suo Speculo aureo, 6. part. tit. de Libell. oblation. 3. membr. num. 8. vers. secundò. Supradicta, & quæ infra dicemus procedunt de Libello in causa ciuili, in cuius terminis loquimur; de criminali verò dicemus alibi interim, pete Marant. cit. loc. num. 12.

4 An libellus sit de substantia Iudicij, controuertunt DD. quos videre est apud Specul. tit. de Libell. concept. §. vtrum Libellus. Quicquid sit de quæstione, quæ paruam reddit vtilitatem, certum est non posse remitti libellum, nec tacitè, nec expressè, vt concludit cit. §. Specul. fallit communiter regula in causis summarijs, & in quibus proceditur sine figura iudicij, nam in illis non requiritur libellus, sed sufficit aliqualis petitio, quæ facti narrationem comprehendat, quam etiam solo verbo fieri potest, ac per Notarium in actis redigi, tenent DD. in Clem. sæpè, de verb. signific. Alexan. cons. 50. Marant. in prax. 4. part. 9. distinct. num. 12. & seqq. Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 2. num. 10. eadem ratione, quia causæ in Regno inter laicos sunt summariæ, non requirunt libellum, refert Carauit. super rit. 288. num. 5.

5 Fallit secundò, proposita regula in causis, in quibus Iudex procedere potest arbitrio suo; in illis enim non est necessarius libellus, ita Io: Monach. in cap. vltimo, de hæret. in 6. Roman. cons. 519. Nec etiam requiritur in causis, in quibus Iudex procedit sola veritate inspecta, secundum Ias. in §. præiudiciales, num. 35. instit. de action. idem quando proceditur sine scriptis, Iat. cons. 2. col. vlt. lib. 3. nec etiam requiritur in causis executiuis, Socc. iun. cons. 75. num. 1. lib. 2. similiter coram Arbitro proceditur sine libello, ita glos. in l. sed & si seruum, §. si quis Iudex, ff. de recept. arbitr. Alex. in l. 1. num. 15. de leg. 2. item libellus potest remitti partium consensu, ita Afflict. decis. 191. num. 7.

6 Fallit etiam regula in causa vili, idest modicæ summæ, & in causa inter viles personas, vt inter pauperes rusticos, l. humilem, C. de incestis nuptijs, ita Specul. in tit. de libellor. concept. §. nunc dicendum, num. 3. Dicitur causa vilis minor duobus aureis, l. si quis oleum, in fin. ff. de dolo, quòd verè cùm non sit determinatum, remittitur Iudicis arbitrio, vt per Specul. cit. loc. vbi Ioan. And. addens lit. I. dicit, quòd in hoc omnes concordant. Vt plurimùm in multis Curijs Ecclesiasticis huius Prouinciæ Neapolitanæ causa non excedens summam ducatorum sex Regni dicitur minima, & vilis, quarum Curiarum Consuetudines in hoc plurimùm valent, Cap. penult. extra de consuetud. Aliæ causæ, in quibus non requiritur libellus, vide apud Specul. cit. loc. §. nunc dicendum, per to-
7 tum, vbi latè. Sed aduertendum est, vt diximus supra, quòd licèt in prædictis, & alijs causis possit procedi sine libello, requiritur tamen aliqualis petitio; vnde Menoch. de arbitr. q. 18. n. 8. dicit, qualem qualem petitionem esse necessariam in quauis causa, quouis modo tractanda; & ita intelligitur dictum Bart. in extrauag. ad reprimend. in verbo summaria, num. 2. dum affirmauit in causis summarijs necessarium esse libellum; vel potest intelligi, quando causa summaria est maximi momenti, secundum Roman. in l. 1. num. 5. ff. de arbitrar.

8 Nota secundò, cum communi, reijciendum esse libellum ineptum. Dicitur libellus ineptus, quando malè concludit, ita Bald. in l. final. C. de integr. restit. vel si continet malam causam, idem Bald. in l. per diuersas, C. mandat. quæst. 11. vel si continet causam ineptam, Alex. in l. 1. ff. de edend. vel quando continet defectum apparentem, Innoc. in cap. 1. de offic. Vicar. & conclusiuè loquendo cognoscenda est ineptitudo libelli ab illius conclusione, Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiuit, ff. de lib. leg. Bald. in cit. l. fin. Butr. in cap. super literis, de rescript. & ratio potest esse, quia in libello conclusio attendi debet, non autem narratio, Seraph. decis. 335. num. 4. vnde est, quòd si in libelli conclusione petitur res mortua, vel quæ non est in rerum natura, dicitur libellus ineptus, ita Alex. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig. & in l. si seruum, §. fin. ff. eodem titul. & è conuerso, si libellus ineptè proponit factum, & concludit rectè, non dicitur ineptus, & valet, Rom. in add. ad Bart. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posthum. in vers. quidam rectè, col. 2. De ineptitudine libelli, vide Cauensem super rit. M.C.V. 289. num. 1. & seqq. vbi plura.

Effectus enim ineptitudinis libelli est; Primò, vt illum 9
debeat à Iudice lacerari, etiam parte non opponente, ita Ruer. in addit. ad Bart. super l. omne, de offic. Asses. in vers. adde, & ibi Paris. in vers. respuere. Secundò, si cum libello inepto sit de facto processum in causa, reus debet absolui ab instantia iudicij, etiam si pars non opponit, Bart. in l. libellorum, §. quod si libelli, num. 1. ff. de accus. Tertiò, libellus ineptus non interrumpit præscriptionem, ita Barb. in add. ad Bart. in l. si maritus, §. si quis adulterum, de adult. in vers. si quis, col. 3. Quartò, libellus ineptus vitiat sententiam, ita vt exceptio inepti libelli quandocumque opponi possit, etiam post sententiam, Cap. 1. cum dilecti, de emption. & vendit. Bald. in l. licèt, C. de procur. & in l. edita, C. de edend. Quintò, si post ineptum libellum subsecutæ sunt aptæ probationes pro parte Actoris, adhuc tales aptæ probationes non adminiculantur inepto libello, ita Specul. de offic. Iudic. §. deseruit, vers. quod si libellus ineptus, & in titul. de sentent. 2. part. §. qualiter autem, vers. quid si lis, sequitur Bald. in d. l. edita, & in l. 1. in fin. C. de pignor. act. Anchar. in Clem. Constitutionem, ad finem, de elect. 10

Hæc quæ diximus de ineptitudine libelli procedunt in causa, in qua requiritur libellus, quando verò in causa non requiritur, vt diximus supra, ineptus libellus non vitiat, ita Felin. in cap. cum ordinem, de rescriptis, vers. & illum textum, num. 3. post glos. in l. vinum, ff. si certum petatur; Nec procedunt in libello, in quo est illa clausula, petens ius, & iustitiam sibi ministrari, cuius virtute potest ferri sententia ex libello inepto, qui benè substinetur vigore dictæ clausulæ, dummodò constet de intentione libellantis, & actio competat, ita DD. omnes in cap. examinata, de iudic. vbi Felin. vers. soluat tamen num. 16. Bart. in extrauagant. ad reprimendum, 3. col. Paul. de Castr. cons. 163. Ias. in §. omnium, num. 149. instit. de action. Dec. in l. petens, num. 4. C. de pactis. Alex. in l. 2. §. prius, num. 19. ff. de vulgar. & pupill. substit. Marant. in prax. part. 6. de libell. oblat. num. 15.

Nota tertiò, alium defectum libelli, & est nullitas il- 11
lius; dicitur enim libellus nullus, quando nullam continet causam, quæ nullitas reddit processum nullum, ita glos. & Alex. in l. 2. §. circa, ff. de dol. except. vel quando continet falsam causam, ita Bald. in l. fin. ff. de edict. Diui Adrian. tollen. Secundò, dicitur libellus nullus, qui porrigitur in causa simulationis contractus, si in illo non apponitur species simulationis, ita Paul. de Castr. in l. iuris gentium, §. dolo, ff. de pactis, Bal. in l. ab Anastasio, Cod. mandati, vel qui porrigitur in causa turbationis, & non exprimitur species turbationis, secundum Innoc. in cap. licet causam, de probat. & Bald. cit. loc. Tertiò, dicitur libellus nullus, quando agens petitione hæreditatis tenetur ad collationem, & in libello non offert collationem, sicut quando quis agit ad rem emptam, & non offert pretium, Paul. de Castr. in l. filia, C. de collat. Alia de nullitate libelli, vide apud Specul. tit. de libell. concept. in princip.

Nota quartò, quòd in libello debent apponi nonnullæ 12
clausulæ, quæ suum producunt effectum, quas communiter notant Tribunalistæ. Inter cætera est illa, Non adstringens, quæ operatur, vt Actor non teneatur probare qualitate deductam in libello, ita Bart. & DD. in l. diuus, ff. de re iudic. Alex. cons. 6. col. 2. & 3. vers. 3. respond. vol. 3. aliàs sine illa clausula succumberet, non probando qualitatem, dato, quòd probaret factum principale, secundum Bart. cons. 117. Abb. in cap. licet, col. 14. de probat. & in cap. examinata, col. 4. de iudic. Secundò, est illa, Et protestatur de expensis, quæ clausula habet vim petitionis expensarum; vnde licet aliàs Iudex non teneatur, esto, quòd possit, condemnare victum in expensis, stante dicta clausula, omninò tenetur, aliàs facit litem suam, diximus supra, & tenet Bart. in l. properandum, §. sin autem alterutra, col. fin. C. de iudic. DD. communiter in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. Tertiò, est illa, Omni meliori modo, &c. cuius effectus est, vt in casu

dubio

dubio libellus interpretetur, eo modo, quo fauorabilius est Actori libellanti, ita Alex. *cons. 7. col. 3. lib. 3.* Felin. *in cap. cum super, col. penult. de offic. deleg.* Anton. de Butr. *in cap. litera, de dilat.* Quartò, est illa clausula, *Super quibus omnibus, & eorum singulis peto ius, & iustitiam ministrari*, quæ habet virtutem contra ineptitudinem libelli, vt notauimus supra, *vers. Hac qua diximus*; & etiam illius vigore Iudex adhuc parte non præsente defert iuramentum, non autem defert ex officio, ita Mangrell. ad Bar. *in l. admonendi, in princ. vers. quero, ff. de iureiur.*

Clausula verò, *Saluo iure addendi, &c.* in libello nihil operatur, quia hoc non pendet à potestate protestantis, *l. edita, C. de edendo, l. alimenta, C. de negot. gest.* & libellus cum hac clausula contineret quid incertitudinis, nam esset idem, ac si diceret plus, vel minus, secundum Card. *in cap. inter dilectos, de fide instrumentor.* quem refert Felin. *ibid. num. 9.* Secundò, non operatur in libello clausula, *& plus*, nisi postea probetur aliquid certum, ita Bart. *in l. in actione, num. 3. ff. de furtis.* Alia de clausula, *Saluo iure addendi*, vide apud Felin. *in cap. 2. hoc titul. de libell. oblat. num. vlt.*

13 An libellus possit mutari, emendari, corrigi, aliquid addi, vel minui, aut cumulari, vide latè apud Bart. & alios DD. *in l. edita, C. de edend.* & Fel. *in cit. cap. 2.* vbi reperitur materia plenè discussa. Quibus adde, quòd quando dicunt, libellum corrigi non posse post litis contestationem, intelligendi sunt in eadem instantia, nam secus est in diuersa Instantia, in qua deduci potest id, quod in prima instantia deductum non est, vel quod aliter deductum est, ita Gramm. *decis. 68. num. 6.* nec dictum procedit in correctione nominis, quia error nominis in libello potest corrigi etiam post litem contestatam, quia dicitur declaratio, ita Angel. *in l. heredes palam, §. si quid post, ff. de testam.* Afflict. *decis. 44. num. 3.* Benè tamen procedit dictum, vt libellus non possit corrigi post litem contestatam, etiam si libellans protestatus fuerit, quòd possit corrigere libellum, ita Guid. Pap. *decis. 172.* Quòd si in libello sit repertus error, tunc quandocunque potest mutari, & emendari, ita Mangrell. ad Bar. *in cit. l. edita, vers. licita vsque ad sententiam.* Declarari verò non potest libellus, nisi semel, & declaratio debet esse conformis libello, de Bot. ad Bart. *in cit. l. edita, vers. detrahere, vel declarare, in princ.* hæc procedunt in iudicijs ordinarijs, secus in summarijs, in quibus declaratio pluries potest fieri, Rot. *decis. 256. num. 8. part. 1. diuers.*

14 Aduerte, quòd quando corrigitur, mutatur, alteratur vel cumulatur libellus, si ex his patitur damnum Reus, debet Actor condemnari in expensis, ita glos. *in cap. 2. hoc tit. de libell. oblat.* vbi etiam Abb. Felin. *in cap. ad audientiam, el secondo, de rescript.* in quo casu condemnatur in expensis prædictis Administrator minoris, & mulieris, ita Bart. *in d. l. edita, C. de edendo, num. 33.* vbi Add. *lit. G.*

15 Nota quintò, quòd libellus alternatiuus admittitur, quando electio est rei conuenti, ita Bart. *in l. vbi autem, §. quod illud, num. 1.* sequitur Gramm. *decis. 68. num. 2.* qui *num. 1.* dicit, quòd quando libellus est alternatiuus, debet etiam sequi, & sententia alternatiua. Secundò, admittitur libellus alternatiuus, quando non est in potestate Actoris electio; aliàs si in potestate ipsius sit, debet eligere, & vnum petere, vt aduertit Bart. *dicto loco*, & generalius quandocumque Actor non potest certum exprimere, admittitur libellus alternatiuus, ita Bart. *in l. praetor edixit, §. quod autem, num. 2. ff. de iniur.* Tertiò, quando libellus continet causam alternatiuam, non videtur obscurus, quando ex vtraque parte idem iuris effectus resultat, ita Mangrell. ad Bar. *in l. qua quisque, §. veniamus, vers. non est necesse, ff. de edend. in princ.* Quartò, valet libellus alternatiuus contra obligatum ad factum; Peto factum, aut interesse, quia incertus est Actor, an Reus velit præstare factum, aut soluere interesse, *l. stipulationes non diuiduntur*, vbi Bart. *in vlt. quaest. ff. de verbor. obligat.* Quintò, valet libellus, si petitur res, si extat, vel si non extat æstimatio, *l. si seruum, de verbor. obligat.* Specul. *tit. de obl. & sol. §. sequitur, vers. quid si libellus.* Sextò, admittitur libellus, quo petitur actum rescindi, vel suppleri iustum pretium, *l. 2. de rescind. vend.* Septimò, valet libellus in hypothecaria, quo petitur pignus relaxari, aut debitum solui, *l. si fundus, §. in venditione*, & ibi Bart. *ff. de pign. cap. ex literis, de pign.*

Nota sextò, opponente Reo, libellus incertus non est recipiendus, secus non opponente Reo, *l. fin. cum glos. C. de ann. a. exc.* C. Abb. *fane, §. secus, de re iudic. in 6.* An hæc opinio procedat in causis summarijs, altercario est inter Bart. & Dec. quos conciliando Marian. Socc. *in cap. 1. col. 6. hoc tit. de libell. oblat.* tenet, quòd cum in summarijs non requiratur libellus, sed sufficiat qualis qualis petitio, vt diximus, quæ etiam si sit incerta, admittitur, dummodo non sit tanta incertitudo, vt Reus non possit se defendere. Secundò, admittitur libellus incertus facto Rei, *l. 1. §. quid autem, ff. quorum leg.* Hinc valet libellus, quo agitur ad dissolutionem matrimonij propter impotentiam in genere, quia incertitudo surgit ex facto aduersarij, secundum dicta per Panor. *in cap. fin. col. 1. de frig. & malef.* Tertiò, valet libellus incertus propter probabilē iuris dubitationem, *Cap. constitutus, de in integr. restit.* Quartò, validus censetur libellus incertus facto Iudicis, vt quando petitur interesse in genere, cuius taxatio spectat ad Iudicem, Bart. *in l. certa conditio, in princip. col. penult. ff. si certum petatur.* Quintò, admittitur libellus incertus in accessorijs, puta, peto fundum cum fructibus, vel peto castrum cum iurisdictione, *Cap. inter dilectos, de fide instrum.* quod sanè indubitatum est in fructibus post litem contestatam, cuius quantitas sciri non potest; in fructibus verò antea perceptis, controuertunt DD. Ripa verò *in cit. l. edita, num. 22.* concordando opiniones dicit, quòd si de illis Actor habet probabilem ignorantiam, admittitur libellus incertus cum Aug. sed si potest de illis habere scientiam, non admittitur cum Bart. vnde dicit non valere libellum, si petatur domus cum suppellectili. Sextò, valet libellus, in quo petitur reuocatio attentatorum, non certificando attentata, quia attentata habent se per modum accessorij ad negotium principale, ita Innoc. & Panor. *in cap. consuluit, 2. de appell.* Rota *decis. 305. in nouis.*

Nota septimò, quòd exceptio incertitudinis debet opponi ante litis contestationem, cùm sit exceptio dilatoria, 7
Bald. *in l. exceptionem, col. 4. C. de except.* Iudex verò potest ex officio facere, vt Actor declaret incertitudinem, etiam post litem contestatam, Bart. *in l. 1. C. qua desunt Aduocat.* Quòd verò diximus valere libellum incertum parte non opponente, intellige, dummodò ex probationibus in termino reddatur certus, aliàs non potest illius vigore sententiari, ita Bart. *in l. 1. §. si quis argentum, ff. depos. & in l. si in rem, ff. de rei vendic.* Ias. *in §. sed ista, instit. de action.*

Nota octauò, quòd de communi consuetudine seruatur, non subscribi libellum per Actorem, nec huic consuetudini obstat text. *in hoc cap. 1. de libell. oblat.* vbi subscriptio videtur necessaria, quia text. loquitur in casu speciali, videlicet in libello postulationis, & reclamationis contra electum, ratio specialitatis colligitur ex *Cap. quia circa, de elect. in 6.* Requiritur tamen in libello subscriptio Notarij, seu Actuarij causæ, vt sciatur dies productionis, & ita intelligitur text. *in auth. offeratur, C. de lit. contest.* secundum Bart. & alios. Hæc procedunt in ciuilibus nam in criminalibus debet libellus omninò subscribi, ex *l. libellorum, ff. de accus. & cap. super eo, de accus.* vnde benè vidimus in praxi, quòd in criminalibus tam Actor querelans, quàm Reus, quando vult se defendere, dat libellum cum subscriptione libellantis. 18

Nota nonò, quòd copia primi libelli detur Reo illam petenti sumptibus, & expensis ipsius Actoris, tenet glos. *in l. 2. in verb. oblatos, de appellat.* Card. *in Clem. sæpe, de verbor. signific. & in Clem. 1. de appel.* refert Grauat. ad Vestr. *lib. 3. cap. 6. n. 12. & 13.* Marant. *in prax. 6. part. tit. actorum aditio fieri solet, num. 63.* Rota *de testib. decis. 34. in antiq.* latè Fel. *in hoc cap. 1. num. 8.* vbi pro vtraque sententia adducit DD. 19

Nota decimò, quòd libellus de necessitate non est inserendus in citatione. Fallit, quoad interrumpendam præscriptionem, tunc enim debet inseri in citatione, ex *Cap. illud, de præscription.* ita tenet Fel. *in hoc cap. 1. num. 2.* vbi refert alias fallentias. Solet praxis inserere libellum in citatione, quando citat reum ad dicendum contra petitionem;

nem; vel quando citatur Reus extra Diœcesim, in prima verò petitione, seu libello semper solet fieri citatio in calce illius.

21 Nota vndecimò, quòd libellus debet contioere ea, quæ in iudicio petuntur, & non iudicatur, oisi super deductis in libello; hioc quando extat clara petitio non debet proferri sententia iuxta oarrata in articulis, sed iuxta petita, etiam si narrata in articulis contradicerent petitioni, deducitur ex propositione communi, quòd sententia debet esse cooformis libello, *l. vt fundus, ff. commun. diuid.* latè Ias. *in l. vinum, ff. si cert. petatur.* Opinio est adeò vera, vt quando libellus est particularis, & senteutia generalis, reduceretur ad particularem, iuxta libellum, & exceptio rei iudicatæ in tali casu ooo obstat, nisi in petitis particulariter, quia origo petitionis est attendenda, ita tenet Ricc. *decis. Curia Archiepiscop. Neap. 5. per totum*, post multos per eum relatos.

22 Nota duodecimò, quando in libello est petita restitutio certæ rei, si res non extat, vel conuentus non possidet, maximè si dolo desijt possidere, condemnari potest ad æstimationem, quia quod noo potest fieri formaliter, debet fieri arbitrio boni viri, Afflict. *dec. 23. sub num. 6.* sequitur Ricc. *part. 1. decis. 220. num. 1. vers. igitur dicendum est*, vbi ait de communi.

23 Nota decimotertiò, quòd si io libello fiat mentio de aliqua scriptura, qua fuodatur iotentio libellantis, si petat Reus, vt prædicta scriptura ante omnia exhibeatur; Actor si scripturam habeat penes se, ita vt in promptu possit illam habere, atque exhibere, & tunc compellitur ante omoia ad talem exhibitionem, ad hoc vt per inspectionem illius Reus possit deliberare, an cedere, vel contendere velit; si verò Actor non possit scripturam in promptu habere, oon compellitur illam exhibere, immò compellitur Reus libello respondere, & proceditur ad vlteriora in causa, & Actor potest scripturam io termino producere, si vult; quòd si inter partes sit contentio, an scriptura possit io promptu haberi, vel non, tunc est deferendum iuramentum Actori, ita Innoc. *in cap. 1. de probat.* Specul. *tit. de instrum. edit. §. nunc dicamus, vers. quod si quis*, refert, & tenet Rota *in nouis decis. 2. aliàs 34. n. 1.* vbi *in fine*, dicit, quò si scriptura prædicta est penes Reum, vel satis exprimitur illius tenor in libello, cessat discussio exhibitionis, ita Rota prædicta, & *in antiquis decis. 7. aliàs 488. de fid. instrum.* Bart. verò in hoc casu, *in l. edita, C. de edendo*, teoet, quòd vel in libello fit meotio de scriptura enunciatiuè, aut demonstratiuè, & oon fit editio Reo per Actorem ad finem deliberaodi; si verò fit mentio limitatiuè, si Reus debeat habere copiam scripturæ penes se, & oec fit editio; si non debeat habere illam penes se, & tunc editio fieri debeat, Bald. verò in eodem casu, & in eadem *lege edita*, dicit, quòd vbicumque Reus ex facta mentione scripturæ potest reddi dubius, oon est facieoda editio.

24 Nota decimoquartò, quòd libellus generalis non admittitur io iodicijs singularibus, vt per glos. & DD. *in cap. 2. hoc titul. de libell. oblat.* valet tamen libellus generalis in iudicijs vniuersalibus, vt puta, peto bona hæreditatis, &c. Hæ regulæ ampliantur, & limitantur pluribus modis, de quibus latè apud Fel. *in cit. cap. 2. num. 11. & 12.* qui inter cæteras limitationes ad primam regulam dicit, admitti libellum generalem io accessorijs, puta, peto rem cum fructibus, diximus etiam supra cùm de iocerto libello, & voluit Rota *diuers. decis. 247. num. 2.* maximè stante clausula, *ius, & iustitiam ministrari*, & etiam admitti parte non opponente, dummodò specificetur in progressu causæ, Rota *decis. 257. num. 1. part. 1. diuers.* & in summarijs etiam parte oon oppoente, Rota *decis. 251. part. 1. num. 2. diuers.* dummodò in prosequutione specificetur, vt dictum est, aliàs ad sententiam deueoiri oon potest, habetur ex dictis per Paul. de Castr. *in l. & an eadem, §. actiones, ff. de exception. num. 3.* quem sequitur Rota *cit. loc. num. 9.*

25 Nota decimoquintò, quòd in libello oon est de necessitate exprimenda causa, verùm si exprimatur, & sit inepta, vitiat libellum, ita Bart. *in cit. l. edita, col. 3. & in l. 1. in princip. ff. eodem tit. de edendo*, Anton. de Butr. *in cap. dilecti, 3. col. de iud.* sicut in simili casu, Iudex noo tenetur in seuteotia exprimere causam, *l. sicut, de re iudic.* & tamen si exprimat ineptam, vitiatur sententia, *Cap. cum super, de offic. deleg.* glos. & DD. *in l. si is ad quem, ff. de acquir. hered.* etiam si sententia potuisset ex apta causa iustificari; oam expressio ineptæ causæ adbuc sententiam vitiat, ita Panor. post Dec. *in cap. ex parte, in vlt. col. de concess. preb.*


Nota decimosextò, in appellatione duplicem requiri li- 26
bellum, vnum coram Iudice, à quo appellatur, in quo libello iuxta formam *Clem. 2. de appellation.* possunt vnico contextu peti Apostoli cum debitis instantijs, vt seruat communis praxis, & talis libellus debet offerri Iudici à quo, qui si haberi non potest, sufficit præsentari coram honestis personis, est commune notat Bart. *in l. 1. §. libelli, de appellat. num. 11.* Aliud requiritur libellus præsentaodus Iudici ad quem, de cuius forma vide apud Bart. *cit. loc. num. 13.* & Abb. *in cap. dilecti filij, il 2. num. 2. & 5. de appellat.* sed in M. C. V. io causa appellationis non requiritur libullus, cùm appellatio inchoetur per aperturam, *per ritum 6. eiusdem Curia ad quem Caraust.*

Nota decimoseptimò, quòd quando libellus non est be- 27
nè conceptus, absoluitur cuouentus ab obseruatione iudicij, est commuoe, refert Mangrell. in addit. ad Bart. *in l. libellorum, vers. nota quod, ff. de accus. in princ.* qui licèt loquatur in criminalibus, idem seruatur etiam in ciuilibus.

Nota decimooctauò, quòd io iudicio reoocaoonis at- 28
tentatorum oon reqoiritur libellus, glos. *in Clem. 2. in princ. vt lit. pend.* Ioan. Andr. *in cap. 1. in fin. eodem cit. tit.* Franch. *in cap. bona, sub num. 13. & in cap. consuluit, il 2. num. 8. de appellat.* Vestr. *in prax. lib. 8. cap. 4. sub num. 17. vers. quod si agatur*, vbi Grau. Bald. & Salic. *in l. appellatione, C. de appellat.* & affertur ratio, quia quando imploratur officium Iudicis, prout est io atteotatis, non requiritur libellus, ita Lancell. *de attent. 3. part. cap. 25. quæst. 29. num. 12.* & licèt in hoc casu ooo requiratur libellus solemnis, est tamen necessaria qualis qualis petitio; sicut in simili casu, in remedio *Can. Reintegranda 3. quæst. 1.* in quo licèt non requiratur solemnis libellus, tamen requiritur qualis qualis petitio, ita Meooch. *de recup. possess. remed. 15. quæst. 2. num. 241.* formam verò huius petioonis reuocationis attentatorum, collige ex Ionoc. Host. & Franch. *in cit. cap. consuluit, il 2. de appellat.* & ex Specul. *tit. de appellat. §. nouissimè, num. 14. vers. vtrum autem*, & ex Lancell. *de attent. part. 3. cap. 21. num. 22.*

Nota decimononò, quòd in hac materia verba impro- 29
priantur, vt libellus saluetur, *l. si olei*, vbi Bart. *C. locat. l. sed si possessor, §. item si iurauero*, vbi etiam Bart. *ff. de iureiur.* Ricc. *3. part. collect. 700. in fine*. Hinc libellus non vitiatur, si præseotatus dicat, peto institui, quia patroni me elegerunt, cùm præsentatio impropriè possit dici electio, ita Lamber. *de iurepatr. 1. part. 2. lib. art. 4. 1. quæst. princip. num. 3. & num. 13.* dicit, substineri etiam libellum, si patronus dicat, peto Ecclesiam meam, & exponitur, idest iuspatron. libellus enim debet interpretari quomodocunque potest, vt procedat ita Innoc. *in cap. examinata, de iudic.* Abb. *in cap. bona memoria, il 2. col. 2. de postul. prælat. & in cap. constitutus, de relig. domib. col. vlt.*

Nota vigesimò, quòd non requiritur libellus in pe- 30
tendo officium Iudicis pro instituendo præsentato, sicut non requiritur in petitiooe confirmationis electionis, si nullus est contradictor, teouit Specul. *in tit. de libell. concept. §. 10. vers. 6. & vers. 32.* Ioan. Andr. *in cap. 1. vt lite pendent. in nouell.* Lambert. *de iure patron. 6. art. 8. quæst. princip. 2. part. 2. lib. per totum*, vbi *artic. sequent.* dicit admitti pro institutione qualem qualem petitionem; formam verò huius petitionis, ac libelli pro petenda institutione inuenies, remissiuè apud Lambert. *cit. loc. art. 8.*



OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qua continere debeat.*
2 *Narratio non sufficit, & magis attenditur conclusio.*
3 *Libellus an possit mutari, & quando, & an in causa appellationis.*
4 *Clausula omnimodo meliori, quid operatur in primo libello.*
5 *Alter effectus d. Clausula.*

1 Qvinque substantialia debet continere libellus. Primò, nomen Actoris. Secundò, nomen Rei. Tertiò, Rem, quæ petitur rectè cum confinibus designatam. Quartò, Iudicem, vel Curiam. Quintò, Conclusionem eius, quod petitur, Specul. Marant. Muscatel. & alij quos cumulat Consil. D. Altim. *tract. de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 1. *num.* 49.

2 Sola narratio non sufficit, sed magis attenditur conclusio. Beneuerùm ex facti narratione in libello cognoscitur quid, & quo iure petatur, Minad. *decis.* 1. *num.* 5. cum Bart. Ruin. Alex. Raudens. D. Altimar. *num.* 51. *&* 52.

3 Primus libellus an possit mutari post dationem termini, & post litem contestatam? Dic posse refectis expensis quibus Reum defatigauit, Reg. Latro *decis.* 120. quam plures refert, & sequitur D. Altim. *rubr.* 9. *quæst.* 19. *n.* 51. Ante terminum poterit emendari libellus, Præs. Merlin. *contr.* 80. *num.* 6.

In causa appellationis, ita neque potuit, latè Scacc. *de appell. quæst.* 11. *num.* 36. Giurb. *decis.* 108. *num.* 7. Potest tamen mutari, & emendari libellus, si quod narratur, implicitè erat in primo libello, Scacc. & Giurb. *vbi sup.* At videndus est de emendatione libelli in prima instantia, Reg. de Marin. *in allegat.* 82. *num.* 37. *& seq.* vbi concedit mutationem in duobus casibus, si non fit mutatio circa substantialia, vel constet de errore.

4 Clausula omnimodo meliori operatur, vt Actor censeatur deduxisse vtilius remedium, vt si modo expresso non valet, sustineatur eo, quo valere potest, & censetur intentatum omne remedium magis fauorabile, & deducta omnis actio necessaria, & magis proficua Actori, Præs. Merlin. *vbi sup. num.* 9.

5 Alter effectus d. clausulæ est, vt remedia contraria possint cumulari, & possit ferri sententia non conformis libello, Marant. Tusc. & alij, penes Præs. Merlin. *vbi sup. num.* 11. Barbos. *de Clausul. vsufreq. claus.* 95. *num.* 11. *& seqq.*

ANNOTATIO XXX.

De Articulis.

ARGVMENTVM.

Notatur quomodo sint formandi per verba affirmatiua. De articulis impertinentibus, & quomodo reijciendi, & de obiectiuis, vel de iure dantis. Publicatis attestationibus an possint produci testes super iisdem articulis. De teste deponente extra articulos. Articulans an videatur fateri. De clausulis articulorum, & multa alia ad eandem materiam.

SVMMARIVM.

1 *Articulus vnde dicatur, & alia quoad introductionem.*
2 *Articulus per qua verba fieri debet, & quid potest addi petitioni, num.* 3. *Negatiuus quando admittatur, & qualis dicatur negatiuus, num.* 4. *Et an possit formari sub conditione, num.* 5.
6 *Articulus impertinens quibus modis dicatur, & reijciendus; & quid in dubio, an sit impertinens.*
8 *Articulus obiectiuus, vel de iure dantis quis dicatur, & an admittendus, remissiuè.*
9 *Publicatis attestationibus non possunt recipi testes super iisdem articulis, vel directò contrarijs, qui sint articuli contrarij de directo, vel iidem, remissiuè.*
10 *Testis deponens extra articulos quid probet.*
11 *Testes in multis casibus recipiuntur super iisdem, vel de directo contrarijs articulis, vt hic.*
12 *Articulans quando dicatur fateri; & quæ clausula apponantur in articulis; & de illarum virtute, n.* 13. *&* 14.
15 *Clausula in admissione articulorum,* saluo iure impertinentium, *quid operetur.*

ANNOTATIO XXX.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. ex tenore, de testibus.

Concludit hic Text. quòd nouus articulus admittitur, & super illum recipiuntur testes publicatis attestationibus, etiam in prima instantia, quod secus est super iisdem articulis, vt in *cap. fraternitatis, eodem titul.* cuius occasione dicemus nonnulla de articulis ad vsum Curiarum Ecclesiasticarum, de qua materia apud Specul. *tit. de teste, §. nunc videndum,* Matant. *in prax.* 6. *part. tit. de posit. seu art. product.* Vestr. *in prax. lib.* 5. *cap.* 15. & ibi Grauat. Saluft. Tiber. *prax. iudicial. cap.* 13. *num.* 13. *& seqq.* Afflict. *decis.* 35. glos. *in l. per hanc, in verbo ad nonum capitulum*, vbi Ciuilistæ omnes Alber. *de testibus cap.* 7. *num.* 121. *& seqq.* Farinac. *de testibus quæst.* 75. Carauit. *super rit. M. C. V.* 70. Rice. *collect. decis. part.* 4. *collect.* 1312. extat particularis *Tractatus de modo articulandi*, Marcelli Calà, Mascard. *de probat. tom.* 1. *conclus.* 133. *& seq.* Muscatell. *in prax. Sac. Consil. in glos. impertinentes*, Tap. *in* 3. *titul. iuris Regni*, Oliuia *ad rit.* 29. *Cur. Archiepisc. Neap.* Anna *alleg.* 77. *vol.* 2. Vrsill. *decis.* 7. Franch. *decis.* 220. vbi Addent. idem Muscatell. *in prax. verbo legaliores.*

Vnde dicatur articulus, & quot habeat significationes, & quæ sit differentia inter articulum, & exceptionem, vide apud Carauit. *cit. loc. num.* 1. *&* 2. qui ibidem etiam testatur articulos sumendos esse per Aduocatos à prima petitione, seu libello, quem offerunt in causa, & de quolibet membro libelli faciendum esse vnum articulum, voluit Bald. *in l. vinum, col.* 5. *vers. nunc venio, ff. si certum petatur*, & Specul. *tit. de positión. §.* 5. *n.* 11. Et quia ars articulandi inter causidicos summum tenet gradum, ideò Addit. ad Specul. *tit. de teste, §. nunc videndum, lit. A.* monet Iuristas Tirones, vt suo capite hanc artem non assumant, sed consulant antiquos Aduocatos, & expertos Procuratores, *& eodem loc. num.* 9. *in fin.* consuluit articulantes, vt in articulis pauca, & necessaria ponant, vt releuentur ab onere superfluæ probationis. 1

Nota primò, quòd articuli fieri debent per verba affirmatiua, non autem per verba negatiua, quia negantis factum, aut causam causarum, nulla est directa probatio, *cap. bona, de elect. il* 1. *cap. quoniam contra, de probat.* tenet Specul. *cit. loc. num.* 18. similiter nec fieri debet per verba interrogatiua, sed per verba positiua, vt docet Saluft. Tibet. *in prax. Iudic. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 21. 2

Similiter in articulis potest declarari, colorari, specificari, & ampliari, quòd continetur in petitione, dummodo non mutetur substantia petitionis, Specul. *cit. loc. num.* 18. *in fine*, & dummodo non deducatur in eis noua causa, ita Mangrell. ad Bart. *super l. ad probationem, C. de probat.* 3

Quod dictum est de articulis formandis per verba affirmatiua, non negatiua; declara primò, ad cognoscendum articulum negatiuum non esse inspicienda verba, an negatiuè, vel affirmatiuè concepta sint, sed effectum verborum, 4

borum, vt in simili depositione aduertit Alex. ad Bart. *in auth. in isto iuramento, §. quod obseruari, vlt. col. vers. per confessionem, lit. E.* Declara secundò, quòd admittitur articulus continens negatiuam coarctatam loco, & tempore, vt per Alex. ibidem, & in omni casu, in quo probari potest negatiua, de quo vide apud Farinac. *qui citat. alios tract. de testib. q. 64. in fine.*

5 Nec possunt articuli formari sub conditione, nisi fortè agatur de facto alieno, in quo probabilis datur ignorantia, tunc enim possunt formari articuli sub conditione, ita Specul. *supracit. loc. num. 19.* faciunt dicta per Rota *in nouis tit. de testib. decis. 14.*

6 Articulus impertinens communiter reijcitur apud DD. Bart. *in l. si duo patroni, §. si Iulianus, vers. qui potest, ff. de iureiur.* vbi Mangrell. dicit, quòd reijciendus est talis articulus, & fieri debet publicatio, saluo iure impertinentium. Dicitur articulus impertinens, primò, quando probatus non releuat intentionem articulantis, Paul. Castr. *in l. neque natales, n. 3. C. de probat.* Secundò, dicitur impertinens, & reijciendus articulus nouus datus publicatis attestationibus, si continet idem, quòd continebat alius articulus datus ante publicationem, & in hoc text. siue contineat primum expressè, siue comprehensiuè; iste enim articulus omninò debet reijci, & super ipso non debent recipi probationes propter timorem subornationis, ita Bart. & alij communiter in *auth. qui semel, col. 5. versic. quaero vtrum, C. de probat.* Paris. *cons. 122. num. 1. vol. 1.* Tertiò, dicitur articulus impertinens, qui est de directo contrarius alteri articulo, siue ipsius articulantis, siue aduersarij, & proinde non recipiendus, *Clem. 2. de testib.* DD. *in cap. fraternitatis, eod. tit.* Bart. & alij *in cit. auth. qui semel*; quomodo dicatur articulus contrarius dicemus infra; idem articulus, vel de directo contrarius non dicitur impertinens, nec est reijciendus post publicationem, quando cum articulo producitur instrumentum publicum per text. *in cap. series*, secundum vnum intellectum, vbi Abb. Ant. de Butr. & Imol. *de testib.* Fel. *in d. cap. fraternitatis, col. 6. vers. item limita*, dummodo instrumentum sit validum, & probet illud, ad quod producitur, testatur Paris. *cit. cons. 122. num. 9.* Quartò, impertinens est articulus, & non admittendus, quando necessario non concludit maximè parte opponente, *l. duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iureiur.* vbi Bart. & omnes expressè hoc firmant Bald. *in cap. fin. col. 3. de iureiur.* Paris. *cons. 67. num. 11. & seqq. qui n. 17.* dicit, quòd articulus multipliciter intelligibilis necessario non concludit intentionem illius, qui habet se fundare super altero de intellectibus, ad quos trahi potest, voluit Gemin. *cons. 54. in fine.* Quintò, non est admittendus parte opponente articulus generalis, & obscurus; articulus enim debet in specie, & clare formari, *cap. praesentium, §. testes*, vbi DD. *de testib. in 6.* Innoc. *in cap. super eo, de appellat.* Rota *in nouis decis. 5. de except.* 326, Bart. *in l. Titia textores in princ. de leg. 1.* Sextò, articulus non faciens ad causam dicitur impertinens, nec potest admitti, ita Bart. *in cit. l. duo patroni, §. idem Iulianus, col. fin.* quem alij communiter sequuntur, maximè Ias. *num. 13.* adducens alios. Septimò, articulus continens materiam inuerisimilem non admittitur faciunt notata *in cap. non est verisimile, de praesumptionib.* tenuit Rota *in antiq. decis. 23. alias 629. de appellat.* Octauò, articuli calumniosi non debent admitti, nisi quando sunt de iure articulantis, Rot. *cit. loc. decis. 26. alias 696.* & articuli alias dati, super quibus fuit sufficienter examinatum, dicuntur calumniosè dari, dicit Rot. *decis. 24. 3. part. diuers. lib. 3.*

7 Nota, quòd quando est dubium, an articuli sint pertinentes, vel non, & an debeant reijci, vel admitti, tunc debent admitti, ita censuit Rota *decis. 25. in antiq. tit. de appellat.* in quo casu cautius agit pars aduersa, si protestetur contra admissionem saluo iure impertinentium, & non admittendorum, Rota *cit. loc. decis. 13. alias 41. n. 2. notatur in cap. constitutionem, de elect.* per Ioan. Andr. *in fine*, & quod in dubio articuli sint admittendi, tenuit etiam Vestr. *lib. 5. cap. 15. num. 7.*

8 Articuli obiectiui, vel de iure dantis, qui dicantur, & quomodo admittantur, & quando, vide materiam diffusè tractatam in practicabilibus Rotae Romanae impressis in fine secundae partis *Decisionum Diuersorum, tit. de articulis obiectiuis, & in antiquis decis. 28. alias 648. de appellation.*

Nota secundò, quòd publicatis attestationibus non possunt produci testes super ijsdem articuli, vt deciditur 9
in hoc cap. ex tenore, nec etiam in secunda instantia, vt *in cap. fraternitatis, eod. cit. tit.* vbi tantum recipi possunt noui articuli, super quibus, & noui, & veteres possunt admitti testes, & in *Clem. 2. de testib.* prohibetur recipi testes super ijsdem articulis, vel de directo contrarijs non solum in secunda instantia, sed etiam in prima post publicationem. Pro quorum text. intelligentia esset videndum, quando dicantur articuli noui; quando antiqui; quando dicantur articuli dependentes; quando directè contrarij, & quando indirectè contrarij; in qua materia DD. Canonistae in praecitatis iuribus, & Ciuilistae in *l. per hanc, in verb. ad nouum capitulum, C. de temp. appellat.* procedentes per exempla certam non constituunt regulam; & quia omnia adducere, quae per ipsos adducuntur, longum esset; remitto me ad relatos per Farinac. *de testib. q. 75. cap. 2. per tot.* vbi adducit DD. omnes, qui declarant terminos praedictos, quibus & ipse Farinac. se remittit.

Nota tertiò, articulos tantae esse efficaciae, vt testis deponens extra illos regulariter non probat, text. est expressus in *cap. de testibus*, vbi glos. & DD. omnes, glos. per illum text. *in l. duo patroni, §. idem Iulianus*, vbi Bart. *n. 7.* & alij, *ff. de iureiur.* Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1365. num. 1.* & est commune, quae opinio adeo vera est, vt procedat etiam quando testis esset inductus super vno articulo, & deponeret super alio, nam adhuc diceretur deponere extra articulos, & non probaret *cit. cap. de testib.* vbi id notat Imol. *num. 2. & 7.* Bald. *in d. l. idem Iulianus, col. 2.* Bart. *in l. si quis libertatem, num. 10.* quae ampliatio procedit quando testis fuit inductus, & iurauit expressè super vno articulo, secus tamen est, si producitur super tota causa, ita DD. *in cit. cap. de testib.* nam hoc casu probaret, sicut probaret etiam quando licet non deponeret super articulo, in quo fuit inductus, deponeret tamen super alijs dependentibus, & connexis cum illo, ita Bart. *cit. loc. post num. 10. vers. solutio*, vbi etiam Bald. *num. 3. in fin. vers. veritas est.* Reliqua quando dicatur testis deponere extra articulos, & quando non, apud Farinac. *de testib. q. 71. opposit. 24. per totum*, vbi materiam latius discutitur. 10

Diximus publicatis attestationibus non posse super ijsdem articulis recipi testes, nec super directè contrarijs, non solum in prima, sed nec etiam in secunda instantia, quae regula primò fallit in persona priuilegiata, cui competit beneficium restitutionis in integrum, nam per viam talis restitutionis potest idem articulare, vel de directo contrarium articulis partis aduersae, vt docet Innoc. *in cap. auditis, de restit. in integr.* Abb. & alij ibidem, Barr. *in l. 1. §. nunciatio, col. 4. ff. de oper. noui nunciat.* Afflict. *decis. 216. & decis. 89.* Fallit secundò, si testes vnius partis non plenè probant, potest altera pars in causa appellationis articulare de directo contrarium articulo non plenè probato, docet Anton. de Butr. *in cap. at si Clerici, de iudic.* Fallit tertiò in noua instantia, perempta prima, in qua potest idem particulari, & contrarium articulis partis aduersae, ita tenet Abb. *in cap. fraternitatis, de testib.* Fallit quartò, si vna pars suum probauit articulum per duos testes, cuius contrarium altera pars probauit tunc publicatis attestationibus in termino repulsatorio, vel in causa appellationis, poterit pars, quae suum fundauit articulum, per duos testes, vel plures idem articulare, quia non est illi imputandum, quare in primo termino alios testes non produxit, dum confidebat de duobus testibus; quos produxit, & sic cessat suspitio subornationis, tenet Innoc. *in cap. cum clamor, de testib.* Bald. *in l. 1. in fin. ff. de leg. 2.* Fallit quintò, publicatis attestationibus in termino repulsae, vel in secunda instantia potest articulari, quod testes examinati super articulis partis aduersae falsum deposuerunt corrupti, vel subornati, ita Ricc. *collect. decis. part. 4. collect. 1312.* qui alias adducit fallentias, & latius Afflict. *decis. 216.* vbi Vrsill. *num. 2. & decis. 33. num. 4. vers. item*, quia idem Afflict. docet, quòd semper quando articulus non fuit benè specificatus, vel quando de probatione contraria non potuit pars instrui, admittitur articulus contrarius post cognita testificata. 11

Nota quartò, quòd articulans non dicitur fateri, 12
licet

licet ex dictis in articulis magnum resultet adminiculum, cum non dentur articuli sine consideratione; se si articuli sint dati cum iuramento, plenè probant contra articulantem, docet Add. ad decis. Ludouis. *decis.*143. *num.* 5. diximus supra, cum de positionibus tractauimus, quod confessio in illis emanata probet contra confitentem, faciunt dicta per Ludouis. *decis.* 577. *num.* 4. & clarius *decis.* 385. *num.*4. & licet articuli essent reuocati adhuc multum faciunt ad veritatem eruendam, Seraph. *decis.*101. *num.* 1.

13 Nota quintò, quòd solet apponi in articulis clausula illa, *Non se adstringens, &c.* quæ clausula operatur, vt articulans videatur solum se arctare ad probandum necessaria ex articulatis, ita Bart. *in l. diuus, ff. de re iud. & in l. circa, ff. de probat.* & Bald. *in l. propter litem*, §. 1. per illum text. *ff. de excus. tutor.* Angel. *in l. edita, in fin. C. de edend.* Alex. *cons.*42. *num.*15. *lib.*3. quæ clausula idem est, ac illa, quam ponit Guid. Papa *decis.* 365. idest, *Citra onus superfluæ probationis*; quarum virtute articulans, probato vno articulo, quod de per se sufficit obtinebit sententiam, licet alia non probauerit; & sine dicta clausula, qui se adstrinxit siue expresse, siue tacitè ad probandum plura, quorum quodlibet sufficiebat, non potest Iudex propter vnum plenè probatum pronunciare secundum petita, sed debet sequi absolutoria, ita Fel. *in cap. licet causam, num.*42. *de probat.* vbi id latius declarat. Ad materiam vide Guid. Pap. *cit. loc.*

14 Idem videtur importare alia clausula, quæ etiam apponi solet in articulis, videlicet, *Saluo iure addendi, vel minuendi*, quæ operatur, vt ille, qui sic protestatur, non videatur connexè agere, sed diuisim, ideò videtur ad aliquid se astringere, alias actor qui plura articulauit, teneretur omnia probare, aliter succumberet, ita expresse Ias. *in l. edita, intra num.*42. *C. de edendo*, per opinionem Bart. & aliorum per eum relatorum.

15 Nota sextò, quòd quando est dubium, an articuli sint impertinentes, solent recipi cum illa clausula, *Saluo iure impertinentium, & non admittendorum*, quæ clausula operatur, vt articuli non admittendi, habeantur pro non admissis, & depositiones testium receptæ super illis reijciuntur, ita docent Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. & alij communiter *in cap. cum contingat, de offic. delegat.* Marant. *in prax. 6. part. tit. de position. seu art. product. num. final.* Afflict. *decis.* 33. Guid. Pap. *decis.* 347. Grauat. ad Vestr. *lib.*5. *cap.*14. *num.*26. Verùm melius faceret Iudex, si ante omnia discuteret, an articuli sint impertinentes, quam si illos admitteret cum tali clausula, ad euitandas partium expensas, & alijs rationibus, vt docet Grammat. *decis.* 45. *num.* 5. Grauat. *cit. loc.* Dec. *cons.* 161. Add. ad Marant. *cit. loc. lit. D.*

Cætera de modo articulandi in causis particularibus, quia extat particularis *Tractatus de modo articulandi*, ibi me remitto.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *ARticuli directè contrarij articulis partis aduersæ, vel proprijs an dicantur impertinentes?*
2 *Minor, & personæ priuilegiatæ in restitutione in integrum ad pinguius probandum an poterint articulare idem, vel contrarium?*
3 *Articuli aliquatenus pertinentes an sint admittendi?*

1 ARticuli qui sunt ijdem cum primis, vel contrarij illis partis aduersæ impertinentes dici tenent Afflict. *decis.*216. Muscatell. *in prax. appell. part.* 3. *lib.* 2. *gl. partis num.*18. Rectius differentia constituenda est articulorum impertinentium in prima, & impertinentium in secunda instantia. Nam in secunda instantia procedit regula supra firmata. Sed in prima instantia ante publicatas attestationes, & didicita testificata licebit idem ponere, vel directò contraria articulis partis aduersæ. Impertinentes autem dicuntur, qui nihil faciunt ad causam. Et articuli impertinentes in secunda instantia dicuntur etiam non admittendi.

Minor, & personæ priuilegiatæ in restitutione in integrum ad pinguius probandum, & vocamus in Regno primum, & secundum beneficium, poterit articulari idem vel directò contrarium articulis partis aduersæ etiam post didicita testificata siue in prima, siue in secunda instantia, & tam per personas priuilegiatas, quàm per litis consortes, & partes aduersas non priuilegiatas, Vrsil. *decis.* 89. Muscatell. *part.6. lib.7. glos. communis num.*3. dixi in Gratian. *discept.*158. *num.*5. 2

Ingentem differentiam aliqui constituunt, an articuli sint penitus impertinentes, vel aliquatenus pertinentes, vt Rouit. *in prag.* 12. *de ord. iudic.* Primo casu reijciendi sint, secundo casu pars si dissentiat, vel de impertinentibus protestetur pariter sint reijciendi, & reperit Reg. de Marin. ad Reuert. *obs.*448. 3

Contrarium dixi verius in *obs.*220. ad Præs. de Franch. vbi ex Dec. Bald. Alex. & signanter Reg. Reuert. vbi ita decisum refert in R. C. Summariæ, & traditis in obseru. me remitto.

ANNOTATIO XXXI.

De Citatione ad videndum iurare testes.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quid sit citandus; dominus, an personaliter. Quæ continere debeat hæc citatio. Et an examinator possit illam emanare. Et an extra territorium. An exigatur in causis summarijs. Et quando omitti possit. Quomodo non probent, nec faciant inditium testes recepti sine hac citatione, nec etiam contra producentem. An sufficiat generalis. Et quid quando Iudex procedit ex officio. Quanto tempore præsumatur. Et an stylo Curiæ omitti possit.
§. II. Quibus in casibus hæc citatio omitti possit.

SVMMARIVM.

1 *CItandus quis sit ad videndum iuramenta testium Dominus ne? an Procurator. Et an personaliter, num.*2. *&* 3.
4 *Citatio ad videndum iurare testes an requiratur, quando recipiuntur ad futuram rei memoriam.*
5 *Citatio ad videndum iurare testes solet emanari cum certa hora, & loco.*
6 *Citatio ad videndum iurare testes, requiritur in omni causa, quam potest etiam emanare ille, cui commissum est examen, quod si examen fuerit commissum præsente parte, non requiritur talis citatio, num.*7.
8 *Citatio ad videndum iurare testes requiritur etiam quando Iudex pronunciauit, quod testes reciperentur infra alios dies quatuor, secus si dixit per totum sequentem diem.*
9 *Citatione ad videndum iurare testes non præmissa non probant, etiam si testes mille sint, nec faciunt inditium in criminalibus. Et quid si pars citata fuit ineuitabiliter impedita, num.* 10. *Vbi quando impeditus tenetur mittere procuratorem.*
11 *Testes examinati extra locum, vel diem citationis non probant, & an probent contra producentem, vide vers. seq.*
12 *Citatio ad videndum iurare testes an sufficiat generalis. Vel an deseruiat pro termino prorogato, vel dato de nouo, num.*13.
14 *Citatio ad videndum testes iurare requiritur etiam si Iudex ex officio procedat.*
15 *Citatio ad videndum iurare testes spatio* 40. *annorum præsumitur.*
16 *Citatio ad videndum iurare testes debet intercedere*

etiam in summaria informatione ad effectum præstandi alimenta.

17 *Stylus Curiæ recipiendi testes parte non citata an valeat.*

ANNOTATIO XXXI.

§. I.

Ad Text. in cap. in nomine, de Testib.

STatuunt in hoc Text. regulam DD. quòd in receptione testium debet pars, contra quam producuntur citari ad videndum illorum iuramenta, alias examen est nullum, de qua materia tractant hic omnes Canonistæ, & Ciuilistæ in *l. si quando, §. sed cum oportet, Cod. de testib.* Caroc. *de testib. num. 245. & seqq.* Lanfranc. *de testibus, num. 13.* Marf. *singul. 24.* Campeg. *reg. 164.* Boss. *tit. de opposit. contra test. num. 34. & seqq.* Vestr. *in prax. lib. 6. cap. 2.* vbi Grauat. Gabriel. *lib. 2. tit. de citation. conclus. 1. num. 105.* Viuiu. *opin. 966.* Gayl. *obseruat. 102. num. 1. lib. 1.* Mascard. *de probat. lib. 1. in præfatione, quæst. 5. num. 36. & 85.* & alibi, Farinac. *de testibus quæst. 72. cap. 1.* Marant. *in prax. part. 6. rubr. de citat. 1. membr. iudicij, à num. 25.* Ricc. *collect. decis. 2. part. collect. 374. & collect. 692.* Tap. *in ius Regni titul. de testib.* Afflict. *in constit. Regni, incip. probationum incursibus*, Capell. Tholos. & ibi Aufr. *decis. 347.* Gallup. *in prax. part. 2. cap. 23. num. 4. & seqq.* est materia communis, propterea pauca obseruabo, & frequentiora in Curijs Ecclesiasticis,

1 Primò, controuersum est inter DD. an ad videndum iuramenta testium sit citandus Procurator, vel Dominus; & auctoritates inter se pugnantes videre est apud Farinac. *cit. loc. num. 20.* Canonistæ *in hoc cap.* sentiunt regulariter citandum esse Procuratorem, cum quo est lis contestata; contraria opinio, quod sit citandus Dominus, est etiam fulgita grauibus DD. quam communem sentit Viuiu. *opin. 931. num. 10.* vtraque opinio est probabilis, sed praxis neutram admittit, nam siue citetur Procurator, siue Dominus examen testium est validum, ita testatur Farinac. *cit. loc. num. 20. in fin.*

2 Hæc citatio ad videndum iurare testes, supponendo, quòd non sit prima citatio in causa, vt regulariter est, siue citandus sit Dominus, siue Procurator, potest domi fieri; nam hoc est generale in omnibus causis, vt facta prima citatione personaliter, si citandus potest haberi de persona, reliquæ possunt fieri domi, Mohed. *decis. 2.* tenet Campanil. *ad rit. Curiæ Archiepisc. Neap. 17. num. 2.* apud Carauit. & in terminis huius citationis tenet etiam Imol. *in hoc text. num. 9. vers. item intellige*, & Bellam. *num. 9. & 10.* Monticell. *in repertor. testium, rubr. iuramenta, & productio testium, &c. fol. 134. col. 2. vers. primo.*

3 Deberet tamen citari personaliter aduersarius ad videndum iuramenta testium, quando testes reciperentur ante litis contestationem ad perpetuam rei memoriam, secundum Din. *in l. 4. §. prætor ait, ff. de damno infect.* Bellam. *in hoc cap. num. 10.* & alios, quos refert, & sequitur Farinac. *cit. quæst. 73. num. 3. qui num. seqq.* admitti requiri hanc citationem personalem in hoc casu, quando agitur de magno præiudicio, secus si agatur de modico præiudicio, quia tunc sufficit citatio ad domum, & tenuere Bart. Bald. & Paul. de Castr. *in auth. si quis, C. de testib.* & in casu, quo examinantur testes ad futuram rei memoriam ante litis contestationem, quia timetur de morte, vel absentia testium diuturna; tunc enim sufficit citatio ad domum, tenuit Imol. *in hoc cap. in nomine, in fin.* Cyn. *in d. auth. si quis, vers. si tamen*, vbi etiam Salyc. *num. 7.*

4 Hinc collige, quòd requiritur hæc citatio partis, quando recipiuntur testes ad futuram rei memoriam ante litis contestationem, text. est clarus in *§. & hic vero, in auth. de testib.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1366. num. 3.* dummodo non timeatur potentia aduersarij, vel non sit periculum in mora, vel non sit timor mortis, vel absentiæ testium, in quibus casibus possunt examinari testes non citata parte ad videndum illorum iuramenta, ita Farinac. *cit. loc. quæst. 72. à num. 8. ad 10.*

Secundò, citatio ad videndum iurare testes solet in praxi emanari cum determinatione certæ horæ, in qua examinator intendit recipere testes, ne pars citata nimium defatigetur; & si testes sunt recipiendi extra Curiam, est etiam in citatione apponendus locus examinis, in quo possit citatus comparere ad videndum iuramenta testium, *cap. 2.* & ibi glos. *de iudic. in 6.* Grauat. ad Vestr. *lib. 6. cap. 2. num. 52.* vbi loquitur de loco, & *num. 53.* vbi loquitur de hora, Farinac. *decis. 307. in 2. vol. resp. collect.* vbi *num. 1.* testatur, quòd hæc citatio si non contineat diem, neque horam est nulla, tamquam vaga, incerta, ac seruitutis speciem inducens; sed verius est contrarium, nempè defectus diei, vel horæ non inducere nullitatem, in hoc casu tenet Seraph. *decis. 857. num. 6. & 23.* & intelligitur pro prima die iuridica; dummodo sit facta pro termino probatorio, alias esset nulla, Seraph. *decis. 2489. num. 1.* multa ad id adducit Ricc. *part. 4. collect. 1408.* 5

Tertiò, requiritur citatio ad videndum iuramenta testium in examine faciendo in quauis causa, etiam summaria, & in qua proceditur summariè, de plano sine strepitu, & figura iudicij, docet Viuiu. *opin. 966. num. 5.* Bursat. *cons. 20. num. 65.* Item, & in causis, in quibus proceditur iuris solemnitate non seruata, vt docet hic Fel. *num. 4.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 682. num. 9.* Item, & in causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, ita Osasc. *decis. Pedemont. 79. n. 18. & 19.* Honded. *cons. 101. num. 10.* contra alios, quorum opinio non seruatur in praxi. Item, requiritur talis citatio in causa, in qua Iudex habet quodlibet liberum, & absolutum arbitrium, Farinac. *de testib. quæst. 72. cap. 2. num. 98.* Similiter requitur in causis mercatorum, licet alias in illis procedatur de æquitate, & sine solemnitatibus, Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1366. num. 4. & seq.* Item etiam si testes deponerent coram Principe, adhuc citanda est pars ad videndum illorum iuramenta, Grauat. ad Vestr. *lib. 6. cap. 2. intra num. 28.* Gram. *decis. 103. num. 233.* Vlterius præmittenda est citatio à Iudice, cui commissum est examen testium, cui licet sit commissa tantum receptio testium, adhuc potest etiam citare partem ad videndum iurare illos, Anton. de Butr. *in cap. constitutus, in 4. notab. de accusat.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 682. num. 11.* quòd intellige si Iudex committens non citauit partem ad comparendum coram Commissario pro tali die, & in tali loco ad videndum iurare testes, nam si citauit committens possunt recipi testes in termino, & loco commissionis absque alia citatione, iuxta decisa per Rota apud Seraph. *decis. 100. num. 3.* 6

Ex quo nota, quòd Iudex potest admonere partem, quod extra territorium compareat ad videndum iuramenta testium, nec dicitur exercere iurisdictionem extra territorium, sed in personas sibi subditas, ita aduertit pro notabili Bald. *in l. Iudices, num. 3. de fide Instrumentor.*

Nota etiam, quòd quando Iudex interlocutus fuit parte præsente committendo examen testium in alia Ciuitate datis literis commissionalibus, non est necessaria alia citatio ad videndum iuramenta testium, ita Paris. in addit. ad Bart. *in l. Iudices, lit. A.* Nec est necessaria talis citatio, quando literæ commissionales fuerunt intimatæ parti, quæ debet, si vult videre iuramenta testium, illuc ire, vbi examinatio fuit commissa, ita Cauensis *ad Rit. M.C.V. 158. apud Carauit.* 7

Quarto, stante controuersia inter partes, an testes vnius partis sint recipiendi, vel ne, ob lapsum termini, vel alia ratione, si Iudex pronunciauit, quod pars, quæ intendit producere testes infra alios dies quatuor, siue alium competentem certum terminum valeat examinari facere testes, adhuc est citanda altera pars ad videndum iurare testes, non obstante, quod pars prædicta sciat, quod testes in illo termino debeant produci, quia non tenetur diuinare, qua die productio fiat, probat Fel. *in hoc cap. num. 28.* & voluit Bald. *in l. si quando, col. 3. C. de testibus*, sequitur Farinac. *de testib. quæst. 72. num. 21. & seqq.* contra nonnullos DD. quos ipse refert. Non procedunt tamen supradicta, primò, quando Iudex pronunciauit, videlicet 8

per

per totum sequentem diem, valeat pars producere testes, vel alia præfixit certam diem ad producendos testes, nam in tali casu non requiritur citatio ad videndum iuramenta testium, quia illa dies interpellat pro homine, *l. optimam*, *C. de contrah. stipul.* ita Fel.& Farinac. *cit.loc.* Non procedunt secundò, quando testes recipiuntur in vltima die termini, nam vltima dies termini etiam interpellat pro homine, quia pars semper censetur monita pro vltima die termini, meritò, non requiritur alia citatio ad videndum iuramenta testium, ita Bald. *in auth. ei qui appellat*, *col.* 2. *C. de tempor. appellat.* Afflict. *decis.* 47. *num.* 6. quos refert, & sequitur Grauat. ad Vestr. *lib.* 6. *cap.* 2. *infra num.* 30. *vers. vndecimo*, Fel. & Farinac. *loc. cit.* Nec procedunt tertiò, quando pars esset citata, vt assisteret ad videndum iuramenta testium, singulis diebus, & horis, & tunc quandocunque testes producuntur, non requiritur alia citatio, ita Fel. & Farinac. *cit. loc.*

9 Quintò, adeo necessaria est partis citatio ad videndum iurare testes, vt si illa omittatur, testes nihil probent, etiam si mille sint, ita Granm. *cons.* 15. *num.* 3. *& consil.* 64. *num.* 1. Mascard. *de probat. lib.* 1. *in præfat. quæst.* 5. *sub num.* 37. *& lib.* 3. *conclus.* 1366. idque procedere indistinctè tam in ciuilibus, quam in criminalibus, testatur Farinac. *de testib. quæst.* 72. *num.* 31. Immò nec faciunt inditium, vt de communi refert Grauar. ad Vestr. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 29. & sequitur Farinac. *cit. loc. intra num.* 30. Gabriel. *com. concl. lib.* 2. *tit. de citat. concl.* 1. qui testatur hanc esse magis communem opinionem contra Bar. Dec. & Granm. per eum adductos.

10 Amplia regulam supradictam, quòd testes recepti parte non citata ad videndum illos iurare non probant, procedere etiam si fuit citata, sed propter ineuitabilem necessitatem non potuit comparere, ita deciditur expressis verbis in hoc text. vbi glos. *in verb. ineuitabili*, in quo loco DD. communiter videntur inclinare in eam sententiam, quòd si Iudici constabat de ineuitabili necessitate, tunc depositiones testium sunt ipso iure nullæ, si verò Iudex ignorabat, pars citata docto de impedimento, & necessitate prædicta, venit restituenda ad opponendum contra testes, quicquid opponere potuerat, si impedita non fuisset, ad id vide ibidem Abb. *num.* 11. & Fel. *num.* 8. *& seqq.* & alios. Sed veritas huius ampliationis pendet ab alia resolutione, an citatus impeditus teneatur mittere procuratorem, de qua vide Bart. *in l.* 2. *§. si quis in iudicio, ff. si quis cautionib. &c.* qui multas adducit distinctiones; & licèt regulariter iustè impeditus non teneatur mittere procuratorem, tamen quando impedimentum est perpetuum, vel ad longum tempus, vel causa desiderat celeritatem, tenetur citatus comparere per procuratorem; & si non comparet, actus valet, Felin. *in cap. accedens, vt lite non contest.*

Amplia secundò, si testes fuerint recepti extra locum, vel extra terminum, est commune, & adnotauimus supra cum Grauar. *cit. loc. num.* 52. idque procedit non solum si reciperentur extra diem, sed etiam si extra horam præcisam, si actus fiat extra illam horam, dicitur fieri sine citatione, & non valet, ita Bart. *in l. vlt. §. fin. ff. quod vi, aut clam*, Ruin. *cons.* 209. *num.* 16. *post medium*, *vers. nec valuit productio*, *lib.* 1. Grat. *discept. for. cap.* 333. *num.* 18. dummodò citatio non fuisset per Iudicem prorogata, Bald. *in l. cum nam eo die* 6. *num.* 2. *C. quando prouoc. non est necess.* quòd examen sit nullum, quando est receptum extra locum, vbi fuit citatus aduersarius ad iurare videndum, vide Vant. *de nullit. ex defect. citation. num.* 78. & Farinac. *cit. decis.* 307. *intra num.* 4. *& decis.* 47. *num.* 5. dicit, quòd si aliàs pars notitiam habeat de loco, examen valet, Ricc. 4. *part. collect.* 1408. *vers. vltimo.*

11 Amplia tertiò, vt testes recepti parte non citata ad videndum illos iurare, nec probent contra producentem illos, ita Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.* 682. *num.* 14. Bursat. *cons.* 20. *num.* 65. *lib.* 1. testans ita sentijsse Rot. Roman. Achill. de Grass. *decis.* 1. *alias* 189. *tit. de testib.* Farinac. *cit. loc. num.* 32.

12 Sextò, hæc citatio ad videndum iurare testes non sufficit si sit generalis, sed requiritur, quòd sit specialis, & indiuidua, ita Ludouis. *decis.* 278. *num.* 39. testans aliàs sentijsse Rot. Rom. vbi *in annotat. num.* 12. dicit, quòd citatio generalis ad omnia ad causam pertinentia includit etiam citationem ad videndum iurare testes, ex sententia Rotæ *in nullius iurisdictionis* 28. *Iunij* 1617. *coram D. Pirouano*; & quòd decretum admissionis ad probandum parti intimatum continet citationem ad videndum iurare testes, Rot. *decis.* 686. *sub num.* 4. *part.* 1. *in recentiorib.*

Item, citatio ad videndum iurare testes deseruit pro toto termino, etiam prorogato, secus tamen est si terminus expirauit, & postea nouus conceditur, ita resoluit Rota apud Ludouis. *decis.* 429. *num.* 5. 13

Septimò, testes examinati parte non citata non probant etiam, quòd Iudex processisset ex officio, ita Abb. *in hoc cap. num.* 8. & Fel. 9. Gabr. *num.* 39. *de testib.* Bart. *in l. fin. num.* 9. *ff. quæst.* Farinac. *decis.* 64. *num.* 2. qui dicit, nihil operari, quòd possint testes formaliter repeti citate parte, quousque non repetantur. 14

Nota, quòd citatio partis ad videndum iuramenta testium spatio 40. annorum præsumitur, ita vt contrarium alleganti incumbat onus probandi, ita Rot. *decis.* 343. *num.* 2. inter recollectas per Farinac. immò & spatio 30. annorum præsumitur solemnitas citationis, etiam in grauibus, & contra tertium, Rota *diuers. decis.* 193. *part.* 2. 15

Octauò, quando recipitur summaria informatio ad effectum præstandi alimenta, & sumptus litis filio non possunt recipi testes parte non citata, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 112. *num.* 26. prout in similibus causis istæ receptiones testium fieri debent, Angel. *cons.* 107. *in fin.* Dec. *in l. vlt. num.* 6. *in fin. C. de edict. Diui Adr. toll.* Menoch. *de adipiscend. possess. remed.* 6. *num.* 18. Aliàs omnia tamquam facta sine citatione partis, & ex abrupto sunt reuocanda, Dec. *cons.* 166. *in fine*, *vers. & ideo quando duo contendent*, *num.* 13. Roman. *cons.* 158. *in princ.* Bald. *in l. si pacto quo pœnam*, *C. de pact.* 16

Quæstio est in hac materia, an validus sit stylus Curiæ recipiendi testes sine citatione partis ad videndum illorum iuramenta, in qua quæstione videtur dicendum stylum esse seruandum, & tollere nullitates in contrarium, ex Abb. *in cap. quòd Clericis*, *num.* 10. *&* 11. *de for. compet.* Fel. *in cap. Ecclesiæ S. M. num.* 55. *de constitution.* cum alijs per Roland. *cons.* 48. *nu.* 2. *lib.* 3. vbi etiam dicit *num.* 23. *in fin.* quòd Iudex appellationis tenetur approbare talem stylum Iudicis, à quo processus fuit ordinatus, Bald. *de pact. constan. §. in causis*, *notab.* 3. videtur tenuisse Rotam Roman. *in vna Aretina Spolij* 12. *Decembris* 1603. *coram D. Coccino*, per Farinac. *recoll. decis.* 205. 17

His tamen non obstantibus in contrarium est veritas, nempè stylum prædictum non valere, & citationem ad videndum iuramenta testium omninò requiri, non obstante stylo in contrarium, ratio est, quia substantia depositionis testis consistit in iuramento, *l. iusiurandum*, *C. de testibus*, Rot. *decis.* 1. *num.* 3. *&* 4. *de fid. instrum. in nouis*. Vlterius talis stylus est contra ius cit. *l. iusiurandum*, & respicit potius decisoria, quàm ordinatoria, quia decisio causæ, & illius victoria dependet ex probatione, Dec. *in cap.* 2. *num.* 14. *de probat.* Ruin. *cons.* 69. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 4. Alex. *cons.* 16. *num.* 7. *lib.* 5. Asin. *in prax.* §. 19. *cap.* 3. *num.* 1. *&* 3. post Bal. *in l. cunctos populos*, *col.* 12. *vers. sed hoc sunt videnda duo*, *num.* 20. & ibi Aret. *col.* 10. *num.* 17. *vers. vnde dico*, *quòd si statutum*, *C. de summ. Trin. & fid. Cath.* nec obstat decisio Rotæ citat. quia à prædicta decisione eadem Rota recessit, & decidit secundum hanc opinionem sub die 9. Iunij 1604. recoll. per Farinac. *decis.* 215. vbi *num.* 2. *in fin.* licèt excludat stylum, admittit tamen consuetudinem recipiendi testes absque citatione ad videndum iuramenta, quando fuit legitimè præscripta, Alexan. *consil.* 36. *num.* 11. *lib.* 2.

(·.·)



OBSER-

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *PRobatio per testes distinguitur.*
2 *Fides, & extraiudiciales attestationes quando sint informes.*
3 *Fides quando probant.*
4 *Solemnis, & formiter iudicialis quando sit probatio per testes.*
5 *Examen testium quando sustineatur sine citatione partis.*
6 *In verificatione litterarum cambij, an sit necessaria citatio partis in examine testium? Reycitur Riccij decis. 64.*

1 PRobatio per testes duplicem habet speciem. Vnam per merè priuatas attestationes. Alteram solemnem, ac formiter iudicialem, quæ de mandato Iudicis in termino per eum statuto cum iuramento, ac parte citata alijsque de iure, vel stylo seruatis seruandis facta sit.

2 Prima, quæ extraiudicialis, vel informis dicitur in tres species diuiditur. Vnam scilicet per attestationes priuatas in forma simplicis schedulæ, vel apocæ ab attestante scriptæ, vel subscriptæ.

Altera informis, quæ dicitur per testes ad futuram rei memoriam, siue pro informatione coram Notario publico, vel apud acta alicuius iudicij, etiam cum iuramento examinatos nemine tamen citato, atque in forma potius voluntariæ, quàm contentiosæ iurisdictionis.

Tertia illorum testium, qui examinati quidem sunt iudicij calore, & in forma contentiosæ potius, quàm voluntariæ iurisdictionis, sed ob aliquam examinis nullitatem informes dici mereantur.

3 Quatenus itaque pertinet ad primam speciem, hæc in tres alias subalternas distinguitur. Regula tamen generalis est negatiua, quòd scilicet perfectam, & concludentem probationem non faciunt, cùm attestationes potius, quàm testes dicantur. Vnde prodijt vulgare practicorum dicterium, quòd fides non facit fidem, & testibus, & non attestationibus est deferendum, Ludouis. *decis.* 214. Buratt. *decis.* 113.

3 Adhuc tamen limitationes patitur hæc regula. Vel scilicet ex qualitate personarum attestantium, quia nempè agitur de Principibus, vel Magnatibus, alijsque conspicuis personis, Ecclesiastici, vel sæcularis ordinis, quibus pro regionum moribus incongruum, vel indecorum sit, vt formali examini iudiciario, cum alterius partis interrogatorijs, ac interuentu Interpetrum, alijsque formalitatibus, se exponant, vnde propterea eorum consuetudo sit, veritatem attestari per litteras, vel priuatas schedulas ab eis subscriptas, quoties in causa proprium interesse non habeant, Bich. *decis.* 316.

Vel quia agatur de attestationibus, quæ habeant sufficiens fomentum adminiculorum, ex quorum coniunctione hæc imperfecta probatio perfecta fiat, Merlin. *decis.* 714. *num.* 8.

Ponderandæ erunt desuper diuersæ testium species ad effectum inspiciendi, an maiora, vel minora adminicula postulent, magna siquidem differentia est inter illas merè priuatas, & informes attestationes per schedulas, quas fides dicimus. Et examen cum iuramento coram publico Notario, vel apud acta Iudicij quamuis nemine citato, & in forma potius voluntariæ, quàm contentiosæ iurisdictionis.

Quoniam, vt freqoens, & notoria praxis docet libenter ad preces, vel complacentiam aliquorum beneuolorum subscribuntur fides super ijs, super quibus iuratum examen publicum quamuis informe noo fieret, vt experientia docet, Card. de Luca *de iudic. discurs.* 32. *num.* 7.

4 Si agatur de probatione per testes in causis contentiosis cum legitimo contradictore plura exiguntur, vt testes dici valeant formiter examinati.

Primò, vt examen fiat ex decreto Iudicis competentis coram quo causa pendet, & super articulis admissis. Secundò requiritur iuramentum coram ipso Iudice causæ, vel Examinatore delegato. Et iuramentum præstitum sit statuta die contenta in citatione partis. Tertiò requiritur citatio partis ad videndum intare testes, & hæc citatio est principaliter necessaria, Rouit. *in prag.* 9. *de ord. iudic.* Ludouis. *decis.* 268. & ibi Beltram.

Respectu requisiti citationis partis plures traduntur limitationes, in quibus ea non obstante examen substinetur. Vt præsertim in examine, quod fiat de causa naufragij, quando illud iuxta formam Consulatus maris fiat in loco magis proximo post passum Infortunium. Secus autem vbi fiat in loco, vbi adsint partes interessatæ, quæ commodè citari valeant, Reg. Latr. *decis.* 60. Card. de Luc. *de credit. discurs.* 111.

Similiter si pars det interrogatoria, vel pro stylo conducat Interpetrem, tali casu non est curandum de formalitate citationis, Caualer. *decis.* 322. Buratt. *decis.* 118. & ibi Addit. Requiri sanatoriam à Principe tradi Bich. *decis.* 655. *num.* 8.

Insuper si examen factum ab altera parte laborat eodem morbo non curatur de illo defectu, Bich. *decis.* 347. *num.* 7. Card. de Luca *de iudic. discurs.* 32. *num.* 24. & 25.

Rursus si Iudex aliquid facit ad sui instructionem, vel 5
ex officio vult examinare testes super morte, vel absentia Consol. Altam. *de nullit. rubr.* 12. *quæst.* 4. *per tot.*

Quæstio est vtrum in recognitione litterarum cambij, 6
& iudicis executionis in examine testium debent citari pars. Controuersiam tractat Reg. Latro *consult.* 146. & affirmatiuam opinionem defendit, ac reprobato Riccio *dec.* 64. tenet Consol. Altim. *vbi sup. num.* 5.

De his, & alijs, vide in §. *seq.*

SVMMARIVM.

1 *CItatio ad videndum iurare testes non requiritur, quando periculum est in mora. Quando est probandum debitum contra debitorem suspectum de fuga, num. 2. Si timor est mortis, vel absentiæ testium, num. 3. Dummodo de tali causa Iudex informetur, num. 4. An citatio testis possit omitti ob partis potentiam, num. 5.*
6 *Citatio non requiritur ad videndum iurare testes, quando pars fuit præsens; Et an requiritur in teste omni exceptione maiori, vel cui dicto necessario standum est, num. 7.*
8 *Citatio ad videndum iurare testes non est necessaria cum contumace. Nec in informatione capienda de habilitate, vel inhabilitate persona, num. 9. Nec quando pars habuit se pro citata, num. 10.*
11 *Citatio ad videndum iurare testes an requiratur quando probatur factum in partibus remotis, & longinquis, naufragium in mare, vel furtum in nemore, & de qualitatibus requisitis.*
12 *Citatio ad videndum iurare testes non requiritur quando probatur consuetudo, & quando.*
13 *Citari non debeat pars ad videndum iurare testes, si dedit interrogatoria, vel coram Iudice, qui procedit inspecta æquitate naturali, vel potest iudicare secundum suam conscientiam, num. 14.*
15 *Citatio ad videndum iuramenta testium an requiratur contra latitatem. Et an quando est probanda mors, absentia, vel fama, num. 16. Et an quando testis declarat dictum suum, num. 17. Et an possit ommitti de consensu partium, num. 18.*
19 *Citatio ad videndum iurare testes an requiratur in examine mulieris egregiæ. Et an requiratur hæc citatio quando iurant testes, an quando deponunt, num. 20.*
21 *Citatio ad videndum iurare testes non est necessaria, si pars fuit monita à Iudice; nec in examine requiritur præsentia partis, sufficit fuisse citatam, num. 22.*
23 *Citatio ad videndum iurare testes non est necessaria, quando examen est ad instructionem Iudicis tantum,*

24 *Ci-*

24 *Citatio ad videndum iurare testes quando non requiratur in criminalibus, & causis sanctæ fidei.*

25 *Citatio ad videndum iurare testes in antiquis excusat. Testis examinatus sine tali citatione facit adminiculum, num. 26.*

ANNOTATIO XXXI.

§. II.

Citatio ad videndum iuramenta testium, de qua diximus supra §. præcedenti, in multis casibus non requiritur, in quibus omissio illius nullitatem non inducit, & examen sine citatione prædicta est validum, & probat.

1 Primò, possunt recipi testes parte non citata ad videndum illorum iuramenta, quando periculum est in mora, ita Add. ad Abb. *in hoc cap. 2. de testib. num. 8. lit. A.* Fel. *in eodem cap. 2. num. 13. post med.* Socc. *cons. 262. num. 1. lib. 2.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 682. num. 45.* Multa enim ratione periculi moræ permittuntur, quæ habentur apud Roman. *in l. si vero, §. de viro in 40. fall. ff. sol. matrim.* vbi ferè omnes leges de periculo moræ loquentes citat. Hinc si iurisdictio Iudicis tempore esset peritura, possunt recipi testes sine citatione partis ad videndum iuramenta, ita Grauat. ad Vestr. *lib. 6. cap. 2. num. 30. in fin. vers. duodecimo,* Gayll. *obseru. 104. num. 6. lib. 1.* Item

2 non requiritur talis citatio ratione periculi moræ, quando est probandum debitum contra debitorem suspectum de fuga, ita Socc. *reg. 406. in 6. fallen.* Campeg. *de testib. reg. 165. in 6. fallen.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 682.*

3 *num. 26.* qui plures citat. Item, si timor est mortis, vel absentiæ testium, vel periculum amissionis facultatis probandi, possunt recipi testes non citata parte ad videndum illos iurare, immò, & lite non contestata, ita Fel. *in hoc cap. 2. num. 13. post med. de testib.* Vestr. *cit. loc. num. 3.* vbi etiam Grauat. *num. 30. vers. quartò cùm de alicuius obitu,* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 682. num. 24. & lib. 3. conclus. 1366. num. 10.* Ricc. *collect. 374. part. 2. in fin.* Verùm timor mortis, vel absentiæ debet esse talis, vt mors, vel absentia sequeretur, si pars citaretur, aliàs secus, ita Vestr. *cit. loc. num. 3. vers. & quod de futura absentia,* & voluerunt Abb. & Fel. *cit. loc.* Vnde si testes prædicti superuiuant, examen est nullum, vel si possunt recipi in loco, vbi absentes reperiuntur, ibidem est committenda audientia illorum, ita Vestr. *cit. loc. n. 3. vers. & vt*

4 *intelligas.* Aduerte, quòd quando recipiuntur testes sine citatione prædicta sub prætextu absentiæ, vel timoris mortis debet prius id Iudici constare per summariam cognitionem, vel semiplenam probationem, & ne in hoc committatur fraus, debet deferri testibus duplex iuramentum, vnum de veritate dicenda, & aliud super futura absentia, ita Vestr. *d. lib. 6. cap. 2. num. 3. vers. dixi autem,* vbi Grauat. *lit. E. & lit. L. num. 32. & seq.*

5 Potentia partis, dicunt DD. quòd facit, vt testes possint recipi sine citatione ad videndum illorum iuramenta; Verùm secundum veriorem opinionem, potentia de per se sola non sufficit, nisi etiam concurrat cum timore mortis, vel absentiæ testium, ita optimè declarat Farinac. *de testib. quæst. 72. num. 44. & seqq.* reconcilians contrariam opinionem.

6 Secundò, supplet defectum citationis ad videndum iurare testes præsentia ipsius partis; si enim pars non fuit citata, sed reperitur præsens quando testes iurant valet examen, est sententia communiter recepta apud omnes, vt testatur Farinac. *cit. loc. num. 75.* Ricc. *collect. 1408. vers. limita quintò,* vbi plures adducit decisiones.

7 Tertiò, DD. communiter tenent non esse citandam partem ad videndum iurare testem, contra quem nihil opponi potest, cùm sit omni exceptione maior; nec quando examinatur testis, cuius dicto omninò standum est, nempè partis consensu, vel iussu testatoris, vt videre est apud Farinac. *cit. loc. num. 47. & 49.* qui *num. 48. & 50.* dubitat de hac opinione, & rationem affert, quia licèt non possit pars aliquid opponere contra personam huiusmodi testis, potest tamen aliquid allegare ad impediendum illius examen, vel dare ad interrogatoria, quibus potest declarari facere dictum testis; & propterea debet citari ad videndum iurare: opinionem Farinac. seruat praxis tamquam tutiorem.

Quartò, contumax non est citandus ad videndum iuramenta testium, postquam à principio causæ fuit citatus ad totam causam, & ad singulos actus necessarios, & opportunos, quia tunc non comparens, non est amplius citandus personaliter, sed contra illum proceditur, vt contumacem, docet Ricc. *cit. collect. 1408. vers. limita tertiò,* vbi adducit decisiones Rotæ, & seruat praxis, quæ contra contumacem procedit per affixionem ad valuas. 8

Quintò, in capienda informatione super habilitate, vel inhabilitate personæ promouendæ ad dignitatem non requiritur partis citatio ad videndum iurare testes, qui producuntur ad hoc, secundum Imol. *in hoc cap. num. 9.* Abb. *num. 7.* Fel. *vers. secundò limita,* & alios, Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 682. num. 17.* Secus tamen est, quando ageretur ad expellendum electum ab aliqua Dignitate, quia tunc requireretur citatio ad videndum iurare testes, cùm iudicialiter esset procedendum, ita declarat Abb. *in hoc cap. 2. num. 7. in fin.* & Fel. *num. 8.* quos sequitur Mascard. *cit. loc.* 9

Sextò, quando pars fuit citata ad videndum iuramenta testium, sed citatio fuit nulla, & inualida; verùm citatus respondit tempore dictæ citationis, quòd habet se pro citato, quia ex tali responsione approbauit dictam citationem, non est amplius citandus ad videndum iurare testes, ita Ricc. *in collect. 1408. 4. part.* ad quod citat Cæsar. de Graff. *decis. 15.* 10

Septimò, in probatione facti contingentis in partibus remotis, & longinquis, in quibus pars est iam absens, vt citari non possit, possunt recipi testes sine citatione partis ad videndum illos iurare, ita Grauat. ad Vestr. *cit. lib. 6. cap. 2. num. 31. vers. tertiodecimò quando in loco,* Farinac. *citat. quæst. 72. num. 53.* vbi exemplificat casum in probatione naufragij in mari, furti, vel robariæ in nemore, vel via, aut quid simile; & id etiam extendit cum Bertazzol. *cons. 348. num. 6.* quando casus euenerit in non tam longinquis partibus. Supradicta procedunt, dummodò tales probationes sic receptæ parte non citata exhibeantur infra annum, iuxta text. & Bart. *in l. 2. C. de naufrag. l. b. 11.* & tenet Dec. *hic num. 52.* & dummodò agatur de damno euitando, vt in mercatoribus, qui in itinere sunt spoliati à latronibus, vel patiuntur naufragium in mari, vt dicit Dec. *cit. loc. num. 53.* quem sequitur Farinac. *cit. quæst. 72. num. 54. & 55.* 11

Octauò, quando probatur consuetudo introducta à Populo eiusdem Ciuitatis, testes possunt examinari non citata parte ad videndum illos iurare, ita DD. communiter *in hoc cap. 2.* vide Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 582. num. 34. & 43.* est sententia indubitabilis, dummodò concurrant duo requisita. Primùm, vt consuetudo sit notoria, aliàs in probatione consuetudinis non notoriæ requireretur prædicta partis citatio. Secundùm, vt talis consuetudo respiciat litis ordinem, non autem causæ decisionem; quia in primo casu, cùm modicum concurrat præiudicium, potest Iudex etiam extraiudicialiter se informare; in secundo verò casu, cùm concurrat maximum præiudicium partis, debet citari ad videndum testes iurare, ita Farinac. post multos, quos adducit *cit. quæst. 72. num. 57. & 58.* 12

Nonò, receptio testium facta cum interrogatorijs partis, licèt totaliter non suppleat defectum citationis ad videndum iuramenta, tamen operatur, vt talis defectus sanari possit per commissionem Signaturæ desuper emanatam, ita Put. *decis. 300. lib. 3.* Caualer. *decis. 274. num. 4.* Caputaq. *decis. 149. part. 1.* Ricc. *cit. collect. 1408. vers. nunc limita.* 13

Decimò, non requiritur citatio ad videndum iurare testes, quando agitur coram Iudice, qui procedit in causa inspecta æquitate naturali; & de iure gentium, ita Bart. *in l. filius, ff. de donat.* Gabriel. *lib. 2. tit. de citationib. concl. 1. num. 341.* Item, quando agitur coram Iudice, qui potest iudicare secundum suam conscientiam, Grauat. ad Vestr. *lib. 6. cap. 2. num. 30. vers. secundò nec partis.* Item, quando agitur coram Iudice procedente sine causæ cognitione, gloss. *in l. 3. §. si causa cognita, ff. de bonor. possess.* Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 682. num. 44.* Item in examine coram Arbitratore, Mascard. *cit. loc. n. 42.* 14

15 Vu-

11 Vndecimò, possunt recipi testes sine citatione ad videndum iuramenta, quando citandus dolosè latitat, ne citatio ad eum peruenire possit, ita Grauat. ad Vestr. *cit. loc. num.* 30. *vers. octauo cum dolose*, per opinionem Innoc. & Abb. per eum relati. Verùm praxis, cognitio de latitatione, solet citari latitantem per affixionem ad valuas.

16 Decimosecundò, testes inducendi ad probandum absentiam, vel mortem alicuius, vel famam, & similia, de quibus Iudex potest se extraiudicialiter informare, possunt recipi non citata parte ad videndum illos iurare, ita probat Vestr. *in prax. cit. lib. 6. cap. 2. in princ.* vbi Grauat. dummodò ex probatione prædicta non procedatur ad sententiam diffinitiuam parte non legitimè citata; & dummodò mors non probetur ad conuincendum reum de crimine, vt possit puniri; nam tunc talis mors esset liquidò probanda, & parte citata, ita limitant supradictam sententiam, Vestr. *cit. loc.* & Farinac. *cit. quæst. 72. num. 64. & 65.* & in probanda morte coniugis ad finem secundo nubendi, quòd non requiratur talis citatio, Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 46. num. 8.*

17 Decimotertiò, DD. communiter defendunt, quòd quando testis, aliàs examinatus iterum producitur ad declarandum suum dictum, in tali declaratione non est citanda pars, & rationem afferunt, quòd cum in tali declaratione non requiratur iuramentum, multò minus debet requiri citatio partis ad videndum iurare, DD. id asserentes citat Farinac. *cit. loc. num. 66.* Verùm ipse Farinac. *num. 67.* dicit, quòd licèt non requiratur iuramentum in hoc casu, adhuc est citanda pars ad hoc, vt possit dare interrogatoria.

18 Decimoquartò, de consensu partium possunt recipi testes absque citatione partis ad videndum illorum iuramenta; ratio est, quia si pars potest habere testes pro ritè examinatis, etiam quòd ipsa non fuerit citata, vt videmus quotidie practicari, maximè in causis criminalibus; ergo potuit etiam consentire à principio, vt recipiantur sine tali citatione, ita tenet Bald. *in l. si quando, num. 5. C. de testib.* Fel. *in hoc cap. 2. num. 13. in 8. limitat.* Gabriel. *lib. 2. tit. de citat. concl. 1. num. 364.* Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 682. num. 29.* Farinac. *de testib. quæst. 72. num. 74.* qui alios refert.

19 Controuersia est inter DD. in hac materia, quando examinatur mulier egregia persona in eius domo, iuxta text. *cap. 2. de iudic. in 6.* Nam tenent multi, quòd in tali examine non sit citanda pars, ita Guliel. de Cun. Bart. Paul. de Castr. & Ias. *in l. egregias, ff. de iuretur.* Marant. *in praxi 6. part. membr. 1. rubr. de cit. num. 27.* Campeg. *de testib. regul. 165. in 4. fallent.* & alij. Oppositum nempè requiri citationem partis, in huiusmodi examine, voluerunt Roman. *sing. 369. vers. sed non est verum*, Abb. *in cap. si qui testium, col. 1. vers. sed quæro, hoc titul. de testib.* Fel. *in hoc cap. 2. n. 16.* Grauat. ad Vestr. *cit. lib. 6. cap. 2. num. 30. vers. quintò quando*, Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 682. num. 33.* Farinac. *cit. loc. num. 69.* & hæc secunda opinio videtur tutior, & seruatur in praxi.

20 Nota, quòd dicitur communiter testes posse iurare vna die, & alia posse deponere, hinc est, quòd testis potest iurare die non feriata, & deponere die feriata; in quibus terminis dicendum est, quòd pars est citanda in actu iuramenti, non depositionis, quia pars assistit tantùm iuramentis testium, non depositionibus, & secundum hæc dicta videtur sentire Butr. *in cap. signauit, num. 2. de testib.* quem refert Monticell. *in repertor. testium, rubr. iuramenta, & productio testium, fol. 134. col. 2. vers. final.* contra alios, quos refert Farinac. *cit. loc. num. 86.* & à quorum opinione recedit praxis.

21 Decimoquintò, non est vlterius citanda pars ad videndum iuramenta testium, quando fuit monita à Iudice, quia Iudicis monitio habet vim citationis, per text. *in hoc cap. 2.* in illis verbis, *illo admonito à Iudice, vel à defensore*, ex quibus verbis ita aduertunt ibidem Ioan. Andr. *num. 5.* Butr. *num. 3.* Imol. *num. 2.* Abb. *num. 2.* Dec. *n. 8.* Marant. *in prax. 6. part. membr. 1. rubr. de citation. num. 49.* qui testatur maioris efficaciæ esse in hoc casu monitionem Iudicis, quam citationem.

22 Nota, quòd ad hunc actum receptionis testium non est necessaria partis præsentia, sed solùm sufficit illam citare, quæ si non compareat, valet receptio iuramentorum testium, & illorum examen, prout probat Farinac. *de testib. quæst. 72. num. 77.* & est commune, & certum in praxi.

Decimosextò, non requiritur citatio partis ad videndum iurare testes, quando recipiuntur testes, tantummodò ad instruendum Iudicem, secundum dicta Bald. *in l. si qua per calumniam, vers. sed pone, C. de Episc. & Cler.* quem sequitur Grauat. ad Vestr. *cit. cap. 2. num. 30.* 23

Decimoseptimò, in criminalibus. Primò in causa Sanctæ Fidei non citatur inquisitus ad videndum iuramenta testium repetendorum, quia inquisitio nunquam sunt edenda nomina testium, *Cap. statutum*, §. *iubemus, de hæret. in 6.* Genuens. *in prax. Cur. Archiepisc. Neap. cap. 84. num. 3.* docet Farinac. *de hæres. quæst. 188. num. 24.* contra DD. per ipsum relatos *num. 22.* Secundò, non solùm in causa læsæ Maiestatis Diuinæ, vt supra, sed nec in causa læsæ Maiestatis humanæ est citanda pars ad videndum iurare testes, ita Fel. *in cap. quoniam contra, de probat.* Dec. *in hoc cap. 2. num. 24.* Capyc. *decis. 127.* Tertiò, in causa assassinij possunt etiam repeti testes contra inquisitum, illo non citato ad videndum iuramenta, ita Arch. *in cap. 1. de homicid. in 6.* Gram. *cons. 40.* Fel. *in cap. quoniam frequenter, col. penul. vt lit. non contest.* Grauat. ad Vestr. *cit. cap. 2. intra num. 30. vers. decimo in crimine assassinij.* Sed contra tenuit Rot. apud Crescent. *decis. 2. de testibus*, vbi fuit dictum, quòd in probatione assassinij ad finem priuandi beneficiatum beneficio non possunt recipi testes, nisi citata parte ad videndum iuramenra, sequitur Ricc. *collect. 374. part. 2. & collect. 595. part. 3.* 24

Decimooctauò, est valida depositio testis facta in vltima die termini, etiam non citata parte diximus supra: sic etiam probat testis receptus sine præuia citatione aduersarij ad videndum iuramentum, quando sumus in antiquis, ita refert decisum Ricc. *collect. 595. part. 3. circa med.* 25

Nota, quòd diximus supra, testes receptos sine citatione partis ad videndum illos iurare, nec probare, nec facere inditium. Id verò limita hîc, vt faciant saltim adminiculum, ita dicit Rota *in vna Tiburtina confinium 4. Martij 1611. coram D. Sacrato*, quæ est inter recollectas per Farinac. *decis. 314. in princ.* 26

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati sine partis citatione ad videndum iurare testes in materia difficilis probationis an probent?*
2 *Stylus Hispaniarum explicatur.*
3 *Testes nulliter examinati sufficiunt pro fumo.*
4 *Testes deponentes in causa criminali, an probent in ciuili, quid si absque citatione partis deposuerint.*
5 *Citatio ad videndum iurare testes, an debeat esse cum certa die si non fuit præfixus terminus ad probandum, & quid in iudicijs summarijs.*

PRosequitur Ventrigl. materiam examinis testium absque citatione partis ad videndum iuramenta testium, & recenset nunc plures limitationes, quibus firmat valere examen.

In materia difficilis probationis testes examinari sine citatione partis ad videnda iuramenta testium posse, tradunt Seraphin. *decis. 1094. num. 2.* Bich. *decis. 523. num. 2.* Difficultas autem consistit in exemplificatione, vt in casibus decisionum Rotæ. 1

Testes examinati absque citatione partis ad videndum eos iurare non probant regulariter, *cap. 2. de testib. l. si quando, C. eod.* 2

Citatio ad videndnm iurare testes subintelligitur de stylo Hispaniarum, quando præcessit Iudicis decretum admissionis ad probandum in termino communi, quem stylum refert Gonzal. *in regul. 8. glos. 9. in annot. contr. null. & attent. in caus. benef. n. 55.* Bich. *decis. 48. num. 5.*

Testes

3 Testes nulliter examinati sufficiunt pro fumo, Ludouis. *decis.* 65. *num.* 1. *& decis.* 562. *num.* 4. Rota *decis.* 1. *num.* 4. *part.* 11. *recent.* Et nulliter examinati deseruiunt pro adminiculo, & probationem coadiuuant, Buratt. *decis.* 176. *num.* 11. *& decis.* 593.

4 Testes examinati in causa criminali, an probent in ciuili? Negatur *ex text. in l. vlt. vers. sancimus C. de testib.* Bich. *decis.* 220. *num.* 21. Secus si agatur de eadem re, & inter easdem personas, Ferrentill. ad Buratt. *decis.* 118. *num.* 15. Declara vt procedat quando testes fuerunt examinati parte citata, aliter si pro informatione Curiæ sine partis citatione, Ferrentill. *vbi sup.* Bich. *decis.* 243. *num.* 19.

5 Deficiente præfixione termini ad probandum, an citatio ad videndum iurare testes, an debeat esse cum certa die, ne sit vaga, & incerta, & inducatur perpetua seruitus, seu necessitas qualibet die comparendi, cum iuramentum præstari debeat intra terminum probatorium, vt pluries Rota penes Bich. *decis.* 48. *num.* 9. At stylus est in contrarium quando in iudicijs summarijs, & executiuis decernitur, quod capiatur summaria informatio parte citata, nam terminus non præfigitur, vt vsus inualuit.

ANNOTATIO XXXII.

De Publicatione.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. An sit de substantia processus, & an eius omissio vitiet sententiam, vel examen testium. An testes non publicati probent. Et an possint publicari coram alio Iudice, qui illos non recepit. An possit omitti de consensu partium. Quomodo sit facienda. An possit fieri per Iudicem, cui commissum fuit examen. An possit reuocari. An post publicationem possint recipi testes. Et quid si non fuerint didigita testificata. Quibus in causis non requiratur, & alia de eius effectu.

§. II. De repulsa. Notatur, quando post publicationem detur repulsa contra personas testium. Quomodo sit proponenda repulsa in personas testium. An repulsans possit vti pro se testibus. De termino repulsæ. Quibus in causis detur repulsa; & in quibus negetur. Quomodo articuletur ad repulsam. Quomodo repulsentur testes quoad dicta. An possit quis vti teste repulsato. Quomodo succurratur minori, vel impedito elapso termino ad repulsam.

§. III. De declaratione circa vsum. Quomodo sit facienda, à quibus, intra quem terminum. Quomodo sit facienda ad finem puniendi vtentem falsis scripturis. Et à quo Iudice sit puniendus Reus, qui est diuersi fori in hoc casu. Et alia.

SVMMARIVM.

1 Publicatio an sit de substantia processus. Et an possit appellari à denegata petita publicatione, num. 2.

3 Publicationis defectus quando inducat nullitatem sententiæ, & num. 4.

5 Testes non publicati an probent, & coram quo Iudice, vsque ad num. 11. Et an testes non publicati coram vno Iudice possint publicari coram alio, num. 12.

13 Publicatio potest omitti de consensu partium, etiam tacito. De effectu publicationis num. 14.

15 Publicatio non fit coram examinatore delegato.

16 Ad publicandum citantur partes, & quomodo. Et an publicatio possit fieri ad instantiam tertij, num. 17.

18 Publicatio an possit reuocari per eundem Iudicem tacitè, vel expressè. Et an possint post illam recipi testes, num. 19. Et an requiratur publicatio, quando testes fuerunt recepti vtraque parte præsente, num. 20.

21 Publicatio an requiratur in causa Iuris patronatus, vel Matrimonij, num. 22.

23 Publicatis attestationibus quomodo possit opponi contra testes.

24 Publicatio solum, an scientia impediat receptionem testium; & quid in dubio, an scientia præsumatur.

25 Publicationem petens an possit producere alios testes. Publicatio an fiat in causa Sancti Officij, num. 26. Et quid in alia causa criminali, remissiuè num. 27. Et an possit fieri die feriato, num. 29.

28 Post publicationem relicto petitorio potest rediri ad possessorium.

ANNOTATIO XXXII.

§. I.

Ad Text. in cap. præsentium, de testib.

IN *hoc Cap.* pluries fit mentio de publicatione attestationum, cuius occasione nos etiam aliqua notabimus practicabiliora de publicatione, quæ materia licet sparsim, tamen reperitur communiter apud DD. tam Canouistas, quam Ciuilistas, apud Butr. *in cap. fraternitatis*, ibidem Imol. Abb. & alios, Bonif. *in Clem.* 2. *de testib.* Bart. Bald. & alios *in l. gesta, C. de re iudic.* Marant. *in prax.* 6. *part. tit. de process. publicat.* Campanil. & Ricc. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neap.* 32. *in impress. apud Carauit.* eundem Carauit. *ad rit. M. C. V.* 72. 86. *&* 149. Farinac. *de testib. quæst.* 75. Gayl. *obseruat.* 105. *lib.* 1. Asin. *in prax. cap.* 10. *pagin. mihi* 81. Clar. *in prax.* §. *fin. quæst.* 61. Corrad. *in pract. rubr. de publicat. & conclus.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 33. Monticell. *in repert. testium, rub. publicari debent depositiones*, Gallup. *in prax. tit. de publicat. process. part.* 2. *cap.* 24.

Quid sit, quotuplex sit, & quæ requirantur ad formam, substantiam, & validitatem publicationis testium, vide remissimè apud Farinac. *de testib. quæst.* 75. *num.* 2. 3. *&* 4. vbi adducit omnes DD. de hac re tractantes; & quia res est parum necessaria in praxi, ibi me remitto.

Nota primò, publicationem non esse de substantia processus, adeo quod illius omissio non vitiat sententiam, ita Innoc. *in cap.* 1. *&* 4. *de re iudic.* vbi etiam Fel. *num.* 1. Bart. *in l. prolatam, num.* 5. *C. de sent ent. & interloc. omn. Iud.* Vant. *de nullit. tit. de nullitate sententiæ ex defectu processus, num.* 4. qui citat Guid. Pap. *quæst.* 588. Capyc. *decis.* 1. *n.* 31. & alios Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 33. hanc opinionem esse magis communem, & procedere non solum in ciuilibus, sed etiam in criminabibus, quoad processum defensiuum, secus quoad offensiuum, in quo publicatio est de substantia, testatur Iul. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 61. *in princ.* sequitur Farinac. *de testib. q.* 75. *n.* 5. *& seqq.* Oliua *ad rit. Cur. Archiep. Neapol. rit.* 32. *num.* 2. qui licet in principio videatur intricare loqui, tamen in fine concludit, quòd etiam si petita fuit publicatio, & denegata, adhuc sententia tenet, & imputabitur parti, quæ non appellauit, per opinionem Abb. *in cap. cum dilectus, nu.* 3. *de fid. instrum.* eamque defendit etiam Menoch. *cit. loc. num.* 2. *&* 3. Put. *decis.* 107. *lib.* 1. 1

Ex dictis collige dari appellationem à denegata petita publicatione, quòd intellige in causis ordinarijs, vt testatur Fel. *in cit. cap. l. & A. num.* 2. *de re iud.* & Vant. *loc. cit.* quos refert, & sequitur Menoch. *cit. loc. num.* 4. Secus autem est in causis summarijs, & arbitrarijs, in quibus non potest appellari à denegata publicatione, etiam quod fuerit petita; & ratio est, quia in causis arbitrarijs potest licita sperni publicatio, vt tenet Menoch. *cit. loc. num.* 5. contra Bart. & alios. 2

Limita, supradictam sententiam, quòd omissio publicationis non vitiet sententiam, non procedere quando 3

nec ipsi Iudici publicatus est processus, qui illo nondum viso sententiam protulerit, nam tunc sententia nulla est, vel saltim annullanda, vt post Ang. *in l. prolatam, C. de sent. & interloc. Iudic.* tenet Menoch. *cit. loc. n. 6.* ex quo lata est non visis actis, & sine causæ cognitione.

4 Declara supradicta, v. g. non esse nullam sententiam ex defectu publicationis, procedere quando sententia non est lata ex attestationibus testium non publicatis, quia in caso, in quo attestationes non publicatæ non probant, non potest ferri sententia ex dictis publicationibus absque nullitate. Et proinde videndum est quando testes non publicati probant, & quando non, &

5 primo constituenda est regula, quòd testes non publicati non probant, ita Bart. *in l. gesta, num. 3. C. de re iudic.* Iaf. *in l. 2. num. 20. C. de edend.* Imol. *in cap. fraternitatis, num. 13. vers. & aduerte, de testibus*, Felin. *in cit. cap. cum l. & A. num. 4. de re iud.* Farinac. qui plures citat *quæst. 75. num. 10. tract. de testib. qui num. 11.* dicit, quòd supradicta regula obseruatur etiam in Curia Romana, in qua testes examinati in diuersa causa, & diuersa instantia, si non sunt publicati, non probant, secus tamen est, si sunt examinati in eadem instantia, & coram eodem Iudice ex stylo prædictæ Curiæ.

6 Suprapositia regula posset libenter impugnari, si tantorum non esset DD. nam si publicatio, vt supra cum communi diximus, non est de substantia, licet sit de iustitia, vt docet Oliua *cit. loc.* sequitur, quòd illa deficiente, cum examen testium non deficiat in substantialibus probet, licet pars illam petens, si non audiatur, possit appellare, vt diximus, cum illa sit de iustitia, & is, cui denegatur iustitia, licitè appellet.

7 Et restringendo dicta per DD. in huiusmodi materia non reperitur alius casus, in quo asserant, quòd testes publicati non probent, nisi quando sumus in diuerso iudicio, ac diuersa instantia, & coram diuerso Iudice, *per text. in l. gesta, C. de re iudic.* vbi DD. quæ sententia licet attestetur pro magis communi, & recepta per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 33. num. 7.* attamen suos habet oppositores, contrarium defendentes sententiam, qui videri possunt, apud Farinac. *cit. loc. num. 12. & seq.* vbi ipse Farinac. in hanc sententiam contrariam videtur inclinare.

8 Sed quicquid sit de prædicta regula, certum est apud omnes, quòd quando sumus coram eodem Iudice, qui testes examinauit, vel examinari mandauit, quia illi dicuntur dicta testium semper publicata, ideò coram eo etiam si publicati non sint, probant, vt per opinionem Paul. de Castr. Bart. & aliorum probat Farinac. *cit. loc. num. 19.*

9 Supradicta procedunt tam coram Iudice ordinario, quàm coram Delegato, nam testes coram eo, etiam non publicati, probant ita Bald. *in d. l. gesta, num. 4.* Abb. *in cap. causam quæ il 1. num. 2. de testib.* Felin. *in cap. cum l. & A. num. 4. de re iud.* Viu. *opin. 932. num. 9.*

10 Obserua hic, quòd testes non publicati non solum probant coram primo Iudice, sed etiam coram secundo, & alio, coram quo per viam appellationis introducta est causa DD. *in cit. cap. causam quæ*, præsertim Abb. *num. 2.* & Fel. *num. 16.* Viu. *cit. opin. 932. num. 8.* Farinac. *cit. loc. num. 34.* qui citat ad hoc Bald. Castrens. Iaf. Ripam, & alios.

11 Item, testes senes, valetudinarij, & alij recepti ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam probant etiam non publicati; sicut etiam probant sine publicatione testes mortui, vel alias in longinquis partibus existentes, ita post alios refert Farinac. *cit. loc. num. 25. & 26.*

12 Quæritur, an testes non publicati coram vno Iudice possint publicari coram alio? Resp. ad hoc quæsitum multi negatiuè, nempè testes examinatos coram vno Iudice non posse publicari coram alio; pro hac opinione adducit rationes Bart. *in l. gesta, num. 3. in fin. C. de re iudic.* & ibidem voluerunt Iaf. Rip. & alij, Abb. & Fel. *in cap. causam quæ, de testib.* eaque habetur pro communi à Viu. *opin. 932. num. 6. & seq.* Sed contraria opinio est verior, & magis communis, nempè quod debeat publicatio fieri coram eo Iudice, coram quo probatio quæritur, tenet Farinac. *cit. loc. num. 15.* Verùm publicatio potest fieri à Iudice successore, & subrogato, vt tenet ipsemet Bart. *in d. l. gesta, num. 3.* vt benè aduertit Farinac. *n. 22.* quorum opinio intelligitur quando secundus Iudex per viam subrogationis, vel appellationis succedit in iurisdictionem primi Iudicis, secus in Iudice omnino diuerso, & in bis terminis videntur loqui DD. huius opinionis. Coram enim Iudice omnino diuerso, & independente, in casu quo testes examinati coram alio Iudice ob non publicationem non probarent, potest pars illos iterum producere, & examinare, Bald. *in d. l. gesta, num. 4.* & alij.

Publicatio potest remitti de consensu partium, est commune, tenent DD. *in cap. causam quæ, de testib. il 1.* præsertim Butr. *col. 2. vers. puto quicquid*, Imol. *col. 2. vers. Dominus tamen*, Fel. *num. 14. in fin.* quòd intellige non solum de consensu expresso, sed etiam tacito inducto, quando ab illius omissione non appellatur, vt diximus supra. 13

Publicatio fit elapso termino probatorio, prævia partis instantia, cuius effectus est, quòd post publicationem possunt partes liberè recipere copiam examinis testium, & ab illa recipiunt maius robur testium attestationes, vt habetur *in l. gesta*, vbi Bald. & alij, *C. de re iudic.* & Bart. *in l. solam, C. de testib.* & per publicationem dicitur seruari ordo iudiciarius, quia illa est de ordine iudicij, ita Bart. *in l. prolatam, C. de sentent.* de bis effectibus vide Marant. *in prax. 6. part. tit. de processus publicat. in prin.* vbi refert quomodo in Regno fit publicatio, & Carauit. *ad rit. M. C. V. 72. num. 3.* 14

Obserua, quòd Delegatus, cui commissa fuit testium receptio, & examinatio non potest illos publicare, sed debet examen clausum remittere ad Iudicem delegantem, coram quo deinde fit publicatio, ita Bart. *in l. cum ab initio, circa fin. ff. quemod. test. aper.* & seruatur in praxi. 15

Obserua secundò, quòd ad publicationem debet omnino pars aduersa citari, si non est præsens, vt aduertit Campanil. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neapolit. 32. num. 9.* apud Carauit. quæ citatio duplici modo fit in Curijs Ecclesiasticis; vno modo, antequam fiat ipsa publicatio citatur aduersarius ad publicandum, qui si aliquod releuans non adducit in contrarium fit publicatio, quæ adhuc notificatur, & hic est verus, & legitimus modus procedendi; alio modo fit sine citatione ad publicandum fieri publicatio, qua facta notificatur aduersario, & hic modus non est vndique laudabilis. 16

Obserua tertiò, quòd publicatio non potest fieri ad instantia tertij comparentis in causa pro suo interesse, *cap. constitutus, de testib.* Rom. *singul. suis, vers. tertius comparens*, Cauens. *ad rit. M. C. V. 80. num. 7.* & quid possit facere tertius comparens pro suo interesse, vide Bart. *ind. si pro luforio, ff. de appell.* Abb. *in cap. cum super, n. 28. de sent. & re iud.* & Socc. *reg. 235.* de quo inferius dicam annotatione particulari. 17

Obserua quartò, quòd publicatio cum sit Interlocutoria, potest per eundem Iudicem reuocari, non solum expressè, sed etiam tacitè admittendo post illum, alias testium attestationes, ita Card. *in Clem. 2. in 2. opposit. de testib.* quem sequitur Cauens. *cit. loc. num. 6.* qui asserunt hanc reuocationem inducere iustam causam appellandi, sed hoc verum est inter Canonistas, quando continet grauamen irreparabilem per sententiam diffinitiuam, iuxta terminos Sac. Conc. Trid. 18

Obserua quintò, quòd post publicationem in causa vlterius regulariter non recipiuntur testes, per dispositionem *cap. de testib. in fin. cap. intimauit, & cap. fraternitatis, in princ. de testib.* latè Abb. *in d. cap. fraternitatis, col. 5. vers. sed circa prædicta*; hæc regula plures habet ampliationes, & limitationes, quas omnes inuenies, apud Farinac. *de testib. quæst. 75. cap. 4. per tot.* 19

Non requiritur publicatio, quando testes sunt recepti vtraque parte præsente, sed solum quando sunt recepti in secreto, ita docet Marant. *in prax. 6. part. tit. de processus publicat. num. 7.* per opinionem Bald. & Specul. per eum adduct. 20

In causa iurispatronatus requiritur publicatio processus de iustitia, licet non de substantia, & omissio illius est contra ius litigatoris, non autem contra substantiam iudicij, & proinde processus non vitiatur imputatur 21

petu-

petenti illam, si non appellauit, ita tenet Lamber. *de iurepatronat.* 13. *art.* 10. *q. princ.* 2 *part. lib.* 2.

22 Requiritur etiam publicatio in causa Matrimonij, quando agitur de illud dissoluendo, ita Monticel. *in reper. testium, rubr. publicari debent deposit. &c. fol.* 181. *col.* 2. *vers. antepenult.* quem refert, & sequitur Farinac. *de testib. q.* 75. *num.* 16.

23 Aduerte, quòd ante publicationem non possunt impugnari testes, nec eorum dicta, ita Bart. *in extrauagant. ad reprimen. in verbo, & figura*, quem sequitur Baiard. ad Clar. *in prax.* §. *fin. q.* 49. *num.* 8. sed objici in personas testium non potest publicatis attestationibus, nisi objiciens iuret, quod ad objiciendum non mouetur ex malitia, & dummodo protestatus id sit ante publicationem, & ostendat, quod post publicationem didicerit, quod objicit in personas, ita expressè deciditur *in hoc text. cap. præsentium*.

24 Quæstio est in hac materia, an sola publicatio impediat receptionem testium, vel an requiratur etiam scientia testificationum, in qua quæstione DD. diuisi sunt pro vtraque parte, vt videre est apud Farinac. *quæst.* 75. *cap.* 4. *cit.* inter quos videtur illa æquior sententia, quòd requiratur etiam cognitio testificatorum; ex quo, si sumus in dubio de scientia testificatorum, tunc sola publicatio impedit alios testes produci, quia in dubio præsumitur didicisse, vnde requireretur probatio, quod non didicerit, ita Grat. *discept. for. cap.* 158. *num.* 21.

25 Obserua sextò, quòd petens publicationem in causa censetur renunciare productioni aliorum testium, quia si vellet alios producere, non peteret publicare, ita Bart. *in auth. at qui semel, num.* 17. *in fin. C. de probat.* Surd. *cons.* 176. *lib.* 2. & proinde non potest alios testes producere, Grat. *cit. loc. num.* 20.

26 Obserua septimò, quòd in causa Sanctæ Fidei non fit publicatio, ne inquisitus notitiam habeat nominum testium, & accusatoris, quæ nunquam sunt edenda inquisito, *cap. statuimus*, §. *iubemus*, *de hæret. in* 6. docet Genuens. *in prax. cap.* 84. *vers. quintò loco*, ita seruari de consuetudine quicquid sit de iure, refert Farinac. *de hæres. cap.* 188. §. 1. *num.* 12. *qui num.* 8. dicit, quòd non solum non sunt publicanda inquisito, in tali causa nomina testium, & accusatoris, sed nec etiam circumstantiæ depositionis eorum, quibus idem inquisitus possit deuenire in cognitionem dictorum testium, vt cauetur in Constitut. Pij IV. edita anno 1561. incip. *cum sicut*.

27 De publicatione in causis criminalibus, & quando post publicationem in dictis causis non possint recipi testes ad offensam, latè vide apud Iul. Clar. §. *fin. quæst.* 61. *per tot.* vbi etiam Baiard.

28 Obserua vltimò, quòd agens in iudicio potest post publicationem relicto petitorio redire ad possessorium; similiter potest præsentare instrumenta, confessiones, & probationes, ita Specul. *lib.* 2. *tit. de petitor. possess. & spoliat.* §. 1. *num.* 21.

29 Publicatio facta die feriato non vitiat processus; & ratio est, quia si omissio publicationis non vitiat processum, ergo multo minus si facta die feriato, ita docet Marant. *in prax. part.* 6. *tit. de process. publication. num.* 4. Verùm licet non vitiet processum operatur tamen, vt pars, contra quam est facta publicatio, non impediatur testes examinare, cum publicatio dicatur nulliter facta, dummodo pars prædicta non didicerit testificata, ita Cauallit. *ad rit. M. C. V. rit.* 72. *num. vlt.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio post factas probationes, an sit de substantia iudicij, scilicet verbalis publicatio, vel de facto.*

2 *Publicatio an impediat testium examen, vel potius quod didicita sint testificata sine publicatione in causa?*

3 *Aduocatus, vel Procurator si vidit examen an censeantur didicita testificata. Quid si pars iuret nihil scire.*

4 *Testes quando sunt nulliter recepti, an possint repeti didicitis testificatis?*

5 *Petens publicationem testium, vel non contradicens, an sibi præiudicet productioni testium.*

6 *Publicatio in causis summarijs, quid operetur.*

SEcundum iuris communis ordinem iudiciarium in 1
causis ordinarijs post probationem testium deuenitur ad publicationem, quæ præuia citatione alterius partis regulariter necessaria est, quando stylus illius necessitatem non tollit, & hæc ad instantiam eius, cuius interest processum compleri, atque causam expediri, fit cum decreto Iudicis, quamuis enim non sit de substantia iudicij, nihilominus seruari solet, & est de stylo, Rouit. *in prag.* 11. *de ord. iudic. & prag.* 77. *de offic. S. Consil.* Farinac. *de testib. quæst.* 75. & etiam sine formalitate verbalis publicationis sit de facto, si didicita testificata, Luca *de iudic. disc.* 34.

Publicatio testium an impediat productionem testium, 2
vel potius quod sint didicita testificata sine publicatione testium. Resolutiuè dic, vt licet publicatio non sit facta, si pars didicit dicta testium, non admittitur ad vlterius probandum, *Auth. atqui semel C. de probat.* vbi ad impediendum examen considerantur didicita testificata, non publicatio, vt aduertit ibi glos. *verb. productio*, & probat latè Farinac. *quæst.* 79. *num.* 88. *de testib.*

Sola enim publicatio non impedit aliorum testium productionem, si non sunt didicita testificata per suos, vel alterius partis testes, Surd. *decis.* 153. *n.* 2. Farinac. *ex n.* 324. Vnde quantumuis testes sint publicati, si pars non didicit, non nocebit publicatio, Fontanell. *decis.* 102. *n.* 13.

Nobilior quæstio est, si Aduocatus, vel Procurator vide- 3
tit testificata, an impediatur examen aliorum testium? Affirmandum videtur ex text. *in* §. *quia verò Auth. de testib.* ibi: *Si verò deducens quidem testes, editionem nondum acceperit, neque ipse, neque aliquis Aduocatorum eius*, ita firmant Farinac. *vbi sup. num.* 49. Surd. *decis.* 153. *num.* 4. Fab. *in C. de testib. defin.* 17. *num.* 4. & ita seruari in Cathalonia testatur Fontanell. *vbi sup. n.* 24.

An parti prodesset iurare, quòd quamuis Aduocatus habuerit communicationem, nihilominus ipsa nihil sciuit de dictis testium? Et purgari per iuramentum quamcumque præsumptionem, quæ esset contra partem attestatur Surd. *decis.* 153. *num.* 19. licet id neget *in cons.* 176. *num.* 9. ita Fontanell. *vbi sup. num.* 25.

Traditio Summarij dictorum per testes facta procuratori in Curia Romana ob probitatem procuratorum, quod non importet publicationem de stylo Curiæ testatur Seraph. *decis.* 688. *num.* 2. Ludouis. *decis.* 499. *num.* 4. Merlin. *decis.* 881. *num.* 6. vbi subditur, decisiones, quæ in contrarium allegari possent, loqui quando dicta testium originalia fuere scrutata ab ipsomet principali, & quando concurrerent præsumptiones calumniæ, vrgeretque magna suspicio subornationis. Et distinguendo inter simplicem traditionem summarij, & publicationem originalis processus, Rota relata in *decis.* 329. *part.* 11. *recent. n.* 8. *&* 9.

Testes nulliter recepti repeti possunt post didicita testi- 4
ficata, Thesaur. *decis.* 28. Farin. Viu. & alij, quos refert, & sequitur Fontanell. *vbi sup. num.* 28. *& de pact. nupt. clauf.* 4. *glos.* 18. *part.* 4. *num.* 115. videnda tamen erit decisio Senatus Pedemont. penes Thesaur. *vbi sup.*

Petens publicationem testium, vel non contradicens, 5
an sibi præiudicet in examine aliorum testium? Fontanel. *d. decis.* 102. distinguit inter petentem, & inter non contradicentem, vt primo casu sibi præiudicet, nisi priuilegiata persona sit, quæ possit restitui ad pinguius probandum. Aliter simpliciter non contradicens, & quod ita intrepidè practicetur.

In causis summarijs, in quibus non datur terminus, sed 6
decernitur, quod *capiatur informatio*, publicatio deseruit loco facultatis ad dicendum Guid. Pap. *decis.* 369. Galiupp. *in prax. part.* 2. *cap.* 27. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Requisita ad repulsam in personas testium, & num.2.3.& 4.*
5 *Protestans contra testes non potest illis vti pro se, nisi addiderit in protestatione, quatenus contra.*
6 *Repulsæ terminus debet esse breuis, & alia multa de hoc termino.*
7 *Repulsa datur in causa attentatorum, & in causa petitionis alimentorum, num.9.*
10 *Repulsa an detur in iudicio possessorio, & quotuplex dicatur possessorium in hoc casu; Et an in causa institutionis, num.11. Et quid in possessorio summarissimo, num.12.*
13 *Repulsa denegatur calumniosè petenti. Et quid in dubio, num.14.*
15 *Repulsa quando admittatur in causa legitimationis personæ. Et quando in causa appellationis, num.16. Quid post conclusum in causa, num.17.*
18 *Repulsare quando quis possit testem à se approbatum, & per solam descriptionem in citatione dicitur approbasse. Et an quis possit producere testem, contra quem est protestatus velle repulsare, num.25.*
19 *Repulsa denegatur Fisco. Et quid de parte adherente. Et quando denegatur Reo. Et quando admittitur post publicationem, num.20.*
21 *Clausula*, non animo iniuriandi, *apposita in articulis repulsæ quid operetur.*
22 *Repulsa datur contra testes inductos ad repulsam.*
23 *Repulsa testium quoad dicta modus.*
24 *Minor an restituatur in integrum ad petendam repulsam.*
26 *Repulsari an possit testis approbatus in alio iudicio. Et an Iudex ex officio possit testem repulsare, n.27.*
28 *Repulsa potest fieri quandocunque quando repulsans fuit in termino impeditus facto Iudicis, vel partis.*
29 *Repulsa nunquam potest denegari quando euidens est defectus ex inspectione depositionis testis. Causas repulsæ, & defensionis testium, vide remissiuè. num.31.*
38 *Repulsa non datur quando agitur ex remedijs possessorijs Capitulorum Regni.*

ANNOTATIO XXXII.

§. II.

CAsus huius *Text.cap.præsentium, de testib.* quem obseruamus, est, videlicet. Post publicationem non potest quis in personas testium obijcere, nisi in casu, quo ante publicationem protestatus fuerit velle obijcere, vel si protestatus non fuerit, iuret ad hoc non procedere ex malitia; vel probatus fuerit oppositiones didicisse post publicationem. Et in casu, quo quis protestatus est velle obijcere contra personas testium post publicationem, si testes pro protestante dixerint, illi non iuuant, quia tota vis huius text. est posita in publicatione merito annotauimus §.præcedenti, aliqua de publicatione; in §. verò præsenti dicemus aliqua de repulsa testium, de qua est casus huius text. de ea materia tractant hic Canonistæ *in cap. præsentium, de testib. in 6.* & Ciuilistæ *in l. si quis testium, C. de testibus,* Afflict. *in constit. si ciuiliter agens, col.penult.& decis.* 351. Marant. *in prax. 6.p. rubr. Actorum æditio fieri solet, tit. de test. & quæ quotue sint ad eius vsum necessaria, &c.* Carauit. *ad rit. M.C.*73. Oliua, Campan. & Ricc. *ad rit. Cur. Archiepisc.Neap.* 33. idem Ricc. *collect.*10. *part.* 1. *& collect.* 834. *part.* 4. Farinac. *de testib. q.*62. *limit. princ.*9. Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap. vlt. à num.*32. & alij, Gallup. *in prax. tit. de repulsa testium, p.*2.*cap.*26. adest particularis Tractatus Doctissimi Iul.Cæsar.Imbriani, & pro maiori intelligentia pręmittendum est.

1 Primò, quòd repulsa fit duobus modis, vno modo contra dicta testium, & altero modo contra personas eorundem, de hoc secundo modo loquitur propriè hic text. ad quam repulsam necessario debent concurrere requisita, de quibus in eodem text. primò, quòd qui repulsam petit post publicationem protestatus sit ante publicationem quandocunque velle repulsare testes; vnde curiales in citatione ad videndum iuramenta testium, replicant hoc modo, *Protestatur contra testes numero, &c. & dicenda per eos quatenus contra, saluo iure repulsæ.* Hæc protestatio requiritur, quando testis potest repulsari ex defectu in fauorem repulsantis inducto, qui per consensum tolli potest, vt est exceptio inimicitiæ, & domesticitatis, secus si potest repulsari non ex defectu introducto in fauorem tacentis, sed in odium ipsius testis, vt est exceptio excommunicationis, & banni, ita intelligit hunc text. Bald. *in l. si quis testib. num.*13. *de testib.* Item, requiritur hæc protestatio, quando testes recipiuntur contra præsentem, nam si recipiuntur contra absentem, quia absens non videtur consentire, non est necessaria, ita Bald. *cit. loc. & in l. laudabile, C. de aduoc. diuers. Iudic.* post glos. ibidem.

Secundum requisitum, quo concurrente, datur repulsa contra personas testium post publicationem, etiam si ante illam repulsans non sit protestatus, est quando quis probat, quod post publicationem notitiam habuit de defectibus, & exceptionibus contra personas testium, quæ probatio potest fieri per iuramentum repulsantis, alias difficile potest id probari, ita aduertit glos. *in eodem cap. præsentium, in ver. didiceris,* vbi etiam Abb. *num.*5. 2

Tertium requisitum, quo potest concedi repulsa, quando petens illam non est protestatus ante publicationem, est, quòd petens repulsam iuret se non petere illam ex malitia, alias non est concedenda, quod iuramentum exigendum est etiam ab illo, qui alias in eadem causa iurauit de calumnia, ita Abb. *in hoc cap. præsentium num.*11.

Secundò, præmittendum est, quòd quando proponitur repulsa in personas testium non sufficit allegare crimina in genere dicendo testes esse criminosos, malæ vitæ, & similia; sed est necesse, quod opponantur crimina in specie, puta, quod patrarunt tale furtum, & tale delictum, ita docet Bart. *in l. testium, §. lege Iul. ff. de testibus, & in l.*1. *in fin. C. de testib.* Bald. *in auth. si dicatur, in fin. C. de testib.* & habemus *in cap. præsentium, §. testes, de testib. in 6.* in illis verbis, *Facta sigillatim specificatione criminum, & aliorum obiectorum,* cætera exempla vide apud Marant. *in praxi 6. part. rubr. actorum æditio fieri solet, tit. de testibus, & quæ quotue sint ad eius vsum necessaria, &c. num.*3. 4

His præmissis; nota primò, quòd protestans, vt supra contra testes, & allegans velle illos reprobare, non potest illis vti pro se quatenus in eorum dictis reperiretur aliquid ad sui fauorem; & ratio est, quia sic protestans videtur declarare se nolle fidem adhibere prædictis testibus, ita expresè deciditur *in hoc cap. præsentium, in fin.* & aduertunt communiter DD. quod tamen non procedit quando protestans in protestatione addiderit illa verba, *quatenus contra,* vt descripsimus supra; quia tunc si testes aliquid dixerint in fauorem protestantis illi proderint, ita docet Oliua *ad rit. Cur. Archiepiscop. Neap.*33. *num.* 1. *in fin.* qui refert tres formas huius protestationis, inter quas hanc dicit ipsum seruasse, v. g. *Protestor contra testes, & eorum dicta, quos, & quæ intendo repulsare, quatenus contra me deposuerint, & facient, & non aliter,* quæ parum differt ab illa, quæ adducta est supra, & seruant hodie nostri Curiales. Et an protestans possit renunciare tali protestationi, & sic vti depositione testium in sui fauorem, diuersimodè loquuntur DD. vide materiam fusè tractatam per Abb. *in hoc cap. num.*12. & Fel. *num.* 15. qui videtur sentire, quòd si protestans non processit ad actum reprobationis, sed protestationi renunciauit ante testium depositionem, potest illorum depositione vti pro se, secundum opinionem Ioan. Andr. Imol. *& alior.* illis etiam dicit posse vti, quando non est protestatus formiter, sed tantùm dixit, saluis exceptionibus in dictis, & personis, & vltimò *num.*17. testatur, quòd sine quis protestetur contra personas, siue contra dicta, in vtroque casu non potest illis vti ad sui fauorem, ita Fel. contra Abb. antiquum. 5

Terminus ad repulsam debet esse breuis, ita dicunt communiter Canonistæ per opinionem Ioan. And. *in cap. licet, il* 3. *de testib. post num.*3. qui cum non sit determinatus, relinquitur arbitrio Iudicis in Curijs Ecclesiasticis, in sæcularibus in Regno est mediatas primi termini, iuxta dispositionem Prag. incip. *Cursu dilationum,* quæ determina- 6

minatio non contradicit dispositioni Canonicæ, meritò illa vtuntur etiam Ecclesiastici in Regno. Conceditur etiam terminus ad repulsam repulsæ, & non vltra, ne lites diutius protrahi contingat, iuxta text. *cap. licèt, il* 3. *de testib.* & hic terminus ad replsam repulsæ non solet excedere medietatem termini concessi ad repulsam, vt refert Campanil. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neap.* 33. *num.* 7. Terminus datus ad repulsam debet concedi vtrique parti, vt seruatur in praxi; & ratio est, quia terminus debet esse communis, immò etiam quòd vna pars sit exclusa à termino, si datur alteri, talis terminus est communis, *l. petenda, in fin. C. de temp. in integr. restit. l. per hanc, & l. fin. C. de appellat.* Bart. *in l.* 1. §. *nunciat. ff. de noui oper. nunciat.* Affl. *in const. obscuritatem, quæst.* 11. *num.* 15. & inter laicos, adest ritus M. C. V. 73. Aduertendum, quòd repulsa est odiosa, & restringenda, & ideò termini, & dilationes in ea cum magna causæ consideratione conceduntur, vt dicit Abb. *in cap. licet dilectus, in fin. de testib.* Marant. *in prax. part.* 6. *actu* 13. *num.* 7. Hinc ritus prædictus Vicariæ in fine statuit, quòd in causa repulsæ testes debeant infra ipsum terminum iurare, & examinari, alias vlterius non recipiuntur, nisi ex iusta causa, quæ dispositio potest etiam seruari in Curia Ecclesiastica, vbi non est particularis stylus contrarius, quia continet maximam æquitatem. Hinc etiam est, quòd terminus prædictus currit de momento ad momentum, glos. & DD. *in l.* 3. §. *minorem, ff. de minorib. & in l. qua ætate, ff. de testib.* ea ratione, quia odia sunt restringenda *cit. iurib.*

7 Nota secundò, repulsam dari in causa attentatorum, voluerunt Afflict. *decis.* 351. *num.* 9. *&* 10. vbi Vrsill. *in addit. num.* 1. *& post num.* 4. Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 21. & Grauat. ad eundem Vestr. *lib.* 5. *cap. vlt. num.* 35. Menoch. *de arbitr. quæst.* 32. *num.* 9. Lancell. *de attent. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 120. Ricc. *collect. decis. collect.* 10. *part.* 1.

8 Item, quando filius petit alimenta à patre, vel in bonis paternis, & ad hunc finem probare intendit filiationem, tunc etiam admittitur repulsa, & si iudicium summarium sit, tenet Menoch. *loc. cit. n.* 10. cum Zuccard. per eum adducto; sed contraria opinio, quòd hoc in casu non detur repulsa, tenuerunt Roman. & Cur. iun. quos refert Menoch. *cit. loc.* & sequitur Vrsill. ad Afflict. *decis.* 351. *num.* 1. & hæc secunda opinio videtur verior ex rationibus inferius deducendis.

9 Nota tertiò, quòd repulsa denegatur in multis casibus, & primò in causis summarijs, Fel. *in cap. veniens, num.* 28. *de testibus*, Afflict. *decis. cit. num.* 2. Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap. vlt. num. fin.* Capyc. *decis.* 55. *num.* 3. hoc tamen intellige cum Menoch. *de arbitr. quæst.* 32. *nrm.* 6. in causis summarijs, in quibus non plena, sed leuis, & apparens probatio sufficit; in his enim iudicijs non admittitur repulsa; sed si iudicia summaria requirerent plenam, vel semiplenam probationem admitteretur repulsa, ita Menoch. *cit. loc.* sed melius distingue cum Bart. *in extra-*
10 *uag. ad reprimendum, in verbo summariè.* Iudicium summarium dicitur duplici modo; primo modo, dicitur summarium quatenus est præparatorium alterius iudicij, & & in hoc casu non admittitur repulsa, & eo magis, quia hoc præiudicium repulsæ, quòd omittitur in hoc iudicio præparatorio est reparabile in iudicio præparato; secundo modo dicitur iudicium summarium ex natura causæ, & quia cum illo finitur causa, & præiudicium repulsæ omissæ non est reparabile in causa appellationis, iuxta ea, quæ dicit Abb. *in cap.* 1. *de except. & in cap. cum I. & A. de re iudic.* meritò debet in illo admitti repulsa, ita distinguendo Lamber. *de iure patr. lib.* 2. *princip. quæst.* 11. *num.* 3. probat in causa institutionis dari repulsam, & hanc distinctionem secuti sunt etiam Vrsill. ad Afflict. *cit. decis.* 351. *num.* 1. *in fin.* & Menoch. *cit. quæst.* 32. *num.* 11. *vers. accedit.*

11 In possessorijs verò summarijs omninò denegatur non solùm repulsa, sed etiam restitutio in integrum, vt cum Capyc. & alijs probat Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 203. *num.* 3. *part.* 1. hinc si partes contendant de possessione, & ambabus prætendentibus se possidere, Iudex deuenit ad possessionis sequestrationem ad euitanda scandala, in tali possessorio non datur repulsa, ita Capyc. *decis.* 13. *&* 15. quem sequitur Vrsill. ad Afflict. *cit. decis.* 351. *num.* 2. Verùm hæc intellige procedere tantùm in hoc iudicio possessorij summarijssimi; nam in alio possessorio summario benè admittitur repulsa, ita Zuccard. *in l. fin. num.* 300. *&* 303. *C. de edict. diui Adrian. toll.* Menoch. *cit. quæst.* 32. *num.* 6. Denegatur etiam repulsa in iudicio manutentionis, ita Ricc. *collect.* 834. *part.* 4.

Secundò, denegatur repulsa quando apparet illam peti calumniosè, ita Afflict. *cit. decis.* 351. *num.* 6. *in fin. &* 7. Menoch. *de arbitr. cit. quæst.* 32. *num.* 2. *& seqq.* vbi cum Bald. monet Iudices, illorum partes esse veras hominum malitiam, & calumnias, etiam à iuris tramite deuiando amputare; quæ opinio adeò vera est, vt licèt in causa attentatorum admittatur repulsam, vt diximus supra, tamen ratione malitiæ, & calumniæ denegatur, ita ampliat Menoch. *cit. loc.* prædictam sententiam, Carauit. *ad rit. M. C. V.* 73. *num.* 6. qui intrepidè asserit, quòd quando repulsa petitur ad differendum, potius, quàm ad causam defendendam, est omninò deneganda. 13

An autem possit admitti repulsa, in casu dubio, vel quando non clarè apparet de calumnia, sed præsumptiuè, Menoch. *cit. loc. num.* 5. defendit in causis arbitrarijs, in dubio Iudicem posse admittere, & reijcere repulsam, vt illi conuenientius videbitur, Carauit. verò *cit. rit.* 73. *num.* 7. in his terminis dicit, quòd Iudex potest aliquem excludere ab exceptione, vel petitione quando malitia est adeò clara, vt excipiens eam vix poterit denegare, per *l. qui sententiam, in fin. ff. de pen.* Sed propter præsumptam calumniam tantùm, non debet à iuris tramite deuiare, per *Cap. licèt causam, de probation.* & hæc secunda opinio est securior. 14

Tertiò, denegatur repulsa, quando in iudicio fuerunt inducti testes pro legitimatione personæ, quòd intellige, quando de legitimatione prædicta agitur incidenter in iudicio ordinario, vt tenet Afflict. *cit. decis.* 351. *num.* 3. quòd si agitur de legitimatione personæ principaliter, vt est in remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* & tunc admittitur repulsa, etiam si iudicium summarium sit, ita Alex. & Ias. *in l. à Diuo Pio*, §. *super rebus, ff. de re iud. num.* 2. Similiter admittitur repulsa, quando agitur de legitimatione personæ ad effectum impediendi executionem sententiæ, vt solet esse, quando tertius comparet in iudicio pro suo interesse, ita Menoch. *cit. quæst.* 32. *num.* 7. 15

Quartò denegatur repulsa in causa appellationis, ita deciditur in *decis.* 266. Afflict. vbi Vrsill. sequitur Garz. Mastrill. *decis.* 97. *num.* 2. qui alios citat, quòd intellige de testibus examinatis in alia instantia, nam examinati in eadem instantia appellationis possunt repulsari, vt declarat Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap. vlt. num.* 32. quòd etiam intellige, vt denegetur in hoc casu repulsa, quoad personas testium, secus tamen est de repulsa, quoad caput falsæ depositionis, in quo casu etiam in causa appellationis debet admitti repulsa, vt aduertit Grauat *cit. loc.* & Vrsill. *num.* 1. qui adducit etiam rationem, quam refert etiam Garz. Mastril. *cit. loc. num.* 4. Vlterius admittitur repulsa in causa appellationis, quando pars proposuit capita repulsæ in prima instantia, sed non probauit, vel quando impedita fuit repulsare in prima instantia, ita refert Ricc. *in collect.* 834. *part.* 4. *vers. limita secundo, & vers. limita tertiò, ex decis. Thesaur.* 259. *& sing. Ann.* 442. quos allegat. Vltimò admitteretur repulsa in causa appellationis, quando ita Consuetudo disponeret, tenuit Guid. Pap. *decis.* 550. secuti sunt Vrsill. *ad cit. decis.* 266. *num.* 1. & Ricc. *cit. collect.* 834. *vers. limita quartò.* 16

Quintò, denegatur repulsa post conclusum in causa, docet Grauat. ad Vestr. *in cap. vltimo, lib.* 5. *num.* 35. Capyc. *decis.* 158. quem adducit Ricc. *cit. collect.* 834. *vers. cessat septimò.* 17

Sextò, non potest quis repulsare testem à se approbatum, quia illo vsus est, per text. *in l. si quis testibus, C. de testib.* quia producens testem pro se, non potest illum reprobare, ita aduertit Ricc. *cit. collect.* 834. *in princ. part.* 4. quòd procedit non solùm quando quis inducit testem ad iurandum, & deponendum pro se, sed etiam quando illum tantùm descripsit in citatione testium ad eius instantiam expeditam, ita voluit Bald. *in l.* 1. §. *bestias, ff. de postulat. & in l. data opera, C. qui accus. non poss.* Gram. *dec.* 34. *num.* 11. Hieron. Campanil. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neap.* 33. *num.* 6. qui opinionem comprobat auctoritate 18

ritate multorum suorum antenatorum, sed hæc de repulsa quoad personam, secus quoad dicta, Carauit. *in rit.* 73. *num.* 5. *ad fin.* vel ex causa nouiter orta, Foll. *loc. infra cit. num.* 14.

19 Septimò, denegatur repulsa Fisco, licèt parti illi adhærenti concedatur, tenet Paris. de Put. *tract. de Sindic.* quem refert, & sequitur Scaglion. *ad rit. M.C.V. rit.* 276. *num.* 3. Immò nec ipsi Reo in criminalibus conceditur repulsa in aliquibus casibus; primò in crimine læsæ Maiestatis, ita Bart. *in l. in quæstionibus, ff. ad leg. Iul. Maiest.* Paris. *de Sindicat. in verbo condemnatio*, §. *an potestas*, *num.* 13. Secundò, nec datur in causa blasphemiæ, quæ æquiparatur læsæ Maiestatis, ita Carauit. *in cit. rit.* 73. *num.* 5. Tertiò, nec in crimine hæresis, & assassinij; & ratio est, quia in his criminibus admittuntur testes infames, minores, & aliter inhabiles, & eorum dicta faciunt legitimum inditium, vt post alios concludit Foll. *in prax. crimin. rub. concedatur repulsa*, *num.* 5. excipe tamen in his casibus, repulsam ex causa inimicitiæ, quæ in illis adhuc admittitur, vt aduertit Carauit. *cit. loc.* dummodò inimicitia sit grauis, §. *si verò odiosus*, *in auth. de testib.* Gramm. *decis.* 7. & dummodò allegetur, & probetur in specie, quia aliàs in genere probata non sufficeret, docet Bald. *in cap. constitutus*, *de rescript.* Imol. *in cap. Rainutius*, *de testam.* Gram. *decis.* 86. *num.* 4. & sufficit probare inimicitiam præsumptam, ita Foll. *cit. loc. num.* 19. post Bart. Abb. Romanum, & alios per eum adductos.

20 In criminalibus admittitur Reus ad repulsam post publicationem, etiam si ante publicationem non fuerit protestatus, iuxta text. *huius cap. præsentium*, ita tenet Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 49. *num.* 40. contra Foller. *in prax. crim. in verbo concedatur repulsa*, *num.* 18. qui dicit quòd Reus quando citatur ad videndum iurare testes, debet protestari contra testes, & eorum dicta. Opinio Baiard. est verior, & fundatur ratione; certum est enim quòd repulsa est defensio, docet Grauat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap. vlt. num.* 33. per text. *in Clem. sæpè*, §. *non sit*, vbi glos. *de verb. signif.* sed in criminalibus nemo potest renunciare defensionibus suis, vt latè per Boss. *tit. de opposit. contr. test. num.* 8. & 9. ergo, &c.

21 Aduertendum est, quòd quando articulatur ad repulsam, debet apponi protestatio illa, non animo iurandi, &c. de qua per Foll. *cit. loc. num.* 22. & tenuit Bart. *in l. eum, ff. de iniurijs*, cuius effectus est, quòd si articuli non probantur, articulans excusatur à calumnia, & actione iniuriarum, ita Bart. *in d. l. eum*, Roman. *in l. fin. ff. quòd quisque iur.* Boer. *decis.* 245. *num.* 8. hoc intelligendo quando articuli fuerunt admissi, quia si non fuerunt admissi, articulans etiam excusaretur à calumnia, & actione prædicta, vt obseruat Boer. *cit. decis. num.* 7. vide materiam latius tractatam per Carauit. *ad rit. M.C.V.* 73. *num.* 10. vbi refert quid inter laicos in Regno.

22 Nota etiam, quòd licèt non admittantur articuli ijdem, vel de directo contrarij articulis partis aduersæ, vt habetur in *Cap. fraternitatis*, *iuncta glos. de testibus*, id tamen non procedit in repulsa, quia si aliquis repulsat testes à me productos; possum ego repulsare testes repulsatorios, & approbare meos per eosdem articulos, vel de directo contrarios, secundum Capyc. *decis.* 62.

23 Nota tertiò, quòd testes repulsantur, quoad dicta hoc modo, si aduersarius probauit mutasse mihi centum Capuæ, vel in criminalibus me occidisse Titium tali die, possum probare ad repulsam dicta ipsorum testium, quòd eram absens tota ea die, & sic probando negatiuam coarctatam loco, & tempore concluditur repulsa, hunc modum repulsandi quoad dicta, & alios ponit Salyc. *in l. si quis testib. C. de testib.* & Capye. *decis.* 62.

24 An minor, qui omisit petere repulsam, restituatur in integrum ad eam petendam, controuersum est inter DD. nam Cappell. Tholos. *decis.* 53. voluit, quòd non restituatur, Boer. verò *decis.* 745. *num.* 7. tenet, quòd restituatur quando causa minoris perderetur ex defectu repulsæ non petitæ; hæc secunda opinio est æquitati vicinior, & in praxi seruatur, quam videtur etiam approbasse, Franch. *decis.* 421. vbi dicit, quòd in causa repulsæ minor restituitur ad pinguius probandum refert Ricc. *collect.* 10. *part.* 1.

Nota quartò, quòd testis quem quis est protestatus velle repulsare ante publicationem, iuxta terminos huius cap. potest re integra, renunciata protestatione, pro protestante deponere; immò intelligitur recessum eo ipso à protestatione, quando protestans pro se producit testem, vel examinari fecit, ita Boer. *decis.* 245. *num.* 6. & hic casus est diuersus ab illo, de quo *supra in princ. huius* §. ibi enim est casus, quando testis, contra quem est facta protestatio fuit inductus contra protestantem, sed in depositione dixit aliquid pro illo. 25

Nota quintò, quòd quando quis in vno iudicio repulsauit testem tamquam inhabilem, non potest illo vti in alio iudicio, nisi inhabilitas dependeret à potestate partis, ita docet Fel. *in hoc cap. præsentium*, *num.* 9. *vers. quid autem*, vbi latè de hac materia, quando testis fuit approbatus, vel reprobatus in vno iudicio, an possit approbari, vel reprobari in alio, tractat etiam Marant. *in praxi* 6. *part.* 13. *actu*, *num.* 10. vbi dicit, quòd licèt producens testem pro se non possit illum repulsare, etiam in alia causa, id tamen fallit, quando vult illum reprobare ex superuenienti causa, & noua, nota post productionem, vel quoad dicta quando probare intendit, quod falsum deposuit. 26


Nota sextò, quòd Iudex potest ex officio testes repulsare, si ipsi constet de inhabilitate illorum, quando inhabilitas est inducta in odium testium tantùm, vt quia sunt excommunicati, ebrij, vel furiosi, quando verò inhabilitas non solùm est inducta in odium testium, sed etiam in fauorem partis aduersæ obijcientis repulsam, tunc non potest ex officio illos repulsare, puta quando sunt inimici familiares, & similes, ita post multos docet Ricc. *in annot. ad rit.* 33. *Cur. Archiepisc. Neap. in impress. apud Carauit.* Farinac. *de testib. cap.* 62. *num.* 193. 27

Nota septimò, quòd impeditus facto Iudicis repulsare testes, si sit elapsus terminus, & quandocumque potest intra producere ad probandam repulsam, ita Fel. *in hoc cap. præsentium*, *num.* 3. quem sequitur Menoch. *de arbitr. cas.* 239. *num.* 4. idque extende, & multò magis quando fuit impeditus facto partis aduersæ, idem dicendum si quis facto Iudicis fuisset impeditus protestare contra testes ante publicationem, ita Fel. *in hoc cap. præsentium*, *num.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 239. *num.* 4. 28

Nota octauò, quòd non potest denegari repulsa testium, quoad eorum dicta, quando defectus ex illorum depositionis inspectione apparens est, licèt essemus in casu, in quo aliàs non daretur repulsa, nam euidens, & clara reprobationis causa reijci non debet, ita Menoch. *de arbitr. quæst.* 32. *num.* 10. *in fin.* sequitur Farinac. *de testib. quæst.* 62. *num. vlt.* idque extende etiam si quis non fuerit protestatus ante publicationem, iuxta terminos huius *Cap. præsentium*, nam ad repulsandum testes quoad dicta, nihil est, quod id impediat, Bart. *in auth. si dicatur*, *in fin. C. de testib.* Farinac. *de testib. quæst.* 62. *num.* 185. 29

Denegatur etiam repulsa, quando agitur ex remedijs possessorijs Capitulorum Regni, ita docet Ann. *allegat.* 84. *num.* 10. quem refert, & sequitur Gallup. *in prax. Sac. Cons. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 7. 30

Causa, pro quibus testes possunt repulsari, vide apud Afflict. *in constit. mores dissoluta*, & latius apud Farin. *de testib. tit. de opposit. contra personas testium*, & *tit. de opposit. contra dicta testium*; Et è conuerso causas, & modos, quibus possunt defendi personæ, & dicta testium contra repulsam, vide apud Farinac. *decis. Rota Romana* 249. 31



OBSER-

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Obiectiones contra testes sunt incidentia odiosa.*
2 *In causis summarijs non potest peti repulsa, & summaria distinguuntur.*
3 *Testes non repulsati in prima instantia, an repulsentur in secunda?*
4 *Species repulsæ est declaranda.*
5 *Minor an restituatur in termino repulsæ?*

1 Obiectiones contra testes sunt incidentia non fauorabilia, sed odiosa, & termino elapso nullo modo ad repulsam admittuntur testes, Reg. Latro *consult.* 115. *num.* 7.

2 In causis, & iudicijs summarijs an possit peti repulsa? Disputat fusè Ventrig. *à num.* 8. Distinguendum autem erit. Aut agitur in iudicio summario, quod potest reparari in petitorio, & tunc non petitur repulsa, vel in causa filiationis ad finem obtinendi alimenta, secus ad finem succedendi, Capyc. *decis.* 55. Consil. D. Altimar. *in tract. de nullit. rubr.* 13. *quæst.* 53. *num.* 25. *& seqq.*

3 Testes non repulsati in prima instantia, an possint repeti in secunda instantia? Negandum videtur ex Afflict. *decis.* 266. vbi secus si petita fuerit repulsa in prima instantia, & illa fuerit denegata, Consil. D. Altim. *vbi supra*, latè edisserens.

4 Petens repulsam cogitur ad instantiam partis declarare speciem repulsæ, an contra personas, vel contra dicta testium, siue ex causa subornationis, & falsitatis, Bald. *in l. ab Anastasio in fin. C. mand.* Gallupp. *vbi sup. part.* 2. *cap.* 28. *num.* 26.

5 Minor an restituatur in termino repulsæ, vel aduersus eam non petitam? tractat Ventrigl. *num.* 24. & pro affirmatiua opinione laudat de Franch. *decis.* 421. vbi ego *in obseru.* vbi dissidentes, Rouit. & de Marin. *lib.* 2. *resol.* 298. & alios recenseo.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio circa vsum petita an sit necessario facienda; & an possit fieri sponte.*
2 *Declaratio circa vsum est facienda simpliciter, quando fit ad instantiam partis, secus quando sponte, nec potest fieri dicendo, volo vti testium depositionibus in talibus verbis,* num. 3. *potest tamen dici, volo vti scripturis, vel depositionibus, præter quam in tali parte,* num. 4.
5 *Declarationem facere debenti est concedendus terminus ad deliberandum, si illum petat; & in criminalibus quando est facienda.*
6 *Declarans circa vsum quomodo possit se, & testes liberare à pœna falsi,* & num. 7. & 8. *vbi quando possit renunciari huic declarationi.*
9 *Clericus falsum deponens coram Laico ab Ecclesiastico puniatur.*

ANNOTATIO XXXII.
§. III.

Tangunt etiam in hoc *Cap. præsentium* DD. materiam declarationis circa vsum, occasione illius quæstionis, an producens testem falsum, possit puniri, si declarauerit nolle illius depositione vti, cuius occasione dicendum duxi aliqua breuiter de eadem declaratione, de qua etiam per Bart. & alios *in l. Diuus, la 2. ff. ad leg. Cornel. de fals.* per Gabr. *concl.* 7. *tit. de criminal.* vbi latè, per Muscatell. *in prax. tit. de declarat. circa vsum, part.* 2. *cap.* 25. Thor. *in compend. decis. verb. declaratio circa vsum*, Marant. *in prax. tit. de incidenti criminal. fol.* 442. Afflict. *decis.* 189. Ricc. *collect. decis.* 298. *part.* 2. & *collect.* 409. Muscatel. *in prax. part. instit. part.* 6. *glos. termino repulsæ*, Afflict. & ibi Add. *decis.* 229. Capyc. *decis.* 5. & 25. Gallup. *in prax. part.* 2. *cap.* 25. quoad laicos huius Regni Neapolit. adest *Pragmat.* 1. *de falsis*, ad quam Rouit. hæc declaratio petitur in Curijs Ecclesiasticis, vt videmus passim in hoc Regno, iuxta terminos iuris communis, & solet peti post publicationem, & ad hoc.

Nota primò, quòd is, à quo petitur hæc declaratio circa vsum, tenetur omninò eam facere, ita Bart. *in d. l. Diuus*, quem sequitur Gallup. *cit. loc. num.* 1. pro qua habenda, necesse est, vt præcedat partis instantia, ita Ricc. *cit. collect.* 298. potest tamen fieri spontè, & non coactè ad partis instantiam, vt habetur ex dictis per Gabriel. *cit. concl.* 7. *num.* 8. tamen inter laicos procedit omninò opinio Ricc. vt debeat præcedere partis instantia, ita aduertunt Rouit. *ad dictam prag. num.* 4. & Gallup. *cit. loc. num.* 5. 1

Nota secundò, quòd declarans circa vsum, si declarat ad partis instantiam, tenetur declarationem facere purè, & simpliciter, nec eam potest facere sub conditione, vnde non potest dicere, *Declaro velle vti scripturis, &c. vel testium depositionibus, quatenus vera sunt*, ita probat de iure, & multò fortius vigore dictæ Pragmaticæ, Afflict. *decis. prædicta* 189. *per tot.* & refert Thor. *compend. decis. verb. declaratio circa vsum*, potest tamen fieri conditionaliter, quando fit spontè, & non ad partis instantiam, vt distinguit Afflict. *cit. decis. num.* 3. & tenet etiam Gabr. *cit. conclus.* 7. *num.* 8. 2

Amplia supradicta, vt declarans ad partis instantiam, non possit dicere, *Volo vti testium depositionibus in talibus verbis, vel in tali loco*, & hoc ratione iuramenti, quòd est indiuiduum, vt affirmat Bald. *in cap. causam, de off. deleg. & cons.* 10. *vol.* 1. Oltrad. *cons.* 37. Cæpoll. *cautel.* 53. quibus adhæret Vrsil. ad Afflict. *cit. decis.* 198. *num.* 1. vbi *num.* 2. testatur, quòd stante statuto, quod quis teneatur simpliciter respondere, quòd responsio debet esse simplica; & secundum hanc opinionem testatur pluries fuisset decisum. 3

Limita tamen supradicta, vt declaratio circa vsum possit fieri hoc modo, videlicet, *Volo vti scripturis, vel testium depositionibus in omnibus, præterquam in tali, & tali parte scripturæ, vel depositionis*, ita refert Ricc. *in collect.* 298. *part.* 2. decisum apud Surd. *decis.* 16. & hæc limitatio non facit contra supradicta de indiuiduitate iuramenti. 4

Nota tertiò, quòd est concedendus terminus competens per Iudicem petenti illum, ad finem deliberandi quomodo declarare habeat circa vsum, docet Marant. *in prax.* 6. *part. act.* 8. *num.* 39. decisum apud Vin. *decis.* 71. refert Ricc. *collect.* 298. 2. *part.* vbi etiam dicit, quòd producenti instrumentum, vel testem suspectum de falso, potest assignari terminus præcisè ad respondendum, quo elapso, cogatur respondere affirmatiuè, vel negatiuè. Verùm in criminalibus producens testes non potest cogi ad faciendam declarationem circa vsum ante terminum datum Reo ad defendendum, Ann. *alleg.* 2. quem adducit Ricc. *cit. loc.* & faciunt dicta per Felin. *in hoc cap. præsentium, num.* 12. 5

Nota quartò, inueniri in hac materia duas cautelas, de quibus apud Vrsill. *ad cit. decis.* 189. Afflict. *num.* 3. & 4. Prima est, quòd ad finem vt declarans teneatur de falso, petens declarationem debeat protestare declarationem petere ad finem redarguendi partem, & testes de falso. Secunda cautela est, vt ad finem liberandi testes, quibus non vult vti, à falsitate, & causam ipsam à suspicione falsitatis; declarans dicat, *Nolo vti talibus testibus, quia non expediunt, siue non sunt necessarij in causa*, supradicta licèt iuridica sint, tamen Praxis eis non vtitur; nam protestatio, de qua in prima cautela non solet apponi, & proceditur ad pœnam falsi contra declarantem, etiam sine illa; & quoad secundam cautelam videmus declarationes circa vsum sine illa. 6

Nota quintò, quòd declarans circa vsum, si dixit nolle vti instrumento, vel testium depositionibus, liberatur à pœna falsi, si quod est, ab illa tamen pœna, quæ datur contra vtentem falsa depositione, vel scriptura, non tamen ab illa, quæ datur contra fabricantem falsum instrumentum, 7

mentum, si ipse est declarans, qui fabricauit falsitatem, docet Abb. *in hoc cap. præsentium, num.* 10. DD. *in l. si falsos, C. de fals.* sed in hoc, inter seculares seruatur Pragm. prædicta, in quibus terminis multa adducit Gallup. *in prax. supra cit. loc. à num. 7. ad fin.*

8 Nota sextò, quòd huic declarationi circa vsum factæ potest re integra renunciari, & renuncians euitabit pœnam falsi, cum declaratione notata *not. ab. præced.* id enim nulla lege prohibetur; inter sæculares verò in hoc Regno debet renunciari prædicto vsui infra octo dies à die publicationis in causa, ad finem euitandi pœnam, seruata forma citatæ Pragmaticæ, aduertunt Marant, *in prax. part. 6. 12. actu, infra num.* 3. Anna *alleg. 2. num.* 11. Gallup. *cit. loc. num. 7.*

9 In his terminis notant DD. quòd si Clericus falsum deposuit coram Iudice laico, non ab illo, sed ab Ecclesiastico debet puniri, cùm laicus Iudex non possit imponere manum in Clericum, nec etiam de mandato sui Episcopi, *cap. si diligenti, de for. comp.* notat Marant. *cit. loc. num.* 5. vbi *num.* 6. notat, quòd si è conuerso laicus falsum deponat coram Iudice Ecclesiastico, potest puniri per ipsum Ecclesiasticum, non tamen priuatiuè quoad sæcularem, sed dari præuentionem, ad hæc multa Thor. *in compend. decis. vers. Iudex laicus*, Valasc. *decis.* 33.

Vlterius notatur in hac materia, quòd si fuerint inquisiti testes de falsitate, vel principalis, tunc regulariter loquendo supersedendum est in causa ciuili, quando totum ius litigantis in illa falsitate consistit, ita Ant. Fab. *decis. 1. tit. quando ciu. art. crim. praiud.* secus quando vtraque causa posset de per se stare, ita *decis. Auen.* 10. quam refert, & sequitur Gallup. *in prax. Sac. Cons. part. 2. cap. 25. num.* 54. vbi refert quid seruetur in Regno inter seculares.

Aduerte ad eandem materiam, quòd ad hoc vt falsitas sit punibilis in teste, vel in ipso instruente, licèt non sequatur effectus, duo necessariò requiruntur, Primum, quòd effectus sit nociuus actu, vel potentia, Angel. *de malefic. in verb. falsario, vers. quare quod, num.* 3. Secundum requisitum est, quòd effectus sit deductus ad actum proximum, & illo tunc determinatum ad effectum, adeo quòd locus non sit pœnitentiæ, Catal. *tract. de indult. cap. 38. num. 68. vers. sextum speciale*, faciunt adducta per Anton. Fab. *decis. fin. C. de pæn.* Hinc est, quòd quando hæc duo concurrunt in depositione falsa, est punibilis, licèt non sequatur effectus, notat Gallup. *in prax. Sac. Cons. part. 2. cap. 25. num. 27. & seqq.*

ratione officij non teneatur, quo casu regula videtur negatiua pro facti circunstantijs, tamen pro iudicis arbitrio limitari solita, iuxta varios Tribunalium stylos, quibus est deferendum.

Nimium autem raræ in Curia Romana sunt huiuscemodi disputationes, tum ob Curialium integritatem, & præsertim in Rota, & in alijs maioribus Tribunalibus, quòd scilicet abhorreri solent hæc calumniosa subterfugia, tum quia nimium exosum est in ore qualificatorum Curialium hoc nomen criminalitatis in genere. 2

Magis autem quia Rotæ stylus est pro eius arbitrio reijciendi has instantias, quoties non accedat magnus fumus suspicatis falsitatis, quo casu reputari solet calumniosa, Rota *decis. 336. num. 17. part. 13. rec.* Et illa admissa adhuc admittatur in respondente, vel in declarante facultas dicendi *velle vti donec de contrario doceatur*, seu vehementes suspiciones indicentur, Card. de Luca *de iudic. discurs.* 36.

Additur quæstio, an legitima sit responsio, quòd aliquis vult vti aliquibus testibus quoad certos articulos, & quoad alios certos non? Et Bal. *in cap. cum dilectus 3. col. de consuetud.* negat ob indiuiduitatem iuramenti, & firmat Gratian. *discept. 749. num.* 10. 3

E contrario *Senatus Mantuanus* affirmat, scilicet posse fieri declarationem in parte, seu partibus fauorabilibus, teste Surd. *decis.* 16. & sequitur Fontanell. *decis.* 291. *num.* 16. aiens, quòd ipse non dubitaret admittere hanc declarationem cum clausula, quòd *in definitiua habebitur ea ratio, qua de iure habenda erit*, & tunc ista declaratione admissa incumberet Aduersario probare falsitatem, vt ea probata, tunc examinaretur quæstio, an testis falsus in vno, sit falsus in omnibus, & quòd testes examinati super diuersis articulis licèt in vno falsum deposuerint, & possit pars vti illis iuxta decisionem Surdi, vt iudicatum refert Thor. *verb. testes examinati super diuersis part.* 3.

Confutatur Surdus per Gratianum vbi supra *num.* 11. & Hodiern. *in add.* qui præsupponit in casu Surdi deposuisse testem extra articulum, quo casu non dicitur iuratus.

Praxis seruat declarationem circa vsum fieri debere, non protestatiuè, non reseruatiuè, non implicitè, non confusè, non restrictiuè, sed simpliciter, clarè, & generaliter declarando vti testibus omnibus, articulis omnibus, depositionibus omnibus, scripturis omnibus, vt Muscatell. *in prax. part. 6. glos. terminus num.* 7. vide per me tradita *in decis.* 183. de Franch. & in Gratian. *vbi sup.*

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Declarationis circa vsum res tangitur.*
2 *In Curia Romana rara est hæc praxis, & quæ in Rota Romana.*
3 *Declaratio circa vsum qualiter debeat fieri.*

1 Pars cuius interest causam expediri, concipere solet citationem ad sententiam. Hinc altera pars, quæ pro consueto more Possessorum, & Reorum timendo condemnationem, subterfugijs, & dilationibus studens, confugere solet ad quasdam cautelas, hanc præsertim petendi scilicet ab altera parte declarationem circa vsum testium, & scripturarum, an habere velit pro bonis, & veris, ac legalibus ad finem illa redarguendi de falso.

Cautela hæc vt plurimum esse solet captiosa. Vel quia aliquæ timoratæ conscientiæ personæ nolunt se exponere querelis criminalibus. Vel quia super modo faciendi longarum disputationum apparatus assumi solent, vtrum ea fieri debeat purè, & præcisè, vel fieri soleat sub aliqua conditione, vel præseruatiua.

Prout etiam circa scripturas, super quibus hæc declaratio facienda sit, necnè. An scilicet quis teneatur eam facere super proprijs libris, vel memorialibus priuatis, & domesticis, ad quorum confectionem, & exhibitionem

ANNOTATIO XXXIII.
De Conclusione.

ARGVMENTVM.

Notatur quid sit, vnde dicatur. Et an sit de substantia processus. An conclusione facta possint recipi testes, vel præsentari scripturæ, vel reuocari attentata, & de alijs eius effectibus. Et quid si fuerit reuocata. Et quibus modis possit reuocari expressè, vel tacitè. Quomodo inducatur tacita conclusio. Et an habeat vim citationis ad sententiam. Et quomodo fiat conclusio. Et alia multa.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio quæ sit, & vnde dicatur. Et an sit de substantia, vel ordine iudicij, num. 2. Et in quibus causis non fiat conclusio, num. 3. Quomodo fiat, num. 4.*
5 *Conclusione facta testes examinari non possunt. Fallit regula in multis casibus hic positis. Et an possint repeti, num. 6.*
7 *Conclusione facta non præsentantur scripturæ. Fallit in multis casibus, vsque ad num. 13.*

14 Con-

14 *Conclusio operatur in ea instantia, in qua facta est.*
15 *Conclusione facta non reuocantur attentata. Fallit in certis casibus, ibid.*
16 *Conclusionis alij effectus.*
17 *Conclusio reuocata non producit effectus. Et quando in reuocatione pars condemnetur in expensis, nu.18. Et terminus ad concludendum quando debeat prorogari, num.19.*
20 *Conclusione facta, qui actus fieri possint.*
21 *Conclusio potest expressè, & tacitè reuocari. Et quibus modis reuocetur tacitè. Et an censeatur reuocata per admissionem nouorum iurium cum clausula,* sine præiudicio conclusionis, *num.22.*
23 *Conclusio tacita an inducatur per lapsum termini.*
24 *Conclusa causa in petitorio, an possit intentari remedium possessorium.*
25 *Conclusio in causa quando habeat vim citationis ad sententiam.*
26 *Conclusio in causa non sufficit ad euitandam desertionem.*
27 *Conclusio quomodo fiat. Et an post conclusionem detur commissio in Signatura, num. 28.*

ANNOTATIO XXXIII.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. cum dilectus, de fide instrument.

TRactant hic communiter Canonistæ materiam conclusionis in causa, & cum glos. *in cap. significauerunt, de testib.* Ciuilistæ *in l. admonendi, de iureiur.* licet apud eos non inueniatur nomen conclusionis, sed renunciationis, ita Bald. *in cap. cum in iure, de offic. deleg.* Asin. *in prax. iudic. §. 23. cap. 1.* Marant. *in prax. part. 6. 15. actu*, Menoch. *de arbit. quæst.35.* Carauit. *ad Rit. M. C. V. 75. & ad Rit. 238. & 239.* Scaglion. *ad Ritum eiusdem Cur.236.* Oliua Campanil. & Ricc. *ad Rit. Cur. Archiepisc. Neap. 32.* idem Ricc. *collect. decis. 85. part. 1. & collect. 1034. part. 4.* Gallup. *in prax. part. 2. cap. 27. de conclus. in caus.* Lancellot. *de attent. 3. part. cap. 23. n. 49. & seqq.* & alij. Dicam pauca ad vsum Curiarum Ecclesiasticarum.

1 Nota primò, quòd concludere in causa, est finem probationibus imponere, & quam primum ad sententiam deuenire, ita Asin. *in proximo cit. loc. §. 23. cap. 1.* & facta conclusione patent Iudici merita causæ, docet Menoch. *cit. loc. num. 1.* Carauita verò *cit. Rit. 75. num. 3.* dicit conclusionem esse renunciationem, quæ fit omnibus alijs probationibus. Conclusionem sic dici quasi concludat, & finem ponat probationibus, testatur Gallup. *cit. 27. n. 1.*

2 Nota secundò, quòd in foro Ecclesiastico conclusio est de substantia in causis profanis, & ordinarijs, seu plenarijs, & si in dictis iudicijs omitteretur, omissio induceret nullitatem, secus tamen est in causis summarijs, vel in foro sæculari, in quibus conclusio non est de substantia, secundum DD. *in hoc cap. cum dilectus*, præsertim Felin. *n. 33.* Vant. *de nullitat. ex defect. process. num. 45.* Grauat. ad Vestr. *lib. 7. cap. 1. num. 30.* Hinc potest constitui regula, quòd in foro Ecclesiastico non solum coram Iudice, sed etiam coram Arbitris regulariter in omnibus causis est facienda conclusio, vt litibus aliquando finis imponatur, vt per hunc text. determinat Menoch. *cit. quæst. 95. num. 8.* & Campanil. *ad Rit. Cur. Archiep. Neap. 32. num. 10.* contra Abb. *ibi relatum*, vbi pluribus comprobat conclusionem in causa de consuetudine esse omnino faciendam, tamen omissam, rem non vitiare, & hæc est verior opinio, cum per *cap. quoniam contra, de probat.* videatur potius de ordine iudicij, quàm de substantia.

3 Fallit tamen proposita regula, & non est necessaria conclusio in multis causis. Et primò in causis summarijs, vt dictum est supra, & consuluerunt Alex. *cons. 84. sub num. 12. lib. 4.* vbi generalius loquens dicit conclusionem non requiri in illis causis, in quibus proceditur sine figura iudicij, Roman. *cons. 175.* Soc. Sen. *cons. 190. in fin. lib. 2.* id etiam procedit in causis, in quibus Iudex procedit ex suo arbitrio, secundum dicta per Menoch. *de arbitr. quæst. 35. num. 10.* Secundò, non fit conclusio in causa, seu, vt melius dicam, conclusio in causa non impedit præsentationem scripturarum de nouo sine culpa, & malitia repertarum, ita Felin. *in hoc cap. cum dilectus, num. 16.* DD. *in cit. l. admonendi, de iureiur.* præsertim Bart. *num. 9.* ab hoc casu non solum debet abesse culpa, & malitia, sed etiam negligentia, nisi essent scripturæ alicuius pupilli, vel Ecclesiæ, quibus in hoc negligentia administratorum nocere non debet, vt notauit Felin. *cit. loc. num. 18. vers. quinto limita*, Roman. *in d. l. admonendi*, Asin. *cit. loc. num. 3.* sequitur Menoch. *vbi supra, num. 13.* de his inferius dicemus latius, quando possint scripturæ præsentari post conclusum in causa. Tertiò, non fit conclusio in causis beneficialibus, habetur ex *Clement. sæpè, de verb. signific.* & specialiter in causis Iurispatronatus, vt docet Lambert. *de Iurepatr. 2. art. 11. quæst. princ. 2. part. 2. lib. 4.* In causis criminalibus nec fit conclusio in causa, ita Iul. Clar. *§. fin. quæst. 61. vers. fin.* Baiard. ad eundem *eod. §. q. 49. num. 42.*

4 Nota tertiò, quòd inter Laicos Regnicolas in eorum Curijs solet dici, quòd conclusio fit ipso iure per Pragm. incip. *cursu dilationum*, vt notat Marant. *in prax. 6. part. actu 15. num. 1.* cuius contrarium seruat Praxis. Sed quicquid sit inter Laicos, in Curijs Ecclesiasticis debet præcedere partis instantia, & ante ipsam conclusionem, vel citatur aduersarius ad concludendum, vel illi notificatur ipsa instantia, in qua petitur conclusio, docet Vestr. *in prax. lib. 7. cap. 1. post num. 11.* testatur practicari Campanil. *ad Rit. Cur. Archiepiscop. Neap. 32. num. 11.* & hoc modo dicitur conclusionem fieri per Iudicis interlocutoriam, iuxta glos. *in Clement. sæpè, in vers. conclusione, de verbor. signific.* Secundò modo dicitur fieri conclusio per expressam renunciationem, quam faciunt partes omnibus probationibus, ita Felin. *in hoc cap. cum dilectus, n. 27.* Tertiò modo per lapsum termini à Statuto præfixi ad probandum, ita Bald. *in l. si accusatoribus in fin. C. de accusat.* Roman. *cons. 176.* Quartò modo per commissionem factam de causa consilio sapientis decidenda ex voluntate partium, ita Card. *cons. 23.* Felin. *in hoc cap. num. 30.* Nota ad hæc, quòd quocumque modo fiat conclusio, requiritur de necessitate consensus Iudicis, vt probat Felin. *cit. loc. num. 31.* qui necessariò vel habeat causam pro conclusa, vel super hoc interponat decretum, Rot. *in Hispalen. Capellaniæ 28. Aprilis 1586. coram D. Bubalo.*

5 Nota quartò, conclusionem nullos producere effectus. Et primus est, quòd post conclusum in causa testes examinari non possunt; conclusio enim est terminus exclusiuus productionis testium, ad *text. in auth. de testib. §. quia verò, in princ.* vbi glos. *in verb. concluserint, & in verb. concludente*, Imol. *in cap. fraternitatis, num. 13. in fin. de testib.* Hæc non procedunt in testibus de nouo repertis, quos Iudex admittere potest post conclusionem, causa tamen cognita, fuisse de nouo repertos, text. est in *cap. pastoralis, de except.* Ias. *in cit. l. admonendi, num. 50. & 54.* Gayll. *obseru. 107. lib. 1.* Bart. *in auth. atqui semel, num. 12. C. de probat.* qui dicit, quòd post conclusum in causa possunt recipi testes, quos per ignorantiam pars non potuit ante producere. Secundò non procedunt in causa matrimoniali, in qua post conclusum in causa possunt etiam recipi testes, & in hoc æquiparatur causæ criminali, ita Alex. *in l. 3. num. 1. & seq. ff. de iureiur.* Gayll. *cit. obseru. 107. n. 12. lib. 1.* in qua non fit conclusio, vt diximus supra, & testes possunt recipi quandocumque, Boss. *tit. de public. process. n. 9.* Foller. *in pract. crim. in verb. & si confitebuntur, in 3. part. tertiæ partis principalis, num. 56.* & hæc est vera opinio, licet aliqui malè contradicant. Tertiò, post conclusionem Iudex ex officio potest recipere testes, etiam si ex tali receptione testium fundaretur partis intentio, ita probat Farinac. *de testib. q. 75. cap. 5 n. 266. & seqq.* contra nonnullos. Quartò, licitè recipiuntur testes post conclusionem, quando pars, contra quam producuntur, non se opposuit, ita Felin. *in cap. in causis, de testib.* Quintò, post conclusionem admittuntur testes ex magna æquitate, ita Menoch. *de arbit. quæst. 35. num. 22.* per opinionem Card. Barb. Guid. Pap. & aliorum apud eum. Hæc doctrina potest destruere totam illam machinã, idest quod post conclusum in causa non recipiuntur probationes, nisi prudens Iudex vtatur illa cum magna consideratione. Sextò, possunt, recipi testes post conculusum in causa,

caosa, quando tractatur de periculo animarum, ita Barb. cons.9. num.9. lib.1. Milli. in repert. verb. testes, num. 18. quos sequitur Monticell. rubr. de test. product. post conclus. in caus. fol.119. col.1. vers. 2. Septimò, nobiles, & legales personæ possunt examinari post conclusionem, vt tenet Monticell. cit. loc. & Farinac. de testib. quæst. 75. cap. 5. num.273. Octauò, per viam restitutionis in integrum possunt recipi testes post conclusionem, quæ restitutio datur non solum minori, sed etiam maiori ex iusta causa, Menooch. de arbitr. quæst. 35. num. 19. latè Farinac. de testib. q.75. cap.15. vbi ponit casus, in quibus conceditur hæc restitutio.

6 Suprapofita conclusio, quòd testes recipi non possint post conclusionem extenditur, vt nec etiam possint repeti loquendo in causa ciuili, quia in criminali non fit conclusio, vt annotauimus supra, ad boc vide Capyc. decis.35. in fin. de Franch. decis.716. num.9. Gallup. in prax. 2.part. cap.27. de conclus. in causa, num.4. qui dicit, quòd quando Iudex dubitat de depositionibus testium, potest ex officio illos repetere ad indagandam veritatem, per doctrinam Angel. cons.296. post num.3. & 4.

7 Non solum testes, sed nec etiam scripturæ possunt præsentari post conclusionem, vt probatur ex hoc cap. cum dilectus, & probat Oliua ad Rit. Archiep. Cur. Neapol. 32. num.6. & 7. firmat Ricc. collect.85. part.1. ex decis. Amat. Rot. March. 95. sed hæc conclusio limitatur in casibus, in quibus diximus supra posse recipi testes non obstante conclusione: nam in eisdem casibus possunt etiam recipi scripturæ; & quoad testes, & scripturas de nouo repertas, quas posse recipi post conclusionem affirmaui, dicendum est de hoc standum esse iuramento ipsius partis producentis, vt aduertit Ricc. collect.1034. in princ. part. 4. & vltra casus prædictos possunt recipi scripturæ post conclusum in causa, quando est facta conclusio cum reseruatione ad producendum scripturas, & tunc indifferenter possunt produci post hunc actum, immò dari terminum ad illas concomitandas tenet Afflict. decis. 271. & licet hæc reseruatio intelligatur in conclusione simpliciter facta, ex antiqua practica, vt testatur de Franch. decis. 631. sub vers. an verò, id tamen intelligitur in Regijs Tribunalibus; in Ecclesiasticis verò regulariter non præsentantur scripturæ post conclusionem, sed intimantur parti aduersæ, quæ si nihil releuans adduxerit in contrarium, admittuntur scripturæ ad probandum, vel saltem ad Iudicis instructionem, vide quid seruandum in hoc, vigore Regiæ Pragmat. Campanil. ad Rit. Cur. Archiepisc. Neap. 33. num.9.

8 Aduerte primò, quòd quando est facta conclusio cum reseruatione supradicta, recipiuntur scripturæ publicæ, & priuatæ, quæ de per se faciant aliquam fidem, vt docet Afflict. decis.272. n.2. post Angel. in l. scripturas, C. qui potier. in pign. habeant. Gallup. in prax. part.2. cap.27. nu. 9. qui exemplificat hanc scripturam priuatam facientem aliquam fidem in scriptura trino teste signata, iuxta dicta per Franch. decis.631. col.1. 2. & 3. & Vrsill. ad Afflict. cit. loc.

9 Aduerte secundò, quòd in termino supradicto dato ad concomitandum scripturas potest pars aduersa, contra quam illæ fuerunt præsentatæ in eodem termino impugnare, & probare contra scripturas præsentatas, est doctrina Hypp. singul.168. quem refert, & sequitur Gallup. cit. loc. num.18.

10 Aduerte tertiò, quòd si scripturæ præsentatæ in termino, post conclusionem impugnantur per partem aduersam, potest qui præsentauit dictas scripturas, petere etiam post conclusionem terminum ad concomitandum, & illi est concedendus, si scripturæ sunt publicæ, vel priuatæ, quæ de per se fidem faciant, alias si essent priuatæ, quæ de per se fidem non facerent, non esset concedendus dictus terminus, ita per opinionem Abb. in cap. quoniam contra, col.9. de probat. & aliorum firmat Prosp. Carauit. ad Rit. M. C. V. 238. num. 3. post Afflict. in decis.115.

11 Vlterius admittuntur ad præsentandum scripturas post conclusionem personæ priuilegiatæ à iure, vt sunt viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ, ex l.1. C. quando Imperat. inter vid. & pupill. idque in Regno mandari particulari Pragmatica inter laicos testatur Carauit. cit. loc. nu. 1. sed hoc intelligendum cum Felin. in præsenti cap. num. 18. per viam restitutionis in integrum,

12 Diximus recipiendas esse post conclusionem scripturas de nouo repertas, eadem ratione dicendum est esse recipiendas scripturas de nouo confectas, & stipulatas, probatur ex l. 1. §. vnde quæritur, ff. de oper. nunciat. tenet Felin. in hoc cap. cum dilectus, num.18. vers. sextò limita.

13 Recipiuntur etiam scripturæ post conclusionem de consensu partium non solum expresso, sed etiam tacito; & ita si pars, contra quam præsentantur scripturæ, sit præsens, & non contradicat, habetur in hoc casu pro consentiente, & valet productio scripturarum, & receptio, ita Abb. in cap. quoniam frequenter, de probat. Felin. in hoc cap. cum dilectus, num.17. Alia in hac materia quando possint recipi scripturæ post conclusum, vide apud Felin. in hoc cap. num.13. & seqq.

14 Nota quintò, quòd conclusio producit effectum prædictum, & alios, ac habet locum in ea instantia, in qua facta est, vnde facta in causa principali non extenditur ad causam appellationis, docet Innoc. in cap. cum venisset, n.3. vbi etiam Ioan. Andr. num.5. vers. renunciatio vero, Butr. num.4. vers. & hoc quoniam, Abb. num. 3. vers. hoc patet, Menoch. de arbitr. quæst. 35. num. 20. quòd declaratur procedere in conclusione generali, secus in conclusione facta in aliquo particulari articulo, quia tunc conclusio in illo articulo extenditur etiam in causa appellationis, ita Angel. in auth. de testib. §. quia verò, n. 24. quem refert, & sequitur Farinac. de testib. quæst. 85. cap. 5. num. 259. Lancellot. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 27. num. 14. & 3. part. cap. 23. num. 15. & 56. vbi dicit, quòd generale est, quod conclusio facta in causa principali non obstat in causa appellationis, quominus quis possit non deductum deducere, & non probatum probare, quod procedit, nisi de causa appellationis fuerit facta expressa mentio, ita Io. Baptista de Asin. in prax. iudic. §. 23. cap. 6. 13. limit. regula per eum posita, & aduertit Lancell. cit. loc.

15 Alius effectus, quem producit conclusio, est, vt post illam non possit peti reuocatio attentatorum, ita probatur ex dec. 4. aliàs 57. vt lit. pend. in nouis, & ex decis. 26. aliàs 307. de appellat. in antiq. & ex decis. Afflict. 352. n.3. tenuit Vant. de nullit. tit. quib. mod. null. prop. poss. n. 23. docet post multos Lancell. de attent. 3. part. cap. 23. n.41. & doctrina procedit in attentatis ante conclusionem, secus post, quæ, illa non obstante veniunt reuocanda, per decis. Afflict. 352. col. 2. vt refert Gallup. in prax. part. 2. cap. 27. num. 6. & tenuit Vestr. in prax. lib. 8. cap. 4. n. 15. prædictaque doctrina militat, etiam si petitio reuocationis attentatorum fieret post conclusionem vigore specialis commissionis, vt fuit decisum in vna Cæsaraugustana Archipresbyteratus coram D. Oradino die 27. Nouemb. 1556. Non tamen procedit sententia, quando petitioni reuocationis attentatorũ post conclusionem pars aduersa non se opposuit, quia valet reuocatio post conclusionem, quando pars non contradixit, & Iudex sciebat conclusionem: & in dubio præsumitur Iudicem habere notitiam conclusionis, ad latè tradita per Lancellot. de attent. cit. loc. n. 45. & seqq. Nec quando tacitè, & ab vna tantùm parte facta est conclusio per missionem citationis ad sententiam, quia tunc poterunt reuocari attentata non obstante tali conclusione, secus tamen quando verè est conclusum in causa ab vtraque parte, iuxta dicta per Lancellot. de attent. lib. 3. cap. 23. num. 49. vbi num. seqq. qui cætera ad hanc materiam coadunat, & signanter num. 59. refert opiniones asserentium post conclusionem posse Iudicem reuocare attentata ex officio. Verùm ipse inclinat in contrariam opinionem; & quod post conclusionem non possint reuocari attentata, procedit in illa instantia, secus in alia, Ludouis. decis. 251. num. 13.

16 Alios producit effectus conclusio, videlicet, post illam non potest emptor denunciare litem venditori, glos. in l. si rem, §. quolibet tempore, ff. de euict. Nec admittitur exceptio, quod accusator se non inscripserit, Bart. in l. is, qui reus, ff. de public. iudic. Nec tenetur reus respondere positionibus, Dom. in cap. 1. col. pen. de confess. in 6, & secundum Gallup. cit. loc. num. 6. Nec potest peti declaratio principalis, nec potest opponi exceptio excommunicationis, Card. in Clement. 1. in 1. opposit. de except. Nec potest peti deferri iuramentum, Bald. in l. in bona fidei, C. de iureiur. Nec iuratur de calumnia, glos. in cap. ex literis, de iureiuran. Nec allegatur Iudicis suspicio, Lap. in cap. Iudex,

Iudex, de offic. deleg. quòd posset limitari, quando noua superuenit causa, vt dicemus suo loco. Nec emendatur libellus; DD. in l. edita, C. de edend. Nec fit reconuentio, glos. in cap. 1. demut. pet. Nec dicitur venisse, qui venit post conclusum in causa, Bart. in l. si mater, §. eadem, in fin. ff. de except. rei iudic. Nec potest peti compromissum inter consanguineos, Bald. in l. 1. ff. de transact. Nec potest reuocari confessio, Dom. in cap. 2. col. vlt. de restit. in integr. in 6. Nec potest opponi exceptio peremptoria, glos. & Innocent. in cap. exceptionem, de except.

17 Sed aduerte primò, quòd conclusio reuocata non producit supradictos effectus, & alios, quos producit conclusio, quia post reuocationem conclusionis omnia ad libitum produci possunt, dummodo validè sit facta reuocatio, quæ tunc fieri potest, quando pars intendit noua iura producere, quæ faciunt benè ad iustitiam causæ, secundum dicta per Rot. in decis. 8. aliàs 757. de iudic. in antiq. Ricc. collect. decis. 1034. qui limitat. 9. dicit, quòd conclusio facta sine præcedente partis instantia habetur pro non facta, & allegat Rot. decis. 15. de iudic. in antiq. ad quod obserua, quòd prædicta decis. Rot. quæ est 5. in cit. loc. dicit Iudicem non posse conclusionem facere, nisi instante parte, aliàs datur appellatio, & hæc differunt à dictis Ricc. quia si non appellatur, remanet valida conclusio.

18 Aduerte secundò, quòd si conclusio est reuocata ad instantiam eius, qui illam procurauit, debet talis condemnari in expensis, in quibus pars aduersa est grauata, iuxta proximam Rot. decis. 10. aliàs 801. cit. tit. de iudic. in antiq.

19 Aduerte tertiò, quòd si pars citata ad concludendum instat non procedit ad conclusionem, & prolongari terminum propter aliquas causas, quas vult dare, tunc debet Iudex supersedere, & prolongare terminum, aliàs grauaret, & daret iustam causam appellandi, ita Rot. decis. 9. aliàs 762. de iudic. in antiq.

20 Nota sextò, quòd conclusio in causa non impedit multos actus vltra supradictos de testibus, & scripturis de nouo repertis. Et primò post conclusionem possunt comprobari scripturæ ante conclusionem, vel aliàs legitimè præsentatæ, vt supra Afflict. decis. 115. Secundò, potest deferri iuramentum suppletorium, Gayll. obseruat. 108. lib. 1. Carauit. ad Rit. M.C.V. 239. num. 5. Tertiò, potest offerri iuramentum, Cacher. decis. 11. & 97. licet non possit peti, vt diximus supra. Quartò, possunt recipi testes super habilitate impetrantis, præsertim propter informationem Iudicis, & super recognitione signorum, sigillorum Notariorum, ita Rota decis. 2. aliàs 6. de testib. in nouis, quæ videtur sentire, quando Iudex recipit prædictos testes ex officio. Quintò, conceditur primum, & secundum beneficium, Minad. decis. 15. quem refert Ricc. collect. 85. part. 1. vel secundum terminos communes conceditur restitutio in integrum, Menoch. de arbitr. quæst. 35. num. 19. Sextò, possunt produci probationes in iure consistentes, Bald. cap. vlt. col. vlt. de probat. Felin. in hoc cap. cum dilectus, num. 25. vers. vltimò limita, Carauit. ad Rit. M. C. Vic. 75. num. 5. vbi dicit, quòd allegationes iurium producuntur post conclusionem quoad Iudicem, non quoad acta, ex quo, conclusa causa, scripturæ non recipiuntur, & simpliciter non admittuntur allegationes iuris post conclusionem, quando fuit aliàs data dilatio ad illas producendas, Grat. discept. forens. cap. 216. num. 33. Septimò, potest Iudex ex officio interrogare partem ad declarationem exortæ dubitationis, non autem ad fundandam partis intentionem, Menoch. cit. loc. num. 23. & 24. & dixi supra, Octauò, controuersum est, an possint produci positiones, Menoch. cit. loc. num. 25. refert DD. pro vtraque sententia; ipse verò inclinat in negatiuam, & hæc est verior opinio; nam si iuxta supradicta Iudex non potest interrogare partem post conclusionem, nisi ex officio, ergo non potest recipere positiones aduersarij, aliàs non ex officio, sed ad partis instantiam interrogaret; solum enim id posset ad instantiam partis in causis summarijs, Abb. & Felin. in cap. cum Ioannes, de fid. Instrum. aduertit Carauit. ad R. M. Cur. Vic. 239. num. 6. Nonò, potest fieri per Iudicem accessus super faciem loci, Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad leg. Aquil. Carauit. vbi supra, vers. decimoseptimo limita. Decimò, admittitur probatio per confessionem partis, Marant. in specul. 6. part. 15. actu, num. 15. Vndecimò, si pars oihil, aut non plenè probauit in dilatione ei data ad probandam læsionem vltra dimidiam iusti pretij in alienationibus, aut transactionibus rei suæ, poterit Iudex ex officio inquirere verum valorem ipsius rei, & debet hoc facere etiam post conclusionem in causa, ita Gratiant. disceptat. forens. cap. 258. num. 44.

21 Nota septimò, quòd Iudex potest conclusionem in causa reuocare expressè, & tacitè, ita Afflict. decis. 115. num. 2. & ratio est, quia conclusio est interlocutoria, quæ licitè per Iudicem tacitè, vel expressè reuocatur, cap. cum cessante, de appellat. etiam ad instantiam illius, qui institit pro conclusione, secundum dicta per Ludouis. dec. 140. num. 9. Dicitur tacitè reuocata conclusio, quando Iudex post illam admisit noua iura, vel protulit noua decreta, ita Felin. in hoc cap. cum dilectus, num. 17. Rota decis. 1. de testib. in antiq. Aufrer. ad decis. Tolos. 14. fuit dictum in vna Toletana Vicennij decimarum coram D. Bubalo, & in Cloden. Prioratus 21. Iunij 1596. coram D. Orano. Similiter dicitur reuocata conclusio per admissionem tertij ad causam, vel per productionem commissionis factam pro parte aliorum litis consortium, ita Ludouis. decis. 339. n. 3. & quòd per admissionem nouorum capitulorum, siue nouorum iurium censeatur reuocata conclusio, defendit etiam Menoch. quæst. 35. num. 14. & seqq. qui ad id duo requirit, quòd talis noua admissio sit facta præsente, & non contradicente parte aduersa, & quod Iudex habeat de conclusione notitiam, quæ præsumitur in dubio, vt diximus supra, quæ præsumptio admittitur in eodem Iudice, secus in successore, ita Gonzal. ad 8. regul. Cancell. glos. 9. §. 1. in annot. contra nullit. &c. num. 129. Obserua hic, quòd quomodocumque sit reuocata conclusio, siue sit circumducta de nouo, est facienda alia conclusio in causa, Rot. decis. 1. de testib. in nouis, & 12. de renunc. in antiq. fuit dictum in Toletana decimarum 1. Iunij 1590. coram D. Bubalo in causa Pampilonen. Parochialis 3. Iulij 1600. coram D. Decano in Calaguritana de Maestr. 29. Octobris 1603. coram D. Lancellotto, & in Toletana decimarum de Lucillos 5. Decembris eiusdem anni coram D. Ludouisio.

22 Controuertitur in hac materia, an conclusio censeatur reuocata per admissionem nouorum iurium factam cum clausula, absq; præiudicio conclusionis, tenent multi non censeri reuocatam, sed clausulam prædictam præseruare valorem conclusionis, ita Gonz. ad 8. regul. Cancell. cit. loc. num. 128. qui alios refert, & hanc sententiam videtur approbasse Rotam in vna Romana pecun. seu restitutionis in integrum 1. Iulij 1609. coram D Ortemberg. contrarium tamen, & verius, nempè quòd talis clausula, seu protestatio nihil operatur, tenet Gratian. discept. forens. cap. 438. num. 4. & seqq. qui testatur Rot. in eadem causa Romana 15. Decembris 1610. coram eodem, recessisse ab illa decisione.

23 Nota octauò, quòd per lapsum termini dati ad probandum, & probatum habendum inducitur tacita conclusio in causa, Alex. cons. 101. num. 4. lib. 2. eandem conclusionem inducit citatio ad sententiam, quæ nunquam fit, nisi post conclusum in causa, & conclusio facta his modis, accedente saltem tacito consensu partium, dicitur vera, & propria conclusio, Roman. cons. 176. nu. 8. Rota in vna Mediolanen. restitutionis transactionis 14. Decemb. 1610. coram D. Orano. Vnde dicitur satisfactum statuto requirentis conclusionem, per supradictam conclusionem, quamuis statutum sit stricti iuris, Rom. cit. cons. 176. col. 5. in princ. num. 8. & 9. ad mod. vers. superest ergo.

24 Nota nonò, quòd conclusa causa in petitorio non potest intentari remedium possessorium, maximè si apparet de bono iure rei conuenti, nisi aliter Iudici videbitur, vt post multa tenet Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 535. per text. in cap. pastoralis, de caus. possess. & prop. & per doctrinam Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 16. ff. de acq. poss.

25 Nota decimò, quòd ex stylo nonnullarum partium, vt est io Hispania, conclusio in causa habet vim citationis ad sententiam, vt testatur Rota in vna Burgen. residentia 30. Maij 1586. coram D. Plato, & in alia Burgen. concedenda licentia de anno 1585. coram D. Orano, & in alia Pampilonen. Parochialis 13. Iulij 1600. coram D. Pegna, in quibus terminis non sufficit si causa non sit formiter conclusa, nec si Iudex mandaret concludi, vt fuit decisum io

vna *Hispalen. Capellaniæ*, *& in dicta Burgen. residentiæ 30. Maij 1586. coram D. Plato*, id declarat Gratian. *discept. forens. cap. 61. num. 11. & seqq.*

26 Nota vndecimò, non sufficere conclusionem in causa quoad euitandam desertionem, cum etiam requiratur quod fiat instantia pro sententia, quia per *Clement. sicut, de appellat.* requiritur finis litis, quæ terminatur per sententiam, & non per conclusionem, Cardin. Seraphin. *Giennen. Prioratus 10. Decembris 1582.* vbi deciditur, sententiam latam post primum fatale esse nullam, non obtento secundo fatali, tanquam deserta appellatione, quamuis conclusum fuisser in causa, durante primo fatali, cum requiratur instantia pro sententia, per quam lis finitur, non per dictam conclusionem, Cassad. *decis. 6. de appellat. in fin. vers. alias habetur commissio, & decis. 9. num. 9. eod. tit.* Rota *decis. 10. vt lit. pend. in nou.*

27 Nota duodecimò, conclusionem in praxi apud Curias Ecclesiasticas fieri dupliti modo. Primò, facta instantia per vnum ex litigantibus, illa notificatur partis aduersæ, quæ si nil releuans excipiat contra dictam instantiam, fit conclusio per Iudicem. Secundò, præmittitur citatio ad concludendum, qua notificata, fit deinde conclusio, & hic secundus modus est laudabilior; & si huic conclusioni præcessit discussio, & fuit legitimè intimata, dicitur suppleri defectum citationis ad sententiam, Alex. *cons. 225. num. 12. lib. 6.* Afflict. *decis. 283. num. 6.* Vant. *de nullitat. cap. fin. num.* 107. & dictum est supra.

28 Nota decimotertiò, quòd post conclusionem in causa nunquam datur commissio in Signatura sine derogatione conclusionis, de quo habetur *Regula Cancell.* 57. & testatur Staphil. *de lit. grat. §. quando aliquis petit gratiam, num. 7. fol. mihi* 471. Roman. *cons.* 176.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 QVando ad conclusionem in causa deueniatur.
2 Conclusionis formalitatem, & publicationis reiecit Curia Romana.
3 Quamdiu scripturæ valeant produci.
4 Reliquias formalitatum publicationis, & conclusionis qualiter Curia retineat.
5 Discursus Auctoris.

1 SEquuta publicatione cum decreto Iudicis præuia citatione partis deuenitur ad conclusionem, istoque medio tempore fieri, vel parari solent probationes ex scripturis resultantes, quarum productio in hoc tempore conceditur; & pro diuersis tribunalium stylis postea denegatur, in aliquibus prout in Regno fit conclusio cum termino certo ad præsentandum scripturas, vt Rouit. *in pragm. 14. & 15. de ord. iudic. & pragm. 77. de offic. S. C.* Ludouis. *decis.* 140. & ibi Beltram.

2 Formalitates publicationis, & conclusionis in causa reiecit Curia Romana præsertim in Tribunalibus Rotæ, Auditoris Cameræ, Thesaurarij, & Vicarij, Card. de Luca *de iudic. discurs. 34. num. 6.*

Siquidem quoad probationem faciendam per testes difficultas non consistit in formalitate publicationis verbalis, per decretum, cuius praxis non habetur, sed in publicatione reali, & de facto, quia nempè dicta sint testificata, vt si agatur de nouis testibus inducendis probabilis vrgeat suspicio subornationis, & sic spectato effectu legis, non autem formalitate, vel solemnitate actorum.

3 Ita pariter circa aliam speciem probationis per scripturas, quoniam eas producere, quandocumque licet, quoties causa, seu instantia duret, quia nempè ad sententiæ definitiuæ formalem publicationem adhuc deuentum non sit, & sic pariter spectato effectu non curatis huiusmodi formalitatibus, quoniam vbi scripturæ non habeantur in promptu, & exhibeantur, adeo vt Iudex promptè de illorum releuantia cognoscere valeat nunquam per formalitates actorum via veritati panditur.

Vnde proprerea praxis quotidiana docet, quòd vbi causa iam instructa, & sufficienter discussa Iudex determinatus subscribat cedulam sententiæ, illamque tradat Notario publicandam, adhuc tamen casus præbear, quod res sit integra, vel ex mandato eiusdem Iudicis, vel ex alio accidenti ad publicationis perfectionem non deuenerit, adeo vt res sit integra, tunc in tribunali A. C. Iudex adhuc apertas retinet aures, & oculos, vt audiat noua motiua, siue vt videat releuantiam scripturarum, quæ de nouo exhibentur, & cognita releuantia lacerari solet illa cedula iam subscripta, & potius sententiari ad fauorem alterius partis.

Solumque iste status causæ iam instructæ in consideratione haberi debet in casu, quo scriptura non habeantur promptè, sed petatur compulsoria pro illarum extractione, quæ ad instar remissoriæ secum trahit dilationem, & quandoque ob suspicionem calumniæ denegari, & quandoque concedi pro Iudicis arbitrio præsertim ex qualitate fumi veritatis, & an accedat causa superuenientiæ notitiæ, ita Card. de Luca *d. discurs. 34. num. 10. & 11.*

Beneuerùm Curia Romana adhuc huiuscemodi formalitatum aliquas retinet reliquas super necessitate, scilicet in causis ordinarijs seruationis terminorum substantialium, qui immutato verborum cortice complicant easdem iuris subtilitates libellandi, articulandi, publicandi, & concludendi, adeo vt sententia lata in iudicio ordinario istis terminis non seruatis nulla reputetur, Mantic. *decis.* 254. Add. ad Buratt. *decis.* 337. 4

An commendabilis sit casus publicationis, & conclusionis in causa verbalis, & per decretum videtur se inualuere, Card. de Luca *vbi sup. num. 10. & seq.* 5

De iure communi post conclusum in causa non debent recipi scripturæ, *cap. cum dilectorum de fid. instrum.* Fontanell. *decis.* 370. Attamen de iure Regni ex quo proceditur summariæ sola facti veritate inspecta recipiuntur scripturæ tam publicæ, quàm priuatæ, siue per Actorem, siue per Reum etiam tempore expeditionis causæ, quoties liquet de veritate, & quando terminus detur ad concomitandum, scripsi *in obs.* 631. ad Præs. de Franch.

Ipse equidem solemnitatem formalis publicationis, & conclusionis non reijcerem, vt partes sciant deueniendum ad expeditionem causæ, & se præparent ad præsentandum instrumenta, & scripturas, si tamen omitterentur, non ideò vitiaretur processus, & sententia esset ex hoc nulla.

ANNOTATIO XXXIV.

De Citatione ad sententiam.

ARGVMENTVM.

Notatur, quomodo debeat esse hæc citatio, & quomodo exequi. An possit omitti. A quo Iudice fieri possit. Cui sit notificanda. In quibus causis facienda. Quid debeat continere. An possit omitti. Quomodo reuocetur. An sit necessaria quando partes sunt præsentes. An præsumatur in antiquis, & cætera ad materiam.

SVMMARIVM.

1 CItatio ad sententiam debet esse nominatim ad sententiam.
2 Citatio ad sententiam an debeat esse personalis. Et quid si sit circumducta, vel reuocata.

3 Cita-

3 *Citatio ad sententia an debeat esse triplex.*
4 *Citatio ad sententiam si omittatur, sententia est nulla, etiam ad fauorem non citati, cum alijs ampliationibus. Fallit, quando aliàs disponit stylus, n. 5. Et hæc nullitas non sanatur commissione, num. 6.*
7 *Citatio ad sententiam an debeat fieri a Iudice delegato ad sententiam, vel à successore in causa.*
8 *Citatio ad sententiam facta ad instantiam vnius partis est notificanda tantum alteri, & si est facta ex officio Iudicis, est notificanda omnibus.*
9 *Citatio ad sententiam an possit tolli statuto.*
10 *Citatio ad sententiam est facienda in causis, in quibus proceditur simpliciter, & de plano, & coram Arbitris.*
11 *Citatio ad sententiam debet continere certum diem. Et quid si sit pro singulis diebus, vel pro prima die, & deinde pro singulis diebus. Et si citatio est pro certa die, an sententia ferri possit extra illam, num. 12.*
13 *Citatio ad sententiam non est necessaria, quando est facta sententia præuia discussione causa.*
14 *Citatio ad sententiam quomodo fiat. Et an possit omitti, quando est facta monitio ad dicendum.*
15 *Citatio ad sententiam non est necessaria si fuit lata partibus præsentibus. Et quando præsumatur hæc præsentia. Et quid si præsentia fuerit ad alium finem.*
17 *Citatio ad sententiam præsumitur in antiquis. Et sententia, quæ excedit quadraginta annos, dicitur antiqua.*

ANNOTATIO XXXIV.

§. VNIC.

Ad Text. in Clement. sæpè, §. sententia, de verbor. signific.

HIc Text. mandat sententiam diffinitiuam proferri per Iudicem citatis partibus, cuius occasione DD. omnes hìc tractant materiam citationis ad sententiam, & *in cap. consuluit de offic. deleg.* Ciuilistæ *in l. de vnoquoque ff. de re iudic.* & alibi Marant. *in prax. part. 6. 1. membr. de citat.* Vant. *de nullit. ex defectu citat.* Gabr. *lib. 5. commun. opin. tit. de citat. conclus. 1.* Muscatell. *pract. 2. inst. glos. potest.* Capyc. *decis. 1.* de Grass. *decis. 11. de re iud.* Ricc. *part. 4. collect. 1470.* Thor. *compend. decis. in verb. sententia nulla an dicatur ex defectu omissionis citationis*, Gallup. *in prax. part. 2. cap. 28. de cit. ad sent.*

1 Nota primò, quòd hæc citatio debet esse nominatim, & specialiter formata ad sententiam, cùm non sufficiat citatio generalis ad causam, vel ad audiendam voluntatem Iudicis, vt benè aduertit glos. *in hac Clement. & §. in verb. ad id*, vbi etiam Card. *sub num. 9.* Felin. *in d. cap. consuluit, num. 16.* Ricc. *in collect. 1470. ampliat. 1.* Grauat. ad Vestr. *lib. 4. cap. 2. num. 8.* qui, alias factam citationem ad sententiam, nullam sententiam reddere testatur, per doctrinam Rot. *decis. 342. in nouis, & decis.* Capyc. 1. fuit resolutum *in vna Mediolanen. decimarum 27. Ianuarij* 1595. *coram Orano*. Nec sufficit citatio ad videndum fieri quamcumque ordinationem, nec ad videndum fieri ordinationem, quæ de iure locum haberet, refert Caualer. *decis. 376. num. 2.*

2 Nota secundò, quòd hæc citatio ad sententiam debet esse personalis, nec sufficit fieri ad domum, nisi in casu, quo adest difficultas citandi, videlicet si esset citanda mulier, quæ cum difficultate citatur; tunc enim valet citatio ad sententiam domi, ita decisum apud Put. *decis. 271. lib. 2.* vel in casu, quo citandus latitat, iuxta dicta per Crescent. *decis. 18. aliàs 151. de re iudic.* vel in casu, quo proceditur contra contumacem citatum ad totam causam contra quem proceditur per affixionem ad valuas, Put. *decis. 274. lib. 2.* Dummodò talis citatio personalis non sit circumducta, quia tunc non releuat, vt testatur Ricc. *in cit. collect. 1470. vers. amplio tertiò, per decis.* Achill. de Grass. 13. *de dol. & contum.* & Capel. Tholos. 414. & dummodò non fuerit reuocata expressè, vel tacitè; quod tunc fit, quando post citationem ad sententiam admittuntur noui articuli, Rot. *decis. 1. de testib. in nouis, & decis. 1. de probat. in antiq. & decis. 12. de renunc. in antiq.* vel per admissionem testium, vel instrumentorum, Cæl. de Grass. *decis. 11. num. 2. de senten. & re iud.* Felin. *in cit. cap. cùm dilectus, num. 19.* Afflict. *decis. 115. num. 2.* qui licèt in particulari loquatur de conclusione, generaliter tamen loquitur de omni interlocutoria Iudicis, Gratian. *discept. foren. cap. 438. in princ.* qui dicit, quòd adeò per admissionem nouorum iurium, & probationum censetur reuocata citatio ad sententiam, vt nec protestatio facta in admissione prædicta, citra præiudicium citationis huiusmodi aliquid operetur, quod etiam notauimus in præcedentibus in materia conclusionis, contra nonnullos.

3 Nota tertiò cum Felin. *in cit. cap. consuluit, num. 8. de offic. deleg.* quòd hæc sententia debet esse vel vnica peremptoria, vel triplex, quòd ipse Felin. duodecim modis limitat, voluit etiam Abb. *in eod. cap. num. 12.* DD. communiter *in l. ad peremptoriam, ff. de iudic.* Specul. *tit. de citat. §. viso, vers. quid si lata*, glos. *in hac Clement. sæpè, verb. peremptoriè*, Afflict. *in Constit. Regni, incip. In ciuilibus*, quòd non procedit in causis summarijs, in quibus non est necesse citare peremptoriè ad sententia, vt deciditur *in hac Clement. sæpè, §. sententia*, alias verò limitationes vide apud Felin. *cit. loc.* Sed quicquid sit in iure, praxis seruat citare ad sententiam vnicè, & non peremptoriè, quæ praxis non est omninò spoliata auctoritate Doctoris, cùm ad eam comprobandam multum faciant ad dicta per Grauat. ad Vestr. *lib. 5. cap. 2. sub num. 6. vers. at ipse crediderim, & num. 7.*

4 Nota quartò, quòd citatio ad sententiam est adeò necessaria, vt sine illa sententia sit nulla, Afflict. *dec. 346. num. 6.* Franch. *dec. 457.* etiam si ad fauorem non citati lata sit, & hoc ipso iure, ita Ias. *in l. si furioso, num. 3. ff. de re iudic.* vbi testatur de communi, quòd procedit non tantùm in diffinitiua, sed etiam in interlocutoria, dummodò præiudicialis sit, vt tenet Grauat. ad Vestr. *lib. 4. cap. 2. sub num. 6.* hanc sententiam defendit etiam Bart. post glos. *in d. l. si furioso, num. 2. ff. de re iud.* Vant. *de nullit. ex defectu citat. num. 10.* Anton. Gabr. *lib. 5. suarum commun. opin. tit. de citat. conclus. 1. num. 66.* Ricc. *cit. collect. 1470. vers. amplia quartò*, idque extenditur ad sententiam Principis, in qua etiam sub eadem pœna nullitatis requiritur citatio, vt aduertit Vestr. *cit. cap. 2. lib. 4. num. 2.* vbi Grauat. 5 Non tamen est necessaria citatio prædicta, quando ita disponit vsus, seu stylus, vt est in Sacro Regio Consilio Neapolitano totius Orbis celeberrimo, vbi hæc citatio omittitur ea ratione, quia fit conclusio parte citata ad dicendum, & allegandum, & citatio ad audiendam sententiam, postquam processus est conclusus, est de iure positiuo, nec tollit defensionem, meritò potest per Principem omitti, ita Afflict. *in decis. 283. num. 6.*

6 Hæc nullitas, in quam incidit sententia ex defectu citationis, est adeò potens, vt sanari non possit, etiam per commissionem, seu rescriptum Papæ; quòd intellige, quando omninò deficit citatio ad sententiam, ita Cæl. de Grass. *decis. 11. num. 9. de senten. & re iudic.* Gomez. *in compend. signatura, num. 68. & 69.* Vant. *de nullit. ex defectu iurisdict. num. 6. & in cap. fin. num. 125.*

7 Nota quintò, quòd si causa delegatur, postquam delegans citauit partes ad sententiam, Iudex delegatus debet iterum citare ad sententiam, & ita etiam successor Iudex in causa debet citare ad sententiam, non obstante citatione prædecessoris, ita Put. *decis. 338. lib. 1.* voluerunt glos. *in l. consentaneum, verb. à quo, C. quomod. & quand. iud.* vbi Bart. *num. 11.* Bald. *num. 7.* & alij, quòd non procedit quando Episcopus postquam citauit ad sententiam, causam commisit suo Vicario Generali. Nec quando sunt duo Iudices, qui vnum constituunt tribunal, & alternatim per hebdomadas negotia expediunt, & vnus, ac alius pronunciat; in his enim casibus non est necessaria noua citatio, si vnus citauit, & alius sententiam proferat, Franch. *in cap. 2. de consuet. in 6. num. 4.* & facit *d. decis. Put. in princ.* vbi sententia ab vno Auditore prolata ab alio subscribitur.

8 Nota sextò, quòd nonnulli DD. dicunt vtramque partem esse citandam ad sententiam, quod verum est quando

do Iudex procedit ex officio, partibus non instantibus; quando verò Iudex citat ad instantiam vnius partis, tunc sufficit citare tantùm partem aduersam; nam eo ipso quòd vna pars citat alteram, à fortiori & se ipsam citare videtur, Put. *decis.* 505. *sub num.* 4. qui dicit ad effectum, prout in dicta decisione, quòd appellans extraiudicialiter per ipsam appellationem se ipsum citat, Rot. *decis.* 6. *alias* 75. *vt lit. pend. in nouis*, *&* *decis.* 1. *num.* 4. *part.* 2. *diuers.* Contumax non est citandus, vt diximus supra; sed contumax, qui fuit in toto processu, non tamen tempore proferendæ sententiæ non est citandus, glos. *in cap.* 2. *de dol. & contum. in* 6. *verb. renunciet*, Gregor. Lop. *in l.* 5. *tit.* 22. *part.* 3. *in glos. verb. en plaza.*

9 Nota septimò, quòd non valet statutum disponens, quod teneat sententia sine citatione ad illam, per *Clement. pastoralis, de re iudic.* tenet Bald. *in l. cunctos populos*, *C. de Sum. Trinit. in repet. magna, in* 28. *col. vers. item pone quartam conclusionem negatiuam*, *& in l.* 1. *num.* 8. *C. quomod. & quand. Iud.* quod intellige verum, non discussa causa, secus autem causa discussa, in quo casu potest per statutum tolli citatio ad sententiam, sicut etiam diximus supra de stylo cum Afflict. & in terminis statuti vide sic distinguentem Alex. *in cons.* 235. *num.* 12. *lib.* 6.

10 Nota octauò, citationem ad sententiam faciendam esse in causis, in quibus proceditur simpliciter, & de plano, & sola veritate inspecta, per dispositionem huius text. *Clem. sæpè*, Paris de Put. *tract. de sindic. verb. sententia, cap.* 2. *num.* 12. eandem citationem faciendam esse in sententia Iudicis arbitri, tenet Bald. *in l. si quis ex consensu*, *sub num.* 3. *C. de Episc. aud.*

11 Nota nonò, quòd hæc citatio debet continere certum diem ad comparendum, Caualer. *decis.* 376. *num.* 6. Seraphin. *decis.* 765. *num.* 2. *& decis.* 596. vbi dicit, quòd defectus citationis ad sententiam sine die reddat sententiam nullam de iure, de stylo autem saluari possit; vnde est, quòd si fuerit facta pro singulis diebus, diceretur nimis vaga, & nullitatem induceret, cùm citatio incerta speciem seruitutis inducat, & propterea damnabilis, ita Crescen. *decis.* 11. *de dol. & contum. in princ.* Put. *decis.* 152. *lib.* 2. Ludouis. *decis.* 140. *num.* 1. idque etiam procedit si citatio ad sententiam sit facta pro prima die, & deinde pro singulis diebus, & horis, quæ in prima parte valet: sed in secunda parte tanquam vaga, & incerta est nulla, ita Crescen. *cit. loc.* qui vlterius dicit, quòd Iudex in prædicta prima parte valida potest prorogare prolationem sententiæ, & sine alia citatione procedere, *cap. consuluit, de offic. deleg.* non tamen hoc facere possit in vlteriorem diem, quòd si fecerit, meritò sententia tanquam sine citatione lata, potest dici nulla, ad notata per Abb. *in cap. cùm dilecti, col.* 7. *in princ. de dol. & contum.* Rot. *in vna Aquensi Abbatiæ coram D. Seluestro*, quam refert Cresc. *cit. loc.* Verùm hæc citatio facta pro singulis diebus, & horis sustinetur per aliquos paucos dies, Rot. *decis.* 311. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. & decis.* 307. *sub num.* 9. *part.* 1. *in recent.* fuit dictum *in vna Beneuentana terrarum* 3. *Decembris* 1599. *coram D. Sacrato*, *& in Toletana hæreditatis* 6. *Iunij* 1618. *coram D. Andrea*, in quibus dicitur, quòd sustinetur huiusmodi citatio per duos dies, vel pro prima die, secundum opinionem Caualer. *decis.* 376. *num.* 5.

12 Et circa prædicta nota, quòd quando citatæ fuerint partes ad sententiam pro certa die, non potest ferri sententia extra illam sine noua citatione, aliàs est nulla ipso iure, latè Alex. *cons.* 79. *col.* 1. *vers. non obstat etiam si dicatur*, *num.* 3. *lib.* 7. Felin. *in cap.* 1. *num.* 22. *col. vlt. vers. nota etiam, quod citatio, de iud.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 73. Ant. Gabr. *tit. de citat. concl.* 1. *ampliat.* 23. *num.* 116. Ricc. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neapol.* 33. *sub vers. in tribunalibus, circa fin.* vbi simpliciter tenet, quòd noua citatio ad sententiam requiritur, si Iudex die destinata non sedeat, de hac materia vide DD. *in l. cùm nemo die, C. quand. prouoc. non est necess.* & in citatione ad audiendam sententiam per totam præsentem diem non est expectanda vltima hora diei, sed vltima hora audientio, Seraphin. *decis.* 1115. *num.* 2.

13 Nota decimò, quòd si ante conclusionem in causa est facta discussio causæ, subsequente deinde conclusione vtrique parti intimata, communiter dicunt DD. posse omitti citationem ad sententiam; & ratio est, quia in hoc casu talis omissio non grauat, cùm iura partium fuerint audita, & discussa, & propterea non de iure naturali, sed de solemnitate meri iuris positiui, citatio tali casu habenda est, quæ omissio paruum vitiaret, cùm in effectu rationi, & menti ipsius legis satisfactum sit, ita Vant. *de nullit. cap. vlt. num.* 107. Alex. *cons.* 225. *num.* 12. *vol.* 6. Afflict. *decis.* 283. *num.* 6. & diximus in præcedentibus, conclusionem supplere defectum citationis ad sententiam, maximè accedente stylo Curiæ, dummodò conclusio sit legitimè, & formiter facta.

Ex dictis vlterius obserua, quòd in praxi duplici forma 14
videmus citari ad sententiam. Primò modo post conclusionem in causa fit monitio ad dicendum, quæ per partem instantem notificatur aduersario, & elapso termino prædictæ monitionis, fit citatio ad audiendam sententiam, & in termino huius citationis Iudex sententiam publicat. Secundò modo post conclusum in causa vnica citatione pars instans citat aduersarium ad dicendum infra biduum, necnon ad audiendam sententiam pro prima die, & in his terminis si omitteretur citatio ad audiendam sententiam, non redderetur nulla sententia, cùm iam per monitionem ad dicendum iura partium sint discussa, vt diximus *num. præced.* vel saltem sunt vocatæ partes pro discussione dictorum iurium, & citatio ad audiendam sententiam remanet solemnitas meri iuris positiui, in quo casu potest omitti, vt diximus supra cum Vant. faciunt dicta per Ricc. *ad rit. Cur. Archiepisc. Neap.* 32. *sub vers. in tribunalibus*, vbi tenet, quòd monitio ad dicendum, cùm contineat speciem defensionis, non potest omitti sine nullitate sententiæ; citatio verò ad audiendam sententiam potest omitti, cùm in termino illius pars non possit se defendere, Gatz. Mastrill. *decis.* 82. *num.* 16. 1. *volum.*

Nota vndecimò, quòd citatio ad sententiam dicitur 15
tacitè reuocata per admissionem nouorum articulorum ante pronunciationem, Rot. *decis.* 1. *de testib. in nouis*, *& decis.* 1. *de probat. in antiq. & decis.* 12. *de renun. in antiq.* & etiam dicitur reuocata per admissionem instrumentorum, & ad testium examen, Cæs. de Grass. *decis.* 11. *de sent. & re iud.* refert Ricc. *collect.* 1470. *vers. amplio septimo*, qui dicit, quòd sententia lata cum tali citatione reuocata subiacet vitio nullitatis. Ad quod aduerte, quòd quando sententia est nulla ex hoc defectu citationis ad illam, processus reliquus si legitimè factus sit, est validus, Put. *decis.* 119. *num.* 2. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 148. *num.* 1. *& seq. part.* 3. & est indubitatum.

Nota duodecimò, quòd in multis casibus non requiri- 16
tur hæc citatio, hos refert Ias. *in l. nec quicquam*, *num.* 23. *& seqq. ff. de offic. proconsul. & leg.* quos transcribit Gab. *conclus.* 1. *de citat.* & alios addit, inter quos ille est potissimus, quando sententia fuit lata partibus præsentibus, in quo casu citatio ad sententiam non requiritur, Ang. *in l. de vnoquoque, circa med.* Imol. *circa fin.* Alex. *col.* 1. *ff. de re iud.* Gabr. *vbi supra*, *num.* 369. Rota *in vna Salamantina dimidiæ portionis* 19. *Martij* 1589. *coram D. Bubalo*, & ratio est patens, nam finis citationis est comparitio, quæ si habetur, citatio non est necessaria, ita Bald. *in l. consentaneum*, *sub num.* 36. *C. quomod. & quand. iud.* Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 17. & ad hoc sufficit præsentia procuratoris, ita Seraphin. *decis.* 388. *num.* 4. fuit dictum *in vna Ferrarien. decimarum* 12. *Decembris* 1614. *coram D. Pirouano*, vbi dicitur, quòd procurator præsumitur interesse in audientia, vt audiat decreta, & sententias Iudicis, & ideò non esse necesse, quòd ex processu constet fuisse in specie monitum, vt intelligat ea, quæ geruntur in præiudicium sui principalis, facit *decis. Capyc.* 1. *num.* 37. si autem constet procuratorem fuisse præsentem ad alium finem, tunc non sufficeret huiusmodi præsentia ad substinendam sententiam sine citatione, Gabr. *cit. loc. num.* 398. Hæc autem præsentia probatur ex attestatione Notarij, Rot. *in vna Calaguritana de Senizaro* 1. *Iunij* 1618. *coram D. Pamphilio*, præsumitur etiam si incontinenti fuerit appellatum a prædicta sententia, Rot. *in vna Ferrarien. decimarum* 11. *May* 1615. *coram D. Pirouano.*

Nota decimotertiò, quòd in antiquis præsumitur hæc 17
citatio ad sententiam, etiam si de illa non constet in actis, ita Bald. *in cap.* 1. *col.* 5. *vers. quæro si appareat de mil. vasall.*

vassal. Aret. *cons.* 36. *sub num.* 8. Aymon. *de antiq. tempor. part.* 2. *in princ. sub num.* 1. *&* *num.* 37. & facit text. *in cap. bona*, §. *contra verò, de elect.* & in his terminis dicitur sententia antiqua, si excedit tempus quadraginta annorum, Seraphin. *decis.* 580. *num.* 4. qui *num.* 3. dicit per dictum tempus præsumi citationem ad sententiam, etiam si tractetur de præiudicio tertij, per *decis. Cassad.* 3. *de procur. in princ.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas substantialis sententia est defectus citationis ad sententiam.*
2 *Defectus citationis ad sententiam ex duplici motiuo obstat.*
3 *Diuersitas styli in sæcularibus, & Ecclesiasticis Tribunalibus.*

1 Vltimus actus perficiens processum, seu ordinem iudicij, priusquam Iudex eius officio fungatur, ipsumque iudicium in ea instantia terminet cum sententia definitiua consistit in citatione partis ad ipsam sententiam audiendam, & proferendam. Est enim hæc citatio præcisè necessaria, adeo vt ipsa deficiente sententia corruat, istaque reputatur nullitas substantialis, vtpotè de maioribus ex causa citationis.

Citatio autem generalis ad informandum Iudicem, siue ad videndum mandari expediri causam non sufficit, quoniam debet esse præcisa ad sententiam, Ludouis. & Beltr. *decis.* 209. Rota *decis.* 288. *part.* 13. *recent. num.* 3. latè Rota *decis.* 141. *part.* 6. *recent.* vbi an sufficiant verba æquipollentia.

Nisi tamen constat de contrario stylo, per quem alter actus iudicialis esset loco huius citationis, eique æquipolleat, vt habetur in nonnullis locis Hispaniarum, quòd conclusio in causa, quæ solemniter cum citatione partis per Iudicis decretum fieri solet, stet loco huius citationis, vnde causa conclusa liberum Iudici manet sine alia citatione sententiam proferre, Ludouis. *decis.* 140. Hunc tamen stylum in Italia non habemus.

2 Frequenter in causis fori Ecclesiastici de partibus de hoc defectu disputari solet ex duplici motiuo. Vel scilicet illo circumductionis citationis sequutæ ex admissione scripturarum, quæ productæ sint in termino. Vel quia sententia lata non sit in termino, in quo citatio cadebat, sed post terminum iam expiratum.

Quatenus pertinet ad primam speciem circumductionis citationis ex admissione iurium, quæ de nouo productæ sint, locum habet, quando purè, & absque alia protestatione facta sit, & totum dependet à decreto admissionis factæ per Iudicem, qui post productionem nouorum iurium citet partem ad dicendum contra, ac videndum admitti vt possit dici citatio ad sententiam circumducta, & reuocata.

Quando sine alia citatione, vel Iudicis admissione præsentantur scripturæ, & Notarius solùm adnotat præsentatam, vt solet fieri extra Curiam Romanam, tunc nulla inducitur circumductio, Rota *decis.* 427. *part.* 9. *recent.* Card. de Luca *de iudic. discurs.* 34. *num.* 23.

Sæpius altera species defectus citationis adducitur, quòd sententia sit lata extra terminum cadentis citationis, vt præsertim praxis frequentior docet in sententijs tribunalium Ecclesiarum Regni.

3 Stylus enim tribunalium sæcularium Regni est concipiendi *citationes ad sententiam ad primam diem iuridicam, & deinde in antea cum continuatione, &c.* quæ clausula *cum continuatione* operatur, quòd terminus duret pro frequentiore stylo per dies decem, quamuis in alijs Curijs solet esse maior, vt Neapoli per mensem, & quamdiu processus est penes Iudicem.

In Curijs Ecclesiasticis Regni sententias latas extra terminum cadentis citationis ad sententiam plures fuisse infirmata, tradit Card. de Luca *vbi supra num.* 2. Nam clausula *cum continuatione* vltra duos, vel tres dies terminum prolationis prorogare nequit, Beltram. ad Ludouis. *decis.* 72. *num.* 6. Rota *decis.* 227. *num.* 6. *part.* 12. Bich. *decis.* 501. Luca *vbi sup. num.* 25.

De stylo Curiæ Romanæ habetur terminus citationis pro seruato in Tribunali A. C. & in illo durat per decem dies, & illo Rotæ per quindecim, & sententiæ pro frequentiore praxi proferuntur in decima die, & penè in vltima hora labentis huius termini pro seruato, & per quamdam retrotractionem adijcitur illa prima dies iuridica, in qua citatio cadebat, adeo vt ex tunc sententiatum dicatur cum tali rigore, quòd ex illa die incipiat terminus decem dierum datus ad appellandum.

ANNOTATIO XXXV.

De sententijs conformibus.

ARGVMENTVM.

Notatur quid veniat appellatione sententiæ. Quæ dicantur sententiæ conformes, & quando non. Quomodo exequantur. Et quid impediat illarum executionem. An admittant restitutionem in integrum. Quando nulla sententia faciat numerum. Quid si non iustificentur ex actis. Et quando exequantur respectu tertij. Quid de duabus sententijs conformibus, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia appellatione an veniat diffinitiua, & interlocutoria.*
2 *Sententia tres conformes exequuntur, non obstante nullitate. Et quid in criminalibus, quando sententia non possint retractari.*
3 *Sententia conformes quando dicantur, & plura exempla. Et continentes plures summas an in minori dicantur conformes, num.* 4. *Et ad cognoscendam conformitatem sententiarum, non est attendenda forma verborum, sed substantia, num.* 5.
6 *Sententia an dicantur conformes, quando tertia addit, minuit, vel moderat, aut declarat alias duas. Et an possint exequi, quando caput auctum potest separari.*
7 *Sententia non dicuntur conformes si duæ latæ sunt in principali, & tertia super desertione, vel quando adest diuersitas inter eas circa substantiam, vel circa tempus.*
8 *Sententiarum trium conformium executio impeditur, quando aduersus illas proponitur nullitas ex defectu iurisdictionis, & quomodo. Et nullitas, aut iniustitia euidens, & notoria ex actis apparens, num.* 9. *Et quando executio non potest retractari, num.* 10.
11 *Sententia tres conformes admittunt restitutionem in integrum, & exceptionem cap. Odoardus, n.* 12.
13 *Sententia nulla ex noniter deductis confirmata facit numerum inter tres conformes, item & laudum, nec requiritur quod sint successiua.*
14 *Sententia conformes non exequuntur, quando non iustificantur ex actis, vel quando sunt latæ prætextu probationis inualidæ, vel reprobatæ.*
15 *Sententia conformes non exequuntur post inhibitionem.*
16 *Sententia tres conformes quando dicantur respectu tertij venientis ad causam. Et quomodo contra eum fiat executio.*
17 *Sententia duæ conformes in quibus tribunalibus exequantur.*

ANNO-

ANNOTATIO XXXV.

§. VNIC.

Ad Text. in Clement. 1. de re iudic.

IN hoc text. Clemens V. *in Concil. Viennensi* ad euitandas calumnias litigantium statuit, illum, contra quem sunt latæ tres sententię in quauis causa, siue beneficiali, siue alterius rei, siue in petitorio, siue in possessorio, non admitti ad agendum de nullitate illarum, vel alicuius ex eis, donec sententiæ ipsæ fuerint cum effectu, & plenariè executæ, nec ad impediendam executionem prædictam appellatio suffragatur; ex quo text. communiter DD. statuunt regulam, quòd nullitas, siue appellatio non impedit executionem trium sententiarum conformium. Quæ regula procedit in quauis causa, siue petitorij, siue possessorij, & in quauis sententia, siue deffinitiua, siue interlocutoria, determinant expressa verba huius Clement. vbi glos. explicando illa verba, *quauis causa*, dicit Clement. comprehendere causas spirituales, quasi spirituales, criminales, ciuiles, & mistas. Et ad elucidationem prædictorum breuiter notabo pauca ad praxim frequentiora, de hac materia tractant Ciuilistæ *in tit. C. ne liceat tertio prouocare*, qui reliquos citat *conclus.* 1. *de execut. rei iud.*

1 Nota primò cum glos. & Abb. hîc *num.* 4. quod verbum, *sententia*, verificatur tam de diffinitiua, quàm de interlocutoria, & hoc non procedit simpliciter, cùm contrarium habeatur in glos. *cap. cùm olim, de testib.* sed tantùm quando sumus in fauorabilibus, vel quando eadem ratio militat tam in deffinitiua, quàm in interlocutoria, vt hîc, ita Abb. & alij, & doctrina procedit etiam in statutis, in quibus quando subiecta materia est indifferens ad interlocutoriam, & diffinitiuam, appellatione sententiæ venit tam diffinitiua, quàm interlocutoria, ita Alex. *cons.* 50. *num.* 12. *lib.* 2. probat Dec. *in cap. super eo* 4. *notab. de appellat.* Lancellot. *de attent. cap.* 12. *limitat.* 1. *num.* 8. 2. *part.*

2 Nota secundò, quòd executio trium sententiarum conformium non obstante nullitate, vel appellatione, est facienda in causa tam ciuili, quàm criminali, indicant verba huius *Clement. In quauis causa, &c.* cum hac tamen declaratione, vt in pœnis, quæ post executionem retractari possunt, ac reuocari, exequantur tres sententiæ conformes, non obstante nullitate allegata; secus verò in pœnis, quæ retractari, ac reuocari non possunt, in quibus non datur prædicta executio, ita Couar. *pract. qq. lib. vnic. cap.* 25. *num.* 3. post multos per eum relatos; idque procedit etiam in causis ciuilibus, in quibus quando executio est irretractabilis, non proceditur ad illam vigore trium conformium, antequam agatur de nullitate, docet expresse Abb. *in hac Clement. num.* 5. Ricc. ad Franch. *decis.* 139. vbi plures citat, & quoad causas criminales tenet de Franch. *decis.* 139. vbi in his terminis ad impediendam executionem conformium sententiarum pendente reclamatione, sententiam triremium continere pœnam irretractabilem defendit. Cætera de sententijs conformibus in criminali iudicio, vide apud Thes. *decis.* 981. *num.* 3. Amend. *decis.* 510. *num.* 57.

3 Nota tertiò, quòd tres sententiæ ad hoc vt possint exequi, non obstante exceptione nullitatis, vel appellatione, debent esse latæ super eodem articulo, vt disponunt clara verba huius Clement. & aduertit etiam glos. *ibid.* & Abb. *num.* 2. qui dicit, quòd si sententiæ essent latæ super diuersis articulis, cessaret ratio text. quæ est calumniæ euitatio. Hinc communiter DD. tenent, quòd ad producendum prædictum effectum, sententiæ debent esse conformes, quasi latæ sub vnica forma. Quæ verò dicantur sententiæ conformes, non explicatur certa regula à DD. sed per exempla, ex glos. hîc in *verb. tres, & in verb. alicuius*, potest colligi, illas dici sententias conformes, quæ super eodem iure, non autem diuerso latæ sunt, quam explicationem sequitur Put. *decis.* 284. *num.* 4. *lib.* 1. sed ad hoc vide Thes. *decis.* 122. & Thor. *in compen. dec. verb. sententia, fol.* 498. *col.* 1.

4 Dicuntur sententiæ conformes, si vna condemnauit ad trigința, alia ad viginti, & altera ad decem, quoad inferiorem summam, & debent omninò exequi quoad decem, non obstante appellatione, vel nullitate opposita, tenet Vrsill. ad Afflict. *decis.* 362. *in princ.* quem sequitur Oliua *ad rit. Cur. Archiepis. Neap.* 22. *num* 13. *circa med.* qui dicit, quòd prædictæ sententiæ dicuntur saltem tacitè conformes.

Vlterius ad cognoscendum, an sententiæ sint conformes, vel ne, non esse attendenda verba illarum, sed substantiam, docet Franch. *decis.* 664. *num.* 17. in qua fuit decisum esse conformes sententias, in quibus quis condemnatur ad eandem pœnam, licèt secunda non confirmet primam, & propterea exequendas, aduertit Ricc. *in addit. ad d. decis.* nec est attendenda omninò conformitas, sed satis est vt in aliquo articulo principali sint conformes, ad hoc vt in eodem articulo illarum executio impediri non possit, nec admittatur appellatio, secundum Paul. de Castr. *in cons.* 163. *lib.* 2. Alex. *cons.* 77. *col.* 1. *lib.* 2. Dec. *cons.* 385. hinc probat Couar. *pract. qq. cap.* 25. *num.* 5. *vers. nonò ex proxima*, dici tres sententias conformes, quoties, latis duabus sententijs conformibus, tertia fertur, quæ pronunciat illas duas nullas fuisse, ac demum pronunciatur quarta, quæ reuocat tertiam, & confirmat duas, contra Rot. *decis.* 424. *in antiq.* & alios, cuius *Rot. decis.* dicit ipse Couar. locum habere, quando latæ fuerunt duæ sententiæ in causa principali conformes, à quibus non appellatum, sed solùm de nullitate dictum est, in quo iudicio nullitatis pronunciatum est sententias duas esse nullas, à qua pronunciatione iterum appellatur, & in causa appellationis pronunciatur sententia reuocans primam, & declarans duas sententias primas validas fuisse, easque confirmat. Non enim sunt istæ tres sententiæ conformes super principali, cùm iudicium principale sit finitum per duas sententias, à quibus non est appellatum. 5

Non tamen dicuntur sententiæ conformes, quando tertia sententia aliquid addit, vel minuit, seu moderat, aut declarat ad primam, vel secundam sententiam; & proinde posse appellari, vel supplicari à prædicta tertia sententia, etiam ad impediendam executionem, tenet post multos Couar. *pract. qq. cap.* 25. *num.* 6. qui ita declarat prædicta, quod aut id, quod de nouo auctum, moderatum, aut declaratum est per tertiam sententiam potest commodè separari, & tunc admissa appellatione, vel supplicatione quoad caput auctum, moderatum, vel declaratum, potest executio fieri quoad reliqua, in quibus sententiæ sunt conformes; aut separari non potest, & tunc executio est retardanda; dummodò tamen id, quod de nouo additum est in tertia sententia tacitè, vel expressè non fuerit tractatum, examinatum, vel definitum in primis instantijs, & sententijs, quia tunc non diceretur quid nouum, nec executionem impediret, ita Couar. ex quo colligit quid dicendum sit quando tertia sententia conformis addit condemnationem in expensis. 6

Nec dicuntur tres sententiæ conformes si duæ sententiæ sunt latæ in principali, & tertia super desertione appellationis propositæ à duabus prædictis sententijs, & in hoc casu non habet locum executio, de qua in hac Clement. & illa impeditur ab exceptione nullitatis, tenet Rot. *in antiq. decis.* 417. Rom. *sing.* 487. Oldr. *cons.* 106. Bald. *in l.* 2. *C. de Episc. aud. & in l. eas, C. de appell. in princ.* Felin. *in rubr. de re iud. col.* 8. *num.* 11. Oliua *ad Rit. Cur. Archiep. Neap.* 32. *num.* 13. apud Carauit. 7

Et generaliter non dicuntur sententiæ conformes, quando inter eas adest diuersitas circa substantiam rei, vtputa si vna sententia condemnat ad vnam rem, & reliquæ ad aliam rem; vel quando adest diuersitas in tempore, vt si vna sententia condemnaret in diem, & altera purè, vt declarat Vrsill. ad Afflict. *decis.* 362. *in princ.* post Alex. *cons.* 77. *lib.* 2. quod secus est quando adest diuersitas quantitatis, quia tunc sententiæ dicuntur conformes quoad minorem quantitatem, vt dictum est supra.

Regula huius Clement. quòd habens contra se tres sententias conformes non audiatur super nullitate illarum, vel alicuius ex eis, donec plenariè fuerint executioni demandatæ, in multis casibus limitatur. Et primò illa non procedit quando proponitur aduersus dictas sententias, vel alicuius ex eis nullitas ex defectu iurisdictionis, vt habe- 8

habetur ex glos. communiter recepta in *Clement. 1. de sequestr. pos. & fruct.* in hoc enim casu impediretur executio trium conformium, quòd optimè declarat Vant. *de nullit. rubr. seu tit. 8. num. 6.* tunc procedere, quando allegans nullitatem prædictam summariè constare fecit de illa, eamque non proponere ex calumnia, ita Vant. *loc. præd.* qui testatur de communi Romanæ Curiæ stylo, raro rescripta super nullitatibus concedi post tres sententias conformes absque illa clausula, *sine præiudicio trium conformium sententiarum*, aut priusquam super nullitatibus fuerit aliquid examinatum.

9 Limitatur secundò, quando nullitas esset manifesta, secundum Vant. *de nullitat. rubr. quoties, & intra quod tempus, num. 3. vers. talia.*, vel quando nullitas esset notoria, & euidens ex actis, secundum Couar. *pract. qq. cap. 25. num. 2.* vbi alios allegat, Gratian. *discept. forens. cap. 581. num. 13.* in hoc enim casu est audiendus allegans nullitates contra tres sententias conformes, vel contra aliquam ex eis, etiam ad impediendam executionem, quando verè manifestè appareret ex eisdem actis de nullitate; nam si aliunde esset probanda, etiam si incontinenti, non esset audiendus, vt benè aduertit Couar. *loc. prædict.* qui ita intelligit contrarium tenentes, sequitur Gratian. *discept. forens. cap. 118. num. 47.* Et quia in his terminis paria sunt, quòd sententiæ sint nullæ, vel notoriè iniustæ, Seraphin. *decis. 988. num. 5.* merito dicendum est, quòd quandocunque constat ex actis de notoria iniustitia, sententiæ non dicuntur conformes, nec exequi merentur, Seraphin. *cit. loc.* & sufficit iudicatum fuisse contra notorium ius partis, adhoc vt non sit locus tribus conformibus, vel duabus vigore statuti, siue talis notorietas sit expressa in sententia, siue sit relata generaliter, aut specialiter, vel indistinctè, Surd. *cons. 324. num. 4. vsque ad 8. lib. 3.* post Asin. *in prax. §. 31. cap. 2. limit. 6.* Aymon. *cons. 373. num. 4.* & passim stante euidenti iniustitia datur reuisio sententiarum, à quibus prohibetur appellatio per statutum, Contard. *in l. vnic. limit. 9. num. 4. & 11.* vbi etiam quòd nunquam excluditur officium Iudicis, quod semper potest implorari ad impediendam executionem trium conformium propter euidentem iniustitiam, Claud. Seisell. *in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 9. ff. de verb. oblig.* ad hæc vide decis. Rot. *in vna Signina bonorum 4. Iuly 1610. quæ est decis. 662. num. 3. in recentior.* & aliam *Bononien. de Ghelis 9. Iuly 1610. coram D. Coccino*, & aliam *Laud. pecuniæ 1. Iuly 1588. coram D. Pamphilio impressam per Marches. de commiss. part. 3. §. 1. fol. 20.* Et ad hunc effectum dicitur sententia notoriè iniusta, si fuerit lata non transportatis actis, testium depositionibus, instrumentis, vel alijs iuribus à Iudice à quo ad quem, vel si ipsa sententia sit fundata in instrumento nullo, tenet Gratian. *discept. forens. cap. 691. cap. 28.*

10 Limitatur tertiò, vt admittenda sit exceptio nullitatis, etiam ad impediendam executionem trium conformium sententiarum, quoties executio semel facta amplius retractari non posset, secundum Card. *hic col. 2.* Bald. *in l. si feriatis, ff. de arb.* Roman. *singul. 287.* Paul. de Castr. Alex. Ias. Rip. & alios, quos refert, & sequitur Couar. *supracit. loc. num. 2. vers. secunda constat*, & dictum est supra.

11 Obserua quartò, quòd minor, vel alia persona priuilegiata restituitur aduersus tres sententias conformes, refert Ricc. *collect. 77. in fin.* decisum per Rot. Auenionen. apud de Lauren. *decis. 2.* Verùm pendente lite, & causa super restitutione in integrum, an scilicet competat, vel non competat, non retardatur executio trium conformium sententiarum; nam licet verior sit opinio illorum, qui tenent restitutionem in integrum impedire executionem trium conformium, licet alij contrarium teneant; tamen in dubio quando discutitur, an restitutio competat, melius est sequi opinionem contrariam ad euitandas calumnias, faciunt dicta per Couar. *pract. qq. cap. 25. num. 7.* vide Bald. *in l. vnic. C. ne liceat in eadem caus. tertio prouoc. num. 10. vbi addit. lit. B.* & quod Ecclesia petens restitutionem in integrum impediat executionem trium conformium sententiarum, defendit Genuens. *pract. Eccles. 15. cap. quæst. 421. per tot.*

Nota quintò, quòd exceptio *cap. Odoardus, de solut.* impedit executionem trium conformium sententiarum, tenet Couar. *cit. loc. num. 7. vers. decimotertio, & variar. resolut. lib. 2. cap. 1. sub num. 9. vers. quoties vero, circa med.* refert decisum Ricc. *collect. 77. circa fin.* 12

Nota sextò, quòd sententia nulla, quæ ex nouiter deductis fuit confirmata, facit numerum inter sententias conformes, ita Thes. *decis. 228.* similiter inter illas facit numerum laudum Arbitrorum, refert Ricc. *cit. collect. 77.* decisum per Rot. March. apud Gratian. *decis. 82.* Nec requiritur ad effectum huius Clementinæ, quod tres sententiæ conformes sint successiuæ, cum sufficiant fuisse interpellatas, vt communiter aduertunt DD. in ead. Clement. præsertim Card. 18. *quæst.* sequitur Franch. *decis. 135. num. 2.* 13

Nota septimò, quòd impeditur executio trium sententiarum conformium, & si est facta, reuocatur ipsa executio, si sententiæ non iustificantur ex actis probatorijs, quia in hoc casu tres sententiæ conformes non considerantur, ita Gabr. *cons. 28. num. 6. lib. 2.* post Felin. *in cap. inter cæteras, decl. 7. de re iud.* quos refert, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap. 581. num. 22.* Nec merentur exequi tres sententiæ conformes, si sunt latæ, vel quælibet ipsarum sit lata prætextu probationis inualidæ, & reprobatæ, vt post alios dicit Gratian. *cit. loc. num. 32.* 14

Nota octauò, quòd tres sententiæ conformes non operantur vt executio facta post inhibitionem non sit attentata, ita Lancellot. *de attent. post inhibit. ampliat. 6.* quem sequitur Ludouis. *decis. 435. num. 3.* qui tenet executionem prædictam esse reuocandam tanquam attentatam, cum inhibitio siue iusta, siue iniusta seruari debeat, Put. *decis. 395. lib. 2.* Caputaq. *decis. 93. part. 2.* Cæs. de Graff. *decis. 6. num. 2.* 14

Nota nonò, quòd tertius veniens ad causam si venerit post primam sententiam, & reportauerit alias duas conformes primæ contra, vel si venerit post secundam sententiam, & reportauerit tertiam conformem contra, non potest appellare, nec de nullitate dicere non parito iudicato iuxta formam huius Clement. quia cum venerit ad causam in statu, & terminis, in quibus reperitur, & causa est in statu, vt post tertiam sententiam mereatur exequi, in eisdem terminis est audiendus, ita Put. *decis. 71. lib. 3.* Rot. *diuers. decis. 305. num. 3.* vbi deciditur, quòd tertia sententia quoad tertium venientem ad causam est vltima, Achill. *decis. 12. de appellat.* quod intellige quando tres conformes fuerunt latæ contra legitimum contradictorem; secus tamen si essent latæ contra non legitimum contradictorem, quia tunc audiretur tertius veniens ad causam etiam contra tres conformes habens interesse releuans, ita Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 86. num. 55.* 16

Nota decimò, quòd vigore particularis statuti executio, de qua in hac Clementina fit post duas conformes non expectata tertia sententia; ita in Vrbe inter ciues, & incolas testatur Ludouis. *decis. 492. in princ.* sic etiam in Sacro Consilio Neapolitano Curiarum totius Mundi præstantissimo, refert Franch. *decis. 664. num. 13. vers. hac quæstio*. In Curia Archiepiscopali Neapolitana executioni mandantur duæ relationes conformes in causis Sasinarum fabricarum faciendarum, vel demoliendarum, & similium, vt apparet ex *rit. eiusd. Cur. 22. in impress. apud Caranit.* in Tribunali Fabricæ S. Petri de vrbe Neapoli existente duæ sententiæ conformes executionem paratam habent, asserit Marant. *controuers. iur. lib. 1. resp. 14. num. 21. & resp. 21. num. 16.* 17



OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *SEntentiæ quando conformes dicantur.*
2 *Conformitas non desideranda in cortice, & figura verborum, sed in substantia veritatis, & quando secus.*
3 *Praxis signaturæ in Curia Romana.*
4 *Conformitas in parte, an habeat effectum inappellabilitatis?*
5 *Declarantur Thesaur. Card. de Luca, & alij.*
6 *Quid in criminalibus.*
7 *Sententiam intermedia, an tollat conformitatem?*

1 SVper plurium sententiarum conformitate frequenter disputari solet, tam in terminis generalibus iuris communis prohibentis tertiò appellare, vnde propterea tres conformes liti finem imponunt, quoties nullitas, vel restitutio in integrum victo non prosit. Magis autem de hoc disputari solet stantibus aliquibus statuti, quæ in plerisque Ciuitatibus, & locis habentur hunc numerum abbreuiantibus, & propterea duæ conformes habeant vim trium, itavt non liceat nisi semel appellare.

2 Ad effectum autem conformitatis generaliter tam de iure communi, quàm statutario ista desideranda non est in cortice, seu figura verborum, sed sufficit in substantia veritatis. Vnde propterea secunda sententia, quæ mandet exequi primam, seu quod alias virtualiter, & implicitè id contineat, dicitur conformis, atque facit numerum, quamuis expresè id non dicatur.

Præterquam vbi secunda lata esset in diuersa actione, aut exprimeret causam omninò nouam, & diuersam, quamuis quoad condemnationem, vel effectum conformis esset, cum super illa noua actione reuera dicatur prima, non autem secunda.

3 Beneuerùm quòd in causis præsertim grauibus, de facto in casu huiusmodi statutorum de duabus, numerus trium verificatur, & in casu trium ad terminos iuris communis solent esse quattuor stante frequentiori stylo signaturæ rescribendi cum clausula *constito quod sit locus statuto*, siue *constito de duobus, vel tribus*, dum ita in effectu occasione disputandi super verificatione istius clausulæ *constito*, alia formalis habetur instantia, in qua pro Curiæ stylo, & præsertim Rotæ admittuntur noua iura, & quandoque etiam nouæ probationes pro causarum qualitate, & ideo disputatur de meritis, perindè, ac si esset causa noua, & integra, Card. de Luca *de iudic. discurs.* 36. *num.* 53. & 54.

4 Si autem conformitas esset in parte, & tunc in ea parte attenduntur sententiæ, etiamsi secunda sententia nouam adijciat causam, idque spectato effectu, Card. de Luca *vbi sup.* Thesaur. *decis.* 228.

5 Rectius dic procedere si caput est diuisibile, Mastrill. *decis.* 110. fusè dixi *in obseru.* 710. de Franch. *num.* 1. Idem si diuersitas sit in quantitate, quia conformes erunt respectu quantitatis confirmatæ, Thesaur. *decis.* 228. *num.* 12.

6 Conclusio nihilominus non procedit in criminalibus, in quibus sententiæ nunquam dicuntur conformes, nisi sint conformes in totum quoad pœnam in sententia contentam. Vnde si vna sententia condemnet in pœnam vltimi supplicij, vel aliam corporalem, quamuis ista pœna vti minor possit dici compræhensa in pœna maiori, & sub ista adsit minor, tamen aliud est respectu pœnarum, quando vna condemnat ad vnam, alia ad aliam, & vna sententia condemnat Reum ad triremes per 5. annos, alia ad tres, non erunt conformes, cum Tusco, & Guazzino dixi in *d. obs.* 710. *num.* 2.

7 Conformitatem non tollunt contrariæ sententię intermediæ, cum detur earum coniunctio huiusmodi medijs non obstantibus, Præs. de Franch. *decis.* 135. *per tot.* vbi ego asseclas commemoro, & post alios Annam *alleg.* 26. *num.* 9. Sanfelic. *decis.* 4. *num.* 14.

ANNOTATIO XXXVI.

De Sportulis, & salario Iudicis.

ARGVMENTVM.

Notatur quid valeat in illis consuetudo. Vnde dicantur, & quæ sint. Quibus Iudicibus debeantur. A quibus exigendæ non sint. An debeantur Delegato dispensationis Matrimonij. Quomodo sint consignandæ Notario. An debeantur Iudici, qui non sententiauit, quando per se non stetit. Quando Iudicibus Ecclesiasticis debeatur salarium. Et alia.

SVMMARIVM.

1 *COnsuetudo recipiendi sportulas, & salarium valet apud Iudices Ecclesiasticos.*
2 *Sportulæ vnde dicantur, & quæ sint, & cuius quantitatis, num.* 3.
4 *Sportulæ debentur Iudici ordinario, & delegato, Arbitro, & Arbitratori Notario, & Assessori, & à quo.*
5 *Capitulum Sede Vacante si valens eligere Vicarium literatum, elegit illiteratum, tenetur ad expensas Assessori.*
6 *Sportulæ, nec alia salaria sunt exigenda à pauperibus, etiam à spontè dantibus; vnde Fiscus, & diues tenentur prouidere pauperi de aduocato. Idem seruandum quoad sportulas cum omnibus in necessitate constitutis, & cum Hospitalibus, & Monasterijs, num.* 7. *Et quando peccet Iudex, vel alius Officialis exigens sportulas à pauperibus, num.* 8. *Et quando quis dicatur constitutus in graui necessitate, vel dicatur miserabilis persona, num.* 9. *Tenetur tamen pauper ad expensas, quando illas consecutus est ab aduersario, num.* 10.
11 *Sportulæ, nec aliud quid accipit Delegatus dispensationis Matrimonij, nec etiam pro accessu. Et quid in Iudice paupere, vel Notario.*
12 *Sportulæ sunt consignandæ Notario, qui illas tradet Iudici.*
13 *Sportulæ debentur Iudici, vel Assessori, etiam quod non sententiauerit, quando per ipsum non stetit, & laborauit in videndo processum.*
14 *Sportulæ si fuerint datæ, non dicitur ex eo quis consensisse in Iudicem.*
15 *Salarium debetur Vicarijs, & alijs Iudicibus Ecclesiasticis, etiam non solitum, vel non constitutum, num.* 17. *Et à quo debeatur Vicario Episcopi mortui, num.* 16. *Vel Vicario capitulari, num.* 18.

ANNOTATIO XXXVI.

§. VNIC.

Ad Textum in cap. cum ab omni, de vit. & honest. Cleric.

IN hoc Text. statuit Innocentius III. Iudices Ecclesiasticos, siue Ordinarios, siue Delegatos gratis iudicare debere, nec exigere posse à litigatoribus decimam, vel aliam quotam litis, etiam si hoc habeat consuetudo, nec id licere exigi nomine Assessorum; & licet text. loquatur in Delegato, quia tamen ratio illius concernit, & fortius Ordinarium, merito dispositionem illius etiam procedere dicunt communiter DD. *in eod. text.* præsertim Abb. *num.* 9. in Ordinario, & quia generaliter dicit, quòd Iudex debet gratis ius dicere, ideò DD. etiam communiter prohibent sportulas de iure communi, ita Ioan.

Ioan. Andr. *hic*, & Card. *opposit. 4. & num. 7. ad fin.* Abb. *num. 9.* Iaſ. *in §. tripli, num. 6. ad fin.* vbi Faber. *num. 3. inſtit. de act.* idem Iaſ. *in l. ius ciuile, num. 4. de iuſtit. & iur.* Gemin. *in cap. ſtatutum, §. inſuper, num. 1. de reſcript. in 6.* Innoc. *in cap. 1. poſt princip. de plus petit.*

1 Sed præmitte, quòd etſi prædicti DD. & alij in terminis huius text. non admittant conſuetudinem recipiendi ſportulas à Iudicibus Eccleſiaſticis; nihilominus contrarium, nempè quod conſuetudo illas recipiendi teneat, reſpondendo contrarijs concludit Ancharan. *conſ. 218. col. 2. verſic. his non obſtantibus, & conſ. 201. in princip.* Specul. *de ſalar. indic. num. 9. & 13.* & de magis communi teſtatur Add. ad Roman. *ſing. 183.* Card. *in Clem ſtatutum, col. 2. ante med. de elect.* vbi intelligit, dummodo conſuetudo non ſit immoderata, Corſet. *ſing. 297. poſt med.* Felin. *in cap. licet in corrigendis, in princ. de offic. ord.* Rolan. *conſ. 87. in princ. lib. 2.* Pract. Papienſ. *in form. reſp. rei conu. in verb. non tamen animo conteſtandi, num. 2.* Rebuff. *de ſalar. tax. pro viſit. proceſ. art. 1. gloſ. vnic. num. 18.* quam opinionem admittunt, quando Iudex Eccleſiaſticus non habet Beneficium, ſeu redditus ſufficientes quia ſi haberet redditus, ſiue Beneficium ſufficiens, tunc teneretur gratis ius dicere, iuxta diſpoſitionem huius text. vbi ita diſtinguunt DD. omnes, & in *cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. in 6.* Corſet. *cit. ſingul. 297.* qui teſtatur id procedere de iure canonico, & ciuili, per *text. in §. illud, auth. de mand. Princ. §. ne autem labor, auth. de iudic.* Salyc. *in l. iubemus, C. ad l. Iul. repet.* Menoch. *de arbitr. caſ. 342. num. 40.* ex prædictis cum eadem diſtinctione poſſit reſolui quando Iudex habet ſalarium. Sed quicquid ſit de iure, certum eſt in praxi, quòd Iudices Eccleſiaſtici recipiunt ſportulas, & ſalarium, quod regulariter non ſolet eſſe ſufficiens, proinde notabo nonnulla ad vſum frequentiora de ſportulis, & ſalario Iudicum.

2 Nota primò, quòd ſportulæ propriè ſunt quædam vaſa, quæ ita vulgariter vocantur: ſed quia in illis ſolebant deferri munera Iudicibus, inde quod datur Iudicibus ſportulæ vocantur, & ponitur continens pro contento, ita Abb. *hic num. 9.* propriè verò vocantur ſportulæ expenſæ, quæ fiunt circa nuncios, & executores, per *tit. C. de ſport.* tenet Carauit. *ad rit. M. C. V. 298. num. 18.*

3 Cuius quantitatis debeant eſſe ſportulæ non eſt in iure, maximè canonico determinatum, nec vniformis eſt praxis exigendi illas in Curijs Eccleſiaſticis; & licet quoad quantitatem prædictam ſtetur conſuetudini, vt dicit Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 55. num. 38.* tamen ſciant Iudices, maximè Eccleſiaſtici, quòd exactio ſportularum eſt illis permiſſa in ſubſidium per ſacros Canones, ſcilicet quando non habent Beneficium, vel ſalarium ſufficiens ad honeſtè viuendum pro eorum dignitate; vnde videntur denegata quoad exceſſum honeſtæ ſubſtentationis pro eorum dignitate.

4 Nota ſecundò, quòd de iure in caus ſis ſummarijs non debentur ſportulæ, §. *ſit tibi, auth. de mand. Princ.* Bald. *in auth. generaliter, col. 1. n. 2. C. de Epiſc. & Cler.* tamen de conſuetudine debentur, vt teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 55. num. 42.* debentur enim non ſolum Iudici Ordinario, & Delegato, ſed etiam Arbitro, *l. quoties C. de priuileg. ſcolar. lib. 10.* & Arbitratori, Iaſ. *in §. tripli. inſtit. de act.* Natt. *conſ. 89. lib. 1.* debentur etiam Aſſeſſori hoc modo, ſi petitum eſt conſilium ſapientis, debetur ſalarium à petente; ſi Iudex ex officio vult conſilium ſapientis, ſoluitur communibus expenſis partium, ita Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 63.* quem ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 15. num. 44.* debentur etiam expenſæ Notario ab eo, qui actum petit, *cap. 2. §. ſed cum ſecundo, de iudic. in 6.* Sed melius dicendum eſt ſi Iudex Eccleſiaſticus pro ſua ignorantia aſſumit ſibi Aſſeſſorem, aut eſt Iudex Ordinarius, ad Delegatus; ſi Ordinarius, quia debet eſſe Iuriſperitus, & Canonum ſtatuta non ignorare, & debet habere conſcientiam diſcernendi, vt in *cap. 1. de conſang. & affin. & in cap. 1. in fin. de conſecr. diſt. 6.* imputet ſibi ſi literatus non ſit, & proinde ſatisfaciat Aſſeſſori; quòd ſecus eſt ſi in aliquo loco Iuriſperitus inueniri non poteſt vt ordinarius conſtituatur Iudex, & proinde rogatus illiteratus acceſſit Iudex, maximè ſi Epiſcopus ſit pauper, vt non poſſit literatum ſuis ſumptibus conducere; tunc enim tenerentur partes; ſi Delegatus à Sede Apoſtolica, & tunc partes tenentur erogare in expenſis Aſſeſſorum; ſi Delegatus ab Ordinario, & tunc ſi ad Vniuerſitatem cauſarum, quia loco Ordinarij habetur, idem dicendum eſt quod de Ordinario, ſi eſt Delegatus ad ſpecialem tantum cauſam, & tunc ſi delegatio eſt facta ex officio, delegans erogare tenetur expenſas Aſſeſſorum; ſi ad partium inſtantiam, tenentur partes, ita optimè diſtinguis Ioan. Segura *in direct. Iudic. Eccleſ. 1. par. cap. 14. à num. 38. vſque ad 48.*

5 Ex dictis colige cum eodem Seg. *num. 41.* quod ſi Capitulum Sede vacante elegit Vicarium illiteratum, qui indiget Aſſeſſore, ſi potuit eligere literatum, tenetur de proprio erogare in expenſis Aſſeſſoris, vel portionem illi dare ex ſportulis debitis Vicario; ſi verò non habuit literatum ad illum deputandum in Vicarium, tunc deputando illiteratum, partes tenentur ad expenſas Aſſeſſoris.

6 Nota tertiò, Iudicem non debere exigere ſportulas in cauſis pauperum, eſt commune apud omnes, tenet gloſ. *in §. tibi, in ver. gratis, auth. de mand. Prin.* Bald. *in auth. generaliter, in princ. num. 2. in fin. C. de Epiſc. & Cleric.* Rolan. *conſ. 87. num. 23. lib. 2.* Tiraq. *de nobil. cap. 29. n. 40.* gloſ. ſingularis *in hoc cap. cum ab omni*, eſt text. expreſſus in *cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. lib. 6.* vbi Archid. & Domi. & alij communiter verùm eſſe cenſent, etiam in caſu, quo pauperes ſpontè offerant per text. *in l. fin. §. vt autem, C. de re milit. lib. 12.* latè Baet. *de dec. tut. praeſtand. cap. 10. num. 12.* & non ſolum ſportulæ ſunt remittendæ pauperibus, ſed & omnes aliæ expenſæ, & ſalaria etiam procuratoris, & aduocati; hinc multi Religioſi Epiſcopi proprijs pecunijs ſoluunt ſtipendium aduocato pauperum, qui gratis teneatur cauſas pauperum in eorum Curijs poſtulare; & Fiſcus litigans cum paupere tenetur illi de aduocato prouidere, *l. 1. §. quod Fiſcus, de Carbon. edict.* eandem obligationem habet diues litigans cum paupere; nam tenetur illi prouidere de aduocato ſuis ſumptibus, Cyn. & Bald. *in l. magis puto, §. in primit. ad med. de reb. eor. qui ſub tut. vel curat.* Lancellott. & alij per Addent. ad deciſ. Guid. Pap. *quæſt. 561.*

7 Aduertendum, quòd non ſolum pauperibus extrema neceſſitate laborantibus ſunt remittendæ ſportulæ, ſed omnibus conſtitutis in graui, & vrgenti neceſſitate, Hoſpitalibus etiam, & Monaſterijs; & non ſolum Iudices, ſed omnes Officiales, Tabelliones, & alij quicumque tenentur illas condonare, iuxta tradita per Couar. *pract. quæſt. cap. 6. num. 4. & cap. 7. num. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 369. per tot.*

8 Et quod peccet mortaliter Iudex, ſiue alius Officialis, qui ſportulas exigit à paupere conſtituto in graui, & vrgenti neceſſitate, etiam ſi non ſit in extrema neceſſitate, probat Sot. *de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 8. art. 1.* contra Caietan. quem refert, & ſequitur Couar. *pract. quæſt. cap. 7. num. 4. in fin.* & quia tali pauperi ſub pœna peccati mortalis de ſuperfluis ſtatus ſubueniendum eſt, ad latè adducta per Franc. Sarmient. *de redditib. Eccleſ. 4. part. cap. 5. per tot.* tum etiam quia eſt facienda differentia inter elargitionem eleemoſynarum ex bonis patrimonialibus quæſitam proprio labore, vel iure hæreditario, & eam, quæ fit ex quæſitis ex officijs Iudicum, qui gratis iuſtitiam miniſtrare tenentur, & Notariorum, qui vt plurimum ſine labore, & ſtudio ab Epiſcopis officia conſequuntur.

9 Quando quis dicatur conſtitutus in graui neceſſitate, remittendum eſt Iudicis arbitrio, qui ad hoc iudicandum debet inſpicere neceſſitatem ſui ſtatus, ita gloſ. communiter recepta in *auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.* notat Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 6. num. 8.* vbi alios refert; ſicut etiam Iudicis arbitrio remittitur, quis dicatur miſerabilis perſona, DD. *in l. vnic. C. quando Imperat. & in cap. ſignificantibus, de offic. deleg.* vide Menoch. *de arbitr. caſ. 66. per tot.*

10 Teneretur tamen pauper ſoluere ſportulas, & litium expenſas, quando illas conſecutus eſt ab aduerſario, vt eſt quando pauper petit in iudicio hæreditatem, vel maiorem partem illius, & habet præſumptionem iuſtitiæ; tunc enim Iudex ad petitionem pauperis poteſt condemnare aduerſarium ad expenſas litis ſecundum facultates, conditionem perſonarum dubium litis euentum, & valorem rei in iudicio deductæ, *l. fin. C. de ord. iudic.*

Surd. *de aliment. tit.4. quaest.23. num.41.* & alij, quos refert, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap. 55. num. 49. & seqq.*

11 Nota quartò, quòd Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, non potest nec minimum quid recipere pro sportulis, vel pro labore impenso in capienda informatione, vel alijs actis dispensationis praedictae; id enim prohibetur in Breui eiusdem dispensationis; quòd adeò verùm est, vt neque pro visura processus possit aliquid accipere in dicta causa, prout declarasse Sacr. Congreg. refert Genuen. *in prax. cap. 25. num. 13.* neque esculenta, & poculenta, vt probat Nauar. *cons.21. de praebend.* nec etiam pro accessu ad examinandum testes commorantes in alio loco, cum id tendat ad capiendam informationem, nisi in casu quo delegatus esset pauper; quia tunc posset aliquid recipere pro interesse, & vecturis equorum, ita Genuens. *cit. loc.* qui etiam refert, quòd Notarius potest aliquid accipere pro conficiendis actis in hac causa, prout declarauit Sac. Congr. immò, & ipse Iudex potest alipuid accipere post concessam dispensationem pro concedenda copia actorum, quod intellige si aliàs est solitum pro copijs aliquid dari Iudici, plura Dian. *par.5. tract.13. Miscell. resol.71.*

12 Nota quintò, quòd sportulae non sunt Iudici ab ipsis partibus tradendae, nam partes debent illas consignare Notario causae, qui postea illas tradet Iudici, ita ex Rebuff. *de salar. tax. pro visione process. glos. vnic.* tenet Gratian. *discept. for. cap. 561. num.* 38. qui rationem affert, quia alioquin pars posset dare magnam summam Iudici; sed hoc est potius de conuenientia, quàm de praecepto.

13 Nota sextò, quòd sportulae debitae Iudici ratione sententiae illi sunt soluendae, etiam quòd non iudicauerit, quando laborauit circa processum alicuius causae, & fecit quicquid ad eum spectabat circa prolationem sententiae, quae deindè non est subsecuta, vt quia partes se concordarunt, vel alio facto ipsarum partium, Ias. *in §. tripli, col. penult. ante med. num. 5.* vbi Surd. *in addit. in verb. aduertas, institut. de actionib.* Marsil. *singul. 693. num. 1.* Roman. *cons. 85. & cons. 434. num. 6.* Borgnin. *decis. 41. num.48. part.1.* Gratian. *discept. forens. cap. 561. num. 34. & seqq.* qui latè probat opinionem procedere tam in Iudice, quàm in assessore.

14 Nota septimò, quòd per dationem sportularum alieno Iudici non dicitur quis consentire in Iudicem, nec per hunc actum perditur ius declinandi forum, ita Angel. *in l. si susceperit, ff. de iudic.* Bald. *in auth. offeratur, in 2. notab. C. de lit. contest.* Felin. *in cap. inter Monasterium, de sentent. & re iud.* Ias. *in cit. §. tripli, nu.4. instit. de action.* Alexand. *cons.57. num.4. volum.1. & cons.27. num.12.* Dec. *cons. 142. num. 5. volum. 1.* Rip. *resp. 18. num. 3.* Mant. *cons.337. num.13. volum.2.* quos refert, & sequitur Ricc. *in prax. tom.2. resolut.55. num. 3.* Multa de sportulis vide apud Gregor. Tholos. *de Republ. lib.2. cap.6. num. 16. vsq. ad 20.* Alciat. *lib.3. dispunct. cap.17.* Azor. Cuiac. & alios in *rubr. C. de sportul.*

15 Nota octauò; Iudicibus Ecclesiasticis, Vicarijs, & similibus Ordinarijs deberi salarium, nec hoc prohiberi ex dispositione huius *cap. est text. in cap. inter caetera, de offic. ord.* vbi DD. omnes Specul. *tit. de salar. §. porrò si Ordinarius*, docet Segura *in direct. iudic. Eccles. for. 1. part. cap.14. in princ.* ex omni iure deberi; quod cum Praxis non seruet, hinc factum est vt Iudices interesse moti iustitiam pro se retinent, parum, aut nihil ex ea subditis ministrando. De hoc salario vide Sbroz. *de offic. Vic. lib.1. quaest.55.*

16 In hac materia solet disceptari, an successor Episcopus teneatur soluere salarium Vicario praedecessoris mortui; in quo casu distinguunt DD. vel Episcopus potest sine incommodo suorum subditorum per se iudicare, & tunc quia non tenetur per alium hoc facere, Put. *decis.43. n. 2. lib.2.* sequitur quòd salarium constitutum Vicario sit debitum voluntarium, & non necessarium, & proinde successor non teneatur ad illud, sed haeres Episcopi mortui; vel Episcopus non potest per se iudicare, vt quia non est Iurisperitus, vel est absens, vel Episcopatus est magnus, & pinguis, & tunc quia Episcopus tenetur habere Vicarium, sequitur quod debitum sit necessarium, & non voluntarium, & proinde tenetur successor, ita distinguunt Flor. *variar. quaest. lib.1. quaest. 8. num. 4. & seqq.* Hoied. *de benef. compatibil. part.2. cap.10. num.9. tom. 15. part. 1. fol.175.* Gratian. *discept. forens. cap.94. nu.37. & cap. 561. num.18. & seqq.* faciunt dicta per Seraphin. *decis. 74. nu. 6.* vbi defendit deberi salarium Vicario Episcopi etiam non 17 constituto, quem sequitur Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 33. num. 14.* qui id vlterius extendit, etiam si salarium non sit solitum praestari in eodem Tribunali.

Eodem modo debetur salarium Vicario Capitulari à 18 Capitulo constituto Sede Episcopali vacante ex bonis Ecclesiae vacantis, tenent Seraphin. *cit. loc. num.* 4. & Campanil. *praedict. loc. num.* 15. habetur etiam apud Quarant. *in Sum. Bull. verb. Cap. Sede vacante, num. 7.* qui ibidem dicit non posse Canonicos pacisci, & conuenire cum Vicario eligendo ab eis, vt teneatur salarium, & omne aliud emolumentum diuidere inter se, & alios Canonicos.

Multa de salario Magistratibus debito vide apud Menoch. *de arbitr. cap.514. per tot.* vbi inter caetera discutitur latè quando aucto, vel diminuto labore debeat augeri, vel minui salarium. Pro quibus actis Notarius, vel Cancellarius Episcopi nihil possit accipere, etiam pro labore, scriptura, sigillo, &c. Et pro quibus possit aliquid accipere, vide apud Dian. *part.5. tract.13. Miscell. resolut.70.* vbi adducit quicquid Sacra Congregatio in hac materia exigendum, vel non exigendum statuit, post Sell. *select. canon. cap.10. num.20.* & Barbos. *in collect.* DD. in varia loca Concil. Trid. *cap.1. sess.21. de reform.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA;

SVMMARIVM.

1 Vsus propinarum, seu sportularum an sit improbandus ratione mixturae pecuniae in iustitia ministranda?
2 In Collegiatis Tribunalibus an sit tolerabile?
3 In iudicijs executiuis, & summarij non exigatur propina, quid si absoluatur conuentus.
4 Pro decreto manutentionis an soluatur.
5 Inconuenientia adducuntur.
6 Diuersitas taxae propinarum.
7 Praxis refertur.

Sportularum, seu propinarum quae soluuntur Iudicibus vsus sit commendabilis, negandum videtur. 1 Quia videtur incongrua pecuniae mixtura cum administratione iustitiae, in qua Princeps tenetur salaria, & stipendia suppeditare ex redditibus Principatus, cum id reputandum veniat inter onera huius politici matrimonij, pro quorum supportationes Respublica ipsi Principi tanquam eius marito concedit emolumenta vectigalium, aliorumque iurium regalium tanquam dotem, cum qua onera supportare debet.

In Collegiatis verò Tribunalibus dici potest tolerabile, 2 dum improbabile est, vt ob singulorum interesse in sportulis alteretur id, quod de iure est faciendum, vbi praesertim sit numerus notabilis Iudicum, vt in Curia Romana sunt Rota, & Camerae, & in Ciuitate Neapolis S. R. Consilium, & Magna Curia Vicariae, sed vbi agitur de Iudicibus singularibus, tunc censendus sit abusus ob multa inconuenientia quae exoriri possunt.

Siquidem cum propina soluatur solum in expeditione 3 causae principalis per sententiam definitiuam, non autem vbi per decretum interloquutorium in iudicio exequutiuo, vel summario, ex Bald. *in Auth. generaliter n. 2. vers. adde C. de Episc. & Cleric.* Marchesan. *part. 1. fol. 801. num.123.* Rota *decis. 234. num.6. part.12. recent.*

Hinc vnum de duobus sequi solet, vel scilicet, vt aliqui 4 opinantes, quòd in iudicando cadat arbitrium regulatum à voluntate (quod falsum est) libentius concedunt absolutoriam debitori, qua relaxent mandatum exequutiuum fauore creditoris, eo quia primo casu detur propina in altero autem non.

Siue

5 Siue quòd vbi agitur de iudicio summarijssimo manutentionis, vel simili, quod est decernendum per decretum interloquutorium, pro quo propina non debetur, illud numquam conceditur, nisi etiam compleatur processus in iudicio ordinario, ad hoc vt eodem tempore sequatur sententia diffinitiua in negotio principali ad effectum obtinendi propinam, ita concipiendo duas citationes, vnam pro decreto interloquutorio in iudicio summario ad primam. Alteram pro sententia definitiua in negotio principali ad secundam.

Vnde resultant duo inconuenientia. Primò, quòd ille, cuius fauore concedendum est mandatum de manutenendo, vel exequutiuum illud obtinere non potest, si non habeat pecuniam promptam ad effectum soluendi propinam.

Seu quod maius inconueniens, non ita dicitur fieri quędam cumulatio petitorum, cum possessorio de iure prohibita, & præiudicialis eidem victori, dum id frequenter ansam præbet commissioni appellationis etiam ad effectum suspensiuum à decreto lato in iudicio summatio, vel exequutiuo, vt expertus sum in causa Collegij Societatis Iesu Neapolis cum Monasterio Chartusianorum.

6 Et quod magis est stante diuersitate propinarum, quòd scilicet infra summam scutorum mille est scutorum decem auri, vel minor quando summa est exigua, & vsque ad bis mille, viginitiquinque. A bis mille vsque ad quattuor mille quinquaginta, & ab inde vltra vsque ad quancumque summam, centum.

7 Nullæ soluuntur propinæ in Tribunali Auditoris Cameræ coram ipsomet, vel eius Locumtenentibus, aut coram Prælatis, quando procedunt tanquam ab eo deputati, & tamen audiuntur coram eisdem in causis eis commissis, in quibus soluuntur. Similiter soluuntur propinæ in Tribunalibus Vicarij Camerarij, Thesaurarij, Ædilium, & similibus, Card. de Luca *de iudic. discurs.* 39. *à num.* 31. *cum seqq.*

Rota habet quemdam stylum singularem deuiandi à stylo communi, & generali omnium aliorum Tribunalium non demandandi refectionem sportularum, quæ in Curia propinæ appellantur, quas ipsamet Rota recepit, qui stylus non videtur, quale fumentum iuris habeat, dum ista est expensa necessariam, quam facere oportar in expeditionem causæ, quando obtinetur sententia, ita de Luca *d. discurs.* 39. *num.* 18.

ANNOTATIO XXXVII.

De mutuo facto Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Notatur quomodo, & quando Ecclesia obligetur ex mutuo. Et quomodo sit probanda versio mutui in vtilitatem Ecclesiæ. Quibus contractibus obligetur Ecclesia non probata tali versione. Quid si sit factum mutuum pro certa causa. Quid si bona Ecclesiæ sint augmentata. Ecclesia an obligetur ex debito Sacristæ. Procurator agens nomine Ecclesiæ an recuperet expensas, non probata versione. Emptor rei Ecclesiæ an teneatur probare pretium versum esse in illius vtilitatem. Quomodo Ecclesia possit mutuare, & alia multa.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia obligatur ex mutuo verso in eius vtilitatem. Et an hæc versio sit necessaria quòd duret, num. 2. Et quod versio debeat esse vtilis, n. 3.*

4 *Ecclesia licèt non obligetur ex mutuo, quod non probatur versum in eius vtilitatem, obligatur tamen contrahens Prælatus, & eius hæres.*

5 *Ecclesia quibus contractibus non obligatur non probata versione in eius vtilitatem. Et ad quem spectet probatio huius versionis, num. 6. Et in quibus casibus non sit facienda hæc versio, num. 7.*

8 *Pecuniam fuisse versam in vtilitatem Ecclesiæ, probatur coniecturis. Et quibus coniecturis, n. 9.*

10 *Pecunia, quæ probatur expensa pro necessitate Episcopi, dicitur versa in vtilitatem Ecclesiæ.*

11 *Mutuum factum pro certa causa Ecclesiā non obligat, nisi probetur versio in illam causam, ita & de omni alia alienatione.*

12 *Mutuata pecunia pro illa conuertenda in vtilitatem Ecclesiæ, si casu peryt ante versionem, quando obligetur Ecclesia.*

13 *Augmentum factum in bonis Ecclesiæ per Rectorem hæres illius non recuperat.*

14 *Ecclesia an obligetur ex debito Sacristæ contracto pro Sacristia.*

15 *Procurator agens nomine Ecclesiæ an pro recuperandis expensis teneatur probare illas versas in vtilitatem Ecclesiæ.*

16 *Emptor rei Ecclesiæ quando teneatur probare pretium versum in vtilitatem Ecclesiæ.*

17 *Ecclesia mutuo dans an debeat hoc facere cum eius vtilitate, vel an sufficiat necessitas mutuatarij.*

ANNOTATIO XXXVII.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. quòd quibusdam de fideiussor.

IN hoc Text. DD. constituunt regulam, quòd Ecclesia obligatur ex mutuo, quando illud versum est in vtilitatem ipsius Ecclesiæ, & successor tenetur ad illud, ad hanc materiam conferunt dicta per Ciuilistas quando obligatur Ciuitas pro debito conuerso in eius vtilitatem, *in l. ciuitas, ff. si cert. pet. & in auth. hoc ius porrectum, C. de sacros. Ecclef.* Bald. *cons.* 335. *lib.* 3. Angel. *cons.* 245. *versic. sed dicendum*, Roman. *cons.* 440. *num.* 5. Canonistæ omnes *in hoc cap.* tractant hanc materiam in terminis Ecclesiæ, Abb. *in cap.* 1. *de depos. & in cap.* 3. *de solut.* Card. Mantic. latè *de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 12 Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 140. Menoch. *de arbit. cas.* 432. Gratian. *discept. forens. cap.* 196. *& cap.* 45. Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 2. *&* 3. & alij. In qua materia 1

Nota primò, quòd hæc versio in vtilitatem Ecclesiæ ad finem obligandi illam ad debitum, non est necesse vt duret; sufficit enim fuisse tempore contractus, maximè si Ecclesia tenebatur de suo facere illos sumptus; quo casu quantumcumque non duret versio, in dubio dicendum est tenere, quia Ecclesia facta est locupletior, argumento à simili de pupillo, vt *in l. pupillo, ff. de solut.* ita tenet Abb. *in hoc text. num.* 8. qui adducit exemplum quando Ecclesia recipit mutuum, quod conuertit in necessaria alimenta ministrorum Ecclesiæ; nam licèt non duret hæc vtilitas, nihilominus Ecclesia est facta locupletior: quia si non habuisset pecuniam mutuatam, expendisset de suo, ita Abb. & licèt Gratian. *discept. forens. cap.* 45. *num.* 6. videatur probare, quòd requiratur vtilitatem durare debere, tamen se restringendo dicit, quòd sufficit de sui natura esse durabilem, licèt ex euentu postea non extiterit talis, quòd non differt à dictis per Abb. nam semper quòd Ecclesia est facta locupletior, vtilitas dicitur durare; opinio Abb. est canonizata per Rot. apud Seraphin. *decis.* 66. 2

Nota secundò, quòd adhoc vt obligetur Ecclesia, & successor ad mutuum, necesse est vt hæc versio sit vtilis Ecclesiæ, ad quam Ecclesia verisimiliter expendisset de proprio, si non esset facta; aliàs non tenetur, si quòd fuit expensum, non expediebat Ecclesiæ, vt est si sit factum nobile ædificium parum vtile Ecclesiæ, tunc non teneretur restituere, nisi quantum est meliorata; licèt plus fuerit expensum; & si plus fuerit meliorata, quàm expensum, solùm tenetur ad expensum, ita Abb. hic *num.* 9. qui rationem affert, quia Ecclesia in hoc casu non tenetur ex contractu, quia non dedit mandatum, sed actione de in rem verso, ergo solùm tenetur ad id, in quo est meliorata. 3

Nota tertiò, quòd contractus mutui celebratus nomi- 4
ne

ne Eccleſiæ, in quo pecunia non eſt verſa verè, vel non probatur verſa in vtilitatem Eccleſiæ, licèt non præiudicet Eccleſiæ, tenet tamen quoad contrahentem; vnde Prælatus, vel eius hæres obligatur ex tali contractu, & quoad ſui præiudicium non auditur, dicens contractum non tenere, quem ipſe fecit, *cap. ex diuerſis, de cleric. coniug.* ita Innoc. *in cap. grauis, de depoſ.* cum quo tranſeunt Butr. & Imol. ſecundum Cardin. *in cap. ex præſentium, de pignor.* & ſequitur Barbat. ad Bald. *in auth. hoc ius porrectum, ſub num. 7. lit. E. & F. C. de ſacroſ. Eccleſ.* quos refert, & ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 196. num. 6. & 7.*

5 Nota quartò, quòd contrahens cum Eccleſia in tribus caſibus debet eſſe ſolicitus, vt pecunia conuertatur in vtilitatem Eccleſiæ. Primò, in contractu mutui. Secundò, in contractu depoſiti. Tertiò, in contractu venditionis pro debitis ſoluendis tantùm, ita Genuenſ. *in pract. Eccleſ. quæſt. 140. num. 5.* tenet etiam Gratian. *cit. diſcept. 196. num. 8. & ſeq.* qui dicit, quòd in alijs contractibus ſufficit tantùm ſolutio, licèt non ſit probata verſio prædicta; vnde dicit quòd vendens pannum Abbati pro veſtiendis Monachis, poteſt agere contra Monaſterium, quamuis Abbas non conuerterit in illius vtilitatem, ita Gratian. qui teſtatur de communi, docet principale dictum Ricc. *in prax. part. 1. reſol. 2. num. 5. & ſeqq.* & adducit Dec. *conſ. 36. col. 6. ad med. verſic. tertiò principaliter*, Surd. *deciſ. 156. in fin.*

6 Nota quintò, quòd hoc onus probandi verſionem mutui in vtilitatem Eccleſiæ, ad finem illud recuperandi ab Eccleſia, vel ſucceſſore illius, qui recepit mutuum, ſpectat ad ipſos creditores agentes pro recuperatione mutui,
7 ſicut dicimus de pecunia mutuata Ciuitati; in quibus terminis Ciuitas, & Eccleſia æquiparantur, *auth. hoc ius*, ibi, *verſam eſſe probauerit*, facit *l. 1. C. de ſolut. & liberat. debit. lib. 11.* Bart. *in l. ciuitas, ff. ſi cert. petat.* tenet in his terminis Genuenſ. *pract. Eccleſ. cit. quæſt. 140. ſub num. 1.* & eſt indubitatum.

7 Nota ſextò, quòd non eſt neceſſe probare hanc verſionem in vtilitatem Eccleſiæ, etiam ad finem recuperandi mutuum ab Eccleſia, vel à ſucceſſore, quando pecunia recepta eſt à Prælato cum conſenſu Capituli, ſi agitur de alienandis bonis mobilibus minimè pretioſis ipſius Eccleſiæ pro reſtitutione mutui, ita Menoch. *de arbit. cit. caſ. 432. num. 3. & ſeqq.* vbi latè comprobat opinionem, ſequitur Genuenſ. *pract. Eccleſ. quæſt. ſupra cit. num. 2.* per auctoritatem Salyc. *in cit. auth. hoc ius*, & Bald. *in d. l. ciuitas*. Si verò agitur de alienandis bonis immobilibus, vel mobilibus pretioſis, & tunc controuerſum eſt inter DD. an in hoc caſu ſit probanda verſio, prout videre eſt DD. pro vtraque ſententia apud Menoch. *cit. loc. num. 7.* qui videtur ſentire cum opinione negatiua, quòd nec etiam ſit probanda talis verſio. Secundò, non eſt probanda talis verſio, quando creditor agit contra Prælatum, qui recepit mutuum vt ſatisfaciat de fructibus Eccleſiæ, cùm eorum liberam habeat adminiſtrationem, *cap. cum nobis, de elect. cap. is, cui, de elect. in 6.* Abb. hic *num. 6.* Menoch. & Genuenſ. *loc. cit.* Nec facienda eſt probatio verſionis, licèt mutuum ſit factum ſingulari perſonæ, puta Canonico, vel Monacho nomine Eccleſiæ, quando talis perſona facultatem habuit à Capitulo, vel Monaſterio ſuſcipiendi mutuum, dummodò non ſit exceſſus finis mandati, in quo caſu eſſet probanda verſio, in quo facta eſt exceſſio, ita poſt alios Menoch. *cit. loc. num. 25. & ſeqq.* qui *num. 18.* tenet, quòd eſt probanda talis verſio, quando fuit factum mutuum ſingulari perſonæ, licèt ſit generalis adminiſtrator Eccleſiæ. Alios caſus, in quibus eſt facienda, vel non facienda probatio verſionis, vide apud Menoch. & Genuenſ. *cit. loc.*

8 Quomodo ſit probanda hæc verſio in vtilitatem Eccleſiæ, varia eſt opinio: nam aliqui tenent, eſſe probandam per veram probationem verſionem, cùm tractetur de obliganda Eccleſia ex facto alterius, & hanc opinionem dicit eſſe magis communem, Alex. *in d. l. ciuitas*, & faciunt verba huius text. vbi dicitur, Monaſterium ex cauſa mutui non poſſe conueniri, niſi fortè in vtilitatem ipſius manifeſtè conſtiterit pecuniam redundaſſe; tenent alij hanc verſionem in vtilitatem Eccleſiæ poſſe probari coniecturis, & hæc videtur verior, & rationabilior ſententia, dicit Genuenſ. *cit. loc. num. 4.* ne anguſtetur materia probationum, *l. quoniam, C. de hæret.* & probatur à ſimili, quia conſanguinitas, carnalis copula, violentia, & multa alia ardua probantur coniecturis, *cap. licèt ex quadam, cap. præterea, de teſtib. cap. literis, de præſumpt. l. ſi quando, C. vnde vi*, cum ſimilibus, tenet etiam Menoch. *de arbit. caſ. 432. num. 33.* Neque hæc opinio aduerſatur verbis huius text. diſponentis hanc verſionem eſſe probandam manifeſtè, quia probatio per coniecturas, adhuc dicitur manifeſta, *l. licèt Imperator, ff. de leg. 1.* gloſ. *in l. ſi tutor petitus, C. de adminiſtr. & peric. tutor.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 12.* Genuenſ. *cit. loc.* qui probat, quòd ſi aliter diceremus, Eccleſia tempore neceſſitatis non inueniret cum quibus contrahere poſſet.

Exemplificant has coniecturas DD. multis modis. Primò, ſi probatur, quòd tempore mutui Eccleſia pecunia indigebat, dicitur probata verſio ſecundum opinionem aliquorum; cuius contrarium, nempè, quòd ſola indigentia, non probet verſionem, eſt verius, & communius, vt videre eſt apud Menoch. *cit. loc. num. 34.* qui refert tenentes pro vtraque ſententia, ipſe verò hoc remittit Iudicis arbitrio. Sed melius eſt dicendum, quòd quando probata eſt indigentia, probatur etiam, quòd poſt mutuum Eccleſiæ neceſſitati conſultum eſt, præſumitur verſio, & id factum eſſe pecunia mutuata, tenet Genuen. *cit. loc.* per argumentum *l. fin. ff. de aliment. pupill. præſtand.* Bald. *in d. auth. hoc ius porrectum*, Roman. *in cit. l. ciuitas, num. 8.* Rip. *in l. is, qui bona, num. 10. in fin. ff. de pignor.* ſimiliter præſumitur verſio, ſi probetur poſt receptum mutuum, Eccleſiam feciſſe aliquam refectionem ad eius commodum, argumento *d. l. fin.* Bald. *conſ. 353. num. 2. verſic. modo probatur, lib. 3.* Vel ſi probetur poſt mutuum Eccleſiam emiſſe fundum vtilem, & alicuius æſtimationis, præſumitur emiſſe pecunia mutuata, Alber. *in d. auth. hoc ius*, Alciat. *in citat. l. ciuitas, num. 6.* Item ſi probetur, quòd Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ qui recepit pecuniam mutuatam, erat perſona probitate, & prudentia prædita, & ſolita negotia Eccleſiæ ſumma cum fide, & vtilitate peragere, præſumitur mutuum verſum in vtilitatem Eccleſiæ, ita gloſ. Archid. & Gemin. *in cap. hoc ius 10. quæſt. 2.* & gloſ. & DD. *in auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Caſtr. *conſ. 338. num. 2. lib. 2.* Menoch. *cit. caſ. 432. num. 36.* Sic etiam præſumitur verſio, quando mutuum fuit modicæ ſummæ, tenet Menoch. *cit. loc. num. 37.* poſt Alciat. *in d. l. ciuitas, num. 6. verſ. quid ſi de modica*. Et generaliter, ſemper quòd mutuum eſt receptum pro aliqua cauſa, ſi poſt mutuum, confeſtim reperitur ſatisfactum illi cauſæ, præſumitur ſatisfactum ex illa pecunia mutuata, Alex. *in cit. l. ciuitas, col. 3. verſ. ſubdit Romanus*, & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. *cit. loc. num. 38.*

Aduerte id, quòd probatum eſt, impenſum eſſe pro neceſſitatibus ipſius Epiſcopi, dici verſum in vtilitatem Eccleſiæ: quia Epiſcopus eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo; vnde ſi Prælatus contraxit debita pro ſua ſuſtentatione, tenetur ſucceſſor, quia pro neceſſitate Eccleſiæ videtur contraxiſſe, cùm Eccleſia teneatur illum alimentare, ita Abb. *in cap. 1. de ſolu. ſub num. 2.* Genuenſ. *pract. Eccleſ. cit. quæſt. 140. ſub num. 4. ad fin.* Sed licèt hæc opinio ſit pia, tamen Praxis illam regulariter non admittit. 10

Aduerte etiam, quòd ſemper, quòd mutuum factum eſt Eccleſiæ, vel alienatio rei illius, ſit ob aliquam cauſam determinatam, debet omninò probari hæc verſio, docet Imol. *in cap. 1. de depoſ.* per text. *in §. ſi verò quis, in auth. de alien. & emphyt. & cit. auth. hoc ius porrectum*, vbi in contractu celebrato cum Prælato, & Capitulo, eſt probanda Eccleſiæ verſio in illam cauſam determinatam, ſequitur Genuenſ. *cit. loc. num. 6.* 11

Quæro hic, quid dicendum de mutuo recepto pro conuertendo in vtilitatem Eccleſiæ, ſi pecunia mutuata ſtatim recepta, & nondum conuerſa in vtilitatem prædictam, fortuitò perijt? 12

Reſp. idem dicendum eſſe, ac ſi pecunia conuerſa eſſet in vtilitatem Eccleſiæ, & proindè ipſam Eccleſiam, & ſucceſſorem ad illam teneri, ita tenet Menoch. *cit. caſ. 432. num. 41.* per opinionem Alciat. *in ſup. d. l. ciuitas, num. 7. ff. ſi cert. pet.* Verùm in hoc cautius agendo, eſſet requirenda probatio, ſcilicet pecuniam fuiſſe mutuo receptam 13

pro

pro illa conuertenda in vtilitatem Ecclesiæ, & verisimiliter versionem fuisse factam, si pecunia non perijsset.


13 Nota septimò, quòd quando Beneficiatus fecit expensas de suo patrimonio pro augumento, & melioratione Beneficij, licèt rem vtilem fecerit Ecclesiæ, nihilominus eius hæres non potest prædictas expensas recuperare ab ipsa Ecclesia, vel successore, probatur per text. *in cap. fin. de pecul. cler.* vbi deciditur, quòd Clericus non potest relinquere hæredibus meliorationes, quas fecit, vnde Imol. *in eod. cap. fin.* concludit, quòd cedit Ecclesiæ augmentum, & vtilitas annexa suis rebus, hanc sententiam defendit Genuens. *pract. Eccles. quæst. 464. per tot.* contra Abb. *in cap. 2. de pecul. cler.* Boet. *decis. 44. num. 14.* Surd. *cons. 183. vol. 2.*

14 Nota octauò, quòd Ecclesia non obligatur ad debitum contractum per eius Sacrarij Custodem, pro Sacrarij necessarijs, quia Sacrarij Custos non fuit præpositus ad obligandum, nec ad negotiandum, ita Bald. *in l. 1. C. de exec. action.* vbi idem dicit de Custode altaris, & probat Genuens. *pract. Eccl. quæst. 530.* Verùm quia Ecclesia est cultrix iustitiæ, deberet restituere saltem, in quo est facta locupletior.

15 Procurator Ecclesiæ agens nomine Ecclesiæ cum mandato Rectoris, vel Capituli, certum est, quòd recuperat expensas, etiam si non probauerit versionem in vtilitatem Ecclesiæ, probatur ex *cap. cùm pro causa, de procur.* si verò egerit sine mandato, non recuperat expensas, nisi illas, quas probauerit versas in vtilitatem Ecclesiæ, asserit text. *in cap. quicumque 1. 2. quæst. 4.* & tenet glos. & Anton. de Butr. *in estat. cap. cùm pro causa.* Vnde si egit cum mandato, siue succumbat, siue obtineat, repetit expensas; sed si egit sine mandato, si obtinuit ad fauorem Ecclesiæ, recuperat expensas, sicut etiam repetit, quando vtiliter cæpit negotium, licèt succumbat, tenet Genuens. *pract. Eccles. quæst. 579. num. 4.* Verum in hoc vltimo casu Procurator habet contra magnam præsumptionem ortam ex sententia, quòd inutiliter cæperit.

16 Nota nonò, quòd emptor non tenetur probare versionem pretij rei alienatæ propter Ecclesiæ vtilitatem, nisi in casu, quo venditio esset facta pro soluendis debitis, vt diximus supra *vers. obserua quarto*, probat hanc opinionem principalem Ricc. *in prax. 1. part. resol. a. num. 1.* idque omninò procedit, quando de pretio rei venditæ ab Ecclesia propter eius vtilitatem emptor validè fecerit depositum; tunc enim talis emptor prorsus non obligatur ad procurandam, vel probandam versionem prædictam, vt est decisum apud Seraphin. *decis. 366. & decis. 249.* quod depositum debet esse actuale, secundum Ricc. *cit. loc. num. 2.* qui sententiam specialem, nempè, quòd emptor rei Ecclesiæ non teneatur probare pretium versum esse in vtilitatem Ecclesiæ, procedere dicit tantùm in venditione facta ab Ecclesia ex causa vtilitatis, secus in ea, quæ fit necessitatis causa, quia in hoc casu emptor tenetur probare pretium versum in causam expressam, adducit Innocen. *num. 10.* Anton. de Butr. *num. 4. in cap. 1. de deposit.* Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 3.* Rot. *in vna Romana Census 29. Ianuarij 1591. coram Bubalo*, vbi etiam habetur, quòd alienatio facta pro extinguendo censu, dicitur causa vtilitatis facta, non autem necessitatis, Gratian. *discept. forens. cap. 45.*

17 Nota decimò, quòd id, quod diximus, Ecclesiam non posse mutuum recipere, nisi concurrat vtilitas ipsius Ecclesiæ, non procedit, quando ipsa Ecclesia alteri suam pecuniam mutuo dat, recipiendo pignora; nam hic contractus Ecclesiæ non prohibetur, nec requiritur, vt in illo concurrat vtilitas; sufficit enim necessitas illius, qui pecuniam mutuo recipit, quia fortius Ecclesia, quàm Laici tenentur subuenire indigentibus, ita tenet Abb. *in cap. 1. num. 2. de feud.*



OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

Ex mutuo facto solis syndicis, & administratoribus non obligatur Ecclesia, Ciuitas, vel Monasterium non probata versione pecuniæ in vtilitatem Ecclesiæ, vel Ciuitatis, ne sit in potestate administratorum supplantare negotia gerere non valentium, Merlin. *decis. 209. & 255.* Seraphin. *decis. 368.* Card. de Luca *de credit. discurs. 82.* 1

Secus si fiat mutuum de consensu totius Capituli, Communitatis, vel Monasterij, tunc enim non tenetur creditor esse sollicitus de versione, Anna *singul. 9.* Merlin. & de Luca *vbi sup.* 2

Vel creditor contrahat cum deputatis à Parlamento prægnia conclusione, & mandato ipsis constituto ad contrahendum conuocato, & congregato Consilio, vt pro creditore decisum refert Gizzius ad Reg. Latro *decis. 116.*

Regulariter Monasterium condemnari nequit ex debito Abbatis, nisi constet pecunias in illius vtilitatem fuisse versas, *l. quod quibusdam*, & ibi glos. *in verb. & in vtilitatem, ff. de fideiussor. cap. 1.* vbi Innoc. *num. 1. de deposit. Auth. hoc ius porrectum in fin.* vbi Bald. *num. 23. C. de sacros. Eccles.* Menoch. *lib. 4. præs. 55. num. 1. & seqq.*

Quoties Abbas nullo præcedenti mandato Monasterij contrahit, *l. 3. §. sed si sic, ff. de in rem verso*, Calderin. *cons. 7. de probat.*

Propterea creditor adstrictus est probare pecuniam versam in vtilitatem Monasterij, ex Bar. *in l. ciuitas à num. 1. vsque ad 9. ff. si cert. pet.* vbi distinguit: Aut ipsa Ciuitas pecuniam accepit, & obligatur absque eo, quod creditor necesse habeat probare, quid de pecunia mutuata factum sit. Aut pecunia non fuit mutuata Ciuitati, sed syndico vigore specialis mandati, & tunc idem est dicendum. Aut vi generalis mandati administrationis generalis, & non obligatur Ciuitas, nisi probetur versio. Primò enim casu Ciuitas sibi imputare debet, cur tale mandatum dederit, Paul. de Cast. *consul. 186. lib. 1.* 2

Amplia, quòd si concessum fuisset administratori, vt pecuniam mutuo acciperet nulla expressa causa, pro qua impendendum foret, & indistinctè Ciuitas obligatur, licèt non probatur versio in rem Vniuersitatis, ita cum Bar. Mansus *consult. 34. num. 28.*

Quidquid secus esset, si non constaret in instrumento de numeratione, sed de confessione tantùm de recepto, Colet. *de process. exequut. cap. 3. num. 352.* Pinell. *in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 68.* Surd. *decis. 136. num. 1. & seqq.* Capiblanc. *de Baron. pragm. 12. num. 9.* Merlin. *de pignor. lib. 2. quæst. 73. num. 13.* Mansus *vbi sup. n. 29.* 3

Coniecturæ versionis in rem Monasterij, vel Ecclesiæ plures, & vehementes requiruntur, quoties Abbas mutuam pecuniam accipit sine mandato Monasterij, Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 14. num. 15.* Plena enim dicitur probatio, vbi coniecturæ sunt multum vehementes, & agitur de contractu mutui deliberatè inito, & de actibus palam, & publicè gestis, vt declarat Mantic. *vbi sup.* & plures coniecturæ vehementes plenissimam probationem faciunt, Bal. *cons. 3. num. 4. lib. 3.* Ciriac. *controu. 291. num. 21.* Rota *decis. 336. part. 2. rec. & decis. 599. n. 28.* penes Bichium. 4

Resultat coniectura ex narratiua receptionis pecuniæ pro soluendo ære alieno, concurrente vicinitate temporis inter mutuum, & solutionem æris alieni, Gratian. *discept.*

discept. 897. n. 11. Rota d. dec. 599. n. 13. & 14. penes Bich. Nisi Monasterium probaret, tunc adfuisse aliàs pecunias, Odd. de restit. in integr. part. 2. quæst. 51. num. 58. & vide inferius.

Si probetur indigentia alimentorum, & pecunia sit versa in emptionem frumenti, vini, victualium, & similium, quibus indigebat Monasterium, textus est in l. fin. C. alim. pupill. præstand. Surd. consf. 181. num. 40. vbi extendit etiam si indigentiæ potuerit aliundè prouideri huic necessitati, quia non præsumitur, Bich. vbi sup. num. 27. & 28, probant etiam testes de auditu deponentes de necessitate, qua premebatur Monasterium.

Causa expressa pro soluendo creditoribus, & isti descripti sint in libris Monasterij, & quid si obligatio Monasterij non subsistat, & non fuerit opposita, & declarata nullitas, agunt de hac Rota decis. 29. num. 4. & 5. post Cenc. de censib. & Bich. num. 19. & 20. & dixi in Gratian. cap. 45.

5 Abbas contrahens simpliciter adhuc si nomine Monasterij pecuniam recipiat, si illam eroget in vtilitatem Monasterij, contraxisse præsumitur pro Monasterio, Surd. consf. 383. num. 41. Bich. vbi sup. num. 29.

ANNOTATIO XXXVIII.

De Delegato Apostolico.

ARGVMENTVM.

Quando Delegatus recipiat potestatem. Quomodo debeat citare. An sit maior Ordinario. Et an Ordinario minor. Quæ possit facere. Quomodo exequenda sua sententia. Quando possit subdelegare, & cui. An possit causam delegatam auocare. Quas qualitates habere debeat Delegatus Apostolicus. Delegatio Vicario facta an transeat successori. Quid si pluribus facta sit delegatio. Delegatio an possit fieri Monacho. Quando expiret delegatio. An possit habere vltra duas Dietas. Et quomodo computetur Dieta, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus recipit potestatem à die præsentationis Rescripti. Et an valeant Acta ante præsentationem Rescripti, & post Datam illius. Et quid si processum sit de consensu partium, num. 2.*

3 *Delegatus debet citare cum inserta forma Commissionis. Quod ampliatur pluribus modis, & limitatur, num. 4. & 5.*

6 *Delegatus quomodo dicatur maior Ordinario. Et quando delinquens extra delegationem, vel in delegatione possit puniri ab Ordinario, num. 7.*

8 *Delegatus quæ possit facere, plura numerantur. num. 9. Et quando possit ius dicere, vel citare extra locum delegationis, num. 10. Et quando dicatur Delegatus in certo loco, num. 11.*

12 *Delegati quomodo exequatur Sententia. Et quid extra Diœcesim. An teneatur requirere Ordinarium. Declara, num. 13. & 14.*

15 *Delegatus Papæ potest subdelegare etiam partibus inuitis, dummodo concurrant requisita, vt hic. Et dummodo non sit electa industria personæ. Et quibus casibus dicatur electa industria personæ, num. 16. Casus, num. 18.*

17 *Delegatus quando possit subdelegare examen testium.*

19 *Subdelegatus à Delegato Papæ, non potest subdelegare. Et an possit committere examen testium.*

20 *Delegatus subdelegando, vel declarando non habere iurisdictionem, an possit iterum causam ad se auocare.*

21 *Delegatus quas debeat habere qualitates. Et quis dicatur in dignitate Ecclesiastica constitutus. Et quid si Delegatus resignauit dignitatem. num. 22.*

23 *Delegatio facta Vicario, an possit expediri per successorem, vel Episcopum. Et an per Vicarium Capitularem successorem, num. 24.*

25 *Delegatio pluribus directa, si vnus præoccupauit, an possit alter se intromittere in causa. Et quando.*

26 *Delegari non potest causa Monacho, etiam Canonico. Delegatus Theologus tenetur assumere Assessorem, num. 27.*

28 *Delegatio quando expiret per mortem delegantis. Delegatus quam Consuetudinem teneatur seruare, loci litigantium, an loci, vbi procedit, num. 29.*

30 *Delegatus in causa appellationis à grauamine, an possit cognoscere de causa principali.*

31 *Delegatus non debet trahere vltra duas Dietas. Et quæ dicatur Dieta. Et quomodo computetur. Et quid si locus habeat duas vias, vnam Maritimam, alteram Terrestrem.*

ANNOTATIO XXXVIII.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. præterea, de offic. & potest. Iudic. Delegat.

ADdunt hic communiter DD. materiam iurisdictionis, & auctoritatis Iudicis Delegati, occasione quòd text. dicit, quòd Index Delegatus recipit plenariam potestatem in omnibus, quæ ad causam spectant, ex commissione, & delegatione causæ; & in specie dicit, quòd potest partes compellere, & contumaces seueritate Ecclesiastica coercere, etiam si Literæ commissionis id non contineant. Tractant etiam hanc materiam Ciuilistæ tot. tit. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, Specul. lib. 1. rubr. de Iud. Deleg. Maranr. in prax. tit. an sit Ordinar. vel Delegat. Gallup. in prax. de Iud. Deleg. cap. 3. Ricc. in prax. 1. part. resol. 424. & seqq. Vant. de nullit. rubr. seu tit. 10. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. Genuens. in prax. cap. 85. secund. impress. vlt. Barbos. sum. Apostol. decis. collect. 191. Maranr. controuers. iur. part. 3. respon. 70. Massob. de Synod. Diœcesan. cap. 4. dub. 13. idem Barb. in collectan. ad cap. statutum, de rescript. in 6. & alij, in qua materia annotanda duxi nonnulla ad vsum Delegatorum Apostolicorum, quibus passim in causis inter Ecclesiasticas personas per Rescriptum Apostolicum dari solet. Vnde

Nota primò, quòd Delegatus Apostolicus recipit exercitium iurisdictionis à die præsentati Rescripti, & non antea, ita vt irritum est quicquid per eum factum est ante præsentationem prædictam, etiam quòd gestum sit post Datam Rescripti; vnde acta facta ante præsentationem, & post Datam Rescripti, non conualidantur per illius præsentationem, docent Lap. alleg. 81. num. 6. & ibi Mandos. Roman. consf. 353. num. 8. Fed. de Sen. consf. 24. in princ. Rot. decis. 242. vel 6. de offic. deleg. in nou. decis. 145. in fin. vel 7. de procur. in nouis, & decis. 457. seu 19. de concess. præben. similiter in nouis, Soc. qui testatur de communi in l. multum, ante num. 6. ff. de condit. & demonstr. Hinc debere Delegatum diem præsentationis Rescripti in actis curare apponi, aduertunt Bald. in l. eum, qui, post num. 3. ff. de iurisd. omn. Iud. in l. falsus, num. 19. C. de furt. Guid. Pap. decis. 286. Gratian. discept. forens. cap. 170. num. 20. plura vide apud Gabr. tit. de exeq. rei iud. conclus. 3. num. 3. & seqq. Seraphin. decis. 1010. num. 2. 1

Controuersum est in hoc casu, quando partes comparuerint, & consenserint litigare coram Iudice Delegato, non præsentatis Literis Commissionis, an acta sint nulla, vel potius sustineantur ratione consensus partium. Et quod non auferatur, neque conferatur iurisdictio saltem exercitio, non præsentatis Literis, etiam si partes consenserint, quod Iudex Delegatus procedat ante præsentationem prædictam, tenent Felin. in cap. cæterum, num. 11. vers. & procedunt hæc omnia, de rescript. Franc. in cap. super eo, il 2. num. 13. vers. sed limita omnia, de appellat. vbi etiam Dec. num. 12. vers. prædicta conclusio, & rationem 2

nem reddunt, quia priuatus non poteſt conferre iuriſdictionem, ideò etiam quod partes non opponant, proceſſus non valebit, *l. priuatorum*, *C. de iuriſdict. omn. Iud.* Contrariam ſententiam, nempè, quòd valeat proceſſus, quando Iudex Delegatus proceſſit non præſentatis Literis de conſenſu partium expreſſo, vel tacito, inducto ex ſilentio, tenet Bald. *in l. nec quicquam*, *§. vbi decretum*, *in fin. de offic. Procon.* Purpur. *in l. eum, qui iubet, col. 2. in fin. verſ. ſecunda eſt concluſio de iuriſdict. omn. Iudic.* Dec. *in cap. prudentiam, §. adycimus, col. 2. in fin. verſ. & ideo Iudex Delegatus, de offic. deleg.* Et hanc opinionem teſtatur eſſe veriorem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 170. *num.* 27. & rationem affert, quia hic partes non conferunt iuriſdictionem, quam conferre eis non permittitur, ſed remouent impedimentum iuriſdictionis iam quæſitæ, quod poſſunt facere, tenet etiam Ricc. *in collect. deciſ. part.* 1. *collect.* 532. *verſ. cæterum limita*, ad quod citat alios.

3 Nota ſecundò, Delegatum teneri partes citare inferendo de verbo ad verbum tenorem ſuæ Commiſſionis in citatione, alias citatos non obligari ad comparendum, docent Bart. *in l.* 2. *num.* 6. *ff. ſi quis in ius voc. non ierit*, Hoſtien. *in cap. præterea, poſt num.* 16. *de dilat.* Guid. Pap. *deciſ.* 286. & hanc eſſe magis communem opinionem, licet alij contrarium ſentiant, refert Campanil. *ad Rit. Cur. Archiepiſc. Neapol. rit.* 36. *ſub num.* 28. vbi etiam teſtatur ſic ſeruare ſtylum omnium Curiarum, Ricc. *cit. collect.* 532. & retulit mihi recenter D. Alexander Ventrilia, altiſſimus Practicus, I. C. bonos, meus Conſanguineus æſtimatiſſimus. Quod amplia, vt nec etiam valeat Proceſſus, nec Sententia, quando in citatione non eſt inſerta talis Commiſſio, docet poſt multos Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 170. *num.* 15. *& ſeqq.* Rot. *in vna Conimbricen. Decanatus* 19. *Nouembris* 1593. *coram Card. Millino*, Gallup. *cit. loc. num.* 12. Nec talis citatus ſi non compareat dicitur contumax, Ricc. *in collect.* 532. *verſ. infertur ſecundo.* Amplia, vt ſupradicta procedant, etiam ſi Iudex afferat in citatione de Commiſſione, vel ſi Notarius atteſtetur illam regiſtraſſe, & faciat fidem de menſe, die, & tenore illius, ita tenet Gratian. *cit. loc. num.* 17. poſt Rot. *in vna Cartagin. Tranſlationis Penſionis* 19. *Iunij* 1606. reſpondens contrarijs.

4 Limitatur tamen ſuprapoſita opinio, vt illa non procedat, quando de ſtylo alicuius Curiæ non eſſet conſuetum inſeri huiuſmodi Reſcripta in citatione, vt tenet Grat. *cit. loc. num.* 15. & quando Delegatus eſſet perſona excelſa, nota, & probata, vt credatur de commiſſione, etiam quod non inſeratur in citatione, tenet poſt multos Farinac. *de teſtib. quæſt.* 63. *num.* 56. qui teſtatur de magis recepta opinione, licet alij contrarium ſentiant, & *num.* 55. teſtatur id indubitatè procedere in Cardinali, ſequitur Grat. *cit. loc.* Et vide alias limitationes apud Ricc. *cit. collect.* 532. Aduerte, quòd Praxis ſeruat introſcribere Reſcriptum commiſſionis in primis citationibus tantum, ita vt ſemper quod Delegatus citat in cauſa nouam perſonam, prima vice citat cum inſerta forma, ſicque ſeruat in prima citatione partis, teſtium, & ſimilium.

5 Limitantur etiam ſupradicta, quando Iudex citans, & citatus, eſſent in eodem loco, vel parum diſtarent; tunc enim teneretur citatus comparere, etiam ſi Delegatus citaret non inſerendo formam commiſſionis in Reſcripto, & hoc ob modicum præiudicium, & quia oritur probabile dubium iuriſdictionis, dummodo ſaltem afferat de commiſſione, ita Abb. *in cap. præterea, ſub num.* 5. *in fin. de dilat.* vbi etiam Butr. Iaſ. *conſ.* 145. *per tot.* ſequitur Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 170. *num.* 31. Limitantur etiam in Conſeruatore, qui licet ſit Delegatus, gloſ. *in cap.* 1. *verb. conſeruatores*, *in princip. de offic. deleg. in* 6. tamen quia eius iuriſdictio eſt fauorabilis, & pro illa præſumitur, merito in citando non adſtringitur ad inferendum copiam Commiſſionis, ita poſt Iaſ. *cit. loc.* docet Grat. *eod. cit. loc. num.* 28. *& ſeqq.* diximus ſupra, cum tractauimus de Conſeruatore.

6 Nota tertiò, communem afferri ſententiam per DD. Delegatum Papæ eſſe maiorem Ordinario, & digniorem, quòd ſolum intelligitur quoad ipſam cauſam tantùm ſibi delegatam, extra quam habetur pro priuato, nec Ordinario æquiparatur, ita Barbat. *in rubr. de offic. deleg. num.* 17. *& ſeqq.* Bald. *in l. ſi vt proponis, la* 1. *num.* 9. *verſic. tu autem, C. quomod. & quand. iud.* Alex. *conſ.* 79. *ſub n.* 2. *verſ. Delegatus enim, lib.* 1. Cagn. *in rubr. ff. de offic. eius*, *num.* 47. *& ſeqq.* qui teſtatur de communi, & de magis communi Bero. *in rubr. de offic. delegat. num.* 36. *circa med.*

Hinc ſi Delegatus extra cauſam delegatam delinqueret, 7
vel in iudicio vocaretur, per Ordinarium iudicaretur, cum tractetur vt priuatus; eſt commune, & docet Grat. poſt alios *cit. loc. n.* 67. Dubium eſt tamen, ſi delinqueret in delegatione, an poſſit per Ordinarium puniri, in quo dicunt aliqui, quod ſi Delegatus delinquit in non procedendo, & tunc quia ſolum exceſſit contra Papam delegantem in non parendo mandatis ipſius, non poteſt per alium inferiorem puniri; ſi verò delinquit per ſe agendo, & tunc puniri poteſt per Ordinarium loci, quia non conuenitur vt Delegatus, ſed vt criminoſus, ita ex Abb. & Ioan. Andr. *in cap. fin. de reſcript.* tenet Genuenſ. *in prax. Cur. Archiepiſc. Neap. cap.* 38. *num.* 6. quod Io. Andr. *cit. loc.* & Felin. *in cap. legebatur*, *num.* 3. *in fin. de maior. & obed.* non admittunt quoad impediendum Delegatum procedere in cauſa ſibi delegata, ſed finita cauſa, & delegatione. Sed hæc opinio Ioan. Andr. & Felin. non militat, quando Delegatus procederet de facto contra formam *cap. ſtatutum*, *de reſcript. in* 6. vel in caſu non comprehenſo in ſua commiſſione; tunc enim Ordinarius poteſt reſiſtere Delegato, etiam ad impediendum proceſſum in cauſa, ita Innoc. *in cap. ſi quando*, *de offic. deleg.* vbi etiam Abb. ad quod etiam adducitur doctrina gloſ. *in cap. ex litteris*, *de offic. deleg.* & tenet expreſsè Genuenſ. *cit. loc. n.* 5. ſequitur Ricc. *in prax. part.* 1. *reſ.* 431. *per tot.*

Nota quartò cum text. quòd cauſa ſimpliciter delegata 8
cenſetur omnia delegata, quæ conſecutiua ſunt ad finem cauſæ, deciditur non ſolùm in hoc text. ſed etiam *in cap. ex literis*, *eod. tit.* & omnia, quæ ad cauſam pertinent, *cap. ſuſpicionis*, *de offic. deleg. l. ad rem mobilem*, *l. ad legatum ff. de procur.* Vnde primo poteſt amouere impedimenta, *cap.* 1. vbi Dec. *num.* 14. *hoc tit. de offic. deleg.* & DD. omnes in hoc text. punire poteſt non ſolum partes, ſed etiam extraneas perſonas delinquentes in eius perſonam, & ſuam iuriſdictionem turbantes, etiam ſi non ponatur in Reſcripto, *cit. cap.* 1. vbi gloſ. *fin.* Abb. *n.* 1. *&* 6. Felin. *num.* 1. 14. *&* 15. & alij omnes, *cap. prudentiam, cap. paſtoralis, §. item, & §. fin. hoc eit. tit.* Bellett. *diſquiſit. cler. part.* 1. *tit. de fauor. cler. real. §.* 5. *num.* 25. & eſt indubitatum. Secundò, poteſt etiam punire impedientes productionem, ſeu examen teſtium, *cap. tam literis*, *cap. cum cauſam*, *& cap. conſtitutis*, *de teſtib.* Bellet. *cit. loc. n.* 26. Tertiò, & eſt grauis quæſtio inter DD. an Delegatus poſſit punire teſtem, qui coram eo falſum depoſuit; pro vtraque parte diuiſi ſunt Scrib. quos omnes videre potes apud Menoch. *de arbit. q.* 91. qui omnes refert opiniones; ipſe verò mordicus defendit, etiam in Delegato Papæ partem negatiuam, quòd non poſſit prædictos teſtes punire, & ex recentioribus eum ſecutus eſt Bellet. *diſq. cler. cit. loc. n.* 27. Praxis verò ſeruat contrarium, vt non ſolum ipſe, ſed etiam eius ſucceſſor punire poſſit talem teſtem, refert Genuenſ. *in prax. cap.* 85. *nu.* 1. *in fin.* Quartò, quando dati ſunt duo Delegati, cum clauſula, *Vt duo, vel vnus eorum procedat in cauſa*, vel cum clauſula, *Si vnus impeditus alter procedat*; ſi vnus procedit in cauſa, & alter Condelegatus impedit eum procedere, poteſt puniri ab ipſo Delegato, ita docent Io. Andr. & Gemin. *in cap. ſi contra vnum*, *de off. deleg. in* 6. Dec. *in cap.* 1. *n.* 14. *de off. deleg.* Menoch. *de arbit. caſ.* 438. *n.* 13. Quintò, Delegatus Principis, de quo nos loquimur, ſi ſemel nulliter iudicauit, poteſt iterum iudicare, ita tenent Dec. *in cap. in literis*, *n.* 5. *de off. deleg.* Angel. *in l. Iudex poſteaquam, de re iudic.* Boer. *q.* 6. *n.* 6. Menoch. *de arbit. q.* 66. *n.* 43. qui refert contrarium tenentes, & illis reſpondet validis argumentis. Sed hæc vera ſunt, quando eſt Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, de quo nos non loquimur, ſed Delegatus ad vnam tantum cauſam, qui ſemel ſententiauit, poteſt iterum ſententiare in vno tantum caſu, quando tulit ſententiam nullam eſt defectu formæ mandati, iuxta dicta per Ricc. *in prax.* 1. *p. reſol.* 428. Sextò, Delegatum poteſt citare auctorem laudatum etiam in Reſcripto non nominatum, tenet Ricc. *collect.* 415. 1. *par.*

Vlterius, & ſextò, dicit text. quòd Delegatus poteſt 6
con-

contumaces seueritate Ecclesiastica coercere. Quòd intelligitur secundum veriorem sententiam, vt possit censuras ferre; id enim importat ad plus seueritas Ecclesiastica, de qua in text. vt explicant Scrib. ibidem, præsertim Abb. num. 2. concedunt etiam DD. vt Iudex Delegatus possit mulctare contumaces, dummodo multa modica sit, ad dicta per Menoch. de arbitr. quæst. 74. num. 40. & clarius Ricc. collect. 415. Sed dictum de modica multa procedit in Delegato ab inferiori; in Delegato verò Papæ melius est dicere, quod possit mulctare, sicut & Ordinarius, secundum opinionem Abb. d. cap. num. 12. in fin. hoc tit. de off. delegat. qui num. 3. dicit, quòd vsque ad sex solidos aureos dicitur modica multa, probatur etiam ratione opinio Abb. nam si potest Delegatus Papæ coercere contumaces pœna seueritatis Ecclesiasticæ, quæ importat censuram, vt diximus, ergo multo magis potest punire pœna pecuniaria excedente sex solidos aureos, quæ nulli dubium est, quod sit minor pœna censuræ.

10 Non potest Delegatus partem innitam trahere extra locum delegationis, vt disponit text. in cap. statutum, §. in nullo quoque de rescript. in 6. Dixi, inuitam, quia si partes coosentiant expresse, tunc benè procedit Delegatus extra locum delegationis, ita glos. & DD. in cit. §. in nullo quoq. Rot. decis. 380. aliàs 15. de off. deleg. est indubitatum apud omnes, & validus dicitur processus, si cum consensu partium concurrat etiam consensus Ordinarij loci, probat ex glos. in cap. vt litigantes, vers. de consuetudine, de off. Ordin. in 6. & ex multis Campanil. in Diuersor. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 215. post Aretin. cons. 58. n. 4. & quicquid sine dicto expresso consensu partium gestum fuerit, irritum dicitur, latè Marant. controuers. iur. tom. 3. respon. 70. n. 5. & seqq. vbi doctè probat non sufficere consensum tacitum, nec consensum expressum induci per constitutionem Procuratoris. Hæc intelligimus, quando Delegatus existens extra locum suæ delegationis, vult in causa procedere; tunc enim necessario ad validitatem processus duo requiruntur, consensus nempè partium, & Ordinarij loci. Sed qoid dicendum, si Delegatus existens in loco suæ delegationis, vult citari facere partem extra dictum locum, & in aliena Diœcesi? In hoc quæsito, Genueos. in prax. cap. 85. num. 15. in fin. tenet posse Delegatum vbique, & sine licentia Ordinarij citare, sicut potest ipse delegans, contra quem fortiter insurgit Campanil. cit. loc. Sed quid dicam ego inter hos Recentiores, Iuris Canonici gigantes? non audeo vni adhærere, nec ab altero discedere, cum vtrumque habeam pro meo antesignano, eorum inconcussam doctrinam semper sequendo; itaque adhæreo Genuens. quando Delegatus vult citare extra locum delegationis, & extra suam Diœcesim nominatos pro exteris in Rescripto, vt cum mihi Primicerio Capuano delegata fuerit per Rescriptum Apostolicum causa quædam inter A. Capuanam, & B. Neapolitanam, validè potuerim citare B. Neapoli, etiam absque licentia Ordinarij Neapolitani, cum facultas censeatur concessa à Papa delegante, dum in Rescripto dat facultatem citandi partes, & illi est expressum, quod partes sunt Neapolitanæ: sed si necesse fuisset citare A. expressam Capuanam in Rescripto, dum in Vrbe Neapolis habitauerat, & tunc non discedo à Campanil. quod non potuerim illam citare Neapoli sine licentia loci Ordinarij, cum præsumendum sit Papam facultatem dedisse citandi A. Capuanam, Capuæ commorantem.

11 Aduerte, quòd duplici modo dicitur Papam delegare, & causam committere certo loco, & per consequens Delegatus non potest extra illum locum ius dicere sine consensu partium, & Ordinarij, vt supra. Primò, quando Papa expressis verbis id mandat in Rescripto. Secundò tacitè, quando Rescriptum dirigitur alicui sub nomine dignitatis; tunc enim censetur commissa causa in loco dignitatis; videlicet si Rescriptum dirigitur Primicerio Capuano, censetur facta mihi delegatio intra Diœcesim Capuanam, & extra illam non possem agere, nisi de consensu, vt supra. Verùm si Rescriptum dirigeretur Primicerio Capuano Neapoli commoraoti, tunc Neapoli esset procedendum in causa, nec etiam possem procedere Capuæ sine consensu partium, & Ordinarij, vt supra, ad dicta per Abb. in cap. nulli, sub num. 7. de rescript. & ibidem per Felin. sub num. 29. optimè Campanil. cit. loc. num. 214. Genuens. vbi supra.

Delegatus Papæ, de quo hic, potest suam sententiam exequi, docet post alios, Felin. in cap. significasti, num. 2. de off. deleg. Cæuall. qui refert de communi, & magis recepta opinione in prax. quæst. commun. contra commun. q. 632. num. 1. post Abb. in cit. cap. significasti, Campanil. cit. loc. sub num. 244. Sed dubium est, an Delegatus possit seotentiam exequi in alterius Diœcesi. In quo dicendum est, Delegatam seruando formam cap. statutum, de rescript. in 6. certum esse posse suam exequi sententiam in aliena Diœcesi, alias Ordinarius potest liberè resistere Delegato, exequi volenti contra formam prædictam, ita glos. in cap. ex litteris, vers. renunciet is irritum, de off. deleg. Innoc. in cap. si quando, eod. tit. Campan. cit. rub. 11. cap. 13. num. 327. qui num. seq. dicit, quòd indubitatum est in hoc casu, requiri saltem deberi Ordinarium eique innotescere debere executionem esse faciendam, ex præscripto Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 20. Genueos. in prax. cap. 38. num. 7. in Vrbe verò, ob Papæ reuerentiam Delegati non exequitur sententia, testatur Cassad. decis. 13. n. 4. de rescript. & decis. 3. de dol. & contum. Mandos. in commiss. execut. versic. causarum Auditor. 12

Declara quod diximus, Delegatum posse suam exequi sententiam, procedere infra annum; nam post annum non potest illam exequi, à qua appellatum oon fuerit sine noua commissione, quia post annum à die latæ sententiæ expirat iurisdictio Delegati, ex cap. quærenti, de effic. delegat. & ex cit. decis. 39. sed si est appellatum, & appellatio facta est deserta ob lapsum termini dati ad homine ad prosequendum, & tunc nec etiam potest exequi Delegati senreotia, iuxta dicta per Campanil. cit. loc. num. 247. si verò est appellatum, & appellatio facta est deserta per lapsum termini iuris, ob non prosecutionem appellationis infra annum, vel ex causa biennij, quia causa statim reuoluitur ad priorem Iudicem, potest Delegati exequi sententia absque alia commissione, Rota decis. 14. de appellation. in nouis, & explicat accuratè Campanil. cit. rubr. 11. cap. 13. num. cit. & num. 320. Cætera, cuius Iudicis exequatur sententia in casu non interpositæ appellationis, vel illa interposita, sed deserta, vide latè Gratiao. discept. forens. cap. 40. per tot. 13

Declara quòd diximus, Iudicem Delegatum volentem solam exequi sententiam extra Diœcesim, teneri saltem requirere Ordindrium; hoc fieri non solum, vt Episcopis honor deferatur, sed etiam vt prouisiones Delegatorum celerius executioni demandentur, cum præsumptio sit, quod Episcopi sint paratissimi obedire mandatis Papæ, propter iuramentum illis præstitum, ita Genuens. in prax. cap. 38. in fin. ex qua ratione colligitur, quòd siue consentiat, siue dissentiat Ordinarius, Delegatum posse suam exequi sententiam in aliena Diœcesi, dummodo seruet formam cit. cap. statutum, & requisitionem prædictam esse potius de vrbanitate, quam de rigore, quia sine illa adhuc executio est valida. 14

Delegatum Papæ posse alteri subdelegare, siue datus sit ex officio, siue de consensu partium, nisi electa sit industria, & fides personæ, vel commissum sit nudum ministerium exequendum, deciditur expressè in cap. quoniam, hoc tit. de offic. & potest. Iud. deleg. idque procedit, etiam partibus inuitis, cum hæc potestas subdelegandi competat Delegato Principis ex iure, probat Specul. lib. 1. tit. de Iud. Delegat. §. iam nunc, num. 3. dummodo subdelegatio fiat personis habentibus eandem qualitatem, quam habent Delegati, puta quod sint in dignitate constituti, vel Canonici Ecclesiæ Cathedralis, iuxta cap. statutum, de rescript. in 6. nec subdelegatio fiat extra Diœcesim, nisi de consensu partium, vt diximus supra, docet Genuens. in prax. cap. 85. num. 3. nisi subdelegaretur nudum ministerium, videlicet immissio in possessionem, testium examen, & similia, quæ simplicibus Clericis committi possunt, ita post Franch. & alios tenet Geouens. eod. loc. & dummodo subdelegatio fiat in Ciuitatibus, ac locis iosignibus, vbi possit commodè peritorum copia haberi, vt disponitur io cit. cap. statutum, in fin. 15

Pluribus modis dicitur electa industria personæ in Delegato, ita vt noo possit subdelegare. Primò, quando agitur de diffiniendis differentijs, & controuersijs, quæ 16

inge-

ingenium, ac peritiam Delegati respiciunt, *l. inter artifices ff. solut.* Secundò, quando delegatio, & commissio est facta ratione confidentiæ, tunc videtur electa industria personæ, probat text. *in cit. cap. quoniam*, §. *penult.* Bald. *consl.* 128. *col.* 2. *vers. sed ad hoc*, *lib.* 3. Butr. *consl.* 48. *in fin.* Tertiò dicitur electa industria personæ, quando oneratur conscientia Delegati, ita Alex. *in l. à Iudice*, *num.* 4. & ibi Ias. *col. penult. vers. quintò limita*, *C. de iudic.* idem Ias. *in l. si sic legatum*, *num.* 12. *de legat.* 1. Vant. *de nullit. tit. de nullit. sentent. ex defect. iurisdict. deleg.* 21. Sed contraria opinio, quòd non sit electa industria personæ, & possit sub delegari, docet Genuens. *in pract. cap.* 85. *n.* 5. post Felin. *in cap. fin. hoc tit. de off. deleg.* quæ opinio est verior, quando illa verba, *Conscientiam tuam oneramus*, non sunt directa personæ cognitæ, & determinatæ, sed dignitati, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 20. *& lib.* 8. *disp.* 27. *in fin.* Quartò, dicitur electa industria personæ, quando delegatur graue, & arduum negotium, ita Ias. *in l. more*, *n.* 65. *vers. quinto limita, de iurisdict. omn. Iud. & in l. à Iudice*, *col. vlt. limit.* 12. *C. de iud. & in l.* 1. *n.* 35. *de off. eius*, vbi etiam Dec. *num.* 28. Alex. *num.* 6. & alij. Quintò, dicitur electa industria personæ, nec potest subdelegari, quando Papa dicit, *Mandamus, vel præcipimus tibi*, glos. *in l. sæpè audiui Cæsarem, ff. de off. Præfect.* Alex. *in l. & quia*, *ff. de iurisdict. omn. Iud.* Felin. *in cap. eam te*, *col.* 7. *vers. nihilominus, de rescript.* vel si dicit, *Quod causam eandem ipse Delegatus cognoscere deberet*, quia per illud verbum, *Deberet*, videtur imposita necessitas ipsi Delegato cognoscendi per se ipsum, *l. Prætor*, *in prin. ff. de edend. Clement.* 2. & ibi glos. *in verb. debet*, *de stat. Monach.* Bald. *in cap. eam te, vers. circa hoc, de rescript.* vel si dicit, *Quod per se ipsum cognoscat*, Abb. *in cap. fin. eod. tit. de off. deleg.* Alex. *in l. à Iudice, C. de Iudic.* Bald. *in cap. si pro debilitate*, *col.* 3. *eod. tit.* Cætera de hac materia vide apud Menoch. *de arbit. q.* 54. *&* 68. Scaglion. *ad Rit. M. C. V.* 305. *&* 306. Gallup. remissiuè *in prax. tit. de Iudic. deleg. cap.* 3. *num.* 11. Maceraten. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 89. *num.* 2. *& resol.* 16. *num.* 5. *resol. fin. cas.* 67. & *lib.* 2. *resol.* 11. *num.* 12.

17 Examen testium potest subdelegari, etiam in causa, quæ non potest subdelegari; quòd intellige, quando delegatio esset ad totam causam: quia si delegatio esset tantùm ad examinandos testes, talis delegatus non posset subdelegare; benè tamen tam in primo, quàm in secundo casu, potest Delegatus receptis prius articulis, interrogatorijs, & iuramentis testium, illos examinari facere per alium ad dicta per Maceraten. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 89. & Genuens. *in prax. cap.* 85. *num.* 7.

18 Non potest Delegatus Papæ, cui committitur nudum ministerium absolutionis, vel dispensationis, subdelegare, probatur ex *cap. fin.* §. *fin. hoc tit. de off. Ord.* nisi nudum ministerium esset modici momenti, docet Felin. *in cit.* §. *fin.* quem sequitur Genuens. *in proximo cit. cap.* 85. *num.* 6. Nec Delegatus Papæ, cui commissa est causa, si in euidentem potest subdelegare, ratione grauitatis causæ, probat ex multis Ricc. *in prax.* 1. *par. resol.* 110. *per tot.* per cuius doctrinam non esset deneganda facultas tali Delegato subdelegandi in huiusmodi causa vsque ad sententiam exclusiuè, vt seruat Praxis, quia grauitas talis causæ consistit in sententia, cætera sunt modicæ iurisdictionis.

19 Vlterius aduerte, quòd Subdelegatus à Delegato Papæ, non potest subdelegare, ne res in infinitum procedat, glos. magna *in princ. in cap. super quæstionum*, §. *porrò*, *de off. deleg.* Abb. *in cap. cum Bertoldus*, *col.* 10. *de re iud.* Alex. *in rubr. ff. de off. eius*, *col.* 3. *vers. nono probatur*, Ias. *in l.* 1. *col.* 18. *in princ. eod. tit.* Id extenditur etiam, postquam lis est contestata coram subdelegato, cui adhuc denegatur facultas subdelegandi, *l. soluitur iudicium*, *ff. de iudic.* Vant. *de nullitat. tit. de nullit. sentent. ex defect. iurisdict. num.* 28. extenditur quoque vt subdelegatus, nec testium receptionem possit subdelegare, antequam illi fuerint citati, & eorum iuramentum receptum, Grauat. ad Vestr. *lib.* 6. *cap. fin. num.* 32.

20 Nota, quòd Delegatus, si simpliciter subdelegat causam sibi à Principe delegatam, & subdelegatus cæpit de causa cognoscere, non potest causam denuo ad se auocare, deciditur in *cap. venerabili*, *hoc tit. de off. deleg.* vbi DD. omnes aduertunt text. procedere, quando subdelegatio esset simpliciter facta; vnde secus esset, si subdelegatio esset facta cum conditione, & clausula, *Saluo iure auocandi causam in qualibet parte iudicij*, quod in Praxi vidi seruatum, faciunt dicta per glos. *in cap. super quæstionum*, §. *porrò*, *circa med. tit. de off. deleg.* & testatur Genuens. *cit. loc. num.* 27. dicit text. id procedere, quando subdelegatus cæpit de causa cognoscere; vnde à contrario sensu dicendum est, si res est integra. Et huic similis est alius casus, de quo in *cap. significantibus*, *eod. tit.* videlicet si Delegatus declarat non habere iurisdictionem, illam amittit tali modo, vt eam amplius reassumere non possit, etiam de consensu partium, Scrib. omnes in eod. text. Genuens. *in prax. cap.* 85. *num.* 8. quòd intellige, quando declarauit non habere iurisdictionem in causa, & negotio principali, secus si super incidenti à principali dependente, vt aduertit Felin. *in eod. cap. significantibus*, *n.* 2. *ad med.* qui quinque modis limitat prædictum text.

Nota quintò, Delegatos à Papa debere habere qualitates, de quibus in *cap. statutum*, *de rescript. in* 6. scilicet vt sint dignitate prædit, aut personatum habeant, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonici fuerint, aut sint ex Concil. Trid. *sess.* 24. *de refor. cap.* 10. electi Iudices Synodales per Episcopum in Synodo Diœcesana; hoc enim introductum est in honorem Sedis Apostolicæ, ne committendo causas simplicibus Clericis, aut rudibus, & priuatis personis, ex quo vices Delegantis gerunt, auctoritas illius in persona talium, ministerio paruipenderetur, vt asserit glos. & DD. *in cit. cap. statutum*, *verb. Sedis Apostolicæ, & verb. committatur.* Quæ autem dicatur in his terminis Dignitas Ecclesiastica, non potest certo determinari; sed id deprehenditur ex quadam præeminentia, seu prærogatiua, quæ insurgit ex Stallo in Choro, & loco in Capitulo, vt per Rot. *decis.* 442. *&* 451. *in nouis*, vel quando habet administrationem rerum Ecclesiæ cum iurisdictione, vt notant DD. *in cap. de multa, de preben. & cap.* 1. *de consuet. in* 6. facit text. *in l. honor, in princ. ff. de muner. & honorib.* & declarat Oldrad. *cons.* 150. in his enim plus attenditur consuetudo, quam ius commune, vt inquit glos. *in cap. ad hæc*, *de excess. Prælat.* & Card. *cons.* 62. & Rot. *decis.* 173. *in nouis*. 21

Sed hæc qualitas Dignitatis, Personatus, vel Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis in Delegato Papæ, secundum magis communem, & receptam opinionem, sufficit, quòd adsit in Delegato tempore commissionis; vnde commissa causa Canonico, vel alio constituto in Dignitate, qui post Datam, & receptionem Literarum resignauit Canonicatum, vel Dignitatem, potest non obstante resignatione in causa, procedere resignans; & sufficit, quòd tempore commissionis fuisset Canonicus, vel in Dignitate positus, ita post multos tenet Cæuall. *com. contra commun. quæst.* 666. *num.* 5. & probat sententiam rationibus, qui testatur in *fin.* ita iudicasse Sacr. Congreg. Concil. Tridentr. 21. Maij 1587. Flam. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 6. *& seqq.* sequitur Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 27. *num.* 28. vbi post alios per eum adductos, aduertit opinionem procedere, quando commissio fuit personalis, puta Petro Canonico Capuano, quod si fuit realis idest nomine Dignitatis, puta Primicerio Capuano, tunc necesse est vt in toto delegationis tempore sit Primicerius, ita vt non sufficiat fuisse tempore delegationis; & si resignauit Primiceriatum, successor in illo succedit etiam in causa, ita post Felin. *in cap. quoniam Abbas, de off. de leg.* & Anchar. & Franc. *in cap. quanis, eod. tit. de off. deleg.* 6. docet Sanch. *cit. loc.* 22

Has delegationes fieri Vicario Episcopi Generali, nulli dubium est. Quòd controuertitur in hoc casu est, an in delegatione facta Vicario, si Vicarius moriatur, vel ab officio remoueatur, delegatio transeat ad successorem Vicarium. In iure DD. defendunt in *cit. cap. quoniam Abbas*, non transire, quia Vicarius non habet successorem. Sed Praxis communiter seruat contrarium, causam delegatam cæptam per vnum Vicarium, finiri per alium successorem, testatur Genuens. *in prax. cap.* 85. *n.* 1. Squill. *de priuileg. cler. cap.* 2. *num.* 187. *qui num.* 188. dicit idem Vicario Capitulari, vt eius officio finito, possit successor cognoscere de causa ei delegata, non tamen potest finiri per Episcopum, quia in causa commissa Vicario non procedit Episcopus, docet post alios Ricc. *in prax. resol.* 425. *p.* 1. *vbi in fin.* sententiam ampliat, etiam si cau- 23

ſi cauſa fuerit commiſſa Epiſcopo, vel Vicario, & Vicarius cœpit cognoſcere.

24 Controuertitur etiam, an Delegatio facta Vicario Epiſcopi poſſit exequi per Vicarium Capitularem. In qua quæſtione Sanch. *de matrim. cit. loc. num.* 33. & Salas *de legib. diſp.*20. *ſect.*17. *num.* 124. tenent, Vicarium Capitularem poſſe expedire Delegationem factam Vicario Epiſcopi prædeceſſoris, & ſic exequi Diſpenſationes in Matrimonij impedimentis, & ſimilia. Contrariam ſententiam probabiliorem dicunt Recentiores non ſolum in cauſis iuſtitiæ, ſed etiam in Diſpenſationibus Matrimonialibus, & Executionibus Commiſſionum Apoſtolicarum in forma Dignum, & ſimilibus, voluit Felin. *in cap. eam te, num.* 17. *verſ. faciat hæc, de Reſcript.* Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 506. *num.*6. Franc. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. part.*1. *cap.*10. *num.*8. *verſ. ſecundo fallit*, Garz. *de Benefic. part.* 6. *cap.* 2. *num.*44. Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.*42. *nu.*57. Squill. *cit. loc. num.*200.

25 Quando plures dati ſunt Iudices in Reſcripto inſolidum, ſi coram vno præſentetur, ille dicitur præuenire, & præoccupare, ita vt alter non poſſit cognoſcere de cauſa, niſi in caſu, quo ſuperueniret impedimentum Iudici præoccupanti, ita vt non poſſit amplius in cauſa procedere, puta ſi in infirmitatem incideret, vel abſens reperiretur, aut in cauſa non procederet, vel malitioſè differret procedere, vel lentè procederet, ita poſt multos Genuenſ. *in prax. cap.*85. *num. fin.* quem ſequitur Ricc. *in prax. part.*2. *reſolut.* 296. vbi loquitur de Executore Gratiæ Apoſtolicæ. Et dicit non poſſe procedere, niſi conſtito de impedimento primi Executoris, & adhoc vt conſtet de impedimento, debet præcedere trina monitio, ſequitur Squill. *de priuil. Cler. cap.*2. *num.* 204. qui loquitur de Executore, & Commiſſario. Poteſt etiam procedere in cauſa alter Iudex, quando primus Iudex, & partes conſentiunt expreſsè, docent Ancharan. & Butr. *in cap. cum plures de offic. deleg. in* 6. Quid dicendum in foro conſcientiæ, quando Reſcriptum Sacræ Pœnitentiariæ directum Confeſſori, ſi vnus Confeſſarius negauit illud exequi ſub prætextu ſubreptionis, vel alterius defectus, an poſſit adiri alius Confeſſor, vide Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.*27. *num.*40. qui probat poſſe, quem ſequitur Squill. *cit. loc. n.*210.

26 Monachus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis non poteſt eſſe Delegatus Papæ, etiam ſi Canonicatum obtineat cum diſpenſatione, quia talis diſpenſatio non poteſt extendi, vt per illam videatur habilitatus ad Delegationem cauſarum, quæ non dicitur eſſe ex conſecutiuis neceſſarijs diſpenſationis, quicquid aliud ſit in Prælato Monacho, Felin. *in cap. cauſam, quæ, col.* 3. *ad med. num.* 5. *verſ. ſed quæro quid ſi Monachus, de iudic.* quamuis ſi committeretur per Papam cauſa tali Monacho habenti adminiſtrationem in Eccleſia Cathedrali, valeret Commiſſio, maximè in Literis Gratiæ, licet de Monachatu non fieret mentio: quia ex quo Literæ tranſeunt per Cancellariam, videtur ex hoc approbata Commiſſio, ſecundum Rot. *deciſ.* 8. *aliàs* 109. *de reſcript. in antiq.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. num.*82. vbi latè quando Monachus poſſit eſſe Delegatus Papæ.

27 Sed aduerte, quòd quando Delegatus eſt Theologus, tenetur ſibi aſſumere Aſſeſſorem Doctorem in Iure Ciuili, vel Canonico, etiam ſi alias ratione ſuæ prudentiæ, & experientiæ non indigeat Aſſeſſore, & in tali electione tenetur obſeruare, vt Aſſeſſor non ſit partibus ſuſpectus, docet Genuenſ. *in prax. cap.*85. *num.*12. Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.*427.

28 Nota ſextò, indubitatam afferri regulam in his terminis, per mortem Delegantis re integra expirare iuriſdictionem Delegati; quod ſecus eſt, ſi res non eſt integra, *cap. gratum, cap. relatum, cap. licet vndique, de offic. deleg. l. & quia, ff. de iuriſdict. omn. iud.* Quæ procedit in Delegato Principis, de quo nos loquimur, deciditur in *text. cap. licet vndique, & cap. ſi cui nulla, de præben. in* 6. Ciuiliſtæ *in cit. l. & quia*, Bellamer. *in cit. cap. relatum, num.*16. Card. *in cit. cap. gratum, oppoſit.*7. Vnde eſt, quòd quilibet Papa in craſtino aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum, inter alias Regulas Cancellariæ, quas edit, extat peculiaris, qua omnes, & ſingulas à Prædeceſſore ſuo infra Annum ante diem obitus eius conceſſas, Gratiæ, vel Iuſtitiæ Literas temporibus debitis eorum Executoribus non præſentatas, omnino reualidat, & in ſtatum priſtinum, in quo ante fuerunt, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenariè reſtituit, ac decernit per Executores prædictos, vel ab eis ſubdelegandos, perinde ad illarum executionem procedi poſſe, & debere, ac ſi executio huiuſmodi temporibus prædictis inchoata fuiſſet, refert Leo *in Theſ. for. Eccleſ. part.*2. *cap.*1. *num.*54.

Nota ſeptimò, quòd Delegatus in cauſa delegata tenetur obſeruare ordinem iudiciarium, & Conſuetudinem loci, vbi proceditur quoad ordinatoria iudicij, *l. teſtium, ff. de teſtib. in fin.* in deciſorijs verò tenetur obſeruare conſuetudinem litigantium. Hinc dicunt DD. quòd Delegatus non ſeruabit in ordinatorijs ſtylum Curiæ Romanæ, non obſtante, quod fungatur vice Papæ delegantis, docet poſt alios Genuenſ. *in prax. cap.*85. *num.*13. *vbi n.*14. dicit, quòd in hoc Delegatus primo ſeruabit Conſuetudinem Ciuitatis, Caſtri, vel Villæ, quæ ſi non adeſt, ſeruabit Conſuetudinem Diœceſis, & in defectum, Conſuetudinem Prouinciæ, & in defectum, Conſuetudinem Regni, vltimo Conſuetudinem Romanam. 29

Nota octauò, quòd Delegato, cui commiſſa eſt cauſa appellationis à grauamine, cenſetur etiam commiſſa cognitio cauſæ principalis, ita docent poſt alios Gabr. *concluſ.*4. *num.*18. *de iudic. lib.* 2. quem ſequitur Maceraten. *lib.* 2. *variar. reſol. lib.*2. *reſol.*8. *num.* 1. contra Feder. de Sen. *conſ.*192. *col. fin. verſ. & faciunt.* Et eo indubitatè procedit ſententia, quia in Reſcripto de ſtylo additur clauſula, *Cum ſuis incidentibus, & dependentibus annexis, & connexis, &c.* vt aduertit idem Gabr. *num.* 19. negotium enim principale dicitur de annexis, & dependentibus, Maceraten. *cit. loc. num.*3. Id etiam probatur ex clauſula, *Quam, & quas, &c.* apponi ſolita in Reſcriptis, cuius vigore totum negotium principale commiſſum cenſetur, ex communi obſeruantia, vt teſtatur Mandoſ. *in prax. Com. form.*17. *q.*2. Honded. *conſ.*27. *num.*44. *cum ſeq.* Rot. *in nouiſs. deciſ.*684. *num.*3. *lib.*3. Multa de hac clauſula, *Quam, & quas*, vide apud Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.*20. *per tot.* 30

Nota nonò, Delegatum Papæ non poſſe partes trahere vltra duas Dietas, deciditur in *cap. nulli, de reſcript.* & non ſolum Reſcriptum obtentum contra formam *cit. cap. nulli*, dicitur nullum, ſed etiam proceſſus inde formatus, ſi hæc exceptio fuerit per partes oppoſita, alias parte non opponente, proceſſus valeret, docet Vant. *de nullit. tit. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. num.* 96. Qualis debeat eſſe hæc Dieta, dubitatur apud DD. nam gloſ. & Abb. *in eodem cap. nulli*, dicunt attendendam eſſe loci Conſuetudinem, & iſta dicitur Dieta vulgaris, & hæc opinio eſt attendenda ſine controuerſia, quando de ipſa Conſuetudine clare conſtat, cum tunc Conſuetudo vim legis habeat, vulgatis Iuribus. Alia eſt ſententia, quæ dicit Dietam ſumi, prout lege Ciuili conſtitutum eſt, nempè vt in ſingulos dies viginti milliara aſſignentur, & hæc dicitur Dieta legalis, *l.* 1. *ff. ſi quis caut. l.* 3. *de verb. ſignif.* Dec. *in cap. olim, num.* 2. *de except. in cap. cum ſit Romana*, 5. *notab. de appellat.* Sed quia homines non ſunt eiuſdem conditionis; & experientia docet aliquem plus, aliquem minus itineris vno die conficere poſſe, ideò alij dixerunt hoc Iudicis arbitrio relinqui cum Iure definitum non fuerit, ita Hoſtienſ. *in cap. nulli cit.* vbi etiam Abb. *num.* 6. & alij, quos refert, & ſequitur Menoch. *de arbitr. caſ.* 206. *num.*4. qui Iudex conſideratis perſonarum, locorum, & viarum qualitatibus, ſi nihil in contrarium habet, viginti milliaria in ſingulos die conficienda ſtatuet, ita Menoch. *cit.* Computantur autem milliaria non à loco habitationis, ſed à fine ipſius Diœceſis, ita DD. omnes in eodem *cap. nulli*, Dec. *in cap. olim* 3. *notab. de except.* Rot. *deciſ.* 34. *de reſcript. in antiq.* Nec eſt habenda ratio viæ obliquæ, ſed viæ rectæ, & ſolitæ, Felin. *in eod. cit. cap. nulli n.*6. poſt alios. Quod ſi locus habet duplicem viam, vnam Terreſtrem, & alteram Maritimam longiorem altera, erit habenda ratio viæ magis vſitatæ; & in dubio dicitur magis vſitata via, quæ fit terra illa, quæ fit mari, propter pericula, quæ in mari quotidie occurrunt, Bart. *in l. Imperator, ff. de appellat. & in l.*1. *ff. ſi quis caut.* Carauit. *ad Rit. M. C. V.* 243. *num.*7. 31

OBSER-

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus quando acquirat iurisdictionem.*
2 *Delegatus non inserens delegationis tenorem in citatione an validè citet?*
3 *Quid si delegatus sit in loco citationis, vel modicum distet?*
4 *Vbi agitur de magno præiudicio sensus* Vberti.
5 *Delegatus an possit subdelegare.*
6 *Episcopi an delegari possint dispensationes irregularitatum competentes eis vigore S.C.Tridentini.*
7 *Cuius ætatis debet esse delegatus.*

1 Delegatus potestatem iurisdictionis non acquirit, nisi præsentatis sibi litteris commissionis, vnde si antea procedat delegationem asserendo, licèt illa superueniat, non retrotrahitur ad confirmationem processus, Anna *alleg.* 14. *&* 143. Vbert. *de citat. cap.* 11. *num.* 26. *tom.* 2. Consil. D. Altim. *tract. de null. rubr. de nullit. ex defect. iurisd. Ordin. num.* 17.

2 Delegatus in citatione tenetur inserere copiam commissionis ad arctandum citatum ad comparendum, Barbos. *in l. si quis in aliena ff. de iudic.* Quamuis pars nihil opponat. Et etiam si Iudex delegatus ordinariam iurisdictionem haberet, D. Altimar. *num.* 18. Et inserto tenore potest deinde peti exhibitio originalis, Gratian. *discept.* 170. *num.* 19.

Aliter si essemus in viris in maxima dignitate constitutis, vt Cardinalibus, supremis ministris, Regijs Consiliarijs, & similibus, Gratian. *vbi supra*, vbi ego *in animaduers.*

Beneuerùm D. Altim. *tract.* 20. *&* 21. restringit, si ageretur de maximo præiudicio, vt puta in causis capitalibus pro fori iudicatione, & de hac re scripsi in Gratian. *num.* 10.

3 Copiam delegationis non esse necesse mittere, quando delegatus est in loco delegantis, vel modicum distet, tradit Gratian. *num.* 30. Rationem adducit, quia fit modicum præiudicium. Et modica distantia dicitur vsque ad quindecim milliaria, Cancer. *lib.* 2. *var. cap.* 2. *nu.* 196. D.Altim. *num.* 34.

4 At Vbert. *de citat. cap.* 9. *num.* 8. declarat, procedere, vbi agitur de modico præiudicio. Secus si ageretur de maximo præiudicio, quia non creditur assertioni, cùm delegatus non habeat iurisdictionem naturalem, sed accidentalem, Add. ad Marant. *in specul. rubr. cùm sit iudicium ordinarium, vel delegatum, num.* 60.

5 Delegatus non potest subdelegare, nisi sit delegatus Papæ, vel Principis, *cap. super quæstione, §. si vero de offic. deleg. cap. quòd causam, de appell.*

Quod tamen non intelligitur de simplici, & nudo ministerio; Nam nudum ministerium puta absoluendi subdelegari potest etiam à delegato Ordinarij. Et à subdelegato delegati Papæ, licèt non possit delegare suam iurisdictionem, cuius ratione, id ei competit, nec etiam aliquem articulum iurisdictionalem, Nauar. *cap.* 27. *num.* 45.

Ratio fundamentalis est, quia nudum ministerium non dicitur propriè subdelegari, sed committi, etenim non datur subdelegatio sine iurisdictione, vt docet glos. *in cap. fin. de offic. Ordin.*

6 Quapropter Episcopi delegare possunt suis Vicarijs absolutiones censurarum, & dispensationes irregularitatum, & alia, quæ ipsis competunt vigore Concilij Tridentini, vel aliarum Apostolicarum Constitutionum, nam ea iurisdictio, vel dicitur ordinaria, cùm dignitati, non personæ concedatur, & tunc non est dubium posse subdelegari. Vel si dicatur delegata, erunt Episcopi delegati Principis, seu Papæ, & sic etiam poterunt subdelegare.

Absolutio ab hæresi an impendi possit à Vicarijs ex delegatione S.C.Trid. & hodie an ab Episcopis agit, Nicolius *in sua prax. verb. Delegatus*, vbi negatiuam firmat.

Delegatus debet habere vigesimum annum completum, vel 18. de consensu partium, minoris ætatis delegari non potest, nisi à Principe ex certa scientia, *cap. cùm vigesimum, de offic. deleg.* 7

ANNOTATIO XXXIX.

De Emphyteusi Ecclesiastica.

ARGVMENTVM.

Quomodo emphyteota alienando cadat à iure suo, & quando excusetur. Quid in emphyteuta successore. Et quid in donante, vel legante. Quando debeatur laudemium. Et quantum. Qua actione petatur. Ex quibus contractibus. Et à quo debeatur. In quibus casibus non debeatur.

§. II. Quando emphyteota non soluens Canonem, cadat à iure suo. Et an si fuerit spoliatus à Domino, debeat restitui. Quando hæc caducitas censeatur remissa. Et quando non incurratur, & præseruetur à caducitate emphyteota. Dominus agens ad caducitatem, quæ probare teneatur. Emphyteota soluens Canonem per decem annos, an possit compelli in futurum. Et an soluens præscribat libertatem. Et quando Canonis solutio faciat præscribere titulum. Quando alienetur res. Quis, & quomodo soluat Canones præteritos. Bona quando præsumantur emphyteutica. Et multa alia.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota alienas rem emphyteuticam irrequisito domino, cadit à iure suo. Quid si alienauerit saluo assensu domini directi, vel in alienatione dixerit*, Si domino placuerit, vel domini assensus accesserit per modum conditionis, *num.* 3. *Et quid si emphyteota nec cum dicto pacto alienari potest, num.* 2.
4 *Emphyteota alienans vt supra, non excusatur à caducitate, etiam si rem recuperet. Et quid si ante traditionem possessionis, vel post clausulam*, Constituti.
5 *Emphyteota alienans, vt supra, cadit ipso iure, verum requiritur declaratoria. Quid cum Ecclesia domina directa.*
6 *Emphyteota alienans quando excusetur à caducitate, num.* 7.
8 *Emphyteota, qui habet potestatem alienandi, tenetur adhuc petere assensum Ecclesiæ dominæ directæ.*
9 *Emphyteota alienans nulliter, fictè, vel simulatè non cadit à iure suo, nec si alienet partem, cadit à toto. Et quid si alienet asserendo liberam partem, quam scit emphyteuticam.*
10 *Emphyteota successor adhoc vt alienando cadat à iure suo, quam scientiam habere debeat.*
11 *Emphyteota donans, vel legans irrequisito domino, non cadit à iure suo.*
12 *Laudemium quando debeatur ex donatione.*
13 *Laudemium quantum sit, quale tempus attendatur. Et quid in alienatione lucratiua, vbi non interuenit pretium. Nunquam censetur remissum, nec per aliquam immunitatem, num.* 14. *Debetur habita ratione pretij extimati, num.* 15. *Et habita ratione subiectionis, num.* 16.
17 *Laudemium debetur actione reali, & hypothecaria, & transit contra quemlibet successorem in re. Et dominus potest denegare inuestituram, & assensum vltimo emphyteotæ pro satisfactione aliorum laudemiorum.*
18 *Laudemium an debeatur in emphyteusi Ecclesia transitoria*

stitria ad quoscumque haredes, si alienetur in extraneos, num. 19.

20 *Laudemium quomodo computetur, si res emphyteutica vendatur cum libera. Quid si vendatur res cum fructibus, vel domus cum utensilibus, num. 21.*

22 *Laudemium debetur ex locatione ad longum tempus, & qua sit hac locatio. Ex datione insolutum, vel venditione sub hasta, num. 23. Et ex venditione facta iussu testatoris, num. 24. Ex permutatione, num. 25. Quando ex transactione, num. 26. Et quando ex contractu reuocato, num. 27.*

28 *Laudemium quando debeatur ex dote, vel lucro dotis. Et quando ex donatione, cuius effectus reseruatus est post mortem donantis, num. 29. Et quid si donetur comprehensio in inuestitura, sed non proximioribus, num. 30.*

31 *Laudemium an debeatur ex venditione cum pacto de retrouendendo, & an de retrouenditione.*

32 *Laudemium debetur ab emptore. Et quid si venditor vendidit rem liberam. Ecclesia potest cogere emphyteotam ad exhibendum instrumentum, vel venditorem, vt declaret cui, & quomodo alienauit, num. 33.*

34 *Laudemium est soluendum de solo emphyteutico, & adificio adificato etiam magni valoris.*

35 *Laudemium non debetur in multis casibus, num. 36.*

ANNOTATIO XXXIX.

§. I.

Ad Text. in cap. potuit, de locat. & cond.

IN hoc Text. Gregorius Papa IX. sanciuit, emphyteotam posse vendere meliorationes, & ius, quod habet in re emphyteutica Ecclesiastica alijs, postquam requisiuit Ecclesiam dominam directam, ac illi denunciauit quantum ipsi ab alijs offertur, & postquam ipsa Ecclesia declarauit nolle emere, vel si non declarauerit, & fuerint elapsi duo menses à die denunciationis, aliàs secus faciens emphyteota, vel cessans à solutione Canonis per biennium, nisi statim soluerit, cadit à iure suo. Occasione prædictorum, Canonistæ omnes tractant materiam emphyteusis, maximè Ecclesiasticæ in hoc text. de qua materia Ciuilistæ *tot. tit. C. de iur. emphyt.* & extant peculiares Tractatus, nempè, Valasc. Corbul. de Amic. & aliorum, Clar. *in sua prax. §. emphyteusis*, Specul. *lib. 4. tit. de emphyt.* Card. Tusc. *tom. 3. pract. conclus. lit. E. conclus.* 192. Couar. *lib. 2. var. cap.* 17. Ricc. *in prax.* 1. *part. resolut.* 120. *& seqq.* Gabr. *lib. 3. tit. de iur. emphyt. conclus.* 1. & *seqq.* Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 97. *& seqq.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent.* Mascat. *de probat.* Molin. *de contract.* Bonac. & cæteri, ita, vt vix inter DD. reperiatur vnus, qui hanc materiam non tangat; & cùm ipsa sit vulgaris, dicemus pauciora, quæ Ecclesiasticis tantùm seruire possunt.

1 Nota primò cum text. quòd emphyteota vendens irrequisito Domino, cadit à iure suo, quod etiam deciditur in *l. fin.* vbi omnes, *C. de iur. emphyt.* Idque ampliatur, etiam si emphyteota rem emphyteuticam venderet saluo assensu Ecclesiæ dominæ directæ, quo in casu, secundum magis communem opinionem, etiam caderet à iure suo, si præcesserit traditio possessionis ante assensum, ita Corbul. *de causa priu. ob alienationem, ampliat.* 31. Dec. *cons.* 160. *num.* 3. Rip. *in cap. cum M. num.* 80. *de const.* Rolan. *cons.* 51. *num.* 18. *lib.* 2. Clar. *in §. emphyteusis, quæst.* 13. *vers. item quæro*, vbi Baiard. *lit. D.* Marescot. *var. resol. lib.* 1. *n.* 78. contra Menoch. *cons.* 38. *num.* 24. *& sequ. lib.* 1. Verùm si tali reseruationi consensus, vendens adderet clausulam, *Nec aliàs, nec aliter, nec alio modo, &c.* tunc à caducitate liberaretur, etiam secuta traditione ante impetratum assensum, ita DD. citati, & alij, præsertim Bald. *in cap.* 1. *§. fin. num.* 4. *quæ fuer. prima caus. benef. amitt.* Cotta *in memorial. verb. emphyteota alienans*, latè Grammat. *decis.* 163. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, post num.* 85. *vers. saluatur, de constit.* & est commune, vt testatur Marescot. *cit. loc.* & pluries fuit decisum per Rot. signanter *in vna Romana deuolutionis domus* 20. *Aprilis* 1595. *coram Penia, & per prius in vna Tiburtina Castri Vinarij* 1588. *coram Seraphino.*

2 Dubitatur; quid si in concessione emphyteusis fuerit additum pactum, quòd emphyteota non possit alienare, nec cum clasula, *Saluo assensu Domini, non aliter, nec alio modo*, & emphyteota alienauerit cum dicta clausula, an incurrat caducitatem.

Resp. de rigore Iuris incurrere caducitatem, quia Dominus non intendebat concessionem aliter facere, ita probat Marescot. *cit. loc. num.* 7. Verùm de æquitate Rota *in vna Romana prætensa deuolutionis domus* 24. *Iunij* 1597. *coram D. Seraphino*, iudicauit contra rigorem Iuris, & caducitatem, & solùm mandauit augeri Canonem.

3 Vlterius, si verba reseruationis assensus Ecclesiæ dominæ directæ fuerint posita per modum conditionis, puta, *Si Domino placuerit*, vel, *Si Domini consensus accesserit*, adhuc excusatur alienans à caducitate, etiam si possessionem tradiderit, quia non purificata conditione, perinde est, ac si alienatio facta non fuisset, *cap. super eo*, & ibi DD. *de condit. appos.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 22. Roland. *cons.* 7. *num.* 12. *lib.* 3. *& cons.* 63. *num.* 16. *&* 24. *lib.* 4. Tholom. *decis.* 63. Curt. Sen. *cons.* 8. *sub num.* 8. *in fin. & num.* 9. *& seq. lib.* 1. quos refert, & sequitur Marescot. *cit. loc. num.* 4. de Franch. *decis.* 267.

4 Ampliator suprapositæ sententia, vt emphyteota alienando, cadat à iure suo, etiam si post alienationem, & traditionem rem alienatam recuperet, ita Clar. *cit. loc. num.* 6. vbi Baiard. *lit. G.* testatur de communi, Alex. *in l. si insulam, col. penult. num.* 40. *de verb. obligat.* Ias. *in l. vlt. num.* 135. *in fin. C. de iur. emph.* Dec. *cons.* 160. *n.* 6. Imol. *in hoc cap. potuit*, Marescot. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 5. *num.* 14. secus est, si recuparatio fuerit facta ante traditionem possessionis, vt notat Baiard. *cit. loc.* Sed si traditio fuerit facta per solam clausulam, *Constituti*, tunc non obstante pœnitentia, & reuocatione, adhuc incurritur pœna caducitatis, ita post alios, tenet Marescot. *cit. loc. num.* 20. Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *num.* 43. Et licèt hæc opinio in iure sit verior, tamen de æquitate in iudicando esset tenendum contrarium, quòd traditio, quæ fit per clausulam *Constituti*, non inducat caducitatem, ita sentit Clar. *cit. loc. num.* 4. *in fin.* post Guid. Pap. per eum adductum *decis.* 101. Et idem si bona alienata ante acceptatam ab Ecclesia caducitatem, sint recuperata, Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 93. *in fin.*

5 Ampliatur etiam, vt hæc caducitas ob alienationem inducatur ipso iure, non tamen ex hoc inducitur, quòd non requiratur declaratio, vt post multos docet Gratian. *discept. forens. cap.* 36. *num.* 10. *& seq.* & ad hanc declarationem debet pars citari, vt probat idem Gratian. *cit. loc.* post Afflict. *decis.* 97. *num.* 3. & ratio est, quia emptor posset multas exceptiones opponere, propter quas res non incideret in commissum, & proinde emptorem non potuisse expelli, & de facto spoliari sine citatione, & sententia, fuisse iudicatum, refert Afflict. *cit. decis.* Aduertendum, quòd DD. prædicti loquuntur generaliter nil distinguendo, si emphyteusis sit Ecclesiastica, vel non. Et in specie de Ecclesiastica loquitur Marescot. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. *&* 16. vbi defendit, quòd in Ecclesia domina directa non requiritur declaratio, seu acceptatio dominij, quando caducitas respicit fauorem Ecclesiæ.

6 Limitatur sententia. Primò, vt excusetur emphyteota à caducitate, quando alienauit, possessione non tradita, ita Marsil. *singul.* 412. quem sequitur Grammat. ad Afflict. *decis.* 97. & est commune. Secundò, si emphyteota alienauerit ignoranter, Grammat. *cit. loc.* Tertiò, si alienauerit propter dotem, vel donationem propter nuptias, idem de Marsil. *sing.* 443. Grammat. *cit. loc.* vbi adducit etiam alias limitationes.

7 Limitatur etiam, vt bona emphyteutica possint obligari, & hypothecari sine consensu Domini, cùm pignus nihil transferat, & remaneat in bonis obligantis; vnde non dicitur alienatio, nec mutat causam dominij, *l. pignus, C. de pignor. act.* DD. *in l. tutor, §. fin. ff. eod. tit.* Bart. *in l. si constante, in princ. num.* 73. *solut. matr.* Afflict. *decis.* 191. *in* 1. *dub.* Cursat. *cons.* 32. *num.* 17. Rot. *diuers. decis.* 3. *num.* 10. *part.* 2. vbi de communi. Immò in generali obligatione bonorum veniunt etiam bona emphy-

emphyte utica Ecclesiæ; ita seruat Rota *in vna Romana damnorum S. Rocchi 3. Iunij 1577. coram D. Lancelloto*, & refert Grat. *discept. for. cap.* 43. *n.* 7. *& seqq.* contra Surd. *decis.* 160. *num.* 1. qui respondet contrarijs, & *num.* 10. intelligit supradicta, dummodo obligatio non fiat pro quanto res valet; tunc enim quia non est spes luitionis, requireretur consensus Domini, *l. legata*, §. *inutiliter*, *de supell. leg.* Corbul. *de causa priuat. ab alienat. limit.* 33. *in fin.* Potest etiam super re emphyteutica imponi sine assensu Domini seruitus realis, & personalis, vt est vsusfructus; nam faciendo vsumfructuarium, non transfertur in eum vtile dominium, nec melioramenta, & hæc est verior opinio, vt testatur Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *num.* 3. *& seqq.* post Cott. *in verb. emphyteota non potest*, *ad fin. vers. tamen ad illam legem*, Bero. *quæst.* 95. *vers. quartò respondetur*, *num.* 11. *col. pen.* Sed supradicta de obligatione, hypotheca, seruitute, & similibus procedunt in vita emphyteotæ; quia eo mortuo resoluuntur, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 48. Ruin. *cons.* 150. *num.* 14. *lib.* 3. & alij adducti per Gratian. *cit. loc. nu.* 4. *& seqq.* & est commune, immò si Ecclesia rem deuolutam iterum concedere intendit, adhuc creditor nec habet prælationem, de Franch. *decis.* 226.

8 Aduerte, quòd si quis haberet rem emphyteuticam ab Ecclesia, cum potestate, vt illam possit alienare, teneretur adhuc petere assensum domini, tenet magis communis opinio, vt post alios aduertit de Franch. *decis.* 4. *num.* 20. *& decis.* 226. & an hæc potestas operetur, vt saltem emphyteota alienando non cadat à iure suo, & Genuens. *pract. Eccles. quæst.* 108. *per tot.* & præsertim sub *num.* 5. tenet, quòd tale pactum saluat caducitatem, licèt non operetur vt Ecclesia non habeat prælationem tanquam domina directa, de qua *in hoc cap. potuit.*

9 Caducitas, de qua hìc, non incurritur per venditionem factam nulliter, vel fictè, aut simulatè, vel si res sit exposita venialis, ita Surd. *de aliment. tit.* 9. *num.* 68. *&* 69. *quæst.* 16. quam refert, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 36. *num.* 5. vel si res fuit vendita pro parte, non cadit à toto, sed tantùm ab illa parte alienata, plenè Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 13. *fol.* 475. contra nonnullos per eum relatos, tenuit Rot. *in vna Bononien. bonorum emphyteuticorum 2. Decembris 1596. coram D. Pamphilio*, *& in alia Burgen. decimarum 3. Iulij 1606. coram D. Ottembergo*; caderet tamen à toto, si alienasset partem tanquam liberam in fraudem, asserendo scienter esse propriam, non emphyteuticam, ita Ias. *in l. fin. num.* 125. *C. de iur. emphyt.* Corbul. *de causa priuat. ob alienat. ampliat.* 42. *num.* 7. *&* 8. post alios adductos per Gratian. *disceptat. forens. cap.* 860. *num.* 25. vbi *num.* 26. tenet, quòd vendens rem emphyteuticam tanquam allodialem, in dubio præsumitur hoc facere animo præiudicandi Ecclesiæ, ex qua doctrina posset procedi contra talem vendentem tanquam contra occupatorem iurium Ecclesiæ, si hoc fiat scienter.

10 Hæc caducitas potest militare etiam in hærede, & successore vendente rem emphyteuticam sine assensu domini, dummodò hæres liquidam notitiam habeat de emphyteusi, & de omnibus eius qualitatibus, ita vt non sufficiat in his terminis scientia, quam habuit successor ex assertione sui prædecessoris, vt si tempore, quo ipse emit talem rem, venditor dixit rem esse sub directo dominio Ecclesiæ, quia ista generalis expressio non sufficit, cùm ad inducendam scientiam requiratur specificatio omnium qualitatum, quibus non expressis, nihil dicitur gestum, quòd præiudicium inferat, glos. *in cap. concertationi*, *in verb. sciuerit*, *de appellat. in* 6. Natt. *consil.* 636. *num.* 192. Surd. *cons.* 82. *num.* 11. Osasc. *decis.* 176. *num.* 3. quos refert, & sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 633. *num.* 23. vbi *num.* 24. dicit, quòd ad hoc vt inducatur hæc caducitas in successore, & hærede in emphyteusi, debet omninò successor certiorari de emphyteusi, & eius qualitatibus, ad hoc vt deinde possit probari scientia illius, quæ debet esse certa, & indubitata, nec sufficit præsumpta, §. *si quis autem*, *&* §. *hinc nobis*, *in fin. vers. si verò expressum*, *auth. de hæred. & falcid.* Surd. *cons.* 328. *num.* 29. *lib.* 3. Card. Seraphin. *decis.* 133. *num.* 2. *& decis.* 991. *num.* 2. Cephal. *cons.* 150. *num.* 13. *lib.* 3. Rota *in vna Romana domus S. Ludouici 24. Aprilis 1600. coram D. Penia*, de qua per Farin. *decis.* 151. *lib.* 2. *cons.*

Aduerte, quòd supradicta de caducitate ob alienationem, locum non habent in donatione; potest enim emphyteota liberè donare rem emphyteuticam sine consensu Ecclesiæ dominæ directæ sine incursu caducitatis, glos. *in l. fin. in verb. alijs vendere*, *C. de iur. emphyt.* Aret. *cons.* 41. *num.* 1. Corbul. *de caus. priuat. irrequis. domin. limit.* 13. *num.* 1. Mart. *cons.* 516. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 633. *num.* 23. qui refert de communi, nec locum habet in Legato, vt per Corbul. *cit. loc.* & est commune. 11

Nota secundò, quòd licèt in donatione non requiratur assensus, ad finem vt Ecclesia domina directa præferatur; requiritur tamen adhoc vt Ecclesia sciat suum emphyteotam, quem conuenire possit, & emphyteota recognoscat Ecclesiam in dominam directam, & ei quinquagesimam soluat, quam nos laudemium appellamus, tenet Cyn. *in l. fin. C. de iur. emphyt. in addit.* Alber. *in vers. licèt in donatione*, vbi etiam Sal. 2. *col. vers. & quæro*, *cum glos.* & alij, ex quibus probat de Franch. *decis.* 101. *num.* 3. in donatione rei emphyteuticæ deberi laudemium contra Specul. & alios per eum adductos, licèt in fine dictæ decision s concludat non deberi laudemium ex donatione, quando Consuetudo aliter disponeret, latè Amed. de Ponte *tract. de laud. quæst.* 30. *fol.* 38. segregata tamen consuetudine verior est opinio deberi, probat etiam Gratian. *discept. forens. cap.* 377. *in princ.* Ricc. *collect. decis. part.* 1. *collect.* 31. *vers. item*, *& quid*, *&* 2. *part. collect.* 421. 12

Laudemium de iure communi est quinquagesima pars pretij, quo venditur res emphyteutica, deciditur *in l. fin.* §. *& ne auaritia*, *C. de iur. emphyt.* Clar. *in* §. *emphyt. quæst.* 23. *in princ.* Verùm quia in locis particularibus extant consuetudines, quòd pro laudemio plus, vel minus soluatur, illa est attendenda, ita Bertran. *cons.* 192. *volum.* 6. Boet. *super Consuet.* §. 18. Maceraten. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 40. *cas.* 30. *in princ.* quando verò fit alienatio rei emphyteuticæ titulo lucratiuo, tunc debetur laudemium ad rationem æstimationis, & debet attendi æstimatio secundum tempus, quo transfertur, secus est in venditione, quia tunc attenditur pretium illius temporis, quo fit venditio, ita Gratian. *discept. forens. cap.* 377. *num. fin.* 13

Præstatio laudemij est quædam exhibitio obsequij reuerentialis, quam facit emphyteota, dum suscipiendo inuestituram dominum recognoscit, quæ nunquam censetur remissa per quamcumque concessionem, & facultatem alienandi, & aliam similem immunitatem, vt notat Menoch. *cons.* 297. *num.* 24. *vsque ad* 27. *lib.* 3. Alexand. *cons.* 123. *num.* 7. *lib.* 5. *in quo cons.* Alexand. scribit, quòd pater, qui fruitur immunitate duodecim filiorum, non excusatur à soluenda Ecclesia quinquagesima parte pretij ratione rei emphyteuticæ. 14

Laudemium debetur habita ratione ad quantitatem pretij æstimati, non obstante quòd res plus valeret, Cagnol. *in l.* 2. *num.* 24 *t. C. de pact. inter emptor. & venditor.* Burg. *de laudem. part.* 1. *inspect.* 6. *num.* 3. *&* 11. *& part.* 2. *inspect.* 28. *num.* 9. *in addit. fol.* 130. Amed. *eod. tract. quæst.* 5. *in princ. iuxta l. sed si hoc*, §. 1. *ff. de condit. & demonstr. l. quantitas patrimonij*, vbi Bart. *ff. ad leg. falcid.* & ideò quamuis pacta, & onera minuant, vel augeant contractum, & rei æstimationem, *l. generali*, §. *fin. ff. de vsufruct. leg.* Dec. *cons.* 166. *num.* 4. tamen hoc procedit alio respectu, quàm solutionis laudemij, Amed. *de laudem. quæst.* 6. *num.* 6. cùm istud onus laudemij sit odiosum, & restringendum ad casum scriptum, & non debet extendi de vno ad alium, etiam vbi militat eadem ratio, idem Amed. *de laudem. quæst.* 2. *num.* 10. post Isern. *in cap.* 1. §. *sed & res*, *col.* 2. *per quos fiat inuest. & in cap.* 1. §. *similiter*, *de capitul.* Corrad. Alex. *cons.* 5. *num.* 5. *lib.* 5. Schrader. *de feud. part.* 10. *sect.* 2. *num.* 49. 15

Quare in solutione laudemij non attenditur absolutè valor totius rei, sed solùm æstimatio vtilis dominij, scilicet quantum valet vtile dominium absque directo, & sic quanti res valet cum onere subiectionis, Amed. *de laudem. quæst.* 5. *num.* 1. *&* 2. iuxta doctrinam Bart. *in l. sed si hoc*, 16

§. 1.

§. 1. ff. de condit. & demonstr. & in l. quantitas patrimonij, ff. ad leg. falcid.

17 Actio exigendi laudemia non est personalis, sed realis, hoc est annexa rebus, & bonis emphyteuticis, & cum ipsis transit ad successores, Ias. in l. 2. num. 2. C. de iur. emphyt. Amed. de laudem. quæst. 45. col, 1. Menoch. cons. 434. num. 14 & seqq. lib. 5. vnde etiam pro præstandis laudemijs competit hypotheca, ita de Franch. decis. 430. qui testatur de communi, Menoch. cons. 297. num. 1. & 34. Tiraquel. de retract. lignag. §. 29. glos. 2. num. 8. in fin. cum alijs per Mastrill. decis. 171. num. 15. part. 2. qui concludit, quòd si priores emptores, qui non soluerunt laudemium, non fuerunt inuestiti de emphyteusi, tunc Dominus directus non tenetur secundum emptorem inuestire, nisi soluto laudemio suorum prædecessorum, actione hypothecaria, sequitur Gratian. discept. forens. cap. 272. num. 5. & seqq. vbi num. 1. & seqq. refert contrarium tenentes, à quibus recedit, & iste est casus dictæ decis. de Franch.

Emphyteusis Ecclesiæ si sit concessa pro se, successoribus, & hæredibus quibuscumque præcedentibus legitimis solemnitatibus, est transitoria ad hæredes etiam extraneos, iuxta tradita per Couar. lib. 2. var. resolut. cap. 17. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 28. & Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 19. apud quos latè inuenies discussam quæstionem illam, quando emphyteusis Ecclesiastica concessa pro hæredibus transeat ad extraneos.

18 In terminis, in quibus transit, dubitatur an si instituatur extraneus hæres, debeat solui laudemium. In qua dubitatione sentit vna opinio, quòd ex tali concessione videtur Ecclesiam à principio concesisse, vt sine alia requisitione possit emphyteusis in quemcumque alienari; vnde tanquam acquirens fuerit comprehensus in inuestitura, non tenetur ad laudemium, tenent Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 87. in 2. concl. in fin. vbi etiam Alciat. ff. de verbor. obligat. Cephal. cons. 699. num. 29. & 30. lib. 5. Vinc. Anna allegat. 106. num. 5. Bertaz. cons. ciuil. 112. num. 4. & 15. in hoc casu de Franch. decis. 447. secutus opinionem Amed. tract. de laud. quæst. 31. dicit, quòd si hæres extraneus institutus absque dispositione testatoris est de vocatis in inuestitura, vtporè descendens à primo inuestito, & non debetur laudemium; quando verò extraneus institutus absque dispositione testatoris non veniret ad successionem, & tunc debetur laudemium. Ex qua doctrina videtur sentire, quòd vxor instituta à viro in casu, in quo non veniret ad successionem, illius deficientibus liberis, agnatis, & cognatis, teneatur ad laudemium.

19 Prædicta opinio non videtur improbabilis. Sed in rei veritate contraria est verior, quia per huiusmodi concessionem non sequitur, quòd non debeat introduci nouus emphyteuta, siue emptor sit, siue donatarius, vel hæres extraneus in possessionem per Dominum, qui erit requirendus ad hunc effectum, ideò per istud pactum non videtur in aliquo ipsi laudemio præiudicatum, Imol. in hoc cap. potuit, col. 25. ad fin. vers. vlterius etiam potest quæri, num. 64. Bald. in l. cùm dubitabatur, 1. lectur. col. 1. post princ. vers. sed iuxta primum, num. 3. in fin. C. de iur. emphyt. Corbul. de caus. priuat. ob alienat. irrequisito domino num. 7. ampl. 2. col. 2. ad med. vers. vt ergo verba istius pacti, qui alios adducit, Surd. decis. 200. num. 5. vbi etiam reprobat Cephal. contrarium tenentem. Ideò quamuis emphyteuta possit etiam inuito Domino in hoc casu alienare in quemcumque nihilominus debetur laudemium, latè comprobat Soc. Iun. consil. 70. num. 11. & 12. lib. 3. quem sequitur Menoch. cons. 297. num. 27. & 35. lib. 3. qui testatur de communi, Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 21. num. 34. post Salyc. in l. vlt. num. 2. in fin. vers. fateor tamen, C. de iur. emphyt. probat Gab. cons. 84. num. 12. col. pen. ante fin. vers. & hac ratione, lib. 1. Thor. in compend. decis. in verb. laudemium, fol. 306. col. 2. vers. 3. Viu. decis. 496. num. 5. in fin. & seq.

20 Sæpissimè occurrit vendi rem emphyteuticam vnà cum libera vnico pretio, & non facta distinctione pretij. In qua venditione debetur laudemium Ecclesiæ Dominæ directæ, non ad rationem æstimationis rei liberæ, sed ad rationem æstimationis rei emphyteuticæ, quæ vt plurimum ratione subiectionis est minoris æstimationis, faciunt dicta superius vers. laudemium debetur, & habetur per Amed. cit. tract. de laudem. quæst. 7. num. 4. & bona emphyteutica æstimantur in sexta parte minus, quàm bona libera, Ludou. decis. 573. num. 3. vbi Beltr. lit. D.

21 Similiter si vendatur res emphyteutica cum fructibus, debetur laudemium non solùm de pretio rei, sed etiam de pretio fructuum, qui non sunt separati à solo, quia dicuntur pars fundi, l. fructus pendentes, vbi glos. ff. de rei vendic. & cùm sit vnica venditio, debetur laudemium de toto pretio, Couar. var. resol. lib. 1. cap. 15. si verò sunt à solo separati, vel venduntur diuisim, & separatim à fundo, & tunc non debetur laudemium de pretio fructuum, ita Boer. decis. 229. vbi in venditione domus cum vtensilibus, si vtensilia sunt affixa parieti, debetur laudemium, secus si non sunt affixa, sequitur Amed. tract. de laudem. quæst. 7.

22 Laudemium debetur Ecclesiæ Dominæ directæ, si res emphyteotica locetur ad longum tempus; nam hæc locatio est species alienationis, cùm per eam ius in rem transferatur, & vtilis in rem actio acquiratur, l. fin. ff. si ager vect. vel emphyt. pet. l. 1. §. quod autem ait Prætor, vbi glos. de superfic. tenet Dec. cons. 204. Alex. cons. 165. volum. 2. Redoan. de reb. Eccles. non alien. tit. de laud. §. ista autem num. 24. Baiard. ad Clar. §. emphyteusis, quæst. 23. num. 1. latè Amed. de laudem. quæst. 34. per tot. vbi dicit, quòd contrarium tenentes procedunt de consuetudine Franciæ. Dicitur locatio ad longum tempus, quæ fit ad decennium, l. fin. & ibi glos. ff. si ag. vectig. Sed hæc de locatione ad longum tempus non procedunt quoad priuationem, in quam incurrit alienans sine consensu Domini, vt diximus supra; probat secundum veriorem opinionem post alios per eum adductos, Gratian. discept. forens. cap. 378. num. 29. & seqq.

23 Laudemium debetur ex datione in solutum, vel cessione facta ab ipso emphyteota pro satisfactione sui debiti, vel facta à Iudice ex venditione sub hasta pro debito, quod aliàs contraxit emphyteuta, cùm hæc non dicatur alienatio simpliciter necessaria, cùm oriatur ex obligatione, & debito contracto per ipsum emphyteutam, & venditio, quæ fit sub hasta, seu adiudicatio, dicitur alienatio procedens ex facto ipsius debitoris, & habetur, ac si ipsemet debitor dedisset in solutum bona; vnde meritò deberi laudemium, ne ad fraudandam Ecclesiam Dominam directam aperiretur via, cùm facilè posset emphyteuta constituere se debitorem, ad finem euitandi solutionem laudemij, concludunt Bald. cons. 306. lib. 1. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. Amed. de laudem. quæst. 27. Maurit. Burg. eod. tit. part. 2. inspect. 45. num. 11. Prosp. Rendell. de iur. prothomis. in verb. non aliter nisi, num. 57. ad fin. fol. 89. Alciat. cons. 433. Cassan. super Consuet. Burgund. tit. de mans. mortes. rubr. 9. §. 10. limit. 4. referunt decisum Thesaur. decis. 139. per tot. Ioseph. Ludouis. decis. Perus. 60. num. 7. de Franch. decis. 277. Maynard. decis. 43. lib. 4. Quando dicatur alienatio necessaria, & non debeatur laudemium, dicam inferius.

24 Debetur etiam laudemium, quando res emphyteutica alienatur ex præcepto, & iussu testatoris, de Franch. cit. decis. 277. circa med. vbi Amend. n. 5. & alij Addentes.

25 Laudemium debetur quoque si res emphyteutica permutetur; nam licèt possit res emphyteutica permutari irrequisito domino, hoc procedit quoad effectum caducitatis, & antequam de re emphyteutica permutata capiatur possessio, secus tamen quoad alios effectus; vnde acquirens rem emphyteuticam ex permutatione tenetur inuestituram, & confirmationem accipere ab Ecclesia domina directa, alias si possessionem ingrediatur, cadet à iure suo, probat post alios Corbul. de iur. emph. tit. de caus. priuat. ob alienat. irrequis. Domino fact. limit. 12. n. 3. meritò deberi laudemium tenet Amed. de laudem. q. 28.

26 Ex transactione debetur laudemium, quando in transactione res emphyteutica mutat possessorem, etiam si pars aduersa cedat iura, pecunia mediante, probatur ex doctrina Bald. in l. per diuersas, C. mandat. vbi statutum disponens, quòd de emptione, & venditione soluatur gabella, habet locum in transactione, secus tamen est, si res in alios non transferatur soluta pecunia, quia tunc non debetur laudemium, Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 14. n. 63. & 69. sequitur Amed. de laudem. q. 23. vbi vlterius dicit

quòd

quòd si lis est super possessorio, si vnus ex litigantibus accepta pecunia cedat iura, laudemium non debetur.

27 Est quoque soluendum laudemium ex venditione valide facta, & postea re integra consensu partium dissoluta; nam statim per contractum, qui consensu partium perficitur, Ecclesiæ dominæ directæ est quæsitum ius ad laudemium, nec facto contrahentium potest in hoc præiudicari, & licet Angel. Castrens. & Alexand. *in l. iuris gentium, §. adeo, de pact.* distinguant inter reuocationem, & dissolutionem contractus factam ex interuallo, vel incontinenti, ita vt in primo casu debeatur laudemium, non in secundo, tamen Amed. *tract. de laud. q.* 38. indistinctè tenet deberi laudemium, eo maximè, quia in contractu venditionis semper apponitur clausula, *Constituti*, per quam transfertur vera possessio, licet ficto modo; non debetur tamen laudemium, si partes discederent à contractu, ex eo quia erat nullus, vel inualidus, cum ex tali contractu, qui non habuit effectum suum, non debeatur laudemium, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 276. *num.* 5.

28 Ecclesiæ dominæ directæ debetur laudemium, si res emphyteutica detur in dotem æstimata, quia tunc propriè constituitur emptio, & venditio, *l. quoties, C. de iur. dot.* & debetur laudemium statim post contractum, & matrimonio secuto, quia ab eo tempore censetur facta venditio, tenet Amed. *tract. de laudem. q.* 29. *num.* 10. hoc tamen intellige, quando æstimatio fuit facta non ad finem sciendi valorem rei tantùm, vt aduertit Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 60. *num.* 12. *in fin.* quòd si sumus in dubio, nec apparet, an æstimatio fuerit facta ad effectum sciendi tantum valorem rei, vel an ad effectum venditionis, & tunc præsumitur facta ad effectum venditionis, & facit emptionem, glos. *in l. si inter virum, & l. quoties, C. de iur. dot.* & proinde debetur laudemium, ita Amed. *cit. loc. num.* 11. Quibus casibus æstimatio in dote faciat emptionem, vel non, vide latè apud Couar. *practic. qq. cap.* 28. *per tot.* secus tamen dicendum est, quando res emphyteutica fuit data in dotem inæstimata, tunc non debetur laudemium, nec etiam si fuerit facta æstimatio ad finem sciendi valorem rei tantùm, ita Ioseph. Ludouic. *cit. loc.* Capell. Tholos. *decis.* 279. Cabal. *milleloq.* 216. Amend. ad de Franc. *decis.* 437. *num.* 4. hoc tamen intellige, quando dos fuit data ab eo, qui dotare tenetur, & ex necessitate; secus si fuerit data ab extraneo, qui dotare non tenetur, & non ex necessitate, nam tunc etiam inæstimata, debetur laudemium, tenet Bero. *cons.* 315. *volum.* 3. *part.* 2. & *cons.* 57. *volum.* 7. Brun. *cons.* 44. *in fin.* Amed. *loc. cit. nu.* 7. nisi alias mulier sit comprehensa in inuestitura, vt dicemus infra. Quod si maritus soluto matrimonio lucratus est rem emphyteuticam dotalem ex Consuetudine, vel Statuto, adhuc laudemium non debetur, siue dos data fuerit à dotare debente, siue ab extraneo, cum consensu domini: quia in primo casu alienatio facta est ex necessitate, in secundo dum dominus directus consenserit dationi in dotem, censetur consentisse lucro dotis, quod in consequentiam venit, quia qui vult antecedens, censetur velle, quod sequitur ab eo, Aymon. *cons.* 79. *num.* 4. ita tenet Amed. *cit. loc. num.* 8.

29 Diximus supra *num.* 12. ex donatione deberi laudemium, hic occurrit casus in praxi, & est. Emphyteota Ecclesiæ donauit rem emphyteuticam extraneo irreuocabiliter inter viuos verum donans reseruando sibi vsumfructum, contulit effectum donationis post eius mortem, cum clausula in instrumento, *Ex nunc prout ex tunc secuta morte, & è contra, & præambula hora mortis*, & cum clausula *Constituti*. In quo casu dubitatum fuit, quando debeatur laudemium tempore contractus ne, an post mortem donantis, in quo tempore donatio suos habet plenarios effectus, & dicendum est tempore contractus, & non expectata morte donantis deberi laudemium, & ratio est, quia talis donatio transfert dominium à die initi contractus, docet Bald. *in auth. contra rogatos, in princ. C. ad Trebell.* Alex. *in l. huiusmodi, ff. de verbor. oblig.* Negusant. *de pignor.* 6. *part. princip.* 2. *memb.* 2. *col. versic. illud autem*, de Franch. *decis.* 213. *num.* 1. probatur etiam à simili ex doctrina Bart. *in l. sancimus, C. de Consul. &c. lib.* 12. *num.* 2. vbi si vigore Statuti electus in Consulem debet soluere centum libras auri, si fuerit electus Consul, verùm illi non fuerit concessa administratio, tenetur soluere centum libras auri, licet sibi non sit administratio concessa; & ille, cui res venditur pacto apposito, vt ius administrandi ei non competat, nisi post tale tempus, tenetur soluere gabellam, etiam antequam dictum tempus administrandi veniat. Hæc Bart. & quia valet argumentum à gabella ad laudemium, & è contra, cum in illis nulla adsit ratio differentiæ, & de vno ad aliud inferatur, vt docet Surd. *decis.* 305. *num.* 32. quem refert, & sequitur Gratian. *discept. for. cap.* 180. *num.* 10. ergo in casu prædicto dicendum est, omnino deberi laudemium Ecclesiæ à principio donationis.

Vlterius, si res emphyteutica donetur comprehensis in 30
inuestitura, non tamen proximioribus, debetur laudemium, quia illi non sunt vocati in eum casum, & non videntur inclusi, & res deuenit ad eos non per inuestituram, sed per alienationem, ita post Sola. *in Constit. Pedemontan. tit. de iur. emphyt. part.* 1. *glos.* 1. *num.* 19. *in fin.* tenet Gratian. *discept. forens. cap.* 180. *num.* 24. *vbi nu.* 25. dicit, quòd emens feudum dicitur nouus vassallus, licet esset comprehensus in inuestitura, Surd. *cons.* 538. *num.* 5. *lib.* 4. Hæc opinio habet quid rigoris, sed cum sit grauis authoris, fauore Ecclesiæ Dominæ directæ posset practicari. In contrarium faciunt dicta per Amed. *cit. loc. q.* 12. *num.* 20.

Exemptione facta cum pacto de retrouendendo, statim 31
post contractum debetur laudemium, cum venditio à principio sit perfecta, nec pendeat ab aliquo futuro euentu, licet resolubilis sit, & in hoc casu transferat dominium vtile, cuius translationis intuitu laudemium debetur Bald. & Castr. *in l. ab emptione, C. de pact.* Amed. *de laudem. q.* 37. *num.* 5. Thesaur. *decis.* 35. Non tamen debetur laudemium ex retrouenditione, cum sit simplex resolutio primi contractus, & fingitur retro rem non esse venditam, docet Ias. *in cit. l. ab emptione, num.* 7. Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. quæst.* 66. *de laudem. num.* 9. & *seq.* Maceraten. *var. resol. resol.* 99. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 180. *num.* 6. 11. 12. & 16. & hæc est verior opinio contra aliquos, quos refert Thesaur. *cit. loc. num.* 3. & Grat. *num.* 12. Intellige supradicta, quando retrouenditio fit vigore pacti appositi à principio in ipso contractu venditionis, quod si tale pactum fuerit appositum ex interuallo, tunc ex retrouenditione deberetur laudemium, & sic duo laudemia, vnum ex venditione, alterum ex retrouenditione, Franc. Marc. *decis.* 570. & 571. Boer. *decis.* 182. *n.* 39. & *decis.* 134. Rot. *Auenionen.* 122. *in decis. diuer.* Thesaur. *cit. decis.* 75. Boer. *cons.* 2. & 42. quos refert, & sequitur Flau. Amend. adde Franch. *decis.* 437. *n.* 5. Gratian. *cit. loc.*

Commune est in Iure, laudemium deberi per empto- 32
rem, non per venditorem, nisi aliter per Statutum disponatur, *l. debet, ff. de edilit. edict.* vbi dicit esse casum, Roman. *singul.* 182. Redoan. *de reb. Eccl. non alienan. tit. de laud. §. & ad solutionem*, & alij, quos refert Amed. *q.* 9. *n.* 1. id adeò verùm est, vt nisi aliud sit inter partes conuentum, emptor nec aliquid potest à venditore repetere, nisi in casu, quo venditor taceret rem esse emphyteuticam, & diceret esse alodialem; tunc enim teneretur emptori restituere interesse, ac resarcire damna est indubitatum, Sfort. Odd. *cons.* 4. *n.* 8. & *seqq. vsq. ad* 27. Quod posset controuerti in hoc casu, est, si venditor asserendo rem esse emphyteuticam, illam vendidit liberam ab omni onere, vt communiter solet dici, francam, & liberam ab omni onere, præterquam ab annuo censu emphyteutico carolenorum, &c. In hoc casu si nulla est facta mentio laudemij, adhuc illud tenetur soluere emptor absq; spe repetitionis à venditore. Nec talis conuentio, & pactum se extendit ad onus soluēdi laudemium, tum quia laudemium soluitur ex natura contractus emphyteutici, ita Surd. *decis.* 31. *n.* 6. Grat. *discept. for. cap.* 377. *n.* 22. tum quia laudemium non causatur ex facto venditoris, vel eius authoris, sed ex ministerio legis, *l. fin. C. de iur. emph.* tum deniq; quia laudemium est onus, quòd debetur post perfectum cōtractum ratione nouæ inuestituræ, vt colligitur ex ipsa *l. fin.* & pactum supradictum non se extendit, nisi ad onera existentia tempore contractus, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* Benè tamen se extendit pactum prædictum ad onera soluendi laudemia debita ex causa præcedentium alienationum eiusdem

rei emphyteuticæ factarum alijs personis; tunc enim potest emptor agere contra venditorem, vt rem liberet ab onere hypothecæ inductæ ex causa ipsorum laudemiorum, etiam si molestiam non patiatur, est text. in *l. ex prædijs*, vbi glos. Bald. *num.6.* & alij, *C. de euict.* Crauet. *cons.* 298. *num.* 14. Gutier. *lib. 2. pract. quæst. ciuil. quæst.*169. *num.*3. Giurb. *decis.*100. *num.*22.

33 Ad effectum consequendi laudemium ab emptore potest Ecclesia Domina directa compellere ipsum emptorem via iudiciali ad exhibendum instrumentum emptionis, Specul. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, vers.* 141. Ias. *in l. 2. num.*175. *C. de iur. emphyt.* Dec. *cons.* 61. *col.* 2. *vers. non obstante*, & non solum habet actionem contra emptorem prædictum nouum acquisitorem, vt edat titulum, sed etiam contra eum, qui alienauit, vt declaret, cui, & quo titulo alienauit, ita Amed. à Ponte *tract. de laud. q.*43. *qui n.*4. respondit ad *l. cogi, ff. de petit. hered.* vbi nemo cogitur ostendere titulum suum.

34 Si super paruo solo emphyteutico constructa est domus magni pretij, quia ædificium cedit solo, si alienetur, non solum soluendum est Ecclesiæ Dominæ directæ laudemium de pretio soli, sed etiam de pretio ipsius ædificij, cum ipsum quoque dicatur factum emphyteuticum, voluit Ias. *in l. fin. num.*44. *C. de iur. emphyt.* Amed. *cit. loc. quæst.*8. cùm indubitatum sit, quòd non solùm de re ipsa, sed etiam de melioramentis sit soluendum laudemium, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. tit. de laudem. num.* 18. Boer. *decis.*19.

35 Non debetur laudemium in multis alienationibus rei emphyteuticæ. Primò, in alienatione necessaria, vt explicat Amed. *de laudem. quæst.*26. vbi dicit, quòd licet venditio, quæ fit sub hasta, vel adiudicatio, quæ fit per Iudicem dicatur alienatio necessaria, non tamen si fiat pro satisfaciendo debito, quod ipsi emphyteotæ contraxerunt, vt diximus supra; dicitur etiam alienatio necessaria, quando vnus contractus procedit, & causatus est ab alio, in quo casu vnicum debetur laudemium, vt est in alienatione facta ex pacto de retrouendendn, diximus supra, & pacto legis commissariæ, vel adiectionis in diem, Grat. *disceptat. forens. cap.*180. *num.*8. ex retractu Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 29. *glos.* 1. *num.* 4. latè Mar. Mut. *super Consuetud. Panormit. cap.* 26. *num.* 124. *& seq.* Quando alienatur emphytesis in publicum vsum, vel fauore religionis, dicitur alienatio necessaria, & non debetur laudemium, latè Ricc. in annot. ad Franch. *decis.* 277. alienatio etiam, quæ fit ex causa dotis, dicitur necessaria, cum declaratione, de qua supra *num.* 28. Secundò, non debetur laudemium ex promissione de vendendo, DD. in *l. bona fides, de eo quod cert. loc.* Bald. *in l.* 1. *C. de pact. pignor.* Tertiò, ex venditione facta sub conditione, non debetur, nisi purificata conditione, Amed. *de laud. q.*36. Quartò, non debetur possessione non tradita, Ricc. *collect.* 31. 1. *part. vers. & an etiam*, Quod intellige, quando in instrumento non adest clausula, *Constituti*, vt diximus supra, licet possit omnino recedi ab hac opinione Ricc. & ratio est clara, si laudemium domino directo debetur pro traditione possessionis, & noua inuestitura, vt cum Amed. & communi diximus supra, ergo debetur ante possessionem. Quintò, non debetur ex contractu nullo, & ex contractu pignoratitio, ex donatione inter patrem, & filium, ex venditione pensionis annuæ, refert Ricc. *collect.* 421. *circa fin.*

36 Vlterius, & sextò, non debetur laudemium, quando agnati, vel alij comprehensi sub prima inuestitura succedunt, vel inter se alienant, aut diuidunt, ita Salyc. & Ias. *in l. fin. num.*41. *de iur. emphyt.* nec etiam, quando inter eos, qui diuidunt, est locus iuri accrescendi cum non possit dici nouus emphyteota, tanquam in contractu comprehensus, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 36. *num.* 5. *& seq.* Et hoc de diuisione Praxis admittit, etiam si tota res emphyteutica vni assignetur, contra Gratian. *discept. forens. cap.*180. *num.*23. qui tenet, quòd quando vni assignatur tota res emphyteutica, in diuisione debetur laudemium, quia contra eum est veritas, cum iste talis non dicatur nouus emphyteota; & quod conseruatur in linea, seu agnatorum corpore, non videtur alienatum, ita Bald. *in cons.*300. *volum.*2. & Amed. *de laudem. quæst.*12. *cap.*18. Et ex hoc infertur, quid dicendum de relatis *num.* 30. Quod si emphyteusis extra familiam, & extra comprehensos in prima inuestitura alienetur, si deinde ex noua causa ad antiquos emphyteotas redeat, debetur laudemium, & non antiqua, sed noua dicitur emphyteusis, ita Amed. *de laud. quæst.*12. *num.*33.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *ALienans rem emphyteuticam saluo consensu domini, & tradens possessionem an incurrat caducitatem?*

2 *An possit dari insolutum per Iudicem pro debitis emphyteuta?*

3 *Clausula*, saluo consensu domini, *an soluat à caducitate?*

4 *Conciliatio opinionum, & quid de traditione per clausula constituti.*

5 *Ob cessationem à solutione canonis emphyteuta cadit à iure suo?*

6 *Emphyteuta an possit expelli propria auctoritate?*

7 *Laudemium quando debeatur, & qua actione Ventriglia confutatur.*

8 *De pretio ædificij, an debeatur laudemium?*

9 *Laudemium an sit soluendum iuxta tempus contractus alienationis, vel traditionis rei emphyteuticæ?*

DE commisso, & deuolutione rei emphyteuticæ ad dominum directum nunc agẽdum, & signanter quando emphyteuta alienat rem sine domini consensu, nam cadit à iure suo, *l. fin.* vbi glos. Bart. & Bald. *C. de iur. emphyt.* post alios Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 11. *de emphyt. num.* 4. vbi secus de iure municipali Cathaloniæ, idque nisi res emphyteuticaria alienetur pro libera, & allodiali, & scripsi in Gratian. *cap.*36. *num.*4. 1

Estque sciendum, quòd licet res emphyteutica alienari non possit sine consensu domini per emphyteutam, attamen pro debito emphyteutæ potest per Iudicem capi pro soluendo ære alieno emphyteutæ, & alienari sine consensu domini, & in causam iudicati capi, & insolutum dari saluo consensu domini, Afflict. *decis.*191. Capic. *decis.*99. Cancer. *vbi sup. num.*9. 2

Difficultas est, vtrum emphyteuta alienans rem emphitheuticam cum clausula, *saluo consensu domini*, & procedens ad traditionem cadat ab emphyteusi, vel ob dictam clausulam euitet caducitatem? Pro deuolutione refert decisum Gramat. *decis.*45. & decisionem laudant Præs. de Franch. *decis.* 267. Reg. de Marin. ad Reuert. *obs.* 49. *num.*2. 3

Protestatio enim contraria facto non releuat, dum facta sunt demonstrationes mathematicæ, & plus credendum oculis, quam auribus, *l.2. C. de manut. patrim. lib.* 10.

Conuenit, quod Doctores tradunt de alienante rem Ecclesiæ, & tradente possessionem, cum clausula, *saluo beneplacito Apostolico*, vt d. clausula non obstante incurrat censuras, & pœnas *Extrauag. ambitiosè de reb. Eccles. non alien.* Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 44. de Marin. *vbi sup.* Marant. *part.*3. *respons.*7.

Extrema est altera sententia non induci caducitatem, quoties adest clausula, *saluo &c. & non aliter, nec alio modo, vt contra decisionem Gramat.* se vidisse seruari ait Vrsill. ad Afflict. *decis.*104. Reg. Tapia *decis. S.C.* 5. *n.*24. & seruari in practica, tradit Gratian. *discept.* 633. *à n.* 27. sexcentos cumulat Merlin. *decis.* 871. *&* 883. Vrceol. *consult. for.* 33. *num.* 10. primam opinionem concedit si desit clausula, *non aliter, nec alio modo*, & pro secunda opinione contra caducitatem Reuert. *decis.*94. Reg. Marcian. *disp.*100. *num.*9. Cirocch. *discept.*72. *à num.* 24.

Extendit Marescott. *lib.*1. *res.*78. adhuc si in concessione adesset prohibitio alienationis cum pœna caducitatis, & traditio fieret cum d. clausula, & ita decisum refert cum Rota.

Consiliant alij opiniones, vt secunda opinio locum non 4
habent,

habeat, si partes nimium distulerint impetrare beneplacitum domini, quia tunc censeatur apposita in fraudem clausula prædicta, de Marin. *lib.2. res.73. num.* 24. & mora debet esse notabilis, & sex mensium.

Constituti clausula non inducit caducitatem, vt Ventrigl. *num.4.* & Rubeus *in annot. ad decis.131. part. 8. rec.* & latè dixi *in d. obs.* ad Præs. de Franch. & in Gratian. *discept.36.*

5 Emphyteuta priuati non soluens per triennium canonem domino potest expelli, & emphyteuta Ecclesiæ non soluens per biennium, vt de emphyteuta priuato est text. in *l. fin. C. de iur. emphyt.* & quoad emphyteusim Ecclesiasticam, *cap. potuit de loc. & conduct. Auth. qui rem C. de sacros. Eccles.* Pacion. *de locat. cap.55. num.* 41. Cancer. *d. cap.11. de emphyt. num.2.* vbi aliud in Cathalonia, vbi quod punitur duplicata solutione Canonis.

6 An dominus possit expellere propria auctoritate emphyteutam non soluentem canones, vel ob caducitatem incursam? Glos. *in l. 2. C. de iur. emphyt.* affirmat, & tenet Gramat. *dec.4. num.2.* & alij.

Verius dic requiri declaratoriam Iudicis, quia possunt plures causæ excusare à mora, & à commisso, vt cum Gratian. *discept. 36.* dixi ibi *num.3.*

Et in emphyteusi tam Ecclesiastica, quàm laicali potest purgari mora, *per d. cap. potuit*, vt Reg. Latro *decis.* 30. *&* 161. vbi quòd fiunt præcepta comminatoria, & scripsi fusè in Gratian. *d. cap.19.* siue ex legis dispositione, siue ex conuentione prætendatur caducitas contra Mansum *consult.12. num.40.*

7 Laudemium quando debeatur, & ex quo contractu, vel qua alienatione, dixi *in obs.* 201. 226. 227. 430. *&* 437.

Emphyteusi Ecclesiæ concessa pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque præcedentibus solemnitatibus, & transitoria ad hæredes extraneos, si instituatur hætes extraneos, vel ea vendita an debeatur laudemium? Ventrigl. *n.18.* pro negatiua opinione arguit. Quia extraneus vti comprehensus in inuestitura non teneatur ad solutionem laudemij, vt Anna *alleg.106. num.5.*

Præs. de Franch. *in decis.447.* secutus opinionem Amed. de Pont. *in tract. de laudem. q.31.* dicit, quòd si hæres extraneus institutus absque dispositione testatoris, est de vocatis in inuestitura vtpotè descendens à primo inuestito, aut hæres legitimus ex dispositione iuris ab intestato veniens, & non debeatur laudemium. Aut est merè extraneus ex dispositione testatoris succedens, & tunc soluat laudemium.

Improbabilem appellat dictam opinionem Ventrigl. *n.19.* Ducitur quòd licet emphyteuta possit etiam inuito domino in hoc casu alienare in quemcumque, nihilominus debeatur laudemium, cum Imol. Corbul. Surd. Gabriele, & alijs.

E contrario Card. de Luca *de seruit. & de emphyt. discurs.49.* verius firmat non deberi laudemium indistinctè, & irrationabilem nuncupat opinionem affirmatiuam, cum Bald. Salic. Sola, & Rota *decis.142. part.2. recent.*

Ipse in *d. obs.447. n.* 4. pro vtraque parte edisserens resolui his verbis contra Card. de Luca, *Sed ego bona venia ipsius existimo esse constituendam differentiam inter legitimos hæredes, & extraneos, cum primi vocentur à lege. Alias emptores extranei non deberent soluere laudemium, iuxta Cephalum, quem imprudenter loquutum dixit Surd. decis.*200. *num.2.* & sequitur Hodiern. *ad decis.* 93. *n.*36. Et ita annis elapsis iudicatum fuit in S. R. C. in Aula Consiliarij D. Caroli Petra pro Eminentiss. D. Card. Spada.

8 Si super paruo solo emphyteutico constructa est domus magni valoris, si alienetur an debeatur laudemium nedum de pretio soli, sed etiam ædificij? Ventrigl. *num.* 34. concludit de pretio vtriusque soluendum laudemium. Quia ædificium cędit solo. Et propterea ædificium fit emphyteuticum, vt voluit Ias. *in l. fin. num.44. C. de iur. emphyt.* Amed. de Ponte *vbi sup. num.*8.

Rectius dicendum mihi videtur laudemium non deberi de æstimatione melioramentorum, quoties concedatur solum in vsum fabricæ, & extruatur palatium, vel concedatur terra satiua pro construendo palatio, vel ædificatione domus, vt in specie Amyden. *de styl. Datar. lib.* 1. *cap.15. §. 12. q. 15. n.68.* ibi: *Similimodo si concedatur solum in vsum fabricæ, & extruatur palatium, concessio non poterit dici emphyteutica, quia per prius nulla existebat fabrica, & proinde in eo casu non debabitur laudemium in venditione palatij, insolens enim est, quod in solo valoris centum videlicet ædificetur palatium* 10. m. *& in illius venditione petatur laudemium pro pretio palatij. Secus est si concedatur palatium dirutum, quia concessio esset emphyteutica, & rectè peteretur laudemium.*

Concludit etiam idem Amyden. *n.* 67. ibi: *Melioramentum debet esse circa statum permanentis in suo esse, vt si vinea inculta, & ex parte deserta concedatur ad meliorandum, tunc concessio dicetur emphyteutica. Secus quando non de vinea fit vinea.* Et vide quæ scripsi *in appendic. post decis. Gratian. in tit. de quindennio.*

Laudemium an soluendum sit tempore alienationis rei emphyteuticæ, vel tempore traditionis? Inuoluere se videtur Ventrigl. *n.35.* in hoc dubio vbi allegat Riccium *collect.31.* negantem quem refellit quando adest clausula constituti in instrumento. 9

Verius tamen est, quòd non debeatur laudemium ante traditionem possessionis ex contractu alienationi rei emphyteuticæ, sine domini consensu, quia nullum fit præiudicium directo domino ante possessionis traditionem, & etiam requiratur vera traditio, & non sufficiat clausula constituti in re emphyteutica, Guid. Pap. Clar. & Add. ad decis. Gammæ 119. Cancer. *p.2. var. cap.12. de feud. n.26.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota Ecclesiæ non soluens Canonem per biennium cadit à iure suo. An procedat in emphyteota, qui non est primus acquirens in præiudicium successorum, n.2. Et an dominus directus possit propria authoritate expellere talem emphyteotam, maximè si adest pactum, num.3.*

4 *Emphyteota spoliatus à domino directo, ob non solutum Canonem, an sit ante omnia restituendus. Et an valeat Consuetudo, vel pactum vt emphyteota non cadat à iure suo ob non solutum Canonem, n.5.*

6 *Emphyteotæ diuidentes emphyteusim quomodo debeant soluere Canonem. Et quid quando Canon est indiuiduus, num.7.*

8 *Emphyteotæ caducitas ob non solutum Canonem censetur remissa per receptionem, vel petitionem illius. Quid in Ecclesia domina directa, num.13. Quid si receptio facta sit per Procuratorem, num.9. Quid si petitio non fuerit acceptata, num. 10. Et an requiratur petitio effectiua, num. 11. Et quod dominus sciat caducitatem, num.12.*

14 *Emphyteusis Laicalis, quæ transit ad Ecclesiam, cuius natura reguletur. Et an biennio, vel triennio inducatur caducitas, num.15.*

16 *Emphyteota an teneatur depositare Canonem ad euitandam caducitatem tempore litis, cum non apparet cui soluendum sit.*

17 *Emphyteota non incurrit caducitatem ob Canonem non solutum, nisi domino volente, & declarante saltem tacitè. Et an possit declarare caducitatem successor, num.18. Et an caducitas possit declarari contra emphyteotam successorem, num.19.*

20 *Emphyteuticus præsumatur contractus; vel censuarius, in dubio.*

21 *Emphyteota quando præseruetur à caducitate ob solutionem Canonis factam per creditores.*

22 *Dominus directus agens contra emphyteutam ad caducitatem, quomodo teneatur probare dominium suum. Et quomodo quando agit ad solutionem Canonis, n.23. 24. 25. & 26. Et an pro Canone valeat agere contra tertios possessores, num.27.*

28 *Emphyteota non soluens Canonem, quando præscribat libertatem. Et quomodo Ecclesiæ competat restitutio aduersus præscriptionem.*

29 *Emphyteota, qui per decem annos soluit, potest compelli ad solutionem Canonis; immò si per duos, est manutenenda Ecclesia in possessione exigendi. Et si probauerit soluisse per tres annos, præsumitur soluisse pro tempore præterito, num.30.*

31 *Canonis solutio per triginta annos facit præsumere iustum titulum in emphyteota.*

33 *Canones præteritos quis soluat, quando alienatur res emphyteutica, Et coram quo Iudice conueniatur, remissiuè num. 33. Et concessione malè facta, debent ne restitui fructus, vel solui Canones, num. 34.*

35 *Ecclesia non exigit pœnas conuentionales ne caducitas, quæ oritur ex pœna conuentionali.*

36 *Emphyteutica quando præsumantur omnia bona, & quando pars in dubio,*

ANNOTATIO XXXIX.

§. II.

1 NOta primò. *In hoc text. cap. potuit*, deciditur quòd si emphyteota non soluit Canonem Ecclesiæ debitum per biennium, cadit à toto iure, quod habet in re sibi in emphyteusim concessa, disponit etiam *l. 2. C. de iur. emph. & auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.* hanc materiam fusè tractat Corbul. *de iur. emph. tot. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon.* & ante eum Clar. *§. emphyteusis, quæst. 8.* ibi te remitto. Tantùm aduerte, quòd hæc caducitas raro potest accommodari, & ratio est, quia emphyteota admittitur ad purgandam moram, etiam post lapsum biennij, ex beneficio huius text. Nec hæc priuatio potest fieri sine citatione, & sententia declaratoria, vt cum multis docet Grat. *discept. forens. cap. 378.* post Cæuall. *com. contra com. q. 14.* sic etiam, quia quælibet causa, etiam minus iusta excusat à caducitate, *l. igitur, §. potest, ff. de liber. caus.* Angel. *in l. plagijs, C. ad l. Flauiam, de plag.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 17. num. 2.* Ludouis. *decis. 388. num. 4.*

2 Controuertitur in his terminis, an emphyteota, qui non est primus acquirens, possit non soluendo Canonem, præiudicare successoribus vocatis ad emphyteusim. In qua quæstione vide Clar. *§. emphyteusis, q. 8. num. 14.* & Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 8.* & alios, & inuenies DD. pro vtraque sententia. Verùm pro affirmatiua, quòd possit præiudicare, iudicatur magis communis, sed negatiua iudicatur æquior, refert Caualer. *decis. 398. num. 3.* quæ æquior opinio omnino procedit, & sine controuersia, quando in non soluendo Canonem concurrit fraus, latè Corbul. *cit. loc. ampl. 8. num. 10.* Surd. *decis. 102. num. 20.* Caualer. *cit. loc. num. 4.*

3 Controuertitur etiam, an dominus directus possit emphyteotam ob non solutionem Canonis propria auctoritate expellere, ex quo ita inter eos intercessit pactum. Hanc quæstionem ponit Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. quæst. 13.* vbi refert DD. pro vtraque sententia, ipse verò sequitur opinionem contra pactum prædictum, quam in praxi canonizauit Rot. apud Mantic. *decis. 194.* quam decisionem adducit etiam Farinac. *inter nouiss. decis. 785.* vbi deciditur, non potuisse Episcopum ibi Dominum directum absque citatione, & propria auctoritate permittere ingredi possessionem in tali casu.

4 Sed an Ecclesia domina directa vigore prædicti pacti propria authoritate ob Canonem non solutum ingressa possessionem rei emphyteuticæ, & petens declarari rem ipsam deuolutam, ac confirmari in possessione, possit impediri, & contra illam opponi non esse audiendam, nisi restitutio possessore ad possessionem spoliatam, Resolutio huius quæstionis pendet ex latè adductis per Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. num. 95.* vbi discutitur, an remedium reintegrandæ concedatur illi, qui sua culpa possessionem amisit, & conclusionem ponit contra spoliatum, eamque declarat multis modis, & in his terminis sequitur Afflict. *decis. 392. num. 27.* Alex. *cons. 6. vol. 3. n. 10.* & alij. Contrarium, quòd restituatur emphyteuta spoliatus, tenet Guid. Pap. *decis. 107. sub num. 1.* in hac contrarietate mediam sequens viam Vrsill. ad Afflict. *cit. decis. 392. num. 22.* tenet, quòd si emphyteuta non opponat exceptionem spolij ante terminum, non est restituendus, secus est si ante terminum opposuit restitutionem, & secundum hanc distinctionem fuisse quandoque iudicatum, sed non semper, refert idem Vrsill. cum Sacrum Consilium in tali casu variè iudicauerit.

5 Potest pacto introduci, vt emphyteota Ecclesiæ non cadat à iure suo, ob non solutum Canonem, dummodo tamen hoc pactum in prima concessione apponatur, & si apponatur in sequentibus non valet, nec effectum producit, vt post multos probat Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 1.* & non solum pacto inter partes potest id introduci, sed etiam Consuetudine, vt comprobat Corbul. *cit. loc. limitat. 2. per tot.* Maceraten. *variar. resolut. lib. 1. cap. 30. num. 10. & 11.*

6 Si plures hæredes, vel fratres emphyteotæ sibi diuiserunt rem emphyteuticam, si vnus cessauerit à solutione, præiudicat alteri, qui soluit, ita vt omnes cadant à iure suo, docet post multos Corbul. *de iur. emph. tit. de caus. priuat. ob non solut. can. ampl. 8.* Ex quibus collige, quòd Ecclesia domina directa potest exigere integrum Canonem ab vno fratre, & possessore rei emphyteuticæ, licet illa sit diuisa cum alio fratre, vel hærede, nec tenetur recipere Canonis diuisiones, cum vnusquisque eorum sit insolidum obligatus ad solutionem Canonis, ita Corn. *cons. 24. num. 17. volum. 2.* Fed. de Sen. *cons. 220.* Afflict. *decis. 153. num. 3.* & si recepit pro rata, videtur recessisse ab obligatione insolidum, Gratian. *discept. forens. cap. 566. num. 22.* Hæc procedunt, quando facta est diuisio sine consensu, & licentia Ecclesiæ dominę directa, secus tamen est, quando diuisioni præstitit assensum Ecclesia; tunc enim ex vna re emphyteutica est facta multiplicatio in plures, & vnusquisque tenetur soluere pro rata, & si vnus à solutione cessauerit, ipse solus cadit à iure suo, nec alter præiudicat, ita Afflict. *cit. decis. 153. in fin.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 19. de solut. canon. emphyt. cap. 2. num. 9.* Gratian. *discept. forens. cap. 675.*

7 Quòd si Canon in supradicto casu soluendus sit indiuiduus, puta si debetur pro Canone gallina, tunc inter plures fratres, vel hæredes diuidentes, vt supra, de consensu domini fiet diuisio solutionis Canonis alternis annis, ita vt in primo anno soluat primus frater, vel hæres, & in secundo soluat secundus, & sic de singulis integrum Canonem, *l. Lucio, & l. seq.* vbi glos. *verb. vtile, ff. de aqu. quotid. æstiu.* Alex. *cons. 25. num. 2. & 3. lib. 5.* latè Gratian. *discept. for. cap. 675. num. 5. seqq.*

8 Hæc caducitas ob non solutionem Canonis censetur remissa, si Ecclesia domina directa post lapsum tempus recepisset, aut petijsset Canonem ab emphyteota, ita Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. can. num. 10. & seqq.* & est verior opinio, quicquid alij contrarium sentiant, vt testatur Sord. *decis. 317. num. 14. & cons. 86. n. 14. & seq.* Honded. *cons. 34. num. 86. lib. 2.* Card. Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. tit. 33. lib. 22. num. 3.* Menoch. *cons. 206. num. 123.* ita vt ad hunc effectum etiam æquiparentur receptiones Canonum cum illorum petione, Sal. *in l. commissoria, vers. & faciunt, C. de pact. inter empt. & vendit.* Ruin. *cons. 119. num. 4. lib. 5.* Tiraquell. *de retract. comment. §. 1. glos. 2. num. 6.* supradicta procedunt in receptione, siue petitione canonis, non solum de futuro, sed etiam de præterito, vt post multos firmat Grat. *discept. forens. cap. 633. num. 38. & seqq. vbi num. 40.* probat id etiam sentire Surd. *decis. cit. 317.* quæ pro contraria opinione indebitè allegatur.

9 Amplia supradicta, vt euitetur caducitas per receptionem, vel petitionem canonis, & si facta fuerit per Procuratorem, & ratificata per Rectorem Ecclesiæ principalem expresè, vel tacitè, quæ ratificatio tacita oritur ex eo quod pecuniæ sunt versæ in vtilitatem Ecclesiæ, & de eis habita est ratio in libris computorum per Rectorem, docet post alios Gratian. *cit. discept. 633. num. 41. & 42.* licet regulare sit, quòd generalis Procurator non præiudicet domino recipiendo Canonem in hoc casu, ita Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. can. limit. 21. num. 16.*

10 Limita tamen supradicta, vt per petitionem Canonis censeatur remissa caducitas, quando petitio fuit acceptata, alias non dicitur purgata mora, ita Grat. *discept. for. cap. 515. num. 57. vers. quæ omnia.*

11 Limita etiam, vt requiratur, quòd talis petitio habuerit effectum suum, idest quod Dominus directus consecutus sit quantitatem ei debitam, & petitam, alias secus, ita post multos docet Corbul. *tit. de caus. priu. ob non solut. canon. limit. 21. sub num. 11.* defendit fortiter Gratian. *discept. forens. cit. cap. 515. à num. 11. vsque ad 52.*

Aduer-

12 Aduerte, quòd adhoc vt per Dominum directum per receptionem Canonis dicatur remissa caducitas, requiritur, quòd sciat rem emphyteuticam esse deuolutam, aliàs si ignorauerit, non dicitur caducitatem remittere, ita post multos Tiraquell. *de retract. consang.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 22. Rot. Rom. *in vna demus* 14. *Decembris* 1575. *coram D. Blanchetto*, quam refert Corbul. *cit. loc. num.* 14. in dubio verò præsumendum est,
13 ignorare, Alex. *cons.* 105. *sub num.* 14. *lib.* 3. Sed hæc secundum veram, & magis communem opinionem, non procedunt in emphyteusi Ecclesiæ, cui Administrator non potest præiudicare per receptionem pensionis, postquam emphyteota potuit expelli ratione Canonis non soluti, ita glos. magna, quæ est Additio, *in hoc cap. potuit*, vbi DD. omnes, & præsertim Imol. Alex. *cit. loc. num.* 15. qui refert de communi; solùm enim præiudicat Ecclesiæ recipiendo Canonem in hoc casu Prælatus de consensu Capituli, vel Rector, si est solus in Ecclesia, & sine Capitulo, non verò Procurator, vel alius inferior Administrator sine consensu principalis, vt supra, ita glos. prædicta, Crescent. *decis.* 2. *sub tit. de empt. & vend.*

14 Nota, quòd emphytesis laicalis, quæ ad Ecclesiam transijt, non mutat eius naturam, quantum ad ea, quæ respiciunt obligationem iam perfectam, vt est, quandu emphyteusis est hæreditaria, & tunc ex mutatione personæ non mutatur obligatio, *l.* 2. §. *ex ijs*, *de verb. oblig.* tenet Bald. *in auth. quas actiones*, *num.* 12. *vers. si autem non loquamur*, vbi etiam Salyc. *num.* 7. *vers. secundo casu*, *C. de sacros. Eccles.* & licèt Ecclesia sit persona priuilegiata, in hoc casu tenetur ad omnia, ad quæ obligatus erat primus Dominus, argumento *l. si eum*, §. *qui iniuriarum*, *ff. si quis caut.* vbi Ias. *num.* 23. *cum seq.* Quantum verò ad ea, quæ ortum habent in personam successoris, vt est mora, & tunc attenditur priuilegium successoris, & tempus moræ, *l. cum quidam*, *ff. de vsur.* quia obligatio non est firmata, & in tali casu quando res peruenit ad priuilegiatum, assumit naturam, & priuilegium illius, Abb. *cons.* 9. *num.* 1. *in fin. & num.* 2. *lib.* 1. Ias. *in cit. auth. quas actiones*, *sub num.* 42. *vers. sed ad istam materiam*, *C. de sacros. Eccl.* & in terminis procedit dictum Salyc. *in l.* 2. *num.* 36. & ibi Ias. *num.* 51. *C. de iur. emphyt.* quòd in re priuata, quæ transit ad Ecclesiam, sufficit biennium ad deuolutionem, sicut in emphyteusi Ecclesiastica, licèt priusquam deueniret ad Ecclesiam, non deuolueretur ante transactum triennium; nam quamuis vbi mora est cœpta cum priuato, puta, quia iam in persona priuati transierit vnus annus, & postquam Ecclesia successit, transiuit alius annus, Ecclesia non vtatur eius priuilegio, sed requiratur triennium, nihilominus quando mora est cœpta cum Ecclesia, sufficit biennium, ita Corbul. *de iur. emphyt. tit. de cans. priuat. ob non solut. can. quæst.* 2.

15 Supradicta intellige, quando res emphyteutica simpliciter ad Ecclesiam transiuit, nec apparet sub quibus conditionibus emphyteota illam recognouerit: nam si illam recognouerit cum pactis, & ijsdem conditionibus appositis in instrumento cum laico, cum quo conuenerat, quòd res non caderet in commissum, nisi elapso triennio, tunc quia recognitio limitata, limitatum producit effectum, *l. in agris*, *de acquir. rer. domin.* si res emphyteutica transit ad Ecclesiam, non iudicatur pactis derogatum, aut præiudicatum, DD. *in cap.* 1. *de censib.* & facit, quia directus dominus non potest alienando facere conditionem emphyteotæ duriorem eo inuito, Io: Andr. *in cit. cap.* 1. *num.* 6.

16 Nota, quòd si Canon litigatur, & sub Iudice est, cui soluere debeat, excusatur emphyteota pendente lite; sufficit enim se exhibere paratum soluere, cui Iudex iudicabit, ita ex multis comprobat Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. can. limit.* 23. contra quem apertè tenet Maceraten. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 61. *num.* 4. & 16. vbi non excusat emphyteotam à caducitate in hoc casu, sed illum obligat ad faciendum depositum, secundum quam opinionem refert etiam fuisse decisum. Sed ego non discederem ab opinione Corbul. tanquam æquiore, ea ratione, quia ex deposito paruam vtilitatem consequitur Ecclesia domina directa, quando nullum est periculum solutionis finita lite; quo tempore si iudicatum sit Canonem ad Ecclesiam spectare, & emphyteota statim non soluerit, sentirem tempus litis computandum esse in biennio ad finem inducendi caducitatem, cum Amend. ad de Franch. *decis.* 295. *num.* 4.

17 Nota insuper, caducitatem ob non solutionem Canonis, vel ob alienationem irrequisito domino, non incurri, nisi domino volente, & declarante, *l.* 2. *C. de iur. emphyt.* Magon. *decis. Florent.* 70. *num.* 1. Surd. *decis.* 57. *num.* 16. & 194. *num.* 7. Cassador. *de locat. & conduct. decis.* 2. Caputaqu. *decis.* 155. *num.* 3. & *decis.* 301. *part.* 1. Rot. Rom. *in nouiss. decis.* 28. *num.* 1. & 6. vbi ampliat *part.* 2. quæ declaratio sufficit, etiam tacita, vt docent Magon. & Cassad. *cit. decis.* ec etiam Caual. *decis.* 31. *num.* 247. *part.* 2. Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. num.* 11. & 17. vbi refert multos modos, quibus fit talis declaratio tacita.

18 In his terminis aduertendum est, quòd si Rector, vel alius legitimus Administrator non declarauerit voluntatem suam, quòd intendebat esse locum caducitati, eo mortuo, non potest successor id declarare, ita post multos tenet Gabr. *tit. de iur. emphyt. lib.* 3. *com. conclus.* 3. qui testatur hanc esse communem opinionem, quamuis referat contrarium tenentes *num.* 1. Honded. *cons.* 55. *num.* 19. Osasch. *decis.* 32. Cassad. *decis.* 4. *de loc. & conduct.* Caputaq. *decis.* 155. *num.* 4. *part.* 1. quòd tamen procedit, quando prædecessor habuit notitiam caducitatis, secus si ignorauerit, secundum Honded. *cit. cons.* 55. *num.* 91. Caualer. *decis.* 43. *num.* 11. *part.* 1. Nec fuit impeditus declarare, vt docet Gabr. *cit. loc. lib.* 7. *concl.* 35. *num.* 6. In dubio verò præsumitur potius scientia, quàm ignorantia, *l. verius*, *ff. de probat. l. in bello*, §. *facta*, *ff. de cap. & postlim.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 1. *num.* 2. Corbul. *cit. loc. quæst.* 4. *num.* 1. & eo magis, ne præiudicetur Ecclesiæ, Honded. *cons.* 55. *cit. num.* 91.

19 Similiter dominus directus declarare caducitatem incursam tempore eius emphyteotæ post eius mortem, & sic tempore successoris non potest. Ratio est, quia caducitas est pœna legalis, quæ re integra, & ante litem contestatam non transit contra hæredem delinquentis, docet Bart. *in l.* 3. §. *quod autem*, *ff. quod quisque*, & habetur *in l.* 1. *C. ne ex delict. defunct.* probat varijs argumentis, Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. can. ampliat.* 45. *num.* 17. & *seqq.*

20 Petebat Rector cuiusdam Ecclesiæ immitti in possessionem certi territorij emphyteutici suæ Ecclesiæ contra meum Amicum, sub prætextu fuisse factum casum deuolutionis ob Canonem non solutum. Ex aduerso opponebat Amicus, non posse tractari de caducitate, ex quo census, qui allegabatur deberi, esto quòd constaret deberi, nihilominus non erat emphyteuticus, sed censuatius, in quo non habet locum caducitas. In veritate non apparebat de origine prædicti Canonis, ex qua potuisset iudicari, quam habuisset naturam. Interrogatus quid in hoc sentirem? Respondi, obseruandas esse apocas de recepto factas per Rectores prædecessores, quibus obseruatis, adhuc res sub dubio remansit, cùm tantùm in illis Rectores confitebantur recepisse carolenos tringiota pro censis debito Ecclesiæ super territorium, nec poterat coniectura deduci ex quantitate censu, qui respectu territorij non poterat dici paruus, nec magnus, vel æquiualens fructibus, iuxta dicta per Gratian. *discept. forens. cap.* 926. *n.* 11. vbi refert alias coniecturas, quibus probatur emphyteusis. Itaque posito casu in dubio, resolutio adhuc erit dubia ex diuersitate sententiarum, quarum vna tenet præsumendum esse contractum censuarium, non emphyteuticum, etiam contra Ecclesiam, & proindè caducitatem non militare, ita Corbul. *tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.* 34. vbi pro hac opinione refert etiam Rot. Roman. *decis.* Contrariam sententiam, quòd in dubio fauore Ecclesiæ contractus præsumatur emphyteuticus, tenent alij relati per eundem Corbul. quam sententiam refert communem Mascard. *de probat. conclus.* 601. *nu.* 8. eamque discussis omnibus, mordicus defendit Genuens. *practic. ab Eccles. quæst.* 92. *num.* 5. & *seq.* & hæc secunda opinio est fauorabilior Ecclesiæ, cum ea consului, & ita fuit iudicatum in tali casu.

21 Culpa, vel negligentia emphyteotæ in non soluendo Canonem præiudicat creditoribus, nisi emphyteota in fraudem creditorum non soluisset, docet post multos

Gra-

Gratian. *discept. forens. cap.* 88. *num.* 29. *& seqq.* Surd. *decis.* 102. & 286. sed si creditores ad euitandam caducitatem, vellent soluere Canonem, Ecclesia domina directa teneretur solutionem recipere, aliàs creditores depositando conseruarent ius emphyteotæ, tenet Corbul. *cit. loc. limit.* 7. *num.* 4. post Tiraquell. *de retract. consangu.* §. 36. *glos.* 2. *num.* 19. qui alios citat, dummodò emphyteusis possit validè hypothecari. Verùm si alius tertius vellet absque mandato procurationis, & sine interesse soluere pro emphyteota, licèt possit Ecclesia domina directa recipere talem solutionem, tamen non adstringitur ad illam recipiendam, ad euitandam caducitatem, Corbul. *cit. loc. num.* 2. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 19. *cap.* 13. *num.* 7. *fol. mihi* 440.

22 Nota, quòd Ecclesia agens ad declarationem caducitatis ob Canonem non solutum, vel ex alia causa, tenetur probare concludenter, & plenè suum dominium, *l. officium, ff. de rei vendic.* Aymon. *cons.* 157. *num.* 13. Caputaqu. *decis.* 280. 1. *part.* Rot. *decis.* 249. *num.* 1. & latiùs *decis.* 150. *num.* 1. *vsque ad* 4. *part.* 1. *in recentior.* vnde ad hunc effectum non dicitur probatum dominium per vnicam recognitionem emphyteotæ cum solutione laudemij, & responsione annua Canonis debiti, vt tenuerunt Domini de Rot. *in vna Romana deuolutionis Vineæ* 3. *Nouembris* 1602. *coram D. Seraphino*, quæ est decisio eiusdem 1453. sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 912. *num.* 2.

23 Si verò Ecclesia ageret pro consecutione Canonis, vel pro alio iure, præter caducitatem, tunc diceretur concludenter probatum suum dominium per solam recognitionem emphyteotæ, quæ recognitio non solùm probat contra ipsum recognoscentem, sed contra tertium habentem causam à recognoscente, *auth. qua res iam dictas, C. de sacros. Eccles.* per quem text. ita tenet Salyc. *in l. fin. col. fin. C. de iur. emphyt.* vnde probare contra hæredem, & particularem successorem vt donatarium, legatarium, & emptorem, docet Bened. *in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine, num.* 446. & 450. *de testam.* Abb. *in cap. cùm olim, num.* 8. *de censib.* Gratian. *discept. forens. cap.* 790. *num.* 10. de hac recognitione, & eius valore latè discutit per multas distinctiones Rip. *in l. si aliquam rem, num.* 38. *& seqq.* Schrad. *de feud. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 12. *fol.* 97. non tamen probat contra tertium non habentem causam à recognoscente, Gratian. *discept. for. cap.* 912. *num.* 30.

24 Et quòd ad finem compellendi emphyteotam ad solutionem Canonis sufficiant leuiores probationes, quia in tali casu dominium deducitur incidenter, non principaliter, Abb. *in cap.* 2. *num.* 2. *de caus. possess. & propr.* Paul. de Castr. *cons.* 4. *num.* 1. *post princ. lib.* 2. Felin. *in cap. exceptionem, num.* 37. *de except.* Rot. *decis.* 423. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & decis.* 331. *num.* 2. *part.* 2. *in recentior.* Vnde Ecclesia in hoc casu plenè probat suam intentionem per duas enunciatiuas factas in duobus instrumentis antiquis venditionis rei emphyteuticæ, dummodò enuncietur, rem esse sub dominio Ecclesiæ, & quantitatem Canonis, & enunciatiuæ habeant originem à diuersis personis, Aymon. *de antiq. temp. part.* 1. *vers. ampliatur nunc, num.* 14. *& seqq.* Rot. *decis.* 312. *num.* 6. *& decis.* 451. *num.* 3. *in fin.* 1. *part. in recentior.* Put. *decis.* 109. *num.* 1. *lib.* 2. Achill. *decis.* 8. *num.* 2. de *Ior. patronat.* Cassador. *decis.* 1. *& 2. de probat.* Rot. *coram D. Orano Tudertina Prioratus* 17. *Nouemb.* 1609.

25 Item plenè probat per vnicum testem, qui deponit pluries exigisse Canonem; huic enim, qui deponit de facto proprio, magis creditur, quàm alteri, Salyc. *in auth. si quis decurio, opposit.* 4. *C. ad leg. Cornel. de fals.* Soc. Iun. *cons.* 31. *num.* 33. *lib.* 2. post Paul. de Castr. *in l. de vnoquoque in fin. C. de seruit. fugit.* Item in hoc casu solet adhiberi fides libris Ecclesiæ, quibus probantur exactiones Canonum, Rom. *cons.* 127. *col.* 1. *ad med. vers. ad hoc tamen respondetur*, Dec. *cons.* 96. *num.* 4. Aymon. *cons.* 158. *num.* 4. Ancharan. *cons.* 44. *num.* 1. Rot. *decis.* 290. *n.* 5. *part.* 1. *in recentior.*

26 Item plenè, & concludenter probatur intentio Ecclesiæ petentis Canonem per exhibitionem instrumenti, in quo emphyteota vendit rem cum onere soluendi Canonem; per hanc enim confessionem censetur res facta censualis, seu emphyteuticæ, ita vt possessor non possit contradicere, ita Bald. *in l. censualis, vers. ibi domino, C. de donat. & in l.* 1. *num.* 8. *quando liceat ab emp. disced.* Felin. *in cap. cum Bertoldus, num.* 28. *in fin. de sentent. & re iudic.* Schrad. *de feud. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. Alexan. *in l. stipulatio ista, §. si stipulor, ff. de verb. oblig.* & prædicta confessio non solum probat contra ipsum emptorem, sed etiam contra successores habentes causam ab ipso, etiam titulo particulari, puta donatione, legato emptione, & simili, vt dictum est supra *vers. si verò*, per doctrinam Bened. Abb. & aliorum citatorum, quibus etiam adde Guid. Pap. *decis.* 24. *&* 42. *&* 272. etiam si successor habuerit rem tanquam liberam absque mentione Canonis, ita Gratian. *discept. forens. cap.* 912. *num.* 15. *vbi etiam num.* 11. *& seqq.* defendit supradicta fauore Ecclesiæ procedere etiam si tempore stipulationis instrumenti, in quo facta est talis confessio, Ecclesia, siue eius Administrator fuisset absens, quicquid sit in priuato. Cætera ad probationem in hac materia vide apud Mascard. *de probat. concl.* 1258.

Pro consecutione Canonis, Ecclesiæ competit actio hypothecaria contra quoscunque possessores, vt probat Amed. à Ponte *de laudem. quæst.* 45. *num.* 1. 13. 21. *&* 23. probatur *ex l. in venditione, ff. de act. empt.* qui text. licèt loquatur in pensione publica, illum tamen extendunt etiam ad Canonem rei emphyteuticæ Ecclesiæ, pro quo etiam admittunt dari hypothecam tacitam contra quoscumque possessores, tanquam debeatur ex fructibus prædij, notat Bald. *in auth. quas actiones, num.* 5. *in fin. C. de sacros. Eccles.* Alex. *cons.* 79. *num.* 9. *lib.* 1. Rip. *in l.* 1. §. *si hæres, num.* 11. *ff. ad Trebell.* Ias. *in l. vlt. num.* 73. *C. de iur. emph.* Gabr. *cons.* 47. *num.* 6. *& seq. lib.* 1. Aymon. *cons.* 17. *num.* 5. Afflict. *decis.* 93. *num.* 5. vbi etiam Vrsill. *num.* 2. *&* 3. Franc. Marc. *decis.* 450. *num.* 2. *part.* 1. Cassad. *decis.* 3. *num.* 2. Franc. *in cap. fin.* §. *fin. de offic. ordin. in* 6. & alij contra Roderic. *de censib. lib.* 2. *quæst.* 22. *num.* 43. Cald. *de extinct. emphyt. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 18. *& seqq.* quorum opinio non est sequenda, cùm prima sit communis, & magis recepta. Maximè quia semper primus emphyteota in instrumento emphyteusis pro obseruatione contractus obligat se, bona sua omnia, hæredes, & successores, quæ obligatio transit cum re ipsa ad quoscumque prout post Par. de Put. *cap.* 46. & alios docet Amed. *loc. cit. num.* 24. Corbul. *de caus. priu. ob non solut. can. quæst.* 6. *in fin. fol.* 528. 27

Controuertitur in hac materia, an per non solutionem Canonis per spatium triginta, vel quadraginta annorum emphyteota præscribat libertatem illius contra Ecclesiam. In primo acquirente, vel in eo, qui aliquando solui, non procedit quæstio, quia ratione malæ fidei, is nunquam præscribit. In alio verò, qui non est primus, nec soluit aliquando, duæ sunt sententiæ inter se pugnantes, quas videre potes apud Corbul. *de iur. emph. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.* 31. & apud Gratian. *discept. forens. cap.* 912. *num.* 40. *& seqq.* & licèt videatur magis accepta opinio illa, quòd per spatium triginta, vel quadraginta annorum præscribantur Canones non solùm præteriti, sed etiam futuri, vt videre potes apud eosdem Corbul. & Gratian. tamen Ecclesiæ ignoranti talem præscriptionem datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ, etiam aduersus præscriptionem quadraginta annorum, secundum Alex. *cons.* 169. *num.* 15. *lib.* 2. qui testatur de communi, Bald. *in tract. de præscript.* 4. *part. partis principales*, Rolan. à Vall. *cons.* 68. *volum.* 3. *& cons.* 72. *num.* 48. *eod. volum.* quos refert, & sequitur Corbul. *cit. loc. num.* 4. contra aliquos DD. quos refert idem Corbul. 28

Nota, quòd Ecclesia domina directa si agit contra emphyteotam ad solutionem Canonis, siue laudemij, sufficit probare, quòd per decem annos Canonem exegerit, licèt non ostendat titulum, docet latè Mascard. *de probat. conclus.* 603. *per tot.* sequitur Verall. *decis.* 292. *part.* 1. *& decis.* 271. *part.* 2. quem refert, & sequitur Ricc. *in prax. resol.* 130. *in notabili vers. Ecclesia quando*, qui non admittit dictam probationem, quando agitur de præiudicio tertij, & contra Ecclesiam. Amplia supradicta, quòd si Ecclesia ageret contra emphyteotam remedio possessorij, esset manutenenda in possessione exigendi Canonem, si 29

per

per decem annos probauerit emphyteotam soluisse, docet post Gulielm. de Benedict. Guid. Pap. Petr. Foller. & Mascard. *cit. loc. num.* 8.

30 Sed si emphyteota contra Ecclesiam probauerit, soluisse Canonem tribus annis proximis præteritis, non potest molestari pro alijs superioribus annis, quia præsumitur solutio pro illis annis, nisi probetur per ipsam Ecclesiam contrarium, Rot. *in nouis, decis.* 3. *de loc. aliàs* 304. Capell. Tholos. *quæst.* 235. Mascard. *cit. loc. num.* 9. Hæc tamen procedunt, quando solutiones trium annorum factæ essent quælibet de per se, & vnaquæque singulo anno, ita vt si facta sit vnica solutio pro tribus annis, non sufficit, est doctrina communis, quam refert Mascard. *cit. loc. num.* 21. post alios.

31 Solutio Canonis per triginta annos facit præsumere iustum titulum in emphyteusi Ecclesiæ, nec sufficit solutio decennalis propter Iuris resistentiam, & prohibitiones Extrauagantium, & Constitutionum Summorum Pontificum, quæ requirunt in eis solemnitates, quia aliàs de facili posset fieri fraus Ecclesiæ, quòd non est tolerandum; vnde non est æquum, vt tam modicum tempus suffragetur, ita Gratian. *discept. forens. cap.* 208. *num.* 2. post Mascard. *cit. loc.* Menoch. *præsumpt.* 108. *num.* 5. *& 9. lib.* 3. & alios per Flor. *lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 40. dummodo solutiones sint factæ singulis annis; nam non sufficit vna pro triginta annis præteritis, vt aduertit Gratian. *eod. loc. num.* 10.

32 Quando alienatur res emphyteutica, solet dubitari, an ad solutionem Canonum præteritorum teneatur nouus emphyteota, an antiquus. In qua re diuersimodè locuti sunt DD. vt videre est apud Corbul. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. quæst.* 6. *per tot.* ipse verò videtur distinguere, aut emphyteota conducens rem emphyteuticam, assignauit Canonem super ipsa re, aut simpliciter promisit Canonem, ita vt in primo casu teneatur nouus emphyteota ad præteritos Canones, secus in secundo. Hæc distinctio est bona, sed quia firmauimus supra cum communi, pro recuperatione Canonis competere Ecclesiæ actionem hypothecariam, meritò hic repetendo quæ diximus supra, dicemus indistinctè Ecclesiam dominam directam pro Canone etiam præterito posse agere contra possessorem, licèt possit etiam agere contra antiquum emphyteotam, qui percepit fructus. Fallit hæc sententia, quando dominus directus præstitit consensum alienationi rei emphyteuticæ, quia tunc contra illum, in quem facta est alienatio, tantum potest agere pro Canone etiam præterito, & primus est liberatus, ita Garz. Mastrill. *decis.* 55. *num.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 119. *num.* 3. qui disputant; quid dicendum, quando dominus præstando consensum, reseruauit sibi ius contra primum emphyteotam.

33 Emphyteota Ecclesiæ pro Canone, vel laudemio an possit conueniri coram Iudice Ecclesiastico, vide Burg. *tract. de laud. part.* 3. *inspect.* 1. *num.* 6. *& seqq.* quem refert, & sequitur Bellett. *disquis. cler. part.* 1. *de fauor. cler. real.* §. 5. *num.* 11. Et quando emphyteota prædictus collectari possit à laicis, vide Cæuall. *commun. contr. commun. quæst.* 726. *per tot.*

34 In hac materia adducitur casus inter DD. quòd si res Ecclesiæ fuit concessa in emphyteusim absque solemnitatibus de iure requisitis, & sic nulliter, adhuc emphyteota tenetur ad Canones, ac si contractus validus fuisset, nisi iusta causa crederet emphyteota solemnitates adesse; tunc enim excusaretur à solutione Canonum, deciditur apud Vincent. de Franch. *decis.* 296. quam transcribit Ricc. *in prax. resolut.* 126. 1. *part.* vbi fuit iudicatum, deberi Ecclesiæ fructus rei malè in emphyteusim concessæ, & non Canones, qui fructus prætendebantur satis minores, quàm Canones. Ego verò, quicquid sit de decisione prædicta, quam relinquo in suo casu, dico generaliter, quòd in prædicto casu, ac omni alio malæ alienationis rei Ecclesiæ, est restituenda Ecclesiæ res malè alienata vnà cum fructibus, siue fructus excedant census in quantitate, siue non, quia Ecclesia cùm sit mater iustitiæ, debet esse contenta rei suæ, & quod simpliciter sint restituendi fructus, vide adducta per eundem Ricc. *cit. loc. resolut.* 18. qui limitat hanc regulam, quando emphyteota iusto errore credidit interuenisse assensum Apostolicum, tunc non deberet adstringi ad restitutionem fructuum, nisi à die motæ litis, ante verò litem dicendum est teneri ad census.

Nota, quòd in materia caducitatis ob Canonem non solutum, alienationem factam irrequisito domino, vel ex alia causa, Ecclesia domina directa, debet esse benigna, & non debet esse facilis in pœnis, vel caducitatibus exigendis, Soc. *cons.* 99. *vel* 66. *lib.* 3. & in dubio contra Ecclesiam circa pœnam commissi esse iudicandum, tenent Bursat. *cons.* 181. *num.* 48. *lib.* 2. Clar. §. *emphyteusis, quæst.* 8. *vers. sed quis*. Vnde notandum est, quòd pœna caducitatis, quæ non venit ex natura contractus, sed ex pacto, dicitur pœna conuentionalis, & non potest Ecclesia illam exigere, nisi quatenus cum interesse concurrat, vt fuit dictum per Rot. Roman. apud Seraphin. *decis.* 794. iuxta notata per Hostien. & alios *in cap. dilecti, de arbitr.* eadem ratione Ecclesiam non debere exigere caducitatem contra minorem, fuit decisum per eandem Rot. apud eundem Seraphinum *decis.* 313. 35

Quæstio est inter Ecclesiam dominam directam, & emphyteotam. Emphyteota confitetur debere Canonem pro certa parte bonorum emphyteuticorum in tali loco positorum, è contra Ecclesia dicit Canonem sibi solui pro omnibus bonis, quæ in illo loco emphyteota possidet. Quid dicendum in hac differentia, si veritas non apparet per lucidas probationes. Resp. recurrendum esse ad coniecturas, consideranda proindè est pretij, seu Canonis quantitas, mos regionis, valor prædiorum, ita vt si possessiones magnæ sint æstimationis, & pensio modica soluatur, non præsumitur emphyteota pro omnibus bonis soluisse: sed ex modo, seu quantitate, & pro qua possessione soluit, æstimari debet, regula *l. cum hi*, §. *modus, ff. de transact.* ita Specul. *de locat.* §. *nunc aliqua, vers.* 60. *&* 62. *num.* 76. Bald. *in cap.* 1. *de vassall. qui contra constit. Lothar.* Afflict. *in cap.* 1. *de controuers. inter mascul. & fœmin.* Bald. *cons.* 109. *lib.* 4. vnde debet assignari Ecclesiæ saltem certa possessio tanquam specialiter obligata pro pensionis, seu Canonis solutione, adhoc vt Ecclesiæ esset cautum in casu caducitatis, vel esset certa de laudemio, in casu alienationis, tradit Fulgos. *cons.* 227. *num.* 1. *in fin. &* 2. & post eum Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 22. *tit.* 20. *num.* 9. Quòd si supradictæ coniecturæ quantitatis pensionis, seu Canonis hic, & nunc adaptari non possunt, vt quia etiam pro magno prædio solet solui parua quantitas Canonis, vt est in mea Patria, & Ciuitate Capuæ huius Regni Neapolitani, immò & totius Italiæ decore, & ornamento, & tunc omnia bona præsumuntur emphyteutica, cum opinione Bald. *in cap.* 1. §. *vassallus, si de feud. fuer. controuers. inter dom. & agnat.* Soc. *cons.* 167. *num.* 2. *lib.* 2. Afflict. *in cap.* 1. §. *illud, de prohib. feud. alien. per Fed.* Quòd si emphyteota ostenderit aliqua bona esse emphyteutica, si Ecclesia dixerit alia etiam esse emphyteutica, id tenetur ipsa probare, ita Specular. & Bald. *citat. loc.* 36

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *QVilibet possessor rei emphyteuticæ, an possit conueniri pro integro canone?*
2 *Præs. de Franch. decis.* 5. *Guido Pap. quæst.* 342. *& Thor. in supplem. refelluntur.*
3 *Dominus directus an possit agere hypothecaria pro canone contra possessorem?*
4 *Inter canonem, & laudemium an adsit diuersitas?*
5 *Conflictus decisionum, & sensus Auctoris.*
6 *Creditor generalis anterior emphyteutæ an præferatur creditori posteriori in re emphyteutica habenti hypothecam in consensu domini.*
7 *Resoluitur quæstio.*

AN quilibet possessor rei emphyteuticæ possit cogi ad soluendum integrum canonem, & ad se obligan- 1
dum

dum pro solutione integri canonis ? Ventrig. *num.* 6. affirmatioam tenet opinionem cum Feder. de Senis, Corn. & Afflict. *decis.* 153. & maximè fauore Ecclesiæ, & quòd ex hæredibus quilibet teneatur insolidum, Bar. *in l. fraudatis ff. de publican. & vectigal.* Gomez. *var. tit. de diuid. & indiuid. in fin.* Etenim per diminutas solutiones confundaretur solutio, ac domini conditio fieret deterior, ac fieret præiudicium primæ obligationi, & ita pro Mensa Archiepiscopali Neapolis in S. C. iudicatum retuli *in obs.* 615. ad Præs. de Franch. *num.* 6.

Nec obstant Guid. Pap. *quæst.* 342. & Præs. de Franch, *decis.* 5. vbi refert ita determinatum per Regem Ferdinandum, vt pro rata possessores teneantur ex æquitate, & de anno 1627. die 12. Iulij declaratum in S. Concilio tradit Thor. *in supplem. verb. laudemia.*

Contrarium enim verius esse ostendo *in d. obs.* 615. *per tot.* & expressè refellitur de Franch. per Velasc. *de iur emphyt. quæst.* 2. *num.* 15. & Gratian. *discept.* 36. *num.* 43. *& discept.* 150. *num.* 16. & aduersus decisionem relatam per Thor. postea decisum refero *d. obs. num.* 6. *& per tot.* vbi quòd possit quilibet possessor cogi ad se obligandum ad præstationem integri canonis, addo Surd. *decis.* 32. Cancer. *part.* 1. *var. cap.* 11. *de emphyteus. num.* 38.

3 An possessor rei emphyteuticariæ possit conueniri hypothecaria à domino directo pro canone solui cessato ? Affirmant Bald. *in auth. quas ruinas, C. de sacros. Eccles.* Afflict. *decis.* 95. & alij, quos refert, & sequitur Cancer. *d. cap.* 11. *de emphyt. num.* 38. vbi quòd competat tacita hypotheca.

4 Suboritur difficultas an idem pro laudemio ? Diuersitatem assignant Doctores inter canonem, & laudemium, quia census habet certam, & determinatam præstationem singulis annis, & ob id sapiat naturam tributi, *arg. l. cum possessor, §. fin. ff. de cens. l. Imperatores, ff. de publican. & vectigal.*

Secus laudemium, quod dicitur quid extraneum ab emphyteusi, & dicitur fructus quidam, qui propter ipsam rem quodammodò percipitur, vnde non mirum, si pro eo non detur hypotheca, aliter pro canone, Surd. *decis.* 32. Præterea laudemium est omninò quid separatum ab ipsa re emphyteutica, nam multoties contractus sine laudemij solutione subsistit, vt in alienatione necessaria in dotem filiæ, & io donatione, ita Præs. Merlin. *contr.* 37. *centur.* 1. & Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæst.* 10. *à num.* 28.

5 Senatus Mantuanus teste Surdo postposuit dominum directum agentem pro laudemio creditoribus habentibus hypothecam, & tenuit Freccia *de subfeud. tit. de autor.* Baron. *autor.* 3. *num.* . & pro hac opinione stant Valasc. *de iur. emph. quæst.* 32. *num.* 19. Molfes. *ad consuet. part.* 2. *quæst.* 8. *num.* 12. Cancer. *part.* 1. *cap.* 11. *de emphyt. n.* 43.

Ex aduerso Senatus Parisiensis sequutus est sententiam pro domino directo, adeò quòd possit ille exercere hypothecam contra vltimum emptorem pro laudemijs ex prioribus alienationibus debitis, ita post glosam Parisiensem Papon. arresto Franciæ *lib.* 11. *art.* 4.

Sic pluries in Senatu Sabaudiæ Fab. C. *de iur. emph. def.* 1. 4. 7. 59. *&* 68. in Senatu Pedemontano Gasp. Thesaur. *lib.* 4. *quæst. for.* 52. *num.* 2. vbi exclamat contra dissidentes, & ita ipsum solum pronunciasse, tradit Præs. de Franch. *decis.* 430. hanc opinionem pluries in Regno practicatam refert Gizz. ad Reg. Lan. *obs.* 120. *num.* 27. Gratian. *discept.* 272. *&* 377. *num.* 84. & scripsi *in obs. ad Franch.*

Aduerte, quòd etiam si competat personalis in re scripta domino pro laudemio, adhuc ille sit præferendus creditoribus in re emphyteutica, cùm fortius sit ius domini, quàm creditoris, post alios Fontanell. *decis.* 587. qui ita pluries ait decisum in Senatu Cathaloniæ.

Rarò poterit euenire hæc controuersia, cùm instrumentum concessionis passim contineat obligationem bonorum pro solutione laudemij, Merlin. *de pignor. vbi sup. num.* 46.

6 Emphyteuta obligauit omnia sua bona alicui creditori generaliter, & postea rem emphyteuticam obligauit specialiter alteri cum firma, & consensu domini, vter ex dictis creditoribus præferetur in illa re ? Pro creditore anteriore stant glos. *in l. fin. C. de iur. emph.* Ias. *ibi num.* 84. latè Cancer. *vbi sup. num.* 13.

Aliter si res incidat in commissum, vel iure dominij, aut pactionis appositæ io contractu emphyteutico, aut alia causa emphyteuticali res ad dominum redeat, quia reuertitur libera ab omnibus debitis emphyteutæ, & omnis hypotheca euanescit, Cancer. *vbi sup. num.* 15. *& seqq.* 7

Extendit Cancer. *num.* 16. si redeat res emphyteutica, quia dominus vtatur iure prælationis, quia creditor satisfiet tunc super pretio, & res redit libera.

ANNOTATIO XL.

De Locatione bonorum Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Quomodo in perpetuum prohibeatur, & vltra triennium quando valeat. Relocatio quando, & quomodo præsumatur. Locans vltra triennium bona fide an excusetur à pœna *Extrauag.* Locatio an rescindatur remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* Locatio an debeat fieri plus offerenti. An conductor præiudicet Ecclesiæ. Quæ bona possit Ecclesia locare, & quibus. Quid si conductor damnificet bona Ecclesiæ. Per quam solutionem liberetur conductor. An antiquus conductor sit præferendus. Anticipata solutio an liberet. Iurisdictiones, & officia Ecclesiæ an possint locari. Et an Cancellaria. Locatio an probet possessionem. Immunitates Coloni, Ecclesiæ, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei Ecclesiæ in perpetuum prohibetur, & quare, num. 2. Non potest fieri vltra triennium, & quare, num. 3. Et an vltra triennium valeat ex consuetudine, num. 4.*

5 *Locatio rei Ecclesiæ vltra triennium valet cum solemnitatibus, & transit ad quoscumque hæredes.*

6 *Locatio finita quando censeatur renouata, & cum quibus pactis, & pro quanto tempore, num. 7.*

8 *Locata res Ecclesiæ vltra triennium cum solemnitate, si ad Ecclesiam deuoluatur, in relocatione præfertur hæres vltimi coloni.*

9 *Locans bona Ecclesiæ vltra triennium bona fide, non incurrit pœnas Extrauag.*

10 *Locatio rescinditur ex remedio* l. 2. C. de resc. vendit. *& ex restitutione in integrum, & quando, num. 11.*

12 *Locari an possit Ecclesia, Cœmeterium, Campanile, & Palatium Episcopi.*

13 *Locatio rei Ecclesiæ an debeat fieri plus offerenti.*

14 *Conductor non exigens non constituit debitorem in quasi possessione non soluendi contra Ecclesiam locatricem.*

15 *Locari an possit domus ab Ecclesia meretricibus. Et quid quando concurrit cum muliere honesta, latè cum distinctione vsque ad num. 16. Et an vsurarijs, num. 16.*

17 *Locator Clericus non potest conductorem gratis liberare à damno facto in re locata. Et quid teneatur probare locator pro recuperatione damni.*

18 *Conductor an liberetur per solutionem factam alteri, quam locatori. Et an teneatur denunciare sterilitatem.*

19 *Locator habet hypothecatas res inuectas, & illatas. Et an præferatur alijs creditoribus.*

20 *Conductor antiquus non est præferendus nouo in locatione rei Ecclesiæ pro eodem pretio. Et quid si prætendat relocationem, quomodo debeat illam probare.*

21 *Conductor soluens anticipatè, si locator moriatur, quando teneatur successori iterum soluere. Et quando successor teneatur stare locationi, num. 22.*

23 *Lo-*

23 *Locari non possunt Iurisdictiones Ecclesiasticæ, officia, etiam paruæ Iurisdictionis, nec Cancellaria, quam nos vulgariter dicimus, officium Magistri Actorum Episcopi, num. 24. Quid de decimis. Et coram quo Iudice sit conueniendus conductor decimarum, num. 25.*
26 *Locatio quando probet possessionem, num. 27.*
28 *Colonus bonorum Ecclesiæ quas habeat immunitates ab oneribus sæcularium, num. 29.*

ANNOTATIO XL.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. ad audientiam, de reb. Eccles. alienand. vel non.

1 IN hoc text. Alex. Papa III. prohibet locari prædia Ecclesiæ in perpetuum, cuius occasione DD. adducunt hic materiam locationis rerum Ecclesiæ, de qua etiam tractant in *Extrauagant. Ambitiosæ, eod. tit.* extant multa in peculiari *tract. de locat. & conduct.* Caroc. & in particulari *part. 3. tit. de reb. Eccles. locand.* tractant etiam Couar. *var. lib. 2. cap. 16.* Redoan. *tract. de reb. Eccles. non alienan. quæst.* 58. Ricc. *in prax. 1. part. resolut.* 107. *& seqq. & collect.* 655. *part.* 3. Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap.* 30. & alij, diximus multa *Annot.* 1. §. 1. *num. 7. & seqq.* hic dicemus aliqua breuiter, iuxta morem vsufrequentiora.

De hac materia diximus *cit. Annotat.* 1. quando locatio vltra triennium non valeat, & an vitietur in totum, & an durante primo triennio possit prorogari, & quid si vnico die fiat tribus personis per nouem annos, & an possit fieri cum pacto renouandi finito triennio, quando successor teneatur stare locationi factæ per prædecessorem, & an possint locari fructus Ecclesiæ vltra triennium.

2 His addendo dico, merito prohiberi locationes rerum Ecclesiæ in perpetuum in hoc text. quia per has locationes vtile dominium conductori quæritur, argumento *text. in l. 1. §. qui in perpetuum, iuncta l. penult. ff. si ager. vectig.*

3 Nota primò, quòd huiusmodi locationes rerum Ecclesiæ prohibitæ fieri in perpetuum in hoc text. olim fiebant vsque ad nouem annos, ita glos. *in cap. vestræ, de locat. & in Clement. 1. de reb. Eccles. non alienand.* hodie verò per *Extrauag. Ambitiosæ, eod. tit.* omninò prohibentur fieri vltra triennium, refert Barbos. *cit. loc. num.* 30. explicant communiter DD. hoc triennium, non habita ratione temporis, sed fructuum, ita vt licitum sit Ecclesiæ locare rem suam tanto tempore, quousque percipiat tres annuas pensiones, vt si fundus colatur, & reddat fructus quolibet biennio, locatio potest fieri ad sex annos, & sic de singulis, est commune, Ricc. *in prax. resol.* 111. 1. *part.*

4 Quòd bona Ecclesiæ possint locari vltra triennium, potest consuetudine introduci; consuetudo enim circa alienationes rerum Ecclesiæ alterans formam iuris valida est, ita docet Paris. *cons.* 98. *num.* 9. quem sequitur Ricc. *in prax. resol.* 109. *num.* 4. eadem ratione potest consuetudine introduci, vt successor teneatur stare colouo, licet regulariter de iure aliter disponatur præcisa consuetudine, vt diximus supra *Annot.* 1. & quoad consuetudinem tener post Franc. March. *decis.* 144. & Caroc. *de loc. 3. par. conclus.* 14. Ricc. *cit. loc. resol.* 108. *num.* 8. quòd fortè non recipitur in Curia.

5 Nota secundò, quòd in locatione rei Ecclesiæ prohibita in hoc text. requiruntur solemnitates, de quibus in *Extrauag. Ambitiosæ*, prout est indubitatum, & concludit Marescot. *lib. 2. var. cap.* 76. in vltimis verbis, quæ ad hæredes extraneos non transit, nisi hoc sit in concessione expressum, vel tacitè intellectum, ex clausulis, *Quibusuis dederis, vel pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, &c.* Raph. Cuman. *cons.* 57. *num.* 4. Alex. *cons.* 83. *num.* 1. *vers. & licet nonnulli, lib.* 7. Anchar. *cons.* 38. *num.* 1. *vers. licet, & cons.* 34. *num.* 1. Dec. *cons.* 171. *num.* 1. qui testatur de magis communi, & Cæphal. *cons.* 400. *num.* 5. Intellige supradicta procedere, quando verba Rescripti Apostolici aliter non disponunt, vt quia illa ad filios, & descendentes conductoris se restringunt; tunc enim locatio perpetua ad extraneos hæredes non transit, ita Rot. Roman. *in vna Senen. Prædij die 28. Aprilis* 1589. *coram D. Seraphino*, est doctrina Bart. *in l. etiam, num. 1. ff. solut. matr.* & Clar. *in §. emphyteusis, q. 38. vers. primus casus.*

Nota tertiò, quòd finito triennio, quo locata fuit res Ecclesiæ, si conductor adhuc in possessione perseuerat, censetur facta renouatio locationis, est decisum in *l. item quæritur, §. qui impleto, & in l. qui ad certum tempus, ff. de locat.* Afflict. *decis.* 365. quæ renouatio censetur facta cum omnibus qualitatibus præcedentis locationis, & cum eisdem pignoribus, pœnis, renunciationibus, & clausulis, DD. præsertim Bart. *in l. si mihi, & Titio, in fin. ff. de verb. obligat.* Alex. *cons.* 28. *volum.* 4. Boer. *decis.* 284. *n.* 14. & alij omnes. Id tamen non procedit in fideiussione, quæ si fuerit data in prima locatione, non censetur renouata in secunda, nisi expressè sit cautum, est *text. in l. cum Hermes, C. locat.* Archid. *in cap. te quidem* 11. *quæst.* 1. Afflict. *decis.* 365. Boer. *cit. decis.* 284. *num.* 14. Verùm intellige supradicta, quando conductor post tempus primæ conductioni remansit in possessione per aliquod spatium temporis competentis arbitrio boni viri, secus si per modicum tempus, vtputa duobus, vel tribus diebus, ita tenet Mascard. *de probat. concl.* 991. *num.* 21. post Bart. Bald. Alex. & alios, quos allegat. Et quando Rector, vel alius Ecclesiæ Administrator sciuerit conductorem perseuerare in conductione; nam si ignorauerit, non præsumitur renouata locatio, docet Afflict. *decis.* 365. quæ scientia debet omnino probari per conductorem tanquam fundamentum suæ intentionis, tenet Salyc. *in l. legem, n. 3. C. locat.* & alij apud Mascard. *cit. loc. sub num.* 30. 6

Declara supradicta, vt censeatur facta renouatio locationis, & conductionis per continuationem possessionis pro vno anno tantummodo non autem pro pluribus, siue toto tempore primæ locationis, quo finito, si continuetur possessio, censetur facta renouatio pro alio anno, & sic de singulis, est text. expressus in *cit. l. item quæritur, §. qui impleto*, tenet Alex. *in cit. cons.* 28. *in fin. volum.* 4. *& cons.* 76. *volum.* 5. Soc. Iun. *cons.* 45. *volum.* 1. & est commune. Cætera ad hanc materiam vide apud Mascard. *cit. conclus.* 991. & Caroc. *cit. loc.* 7

Nota quartò, quòd si locetur res Ecclesiæ ad certum tempus, vel ad certas generationes præuio assensu Apostolico, finito tempore concessionis, ac facta deuolutione, si Ecclesia vult iterum concedere, ac locare eandem rem, hæres conductoris debet præferri, & si res fuerit à pluribus possessa, præfertur hæres vltimi possessoris, est decisum apud Vincent. de Franch. *decis.* 123. vbi multa Addent. vide Gizzarell. *decis.* 6. idque indubitatè procedere in emphyteusi, docet Gabr. *tit. de iur. emphyt. concl.* 1. dummodo res sit integra, nec sit alteri concessa, ac petita sit renouatio infra annum, prout his, & alijs modis declarat Gab. *cit. loc.* ac sequitur Seraph. *decis.* 360. 8

Nota quintò, quòd si quis locaret bona Ecclesiæ vltra triennium, & sic contra formam *Extrauag. Ambitiosæ*, bona fide, non seruatis solemnitatibus, non incurreret in pœnas prædictæ *Extrauag.* quæ imponuntur contra præsumentes, docet Sayr. *decis.* 12. *de reb. Eccles. non alien.* quem refert, & sequitur Ricc. *collect.* 655. *vers. limita tertio, vbi ex decis. 4. eod. tit. eiusd. Sayr.* tenet, quòd si duo Curati habent bona pro communi, & indiuiso, vnus potest locare alteri etiam ad vitam de licentia Episcopi, sed contractus erit in totum nullus. 9

In locatione habet locum remedium *l. 2. C. de rescin. vendit.* tanquam locatio sit bonæ fidei, & emptioni vicina, *l. 2. ff. locat.* & in specie notat Roman. *cons.* 423. *nu.* 1. *& 2.* post glos. *in l. si ea pactione, de vsur. & in l. si olei, C. locat.* Bald. & alij in *l. 2.* vbi etiam Pinell. *part. 1. cap. 3. n.* 1. *& 17. C. de resc. vendit.* Alciat. *cons.* 12. *n.* 14. *lib. 8. tom. 3. fol.* 159. Card. Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib. 5. tit. 2. num. 21. & lib. 22. tit. 2. num.* 16. latè Caroc. *de locat. & conduct. 1. p. de simul. locat. tit. de rescind. locat.* vbi sententiam pluribus modis ampliat, limitat, & declarat. Et hæc actio datur etiam finita locatione, & sic post effectum consummatum, & post contractum confirmatum, & approbatum à partibus, prout latè concludit Pinell. *in l. 1. part. 1. cap. 3. num. 18. ad med. C. de rescin. vendit.* Alex. *cons.* 167. *num.* 18. *vers. & si fructus, qui supersunt, lib.* 3. immò, & competit etiam vsque ad triginta annos, post quam 10

quam est finitus contractus, vt per Pinell. *in cit. l. 2. part. 1. cap. 3. num. 20.* contra Dec. *cons. 573. num. 8.* refert Gratian. *discept. forens. cap. 185. num. 1.*

11 Et non solum remedium *l. 2.* prædictæ habet locum in locatione, sed etiam remedium extraordinarium restitutionis in integrum tam ex parte locatoris, quàm conductoris, prout firmat Caroc. *cit. loc. remed. 24. part. 6.* Sfort. Odd. *de restit. in integ. par. 2. quæst. 56. art. 6. n. 37. vers. ergo breuiter,* qui dicit in hoc casu dari remedium restitutionis in integrum, quando concurrit læsio grauis, secus si leuis, & minima; & obserua ad dicta Caroc. quòd siue Ecclesia sit locatrix, siue conductrix, semper ei competit remedium prædictum, quando fuit læsa. Dicitur læsio grauis idem ac enormis. Quæ autem dicatur hæc læsio, plures sunt opiniones, sed verior, & crebrior est illa, vt Iudicis arbitrio remittatur iudicandum, vt post Sfort. Odd, & alios docet Menoch. *de arbitr. cas. 34. num. 4.* Ego vidi in praxi sequi opinionem illorum, qui tenent, quòd læsa Ecclesia in contractu locationis vltra sextam sit restituenda; non competit tamen prædicta restitutio in integrum Clerico, quando locat bona sua patrimonialia, quia in his terminis Clericus in bonis patrimonialibus habetur vt laicus, ita Abb, *in cap. si diligenti, num. 36, de for. compet.* vbi etiam Felin. *num. 9.* Couar. *lib. 1. var. resol. cap. 4. num. 3,* Sfort. Odd. *de restitut. in integr. quæst. 3. num. 52. & seqq.* Bellet. *disq. cler. 1. part. tit. de exempt. cleric. & eorum bonor. à mun. pub. §. quintus, num. 8.*

12 Nota sextò cum Caroc. *de loc. & conduct. part. 2. de locat. per procur. num. 36.* quòd Ecclesia, Campanile, Cæmiterium, domus contigua, & septa Ecclesiæ per triginta passus circum circa non possunt locari. Quoad Campanile sententia non procedit indistinctè, nam Rector, & Superior Ecclesiæ potest locare vsus Campanarum, & Campanilis Confraternitati, vel alteri pio operi, cuius Confratres, & Oeconomi non habent propriam Campanam ad se conuocando in simplici vsu, & non perpetuo, sed ad tempus legitimum, docet idemmet Caroc. *cit. loc, num, 39.* quoad Cæmiterium, certa est proposita sententia, quamuis de consuetudine possit aliquid recipi pro sepultura, vt refert, & probat Ricc. *in prax. 1. tom. resol. 576. num. 4. & seqq.* & nos dicemus alibi, Quoad domum contiguam Ecclesiæ, & intra illius septa per triginta passus videmus in praxi seruari contrarium; nam passim locantur, quando ipsi Ecclesiæ non inducunt seruitutem, solum Palatium Episcopale contiguum Ecclesiæ non solet locari. Vnde si Episcopus locaret omnia bona sui Episcopatus, sub tali generali locatione non veniret Palatium Ecclesiæ contiguum, docet idem Caroc. *cit. loc. num. 38.*

13 Solent quandoque plures conductores concurrere in locatione bonorum Ecclesiæ. In quo casu dubitari potest, an bona debeant locari plus offerenti, licet alius offerat pensionem conuenientem cum vtilitate Ecclesiæ. In qua dubitatione mihi videtur dicendum contra Ecclesiam, licet alias pro defensione Ecclesiæ eneruari paratus sim; & hoc ea ratione, quia cum Ecclesia sit cultrix, & nutrix iustitiæ, non debet pati aliquid nec contra se, nec contra alium iniustè fieri, *cap. 1. de alien. feud.* ad id adducitur *text. in auth. hoc ius, C. de sacros. Eccles.* vbi disponitur, quòd si quis plus offerat, quam res valet, non debet Ecclesia recipere, nec debet lucrari cum aliena iactura, glos. *in cap. 1. de restit. in integr.* admitti posset quandoque contraria sententia, quando plus offerens scit verum valorem, & offert aliquid vltra scienter, quia tunc nulla est deceptio, argumento *regul. scienti, de regul. iur. in 6.* & est secundum dicta per Abb. *in cap. 1. de empt. & vendit.* ad hæc vide dicta per Ricc. *in prax. 1. p. resol. 57.*

14 Aduerte ad supradicta, quòd si Episcopus, vel alius Rector Ecclesiæ locaret bona suæ Ecclesiæ, & conductores, ob negligentiam non exigerent iura debita Episcopo, non constituerent ciues non soluentes in quasi possessione immunitatis, & exemptionis in præiudicium Episcopi, ad *text. in l. quamuis, §. conductor, ff. de acqu. possess.* & id multò magis procedit, quando omissa est exactio dolo, vel collusione, ita Rip. *respons. 6. de diuers. resc. num. 8.* Bald. *cons. 330. lib. 1.*

Dubitatur, an Ecclesia, vel Rector, aut alius Administrator possit licitè locare domum Ecclesiæ meretricibus?

Resp. domum prope Ecclesiam, vel prope Monasterium Monialium omnino prohiberi locari meretricibus, 15
non solum ab Ecclesia, sed etiam à Laicis, per *text. in auth. de leno, §. quosdam vero,* ibi, *Et quod deterius est, iuxta sacratissima loca, & venerabiles domos sunt tales habitationes, & in l. 4. C. de spectacul. public. lib. 11.* quæ leges cum concernant reuerentiam locorum sacrorum, Clerici vi directiua debent illas seruare. Si verò domus Ecclesiæ non est prope Ecclesiam, vel Monasterium, vt supra, tunc dicendum est licitè posse Ecclesiam locare domum meretrici, siue domus sit posita in lupanario, siue extra, dummodo locatio fiat animo indifferenti, & dummodo meretrix sit alibi æquè peccatura, probat post multos Ricciul. *tract. de person. quæ in stat. reprob. versant. lib. 2. cap. 23. per tot.* contra alios per eum adductos, vbi etiam *num. 19.* dicit, quando domus sita est in lupanari, si meretrix concurrat ad conductionem cum persona honesta, est præferenda si offerat pinguiorem pensionem, secundum opinionem multorum; ipse verò *cap. seq. num. vlt.* singulariter tenet etiam pro æquali pensione esse præferendam meretricem, ea ratione, quia persona honesta est expellenda à lupanari, ne malo exemplo inuitetur ad meretricandum, hæc opinio licet sit singularis, est tamen prudentior; extra verò locum lupanaris, & vbi solitæ sunt habitare meretrices, & honestæ personæ, est præferenda honesta persona pro iusto pretio, meretrici offerenti maiorem pensionem, docet idem Ricciull. *cit. loc. cap. 24. num. 3.*

Si sumus in Ciuitate, in qua Magistratus sæculares statuerunt certum locum meretricibus, extra quem prohibuerunt illas habitare, & tunc dico Ecclesiam, vel Clericos non debere locare domos suas sitas extra dictum locum meretricibus, si hoc factum est zelo iustitiæ, & ad purgandam Ciuitatem occasione peccandi, faciunt dicta per eundem Ricciull. *citat. loc. cap. 21. num. 5. & seqq.* & licet Clericus, & Ecclesia non ligentur in tali casu vi legis, seu statuti sæcularis, aut obligatione coactiua, obligantur tamen vi rationis, aut iuris naturalis, siue canonici, vel etiam diuini, & obligatione directiua propter commune bonum, & propter charitatem, quia quod præcipitur in tali statuto, & similibus, est iustum, & rationabile, & proinde ad obseruantiam illius debent Clerici cogi à Iudicibus Ecclesiasticis, Mart. *de iurisdict. part. 4. cap. 1. & 2.* & alij multi, quos refert, & sequitur Bellet. *disq. cler. 1. part. tit. de exempl. cler. à statut. secul. §. 11. num. 35.*

Vsurarijs verò non potest nec à Clericis, nec à Laicis 16
domus locari, quia eorum exercitium non est neque permissum, neque toleratum, & cum illi debeant à Ciuitate expelli, *cap. vnic. de vsur. in 6.* merito eis non potest domus locari, ita Ricciull. *cit. loc. cap. 23. num. 14.*

Clericus Beneficiatus, siue alter Administrator non 17
potest liberare gratis conductorem, cuius culpa bona Ecclesiæ ceciderunt, & si de facto eum liberauit, potest successor agere contra talem conductorem liberatum pro interesse Ecclesiæ, & liberationem reuocare, Abb. *cons. 45. per tot. part. 1.* Tusc. *in pract. tom. 3. verb. Episcopus, concl. 287. num. 3.* Bellet. *disqu. cler. 1. part. tit. de bon. cler. §. quintus, num. 11.* Verùm agens tenetur suam intentionem probare, adhoc vt possit condemnari conductor, Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 25. num. 19. & 20.* vbi defendit, quòd si domus locata incendio damnificata est, adhoc vt locator consequatur damni emendationem, necesse est, vt probet culpam latam, vel saltem leuem ipsius conductoris, nec potest iuuari præsumptione, de qua in *text. l. 3. §. cognoscit, vers. & quia plerumque, ff. de offic. Præfect. Vigil.* vbi dicitur, quòd plerumque incendia culpa inhabitantium fiunt, quia DD. secundum magis communem opinionem intellexerunt dictam culpam de leuissima, de qua non tenetur conductor, ita Ioseph. Ludouic. *cit. loc.* post alios, quos citat; quando verò teneatur conductor denunciare locatori incendium, vide latè per Gratian. *discept. forens. cap. 354. per tot.*

Nota septimò, quòd si conductor fuit coactus soluere alteri pensionem, quam Beneficiato locatori non liberatur à solutione facienda locatori, si illi non denuncia- 18

nunciauit præceptum sibi factum, & violentiam illatam, cum potuisset locator facta tali denunciatione comparere, & se defendere, ita latè Menoch. de arbitr. cas.137.num. 18. & seqq. Gabr. de solut. concl. 11. ad fin. num.47. Gratian. discept. for. cap.354. num.17. & 18. similiter si colonus prætendit remissionem mercedis ob sterilitatem debet illam denunciare domino, per text. in l. item quæritur, §. exercitu, ff. locat. quem ad omnes vltra colonos extendit Menoch. de arbitr. cas. 137. num. 19. & 21. hoc tamen limitatem, quando sterilitas esset communis, & notoria.

19 Nota octauò, quòd communiter habetur res inuectas, & illatas esse tacitè hypothecatas pro pensione domus, l. certi iuris, C. locat. l. item quia, ff. de pact. l. vlt. C. quib. caus. pign. tacit. contrah. Negusant. de pigno. 4. memb. 2. part. num.128. & seqq. vbi multa adducit ad declarationem huius regulæ; illis solum adde, quòd locator in bonis inuectis, & illatis præfertur pro pensione alijs creditoribus, etiam anterioribus, quando domus non tantum fuit locata ad habitandum, sed ad conseruationem rerum; si verò fuit locata ad habitandum tantum, tunc etiam si res reperiantur inuectæ, & illatæ, non præfertur, ita Bart. in l. interdum, num.2. ff. qui pot. in pignor. habeant. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 84. num.2.

20 Diximus cum communiori, & veriori opinione, antiquum colonum non præferri nouo in locatione rei Ecclesiæ pro eodem pretio Annot. 1. n. 18. de quo latè Ricc. decis.181. part.1. qui abundè respondet contrarijs. In quo casu si antiquus conductor prætendit, & opponit eidem fuisse factam relocationem, tunc non admittitur ad probandam dictam relocationem per testes, sed debet eam probare per scripturam, refert fuisse decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum in iudicando oculatissimum, de Franch. decis. 278. quæ decisio loquitur, & procedit in prædio vrbano, & quando imminente tempore extrafactionis, si concederetur terminus super receptione testium, secundus conductor remaneret sine habitatione. Sed si prædicta ratio non militaret, vt quia esset petitum probari relocationem tempore congruo ante extractationem, vel tractaretur de relocatione prædij rustici, in quo posset admitti nouus conductor absque præiudicio illius, & locatoris quandocumque, & tunc non esset recedendum à communi iuris regula, quod in probationibus eandem vim habent testes, ac scripturæ, l. in exercendis, C. de fid. instrum. vide ad hoc plura dicta per Addent. ad d. decis. de Franch. præsertim Ricc. & Viscont.

21 Nota nonò, absolutum esse apud Canonistas omnes, successorem in Beneficio non teneri stare locationi factæ nomine proprio per prædecessorem, nisi pro illo anno, qui est inceptus, & Terræ sunt satæ, ac fructus pendentes,
21 firmauimus Annot.1.n. 14. ad quod aduerte, quod pro dicto anno, vel alio tempore, quo nouus Beneficiatus tenetur stare locationi per prædecessorem, si conductor soluerit anticipatè Beneficiato prædecessori, talis solutio non præiudicat successori, qui denuò potest exigere pensionem à conductore anticipatè solutam, quia locationes anticipatis solutionibus in præiudicium successorum omnino prohibentur per Conc. Trid. sess.25. cap. 11. de reformat. notat tanquam perpetuo menti tenendum, Nouar. in prax. nou. iur. Pontific. tit. de locat. rer. Eccles. conclus. 1. aliàs 99. num.6. licet conductor actionem habeat contra hæredes locatoris, Barbos. in l. si filiusfamilias, §. fin. num.21. ff. sol. matrim. Limita supradicta, quando anticipata solutio versa est in vtilitatem Ecclesiæ, quia tunc successor non potest denuò illam exigere, tenet Io. Bapt. Ferret. cons.151. num. 2. 1. part. qui eod. loc. num. 5. tenet conductorem benè soluisse, & sine sui periculo, quando soluit ante terminum solutioni præfixum, sed post fructus perceptos.

22 Quando verò locatio facta est nomine Ecclesiæ pro vtilitate Ecclesiæ, & pecunia versa est in vtilitatem Ecclesiæ, ac interuenit Superioris authoritas, dicunt communiter DD. quod successor tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, Gutier. canon. quæst. lib. 1. cap. 36. Azor. instit. mor. part.3. lib.8. de locat. cap. 6. quæst. 7. Ricc. in prax. 1. part. resol.108. Bonac. de contract. disp.3. quæst.7. punct. fin. num. 10. Quod si Beneficiatus resignaturus Beneficium scienter locauerit nomine Ecclesiæ, non obligat successorem, Surd. decis. 336. num. 80. quem refert Nouar. in pract. nou. iur. Pontific. conclus. tit. de locat. rer. Eccles. concl.1. aliàs 99. sub num. fin. sed si pecunia versa est in vtilitatem Ecclesiæ, credo cessare suspicionem fraudis, in qua fundatur sententia, Surd. & proinde obligatur successor.

Locari etiam prohibentur in supra citato text. Concil. 23
Trident. sess.25. de reformat. cap.11. iurisdictiones Ecclesiasticæ, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus, ita vt conductores talia exercere, nec per se, nec per alios possint, & concessiones aliter factæ à Sede Apostolica surreptitiæ censentur, ita Conc. & aduertit pòst alios à se relatos, Barbos. de iur. Eccles. lib.3. cap.30. num.32. in quibus terminis declarauit Sacr. Congreg. non posse locari iurisdictionem Ecclesiasticam, vel officium habens aliquam iurisdictionem, licet paruam, non obstante consuetudinem contraria, refert Barbos. ad id Concil. cit. loc.

Locari nec etiam possunt redditus Cancellariæ Episco- 24
palis, quæ debet per proprium Ministrum Episcopi exerceri, censuit Sacr. Congreg. negotijs Episc. & Regul. præposita sub die 26. Augusti 1592. quam refert Barbos. de iur. Eccles. lib.3. cap.30. num. 33. qui num.34. in fin. refert etiam resoluisse eandem Sacr. Congreg. in vna Cusentina 14. Decembris 1592. non posse locari quartam funeralem, & quod Cancellaria Episcopalis non possit locari, Piasec. in prax. Episc. part. 2. cap. 3. num. 3. in fin. & alij relati per eundem Barbos. in sum. Apost. dec. verb. Cancellaria, num.1.

Decimæ Ecclesiasticæ possunt liberè locari etiam laicis, 25
licet si possint locari Clericis sine damno Ecclesiæ prudentius iudicetur, docet idem Barbos. cit. loc. num. 36. Verùm si in materia decimarum differentia occurreret, tunc laicus conductor esset conueniendus coram Iudice Ecclesiastico, cui competit cognitio in similibus causis, Feder. cons.254. Rebuff. de decim. quæst. 10. num. 35. & alij, quos refert, & sequitur Bellet. disqu. cler. 1. part. tit. de fauor. cler. Real. §. 4. num.145.

Nota decimò, quòd locationes non probant possessio- 26
nem, cap. inter dilectos, de fid. instrum. glos. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, de acqu. poss. Seraph. decis.896. num.2. Ampliatur hæc regula, vt procedat etiam in antiquis, Put. decis. 342. num. 1. Limitatur tamen concurrentibus alijs adminiculis; tunc enim probat possessionem locatio, ita Bart. in l. ad probationem, C. locat. Felin. in cit. cap. inter dilectos, num.8. vers. item secus, Seraphin. cit. loc. num. eod. vnde locationem cum solutione pensionis probare possessionem docet cit. glos. in l. qui vniuersas, §. quod per colonum, vbi Bart. de acq. possess. Seraph. decis. 1200. num.1. Rot. in vna Mediolanen. decimarum 9. Iunij 1610. inter recollectas per Farinac. decis.291. num.2. & 3. post 2. lib. Declara supra positam regulam, vt illa non habeat locum inter ipsos contrahentes, nam inter locatorem, & conductorem probatur possessio per solas locationes, etiam non effectuatas, Ricc. in antiq. decis. 1. de fid. instrum. Soc. sen. cons. 89. num.18. vol. 1. Gabr. de loc. concl.4. num.14. Rota in prædicta Mediolanen. num.5. Mascard. de probat. concl. 778. num. 29. Ludouis. decis. 6. num.4. & 5.

Aduerte, quòd verùm est, locationem cum solutione 27
probare possessionem, etiam contra tertium, Menoch. de retin. possess. remed.3. num.572. Rot. in vna Romana de Iacommellis 29. Ianuary 1609. coram D. Sacrato, tamen quia in hoc facilè posset committi fraus, quia duo extranei possent facere instrumentum locationis, & fingere solutiones in præiudicium veri domini, & possessoris, meritò dicta conclusio non habet locum in præiudicium alterius, de cuius vera possessione constat, Ludouis. cit. decis.6. num.7. in annot.

Nota vndecimò, quòd colonus bonorum Ecclesiæ est 28
immunis à solutione gabellarum, collectarum, atque aliorum onerum, & munerum tam realium, quàm personalium, & mistorum, quæ imponuntur personis pro rebus, vt est hospitatio, & alimonia militum, & alia onera bellica pro rebus Ecclesiæ, quas colunt, docent Canonistæ communiter cap. Ecclesiarum, & ibi glos. in verb. clericorum 12. q.2. & in Clem.1. verb. excolendas, de decim. Ciuilistæ in l. dominicos, C. de agr. & mancip. dom. fiscal. lib.11.

& in l. hi penes, verb. recepta, C. de agric. & censit. lib. 11. & alij Canonistæ, & Ciuilistæ penes innumerabiles, quos omnes colligit Bellet. *disq. cler. 2. part. tit. de exempt. cleric. & eor. bonor. à mun. publ. §. 7. per tot.* qui etiam ratione probat sententiam prædictam, eamque ampliat multis modis, Dixi, ratione bonorum Ecclesiæ, quas colunt, ad differentiam bonorum ipsius coloni, pro quibus non eximuntur ab oneribus, licet sint coloni Ecclesiæ, idem Bellet. *cit. loc. num. 4.* prædicta sunt indubitata, Difficultas est quoad fructus, quos coloni ex rebus Ecclesiæ perceperunt, an de illis soluere teneantur onera sæcularia. In qua difficultate dicendum est, quòd salua portione, quæ spectat ad Ecclesiam, pro illa, quæ spectat ad ipsum colonum, ipse non est immunis, ita Felin, *in cap. Ecclesiæ S. Mariæ, num. 99. de constitut.* Grass. *de effect. cler. effect. 3. num. 5. & 6.* & alij multi, quos refert, & sequitur Bellet. *cit. loc. num. 4.* qui id intelligit, quando fructus sunt à solo separati, dummodo onus non sit impositum ipsis rebus, sed fructibus.

39 Limita tamen supradicta, quando per indirectum Ecclesia pateretur, vt quia coloni nimium grauarentur, & proinde Ecclesia non inueniret colonos, vel si inueniret, cum eius damno, & deterioratione redditurum, tunc etiam coloni immunitate gauderent, licet alioquin pro eius parte non sint exempti, ita Federic. de Sen. *cons. 106.* Gemin. *in cap. quamquam, in fin. de censib.* Ias. *in l. 1. num. 10. C. de indict. vidu. tollen.* Thesaur. *decis. 116. num. 9.* & alij apud Bellet. *cit. loc. num. 5. in fin.* quòd probatur etiam ratione, nam quæ directo prohibentur, per indirectum fieri non permittuntur, *l. scire oportet, §. si mater, ff. de tutor. cap. cum quid,* Dyn. *de reg. iur. in 6.* Menoch. *cons. 136. num. 7. volum. 2.* An conductor bonorum patrimonialium Clericorum gaudeat aliqua immunitate, vide Bellet. *loc. cit. §. 8. per tot.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo an possit introduci, quod bona Ecclesiæ vltra triennium locati valeant?*
2 *Distinguunt alij.*
3 *Quid si fiat conditio Ecclesiæ melior. Vel dubitetur de contraria consuetudine, an competat manutentio conductori?*
4 *Locatio ad vitam, an fieri possit?*
5 *Fructus beneficij, an locati valeant vltra triennium?*
6 *Cautelæ pro conductoribus, vel creditoribus.*

1 Consuetudine an possit introduci, quod bona Ecclesiæ locati valeant vltra triennium? Ventrigl. *num. 4.* affirmat cum Paris. Carocc. & Riccio in fine tamen ait, *id fortè non recipi in Curia.*

In terminis *d. Extrauag.* vt eius dispositio non vendicet sibi locum, vbi viget contraria consuetudo, Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 95. num. 3.* Otthobon. *decis. 210. num. 3.* Pacion. *de locat. cap. 14. §. 1. num. 7.* Filliuc. *in oper. moral. tract. 44. cap. 6. num. 5.* vbi quòd ad euitandas pœnas excuset consuetudo.

2 Idque certius quoad euitandas pœnas excommunicationis, & alias, Et si aliter volunt alij quoad nullitatem contractus, vt Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæst. 25. num. 42.*

Ratio diuersitatis est, quia ad excusandum à pœnis sufficit quælibet occasio credendi, quod fieri possit, nam Constitutio imponit pœnas contra eos, qui alienare præsumpserint, & sic vtitur verbis importantibus dolum, & contemptum, Canaler. *decis. 1. num. 1.* Pacion. *d. cap. 14. §. 8. num. 7.*

3 Addit Pacion. *num. 9.* quòd beneficiatus in casu, quo requiritur beneplacitum si absque illo bona fide faciat conditionem Ecclesiæ meliorem, non peccet mortaliter, nec in dd. pœnas incurrat, Filliucc. *vbi sup.* qui putat excusare opinionem alicuius Doctoris, vel ex consuetudine, vel re simili.

Quinimò si probabiliter dubitetur de consuetudine danda sit manutentio conductori non obstante decreto irritanti *in d. Extrauag. ambitiosæ,* vt Rota *decis. 200. part. 10. recent.* quamuis dubitat Pacion. *d. §. 8. in fin.* supponendo, quòd contraria consuetudo locum non habeat respectu nullitatis contractus.

An locatio ad vitam possit diu vltra triennium? Dicendum videtur quod sic. Nam tempus vitæ est incertum, & ideo non potest affirmari, locationem duraturam esse vltra triennium, ita glos. *in cap. quamuis verb. conuenit de decim.* quam glos. à nemine mordaci ait ibi Abb. *n. 4.* Carocc. *de locat. tit. de decim. num. 12.* Gratian. *discept. 238. num. 24.* 4

Contrariam opinionem veriorem probat Pacion. *vbi sup. §. 2. num. 23. ex Clement. 1. de reb. Eccl. non alien.* Mantic. *de tacit. lib. 5. tit. 5. num. 40.*

Beneficiatus an possit locare fructus beneficij vltra triennium sine beneplacito Apostolico? Ad vtramque partem disputat Pacion. *vbi sup. §. 5. num. 3. & 4.* & pro affirmatiua recenset Couar. Carocc. Mantic. Azorium. Oppositum autem verius tradit cum Barbos. Garz. & Corrad. *in prax. dispens. lib. 9. cap. 1. num. 3.* Donato *de regular. tom. 1. tract. 14. quæst. 44. num. 1.* & de praxi testatur Corrad. 5

Cautelam tradunt Doctores tam respectu beneficiati, quàm pensionarij, vt possint se obligare personaliter ad dandam commoditatem percipiendi fructus, vel pensiones, Cenc. *de censib. quæst. 24. num. 14.* Durao. *decis. 181.* & quod locatio iuris percipiendi, seu quod commoditas percipiendi pensionem liberè possit cedi, firmant Ludouis. *decis. 440. num. 7.* & alij, quos Pacion. *§. 5. num. 8. & 9.* & altera cautela erit reseruatio vtilis Dominij. Et melior cautela obligationis personalis. Aut constitutionis irreuocabilis ad percipiendos fructus, vel exigendi pensionem, sed videndus Pacion. 6

ANNOTATIO XLI.

De Absolutione à Iuramento.

ARGVMENTVM.

In quo differant absolutio, relaxatio, & habilitatio à iuramento. A quo Episcopo petatur hæc absolutio. An in ea debeat citari, vel audiri pars, vel admitti appellatio. Ad quem finem dari debeat, & cum quibus clausulis. Quid agendum pendentem discussione huius absolutionis, si aliquid emergat. An detur hæc absolutio periuro, & obligato in forma Cameræ. Quibus casibus denegetur, & quando non sit necessaria. An illam teneatur petere minor. Quomodo sit petenda. An possit dari sibi ipsi.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio, relaxatio, & habilitatio à iuramento in quo differant.*
2 *Absolutio à iuramento ad finem agendi, à quo Episcopo petatur, latè.*
3 *Absolutio à iuramento an concedatur citata parte. Et quid si pars spontè compareat, num. 4. Et an ab ea detur appellatio, num. 5.*
6 *Absolutio debet tantum dari ad finem agendi. Et si absolutus, in Iudicio plenario sententiam contrariam habuerit, tenetur seruare iuramentum, & contractum, num. 7. Et quibus verbis, & clausulis debeat dari absolutio prædicta, num. 8.*
9 *Absolutionis à iuramento prædicto pendente discussione*

sione coram Iudice Ecclesiastico, an possit inhiberi Laico. Et quid si in eadem materia emergat aliquod incidens coram Iudice Laico, an sit remittendum ad Ecclesiasticum.

10 *Absolutio prædicta quando detur periuro. Et an detur ad impediendam executionem obligationis cameralis, vel liquidationem instrumentorum, num. 11. Et à quo detur periuro, num. 12. Et quomodo quis dicatur periurus, num. 13. & 14.*

15 *Absolutio prædicta denegatur petenti illam per calumniam, & quando petenti nihil prodest, vel potest alia via consuli, num. 16. Quid in casu dubio, num. 17.*

18 *Absolutio prædicta quibus casibus non sit necessaria, vsque ad num. 22. Quæ vt tutius agatur, semper petitur, num. 23.*

24 *Absolutio prædicta non est necessariò petenda à Titulari, qui agit contra pensionem, si pendente lite soluerit.*

25 *Absolutionem à iuramento ad finem agendi tenetur petere minor, si vult agere contra instrumentum.*

26 *Absolutio prædicta est petenda à iuramento apposito in contractu, & à iuramento apposito in ratificatione. Quod non procedit in transactionibus, quia in illis sufficit petere absolutionem à iuramento apposito in vltima transactione, quæ impugnatur.*

27 *Absolutio prædicta non est necessaria ad effectum reconuentionis.*

28 *Absolutionem prædictam potest sibi ipsi dare Papa, non tamen Episcopus, vel alius Superior. Et an possit Vicarius illam dare Episcopo, & è contra.*

ANNOTATIO XLI.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. peruenit, il 1. de Iureiur.

1 IN hoc text. tractant communiter DD. materiam absolutionis, siue relaxationis à iuramento ad finem agendi; ea occasione, quia hic Gregor. Papa III. absoluit, siue relaxauit iuramentum præstitum per Episcopum Laudicen. de non repetendis bonis suæ Ecclesiæ, quibus spoliatus fuerat à Comite Arnulpho, tractante etiam Anton. Gagliard. Corn. & Bilotta *in suis peculiarib. tract. de absolut. à iur.* Couar. *var. resol. cap.* 4. Genuens. *in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. cap.* 4. Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 19. *à n.* 26. Ricc. *in prax.* 1. *p. resol.* 299. *& seqq. & in collect.* 39. 1. *p. & collect.* 1360. 4. *p.* & alij. Ego dicam aliqua pauciora ad vsum nostrorum. Et pro dilucidatione præmittendum est, quòd idem est relaxatio à iuramento, & habilitatio à iuramento, qui duo termini in rigore differunt ab absolutione à iuramento; nam relaxatio, seu habilitatio est illa absolutio à iuramento, quæ petitur ad finem agendi ante incursum periurium, absolutio verò petitur incursu periurio, ita distinguunt Campanil. & Ricc. *loc. cit.* sed licèt hæc distinctio vera sit in rigore, tamen DD. in terminis confundunt illos, & absoluere, relaxare, & habilitare à iuramento pro eodem sumunt, vnde Genuens. *cit. loc.* loquitur cum termino absolutionis, Couar. cum vtroque termino, & diuersimodè alij; in Curijs Ecclesiasticis vulgariter dicitur absolutio à iuramento etiam illa, quæ impetratur ante periurium.

2 Dubitant DD. in hoc text. coram quo Iudice petenda sit relaxatio, siue absolutio à iuramento. Pro cuius dubitationis resolutione dicendum est, quòd hæc absolutio à iuramento ab Episcopo solùm conceditur, prout Couar. & Felin. *cit. loc.* notant ita ex consuetudine seruari confirmat Campanil. *supradicto loc. num.* 27. *in princ.* licèt ipsemet eodem loco referat id etiam posse Prælatos inferiores ex priuilegio, ac Superiores Regulares suis subditis Regularibus. His præmissis ad dubitationem dico, quòd absolutio, siue relaxatio à iuramento ad finem agendi est concedenda, & petenda ab Episcopo, cui subest iurans, non ab eo, cui subest ille, contra quem petitur absolutio, quasi in hoc casu fallat regula illa; actorem teneri sequi forum rei, ita sentit Abb. *in hoc text. num.* 2. & quia quis potest subesse, & dici subditus in pluribus locis, nempè in loco domicilij, in loco originis, & in loco contractus, meritò potest peti hæc relaxatio, siue absolutio à iuramento ab Episcopo domicilij, originis, vel loci contractus; & generalius ab eo Episcopo, in cuius loco quis conueniri potest pro obseruatione illius contractus, à cuius iuramento petitur relaxatio, ita concludunt Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. Anton. Gagliard. *cit. loc.* §. 4. *num.* 55. sequitur post alios Genuens. *in prax. cap.* 4. *cit. num.* 9. vbi testatur de communi, maximè quando partis citatio non requiritur: sed quoad Episcopum originis dicendum est, si petens iuramenti relaxationem, siue absolutionem relinquens locum originis, alibi se transtulit, animo penitus patriam deserendi, non potest ab illo prædictam relaxationem petere, aduertit Corn. *cit. tract. de absol. à iur. part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 21. quem refert etiam Campanil. *cit. loc. num.* 30. *ad fin.* qui *num. præcedentib.* videtur sequi opinionem Genuens. verùm *num.* 31. conatur discedere ab illo dicente Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam absoluere, vel relaxare iuramenta exterorum ad finem agendi, qui alibi iurarunt, & solùm Neapolim petunt litigandi causa, quasi ipse videatur sentire aliter ipsam Curiam seruare, & adducit factum in particulari. Sed quicquid sit de casu adducto per Campanil. hodie prædicta Curia seruat opinionem Genuens. dum indifferenter concedit exteris litigare volentibus Neapoli prædictam relaxationem à iuramento, vt testatur Ricc. *loc. infra citando vers. in curia*, licèt omninò Campanil. in puncto iuris sit verior, in casu, quo petens iuramenti relaxationem conueniri non potest Neapoli. Ab Episcopo loci creditoris minimè peti potest relaxatio, siue absolutio prædicta, tenet Capyc. *decis.* 18. quem refert, & sequitur Ricc. *cit. collect.* 1360. *vers. animaduertas*, cuius opinio fallit, quando debitor promisit solutionem in loco creditoris, vel in quocumque loco vbi repertus fuerit, vel se obligauit pacto expresso, vt pro obseruatione contractus, in quo appositum est iuramentum, possit conueniri in omni Curia, loco, & foro; tunc enim iurans potest petere relaxationem prædictam in dictis locis, in quibus potest conueniri, faciunt dicta per eundem Campanil. *sub num.* 31. vide etiam de hac materia Ricc. *in prax. resol.* 303. 1. *part.*

Nota, supradicta procedere quando ad absolutionem, 3 siue relaxationem à iuramento non est pars aduersa citanda, vt apertè colligitur ex dictis per Genuens. & Ricc. *cit. loc.* nam si pars esset citanda, vtique non esset recedendum à communi regula, quòd actor sequitur forum Rei. Sed difficultas est cognoscere quando de iure requiratur talis citatio, cùm DD. in hac re diuersimodè, & contrariè loquantur, quos refert pro vtraque sententia Ricc. *cit. loc. resol.* 301. Inter has contrarietates solet adduci distinctio, & hæc videtur verior opinio, quòd aut hæc relaxatio petitur ad finem agendi, & est præparatoria ad iudicium, & tunc non exigitur citatio partis, quia per hanc relaxationem non infertur præiudicium parti, cùm obligatio non tollatur. Aut petitur, siue datur talis relaxatio, vt omnis obligatio auferatur, & tunc requiritur citatio, & ita post multos, quos refert, & sequitur, docet Campanil. *sup. cit. loc. num.* 36. & hæc distinctio sumpta est ex Gallesf. *ad for. cam. obl. quæst.* 2. *num.* 3. *part.* 2. & ex Fel. *cap.* 1. *de iureiur. num.* 23. sed quia hodie primo modo concedi solet relaxatio à iuramento, meritò possunt Curiæ Ecclesiasticæ ad illam partes non citare, testatur Ricc. *cit. loc. vers. & hanc opinionem, & num.* 2. & aduertit, quòd si alibi reperiretur stylus contrarius esset seruandus. Prædictam distinctionem tenent venerandi DD. à quibus erubesco discedere; nihilominus dico cum primo membro distinctionis, partem non esse citandam; & secundum membrum distinctionis non procedere: nam absolutio à iuramento non potest dari ad tollendam omnem obligationem, quia hoc esset tollere ius tertio quæsitum, ad quem finem non debet dari absolutio à iuramento, quæ solùm debet concedi ad tollendum periurium, non autem ad tollendum vires iuramenti, & interesse partis, tenet Caualc. *de tutor. & cur. num.* 169. Crauet. *cons.* 7. *num.* 7. *&* 8. *cum seqq.* Turr. *cons.* 40. *n.* 10. *vol.*

vol. 1. Becc. *conſ.* 63. *num.* 1. Maceraten. *lib.* 2. *var. reſol.* 24. *num.*16. *&* 17.

4 Quòd ſi pars ſponte, & non citata compateat aduerſus relaxationem à iuramento, debet audiri, cùm non poſſit negari illam concernere aliquod præiudicium, ſaltem quoad tempus; nam differtur ſolutio, & conſecutio crediti, & ipſa pars poſſet oſtendere euidentem calumniam petentis talem abſolutionem, & quòd id faceret cauſa dilatandi, proindè debet audiri, *l. ſatis apparet, C. de fal.* dummodò in promptu oſtendat de iniuſtitia petitionis; aliàs, quia cùm hæc relaxatio concedatur ſine cauſæ cognitione, pars non eſſet audienda, & relaxatio concedenda, etiam parte contradicente, ita Gallup. *in prax.* 2. *part. cap.* 12. *num.*23.

5 Sed ſi abſolutio, ſiue relaxatio à iuramento ad finem agendi fuerit conceſſa, pars contraria non poteſt ab illa appellare, & ita per appellationem non poteſt impedire quominus relaxatio concedatur; & pars abſoluta poteſt non obſtante appellatione, ſuam actionem intentare contra inſtrumentum abſque ſcrupulo periurij, & nota attentatorum, ita Corn. qui hanc ſententiam pluribus modis ampliat, limitat, & declarat *in tract. de abſolut. à iur. part.* 3. *quæſt.* 25. ſequitur Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 188. *num.* 7. de Franch. *deciſ.* 602. vbi plura Ricc. Campanil. *cit. loc. num.* 34. qui *num.* 35. dicit id non procedere, ſi de facto Iudex appellationem admiſerit; tunc enim per admiſſionem ſuſpenditur abſolutio, ſiue relaxatio à iuramento, & pars non poteſt agere ſine periculo incurſionis periurij, eſt originalis doctrina Archid. *in cap. cum appellationibus, §. ſi verò, de appellat. in* 6.

6 Nota ſecundò, quòd hæc abſolutio à iuramento datur tantùm ad finem agendi, & experiendi de iuribus abſoluti coram Iudice competente, ita vt nec etiam ad finem excipiendi in praxi ſoleat dari, prout teſtatur Genuenſ. *in prax. cap.* 4. *num.* 1. ſecutus opinionem Galleſ. *ad for. oblig. cam. part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 4. qui teſtatur ad effectum excipiendi nullo modo dari, qua concluſione poſita.

7 Dico primò, quòd ſi abſolutus à iuramento agendo, contrariam reportet ſententiam, ita vt pronuncietur contractum eſſe validum, abſolutio, ſiue relaxatio obtenta nihil operatur, quin teneatur ad obſeruantiam contractus, ſicut tenebatur per prius, ita Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. *verſ. ex his tamen*, quem ſequitur Ricc. *in prax.* 300. 1. *part. verſ. ſecunda vti verbo*; ſi verò abſolutus ad finem agendi, dum egit in iudicio, ſententiam contra ſuum aduerſarium fauorabilem reportauit, poteſt à contractu diſcedere abſque alia abſolutione, licèt prima abſolutio fuerit tantùm ad finem agendi, tenet originaliter Paul. Caſtr. *conſ.* 259. *vlt. col. verſ. poteſt etiam, lib.* 2. cui adhæret Couar. *var. cit. loc.* Afflict. *reſol.* 322. *num.* 12. contra Felin. *in cap.* 1. *de iureiur. col. penult.* & Ricc. *in*
8 *prax.* 1. *part. reſol.* 310. *&* *collect.* 39. *in fin.* Dico ſecundò, quòd in concedenda prædicta abſolutione Epiſcopus, ſiue eius Vicarius non debet vti verbo, *abſoluere*, ſed habilitare, & relaxare, quia in hoc caſu non datur abſolutio à iuramento, ſed tantùm relaxatur, ſiue habilitatur iurans ad agendum abſque incurſione periurij, ita docet etiam Ricc. *cit. loc.* vbi numerat clauſulas, cum quibus concedi debeat talis abſolutio, ſiue relaxatio, quas etiam poſuit *collect.* 1360. & præter prædictas, dicit, quòd primò debent in illa apponi illa verba, nempè iuramentum non eſſe vinculum iniquitatis. Secundò debet addi, ſine præiudicio tertij. Tertiò, quòd inſeratur in relaxatione tenor totius inſtrumenti, & quòd concurrat rationabilis cauſa: ſed prædictæ clauſulæ habent potius quid ſolemnitatis, quàm neceſſitatis, quia ſi illæ, vel aliqua earum amittatur, habilitatio non redditur nulla. Illa tamen eſt neceſſaria, quam ponit idem Ricc. *cit. reſol.* 300. tertiò loco, nempè quòd ſi in inſtrumento non vnum, ſed plura fuerint appoſita iuramenta, non ſufficit vnicam petere abſolutionem, ſiue relaxationem, & quot ſunt iuramenta, tot debent peti, & obtineri relaxationes. Vnde ſi quis iurauerit promiſſa in inſtrumento adimplere, non petere habilitationem, eamque ſi petierit non vti, & illi renunciauit, cùm quatuor ſint iuramenta, totidem debent eſſe relaxationes, ſiue abſolutiones, ita etiam voluerunt Afflict. *deciſ.* 220. *poſt num.* 12. Felin. *in cap. debitores, poſt num.* 9. *de iureiur.* Couar. *cit. loc. num.* 6. Pariſ. *conſ.* 43. *num.* 18. *lib.* 1. Quomodo verò ſint petendæ, & obtinendæ plures abſolutiones, & relaxationes ſeiunctim ne, vel vnitim; vna opinio tenet petendas eſſe ſeiunctim, ordinatim, & gradatim; alia verò tenet poſſe peti vnitim vnico libello, dummodò omnium iuramentorum fiat expreſſa mentio, & hæc videtur verior opinio in iure. DD. pro vtraque ſententia adducuntur per Campanil. *in diuer. iur. canon. cit. rubr.* 11. *cap.* 19. *ſub num.* 33. Verùm Praxis neutram opinionem ſeruat, cùm paſſim detur, & experatur abſolutio, ſiue relaxatio prædicta ad finem agendi vnico libello, dicendo, à iuramento, & iuramentis in tali contractu appoſitis, de qua practica videtur etiam teſtari Ricc. *collect.* 1360. *verſ. tertiò debet*, licèt ipſemet *deciſ.* 87. 2. *part. num.* 31. teneat eſſe faciendam expreſſam mentionem pacti de non petendo abſolutionem, & pro prædicta praxi faciunt dicta per Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 87. *num.* 6. vbi probat, quòd ſufficit petere generaliter abſolutionem à iuramentis, quæ obſtant agenti.

Diximus ſupra, abſolutionem, ſiue relaxationem à iuramento ad finem agendi eſſe petendam ab Epiſcopo, quia ſola Eccleſia cognoſcit de validitate, vel inualiditate iuramenti, & an fuerit licitum, vel non, *cap. cùm quidam, §. fin. de iureiur. cap. licèt, & cap. fin. eod. in* 6. *cap.*
venerabilem, §. idem etiam, in fin. de elect. Hic quæro pri- 9
mò, an Iudex Eccleſiaſticus, coram quo petitur abſolutio, ſiue relaxatio prædicta, poſſit inhibere Iudici ſæculari, coram quo petitur executio contractus. Et ad quæſitum reſpondent Feder. *conſ.* 88. *&* *conſ.* 126. Purpur. *conſ.* 155. *per tot. volum.* 1. quos ſequitur Bellet. *diſquiſit. cler.* 1. *part. tit. de fauor. cler. real. §.* 4. *num.* 137. Quæro ſecundò, an conceſſa abſolutione, ſiue relaxatione prædicta à Iudice Eccleſiaſtico, & introducta cauſa ſuper reciſſione contractus contra laicum coram Iudice laico; ſi ibi emergat diſcuſſio, an abſolutio ſit valida, vel ne, an dicta diſcuſſio poſſit tractari coram eodem Iudice laico? Reſpondet Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 306. emergens prędictum eſſe remittendum Iudici Eccleſiaſtico, idque rationibus, & authoritatibus valide probat, referens ſic deciſum per Sacrum Conſilium Neapolitanum religione, & doctrina ornatiſſimum, & contrarijs reſpondet.

Nota quartò, quòd in certis caſibus non datur talis ab- 10
ſolutio, ſiue relaxatio à iuramento. Et primò non datur periuro non facta mentione periurij, & non petita non ſolum relaxatione à iuramento, ſed etiam abſolutione à periurio; ita vt ſi quis præuenit agendo in iudicio non obtenta relaxatione à iuramento, vel ceſſit dies ſolutionis, & obligationis in contractu appoſitæ, petens abſolutionem tenetur petere abſolutionem, & relaxationem à iuramento, & periurio, alias inualidè agit, docet ad id multa Felin. *in cap.* 1. *num.* 28. *de iureiur.* hæc procedunt quando periurus non perſeuerat in peccato, ſed ſtatim incurſo periurio, recurrit ad Eccleſiam pro abſolutione prædicta, ita explicat Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 309. *verſ. quæ opinio*, ſequutus opinionem Manein. *de iuram. part.* 6. *quæſt.* 6. & aliorum; nam aliàs ſi perſeuerat in peccato, omninò eſt illi deneganda dicta relaxatio, prout firmat Felin. *cit. loc.* & Ricc. *eod. loc. verſ. & redeundo*, qui enixè firmat periuro eſſe denegandam abſolutionem prædictam; quòd fallit, ſi quis non ſoluit ob neceſſitatem, vel difficultatem, ceſſit dies ſolutionis, quia in tali caſu adhuc illi conceditur abſolutio, ſeu relaxatio, ita Felin. *cit. loc.* Secundò, non datur abſolutio, ſeu rela-
xatio à iuramento ad finem agendi obligato in forma Ca- 11
meræ Apoſtolicæ ad effectum impediendi executionem, & rigorem obligationis, vt explicat Galleſ. *ad form. oblig. cam.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 8. & aduertit Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 308. ex quibus collige, quòd ad alios effectus datur relaxatio, ſeu abſolutio à iuramento obligato in forma Cameræ. Eodem modo non datur relaxatio à iuramento ad finem impediendi liquidationem inſtrumentorum via ritus M. C. V. quia relaxatione prædicta non obſtante proceditur ad liquidationem, ita deciſum apud de Franch. *deciſ.* 602.

Sed aduerte ad prædicta, quòd abſolutio à periurio in- 12
curſo non poteſt dari per Epiſcopum, ſed illa eſt petenda à Papa, vt poſt alios notat Campanil. *ad rit. Cur. Archiepiſc. Neap.* 13. *num.* 5. apud Carauit. qui tenet, nec à

Ma-

Magno Pœnitentiario concedi poſſe, ſed quoad hoc contrarium Gallup. *in pract. Sacr. Conſil.* 2. *part. cap.* 12. *num.* 35. *ad fin.* qui licèt deneget hanc auctoritatem Epiſcopo, illam tamen concedit Sacræ Pœnitentiariæ, & hæc eſt verior opinio. Et quando quis dicatur periurus, vide eundem Galleſ. *cit. loc. num.* 6. *& ſeqq.* Sed in hoc attenditur ſtylus Curiæ Romanæ.

13 Et in his terminis dicitur quis periurus agendo in iudicio contra inſtrumenta, non obtenta relaxatione à iuramento per ſolam libelli obliationem, etiam ante litis conteſtationem, vt notat Bald. *in l. ſi quis maior*, *num.* 2. *C. de tranſact. & in auth. habita, C. ne fil. pro patr.* DD. *in l. Lucius*, *§. tres hæredes*, *ff. ad Senatuſc. Trebell.* Item dicitur periurus per ſolam impetrationem Reſcripti contra inſtrumentum, etiam quod illo non vtatur, ſecundum Card. *in cap. cùm omnes*, *de conſtitut. & in Clemen.* 1. *in fin. de reſcript.*

14 Non ſolùm in periurio iam incurſo, ex quo ceſſit dies ſolutionis, & illa non eſt facta, denegatur abſolutiò à iuramento, ſiue relaxatio ad finem agendi, ſed etiam denegatur quando tempus ita imminet, vt periurium incurratur, vt notat Afflict. *deciſ.* 31. *num.* 1. Genuenſ. *in prax. cit. cap.* 4. *num.* 6. Ricc. *in prax.* 1. *part. poſt reſol.* 310. *in notab. in fin.*

15 Tertiò, eſt deneganda relaxatio, ſiue abſolutio iuramenti ad finem agendi, quando apparet illam peti per calumniam, tenet Genuenſ. *in prax. cap.* 4. *ſub num.* 6. ex dictis per Iaſon. Neuiz. Galleſ. Gagliard. & alios, quos ipſe citat.

16 Quartò, eſt deneganda prædicta abſolutio, ſiue relaxatio à iuramento, quando illa nihil prodeſſet, & futura eſſet nullius momenti, vel quando parti petenti poteſt eſſe conſultum alia via, ita tenent Neuiz. *conſ.* 23. Anton. Gagliard. *de abſol. à iur.* §. 1. *num.* 3. quos refert, & ſequitur Genuenſ. *in prax. cit. cap.* . *ſub num.* 6.

17 Vltimò eſt deneganda abſolutio, ſiue relaxatio prædicta per Epiſcopum, vel alium Ordinarium in caſu dubio, an ſit concedenda; tunc enim debet adiri Summus Pontifex, ita Ricc. *in prax.* 1. *part. poſt reſolut.* 310. *in notab. num.* 1. Contrarium, & verius tenuit Genuenſ. *loc. cit. num.* 8. qui teſtatur de communi.

Nota quintò, quòd in multis caſibus poteſt agi, vel excipi contra inſtrumentum iuratum, etiam ante obtentam abſolutionem, ſiue relaxationem prædictam iuramenti ad finem agendi abſque incurſione periurij.

18 Et primò, poteſt opponi de ſimulatione contractus, Grammat. *deciſ.* 76. *num.* 21. & probat Alber. Oliu. *ad rit. Cur. Archiepiſc. Neap.* 12. *num.* 2. & ratio eſt, quia tale iuramentum cùm non habeat conſenſum, dicitur carere anima, Paul. de Caſt. *in l. ſi quis proco*, *ff. de fideiuſſor. col.* 3. *verſ. adde quintum*, Bald. *in l. nec patronus*, *C. de oper. libertor.* & proindè non eſt neceſſe relaxatio, niſi in contractu adeſſet clauſula, Omnia, & ſingula contenta eſſe vera, quæ facit vt non poſſit dici de ſimulatione ante obtentam relaxationem à iuramento, Grammat. *deciſ.* 89. Secundò, non eſt neceſſaria relaxatio à iuramento, & ſine illa poteſt quis agere contra inſtrumentum iuratum, quando præceſſit partis remiſſio, poteſt
19 enim pars, ad cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum, illud relaxare, & eximere iurantem ab incurſione periurij, ita Felin. *in cap. ex adminiſtratione*, *num.* 2. *de iureiur.* D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *artic.* 9. *ad ſecundum argumentum*, Corn. *tract. de abſol. à iuram. part.* 1. *quæſt.* 4. Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 302. vbi declarat, quando dicatur iuramentum præſtitum ad fauorem partis. Declaratur ſententiam procedere, quando pars remittens eſt perſona idonea ad remittendum, vt quia non eſt pupillus, vel ſimilis perſona, *l. iusiurandi*, *§. pupillus*, *ff. de iureiur.* Declaratur ſecundò procedere antequam pars, quæ iurauit, incideret in periurium, quia poſt talem incurſionem pars non poteſt remittere, ita Felin. *in cap. præterea*, *num.* 34. *de ſponſal.* Ricc. *cit. loc. num.* 2. vbi alios citat; & non ſolùm pars poteſt remittere iuramentum, ſed etiam ad dictam remiſſionem poteſt cogi per ſuum Iudicem competentem, quando iuramentum eſt illicitum, tenet Ricc. *cit. loc.* & ſequitur Gallup. *in ſua prax. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 30. qui alios citat.

20 Tertiò tenent grauiſſimi DD. & multi, ita vt communis poſſit dici opinio, quòd enormiter læſus poteſt agere contra inſtrumentum iuratum, etiam non petita relaxatione à iuramento, ſiue abſolutione ad finem agendi, quos omnes commemorat Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 307. dummodò enormi læſioni non ſit renunciatum cum iuramento, & hæc opinio deciſionibus fulcitur apud Theſ. *deciſ.* 165. & alios, & in iure vera eſt. Verùm in practica vt tutius agatur, videmus etiam in hoc caſu peti, & obtineri relaxationem à iuramento, quam practicam commendat idem Ricc. *cit. loc. num.* 2. *verſ. quamuis*, poſt alios per ipſum relatos, & ſeruatur in Curia.

Quartò, Canonicus, ſiue alius Beneficiatus ſucceſſor, 21
vel hæres poteſt agere contra inſtrumentum iuratum per prædeceſſorem, vel teſtatorem, etiam non petita abſolutione, ſiue relaxatione à iuramento; nec periurium incurrit, quia iuramentum contra hæredem, vel ſucceſſorem non tranſit quoad periurium, ſed tantùm quoad illius obſeruantiam, tenent Guid. Pap. *deciſ.* 224. *num.* 3. Iſern. *in Conſtit. Regni*, *Eos*, *qui ſcienter*, vbi etiam Afflict. *num.* 6. *& in deciſ.* 381. *num.* 8. Alex. *conſ.* 26. *num.* 5. *lib.* 7. Andr. Gayll. *obſeruat.* 91. *num.* 18. *lib.* 1. Sed hæc ſententia quoad Eccleſiam ampliatur, vt ipſa, & eius nomine poſſit peti reſtitutio in integrum contra contractum per Canonicum, vel Monachum iuratum, etiam viuente iurante, non obtenta relaxatione à iuramento; & ratio eſt, quia cùm reſtitutio petatur nomine Eccleſiæ, quæ non iurat; & iuramentum liget animas ſingulorum, non Eccleſiæ, meritò non eſt neceſſaria relaxatio iuramenti, Bald. *in l. generaliter*, *C. de reb. credit.* Gomeſ. *conſ.* 45. *tom.* 7. Genuenſ. *practicab. Eccleſ. quæſt.* 147. Sed abſolutio petitur ab illiſmet, qui iurarunt.

Quintò, non eſt neceſſaria relaxatio à iuramento ad 22
finem agendi, quando quis agit contra iuramentum appoſitum in contractu penitus nullo à lege prohibito, & contra bonos mores; quia tunc ſine timore periurij poteſt quis venire contra tale iuramentum ſine relaxatione, puta in contractu Matrimonij metu initi, Hoſtienſ. *in ſum. tit. quod metus cauſa*, *verſ. fallit primo*, vbi habentur alia exempla. Item in donatione omnium bonorum, Paſch. *de patr. poteſt. cap.* 8. *part.* 1. *num.* 140. Item ſi eſt iuratum non opponi compenſationem, Afflict. *deciſ.* 21. *num.* 5. notant alia exempla, Bilott. *tract. de abſolut. iur. lib.* 1. *cap.* 11. 12. *&* 13. *& ſeqq.* & Couar. *in cap. quamuis*, §. 3. 1. *part. relect. lib.* 1. Sed contrarium eſt verius, & ſeruatur in Curia, ne quis ſit Iudex in hac cauſa.

Vltimò in prædictis, & alijs caſibus, quos ponit Gal- 23
lup. *in pract. part.* 2. *cap.* 12. defendunt DD. poſſe abſque periculo periurij agi contra contractum iuratum ante impetrationem relaxationis, ſiue abſolutionis à iuramento. Sed in praxi vt tutius agatur, vel ſaltem vt euitetur diſcuſſio exceptionis periurij, ad maiorem cautelam in quolibet caſu prædicto prius obtinetur abſolutio, ſiue relaxatio iuramenti ad finem agendi, & practica comprobatur, ex *cap. ſi verò*, *de iureiur.* ex Ludouic. *deciſ. Peruſin.* 18. *num.* 67. & ex Gallup. *ſupra cit. loc. num.* 21. qui vltra prædictos, citat etiam Bilott. & Gagliard. Ampliatur prædicta practica, vt ſit impetranda talis relaxatio iuramenti etiam in caſu, quo per ſtatutum annullatur iuramentum appoſitum in contractu ſine certis ſolemnitatibus, Ludou. *deciſ.* 64. *num.* 6. *&* 14. *in annot.* vbi refert ita Rot. Rom. pluries iudicaſſe.

Eſt obſeruandus hic notabilis caſus, quem ponit Ludou. 24
deciſ. 523. & eſt, ſi Titularis, qui penſioni conſenſit, ac iuramento ſe obligauit ad illius ſolutionem, vult agere contra penſionem, non habet neceſſe petere relaxationem à iuramento, ſi pendente lite ſoluit, & ſoluet quoadusque erit penſio declarata nulla.

Nota ſextò, quòd minor non poteſt ſub prætextu defe- 25
ctus ætatis agere contra contractum per ſe iuratum, non petita prius abſolutione, ſiue relaxatione à iuramento ad finem agendi, deciditur ex *auth. ſacramenta puberum*, *C. ſi aduer. vend.* multa ad id colligit Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 19. Gallup. *cit. loc. num.* 13.

Nota ſeptimò, quòd ſi quis iurando contractum confe- 26
cit, quem deinde alio inſtrumento ratificauit, in qua ratificatione iterum iurauit, ſi vult agere contra contractum, debet abſolutionem, ſiue relaxationem petere ad finem agendi non ſolum à iuramento appoſito in contra-

ctu,


ctu, sed etiam à iuramento apposito in ratificatione; quia quot sunt iuramenta, tot debent esse absolutiones, siue relaxationes, faciunt quæ diximus supra *vers. nota secundò*, & defendit expresè Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neapol. 1. part. decis. 162. per tot.* vbi in fine obiter dicit, quòd si delegata sit causa cum facultate absoluendi à iuramento, si plura sint iuramenta, Delegatus potest ab omnibus absoluere; è contra verò si sint factæ plures transactiones, & vltima impognetur, sufficit petere absolutionem respectu vltimæ, Roman. *singul. 449.* & ibi Addit. tenuit Rot. *in vna Mediolanen. bonorum 4. Iunij 1597. coram D. Pamphilio*, idque præsertim, quando per vltimam transactionem receditur à prioribus, quia tunc censentur remissa iuramenta prima, quæ consensu partium remitti possunt, Alex. *cons. 59. num. 2. lib. 1.*

27 Nota octauò, ad effectum reconueniendi non esse necessariam absolutionem, siue relaxationem à iuramento, ita tenet Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 84. num. 12. vers. sed quamuis*, & seruat praxis.

28 Nota nonò, quòd Papa potest absoluere se ipsum à iuramento ad finem agendi, iusta causa concurrente; alij verò Superiores, puta Episcopi, vel Prælati inferiores non possunt, ita docet, & probat Ricc. *in prax. 3. part. resolut. 221. per tot.* Episcopus potest concedere absolutionem, siue relaxationem à iuramento ad finem agendi suo Vicario, quia exercet iurisdictionem in subditum, sed ipse Episcopus non potest eam obtinere à suo Vicario, quia Episcopus non subest Vicario; & passim quando agitur de causa propria ipsius Episcopi, vel de eius commodo, seu incommodo, redditur suspectus Vicarius, & non potest esse Iudex in tali casu, tanquam dependens ab eo, Abb. Felin. & Imol. *in cap. insinuante, de offic. Deleg.* Præpos. *in cap. postremo, col. 6. num. 12. de appellat.* Berttan. *cons. 184. num. 2. lib. 2. part. 1.* Aymon. *cons. 6. num. 33.* Surd. *cons. 50. num. 16. lib. 1.* latè Mastrill. *decis. 234. num. 6. cum seqq. part. 3.* & probatur ratione. Diximus supra, Episcopum non posse se ipsum absoluere, seu relaxare à iuramento, sed si prædictam absolutionem, siue relaxationem peteret à Vicario, illam peteret à se ipso, ergo, &c. maior probata est supra cum Ricc. minor probatur, quia factum ab Officiali censetur factum à domino mandante, *l. ita autem, §. gessisse, ff. de administr. tutor. l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armat. l. non ideo, C. de accusat. l. 2. §. Diuus Pius, ff. de iur. fisc. l. hoc iure, §. deiecit, ff. de reg. iur.* Dyn. *in cap. qui facit per alium, num. 1. vsque ad 5. eod. tit. tit. in 6.* Sbroz. *de offic. Vic. lib. 3. quæst. 14. num. 14.* Mastrill. *cit. loc. num. 7.* qui alios citat.

Nec potest opponi, quòd supradicta procedant in casibus contentiosis, non autem voluntarijs; quia verum est, quòd etiam in voluntarijs idem procedit, ex quo Episcopus, & Vicarius censetur vna persona; vnde est, quòd si Vicarius habet facultatem conferendi Beneficia tanquam Ordinarius, non potest illa Episcopo conferre, quamuis aliàs esset capax, ita Sbroz. *citat. tract. quæst. 91. & 92.* Gratian. *discept. for. cap. 809. num. 16.*

Fallunt supradicta, quando tractatur de re spectante non ad ipsum Episcopum, sed ad eius Mensam Episcopalem: quia tunc non solùm Vicarius, sed nec Episcopus ipse est suspectus, & proindè dicitur competens Iudex, *cap. dilecto, de sent. excom. in 6.* Sbroz. *cit. tract. lib. 3. quæst. 60.* Rot. Roman. *in nouiss. decis. 361. part. 1. num. 1.* & alij, quos refert, & sequitur Macerat. *var. resol. lib. 1. resol. 48. num. 8. vers. fuit resolutum*, Genuens. *pract. Eccles. quæst. 528.* vbi probat, quòd Episcopus pro re Ecclesiæ etiam inferioris, & pauperum potest comparere coram suo Vicario.



OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *ABsolutio à iuramento, an possit non citata imo inuita parte fieri?*
2 *Appellatio pendens ab absolutione, an impediat agere coram Iudice laico? Merenda refellitur.*
3 *Distinctio Campanilis an sit vera?*
4 *An sit necesse tot absolutiones explicitè petere, quot sunt iuramenta.*
5 *Post moram contractam in soluendo, an possit peti absolutio?*
6 *Obtenta absolutione ad finem agendi, an sit necessaria altera ad finem reportandi sententiam?*
7 *Periurij exceptio, an impediat litis ingressum cum alijs annexis.*

CItatio partis an requiratur in absolutione à iuramento? Concors est sententia negans ex Afflict. *decis. 220. num. 10.* Genuens. *in prax. cap. 1.* Ricc. *in prax. lib. 1. res. 301.* Consil. D. Altimar. *de nullit. rub. 12. quæst. 25. num. 9.* 1

Appellatione pendente ab absolutione, an possit agi pro rescissione contractus? Affirmant Genuens. & Vrsill. ad Afflict. *decis. 188.* Præs. de Franch. *decis. 602.* 2

Et quamuis contra Præs. de Franch. insurgat Merend. *lib. 24. controu. c. 43. num. 18.* edisserens per appellationem suspendi absolutionis decretum *per tit. nil nouar. appell. pend.*

Cæterùm Merendæ opinio paucos habet patronos, & decisio de Franch. est communiter recepta stat pro nostra sententia text. *in cap. qua fronte de appellat.* vbi expresè deciditur, sententiam absolutionis ab excommunicatione habere paratam executionem, nec per appellationem impediri, & iura esse fauorabiliora in absoluendo, quàm in ligando. Præterea decretum absolutionis non infert grauamen irreparabile, cùm solùm suffragetur ad effectum agendi.

Restringit Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 19. num. 35.* quando non deferatur appellationi interpositæ ab absolutione iuramenti. Secus si admitteretur quoad caput suspensiuum. At quia passim non admittitur, *nisi si & in quantum; Vel si & in quantum*, non est in hac re immorandum. 3

An sint necessariæ tot absolutiones quot iuramenta, vel sit facienda explicata mentio iuramentorum, aut sufficiat relatiua ad instrumentum, quia petat quis absolui ab omnibus, & singulis iuramentis in contractu præstitis? Hanc quæstionem fusè tractat Cyriac. *contr. 7. num. 7.* & resoluit, quòd sit necesse facere explicitam mentionem de non obtinendo absolutionem à iuramentis, & relatiuam petitionem ad omnia, & singula iuramenta instrumenti, Sperell. *decis. 83.* ac dixi *in d. obs. 602.* de Franch. *in fin.* 4

Melior difficultas est, vtrum contracta mora in non soluendo debitum iuratum, & sic post periurium incursum possit peti absolutio à iuramentis? Negandum videtur cum Bero. *cons. 10. lib. 1.* quem refert Ricc. *vbi supra resol. 310. num. 3.* Qui tamen in fine refert contrarium tenentem Mancin. *de iuram. part. 6. quæst. 31.* 5

Conueniunt quæ de exceptione periurij scribit Card. de Luca *de iudic. disc. 23. num. 14.* ibi, *Quamuis iste periurij reatus apud sacros canones, & antiquos Sanctos Patres adeò grauis, & execrandus hodie in desuetudinem abesse videatur, tam in huiusmodi actibus iudicialibus, qui cum iuramento à collitigantibus fiunt, quàm etiam circa illud quotidianum, ac penè generale periurium, quod debitores, alijque contrahentes incurrunt, non faciendo statuto tempore debiti solutionem cum iuramento promissam, siue aliàs contractus iuratos non adimplendo. Adeò neque ipsi contrauenientes in Confessione Sacramentali, in qua leuitates etiam confiteantur, de hoc se culpabiles agnoscant. Minusque ipsi Confessarij leuitatum pariter scrupulosi indagatores de his interrogant, vel moneant.*

Vnde

5 Vnde ego distinguendum censeo inter iuramenta, vt non sint ita facilè contemnenda, nam quoad iuramentum de soluendo debitum statuta die potest excusare impotentia, vel iniustitia debiti, vel alia causa. Cæterum alia periuria semper erunt grauia, signanter si creditor, diues retardet solutionem debitori pauperi, vel in positionibus in iudicio quis in deponendo esset periurus, tunc enim negans debet esse scrupulosus, & Confessarius indagare debet, & fortè non essent tot lites in iudicio, & sæculum felix.

6 Obtenta absolutione ad finem agendi, an sit necessaria altera ad finem reportandi sententiam?

Ratio dubitandi est, quia prima absolutio non est plena, facit text. *in cap. veniens il 2. de testib.* vbi ad finem obtinendi requiritur plenior probatio.

Quidquid pro vtraque parte edisserat Riccius *resol.* 310. fuit decisum in Sacro Consilio, absolutionem à iuramento obtentam suffragari ita & taliter, quod non sit necessaria alia absolutio ad obtinendum, Addict. *decis.* 322. *n.* 12. Riccius *vbi sup.*

7 Periurij exceptio an impediat litis ingressum? Consil. D. Altim. *vbi sup. num.* 98. tradit practicari, vt remittatur exceptio periurij merita causæ, vt compilato processu si habeatur nullitas contractus, vel dolus, aut læsio non habeatur ratio de tali iuramento, & vide quæ scripsi in Gratian. *decis. March.* 165. *per tot.*

ANNOTATIO XLII.

De Titulo Ordinandorum.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Qualis debeat esse hic Titulus ex Concil. Trident. Quale debeat esse Beneficium, & illius possessio ad hunc finem. Quomodo hoc Beneficium possit resignari. Ad Titulum Seminarij an possit quis ordinari, vel ad Titulum Commendæ, vel ad Titulum Pensionis, aut ad Titulum Beneficij alterius. Patrimonium pro Titulo ordinandorum quale, & qualis donatio. Quomodo debeat consistere in rebus immobilibus. Quatenus debeat esse hic Titulus. Quibus priuilegijs gaudeant bona huius Tituli. An teneatur pater assignare hunc Titulum filio ordinando.

§. II. An possit Titulus ordinati alienari. De Titulo Regularium. Et de pœnis Titulum alienantis.

SVMMARIVM.

1 *Titulus ordinandorum qualis, ex Concil. Trident. sess. 21. de refor. cap. 2.*

2 *Beneficium, ad cuius titulum quis ordinatur, debet esse perpetuum, nec potest ad titulum Vicariæ temporalis, vel Beneficij manualis. Quid de Coadiutoria, num. 3. Quid de Capellania, num. 4. & Præstimonio, num. 5.*

6 *Beneficiū pro titulo ordinandi debet esse cum possessione, & pacifica, num. 8. Et cum fructibus certis, vel qui communiter certificentur, licet sint incerti, num. 7.*

9 *Beneficium, ad cuius titulum quis est promotus, non potest resignari, nisi seruata forma Concil. Trid. cit. cap. 2. Quod idem est in permutatione, num. 10. Quid si resignatio de facto fuerit admissa, num. 11. Fallit, quando resignatio est facta causa ingrediendi Monasterium, vel cum reseruatione pensionis sufficientis, num. 12.*

13 *Ordinari quis non potest ad titulum Seminarij, licet possit ad titulum seruitij in Beneficio Seminario vnito.*

14 *Ordinari quis potest ad titulum Commendæ perpetuæ, non autem ad titulum regressus.*

15 *Beneficium, ad cuius titulum quis non est ordinatus, sed non habet aliunde vnde viuat, non potest resignari.*

16 *Ordinari potest quis ad titulum pensionis cum dispensatione.*

17 *Ordinari an possit quis ad titulum Beneficij alterius.*

18 *Titulus patrimonij quale sit pro ordinando in sacris.*

19 *Donatio patrimonij pro suscipiendis sacris Ordinibus debet esse vera, & non ficta; valet tamen pactum in ea, vt donatio non valeat, quando ordinatus consecutus fuerit Beneficium, vel sufficiens Patrimonium aliunde. Et an donans teneatur de euictione, num. 20.*

21 *Donatio prædicta debet esse irreuocabilis, nec vitio ingratitudinis reuocari potest. Et quid importet illa clausula apponi solita in hac donatione, idest, ad hoc vt ad sacros Ordines promoueri possit, n. 23.*

22 *Donatio prædicta facta à patre filio, an imputetur in legitimam. Et an valeat in præiudicium aliorum filiorum, num. 24.*

25 *Titulus ordinandi debet consistere in rebus immobilibus. Et an possit constitui super annuis redditibus, num. 26. Et an sit validus, si quis promittat alere ordinandum, num. 27. Et an ad titulum literaturæ, vel artis licita, num. 28.*

29 *Titulus portionis Ecclesiæ receptiua est validus pro ordinando in sacris, etiam si non lucretur portio, nisi post Ordinem. Titulus vero hereditatis de futuro non est validus.*

30 *Titulus ordinandorum quantus debeat esse. Et an debeat haberi ratio qualitatis personæ, num. 31.*

32 *Bona, ad quorum titulum quis est ordinatus, gaudent priuilegijs, quibus gaudent alia bona Ecclesiastica.*

33 *Ordinandus potest compellere patrem ad assignandum ei titulum.*

ANNOTATIO XLII.

§. I.

Ad Text. in cap. non liceat, de Præbend.

IN hoc text. prohibetur expressè omnibus Episcopis aliquem ordinare sine Titulo, id etiam præcipitur in *cap. neminem, & in cap. Sanctorum, 70. dist. cap. quando, 24. dist. cap. ad supplicationem, de renunc.* in Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 2. de cuius tituli materia tractant communiter Canonistæ omnes in citatis locis, & in *cap. tuis, de præbend. & in cap. Episcopus, eod. tit.* extat Constit. Pij V. Romæ publicata 12. Nouembris 1568. in Bullar. 1034. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, apud Quarant. *verbo ordo, fol.* 365. quæ Constitutio extendit dispositionem Concil. Trident. *cit. loc.* etiam ad Regulares non Professos, extat alia Constitutio Sixti V. directa Patriarchæ Venetiarum 30. Decembris 1590. apud Quarant. *fol.* 593. tractant Flam. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 6. Lel. Zech. *de Repub. Eccles. C. de Cler.* Diaz. & Salz. *in prax. cap.* 18. Azor. *instit. mor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. Piasec. *in prax. Episcop. part.* 1. *cap.* 1. *de confer. ordinib.* Gennens. *in prax. cap.* 83. Garz. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. Quarant. *sum. Bullar. verb. ordo*, Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 8. *cap.* 1. *& seqq.* Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 447. *& seqq. & collect.* 566. 3. *part.* Gonzal. *ad* 8. *reg. Cancell. gloss.* 5. §. 18. Bellet. *disq. cler. part.* 2. *de pœn. cler.* §. 27. *num.* 9. *& seqq.* Squill. *de oblig. cler. part.* 2. *num.* 26. *& seqq.* Barbos. *de offic. & potestat. Episcop. part.* 2. *allegat.* 19. *&* 20. *in collect. ad d. cap.* 2. Conc. Trid. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 151. *& seqq. & in sum. Apostol. dec. verb. ordinare*, Nouar. *in sum. Bull. rubr. de ordinandor. tit. & pœna Episc. promouentis, & promoti absq; eo, & rubr. de ordinatis ab alieno Episcopo ratione beneficij tenuis reddituis*, Summiste omnes *in verb. ordo*, Bonac. *tom.* 1. *de sacr. ord. disp.* 8. *quæst. vnic.*

punct.4. & alij. Et quia materia est vulgaris, notanda sunt pauca.

1 Nota primò, quòd ex Concil. Trident. *cit. loc.* prohibetur Clericum sæcularem promoueri ad sacros Ordines, non constito prius pacificè possidere Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, quòd Beneficium non potest resignari, nisi facta mentione ad illius titulum fuisse promotum, nec resignatio potest admitti, nisi constito aliunde viuere commodè posse, alias resignatio est nulla. Ad titulum verò patrimonij, vel pensionis prohibetur quis promoueri, nisi aliter indicauerit Episcopus pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, dummodo pensio, vel patrimonium verè possideatur per ordinandum, & talia sint, quæ ad eius vitam sustentandam satis sint, quæ deinceps alienari, vel extingui non possunt sine Episcopi licentia, donec ordinatus sit adeptus Beneficium Ecclesiasticum sufficiens, vel aliunde habeat vnde viuere possit. Hæc Concil. quòd licet loquatur de Clericis sæcularibus tantùm, nihilominus eius dispositio extensa est ad Regulares non Professos per Pium V. *in sup. cit. Constit.*

2 Nota secundò, ex Concil. prædicto, sub duplici titulo quis ordinari potest ad sacros Ordines. Et primò ad titulum Beneficij Ecclesiastici, & quia inter cætera requisita Beneficij Ecclesiastici est perpetuitas, merito quis promoueri non potest ad titulum Vicariæ temporalis, vel Beneficij manualis, vt aduertit Diaz. *cit. loc. n.8.* Garz. etiam *supra cit. loc.* qui secus dicunt de Vicaria perpetua.

3 Eodem modo ad titulum Coadiutoriæ etiam cum futura successione, quis promoueri non potest, quia Coadiutoria non est Beneficium. Verùm si Coadiutoria perpetua sit, & habeat assignatam certam quantitatem sufficientem ad sustentationem, potest ad titulum illius quis promoueri, non tanquam ad titulum Beneficij, sed tanquam ad titulum pensionis in eo Beneficio fundatæ, vt aduertunt Garz. *cit. loc. num.* 132. Bonac. *num.* 30. *in fin.* & alij. Ex quo collige, quòd in tali promotione requiritur vtilitas, vel commoditas Ecclesiæ arbitrio Episcopi, vt in cit. text. Concil. Trid.

4 Ad titulum verò Capellaniæ perpetuæ, cum nulli dubium sit venire appellatione Beneficij Ecclesiastici, potest quis ad illius titulum promoueri, dummodo fundata sit authoritate Ordinarij, vel saltem solita sit conferri in titulum Beneficij, non contradicente fundatore per collationem, & canonicam institutionem, ita Diac. *cit. loc. num.9. vers. illud vero*, & Garz. etiam *cit. loc.* Quod si Capellania non sit erecta authoritate Episcopi, nec sit solita concedi in titulum Beneficij, vt supra, tunc ad illius titulum non potest quis promoueri, nisi conferatur authoritate Episcopi in titulum perpetuum, Diaz. *vers. ex supradictis.* Sed si Capellania esset perpetua, non tamen erecta Episcopi authoritate, nec solita concedi in titulum Beneficij, vt solent esse legata, quæ fiunt Clericis certæ familiæ eorum vita durante, & tunc ad titulum illius potest quis ordinari, non tanquam ad titulum Beneficij, sed tanquam ad titulum Patrimonij.

5 Ad titulum Præstimonij potest etiam quis ordinari, quando datur in titulum perpetuum, & habet annexum spirituale obsequium, prout est in Hispania, ita Diaz. & Garz. *cit. loc.*

6 Adhoc vt quis ordinetur ad titulum Beneficij, debet illius apprehendisse pacificam possessionem, demonstrant expressa verba cit. text. Concil. ibi, *pacificè possidere*. Vnde ex quo quis est legitimè nominatus, vel præsentatus ad Beneficium, non potest ad illius titulum promoueri ante adeptam possessionem, ita Garz. *cit. loc. num.* 130. & Bonac. *num.9.* ac alij per eum adducti, Diaz. *in pract. crim. cap.* 18. *num. 6.* contra Campanil. *cit. loc. cap.* 4. *num.* 10. qui tenet ad titulum Beneficij quærendi posse quem promoueri.

7 Ad titulum Beneficij, cuius fructus sunt incerti, realiter non potest quis promoueri, est indubitatum apud omnes. Sed si causaliter sunt incerti, & communiter rediguntur ad certam summam, vt solent esse Beneficia, quæ habent redditus ex mortuorijs, & anniuersarijs, qui computantur in valore fructuum, ad titulum dicti Beneficij potest quis liberè promoueri, vt post alios testatur Genuens. *in prax. eccl. cap.*83. *num.*11.

Non solum possessio requiritur Beneficij, vel Patrimonijs, ad cuius titulum quis promouetur, sed etiam requiritur pacifica, vt habent præcitata verba Concil. Dicitur enim quis pacificè possidere, quando sine lite possidet, ita declarat Rebuff. *tract. de pacific. possess. num. mihi* 165. *vers. quandoq; gloss. in Clement. vnic. vers. antea, de sequestr. possess. & fruct.* Guid. Pap. *decis.*85. & ad effectum, vt res dicatur litigiosa, & pacificè non possessa, sufficit sola citatio ritè, & rectè expedita, & executa, iuxta *text. in Clem. fin. vt lit. pend.* vbi DD. Mohed. *decis.* 1. *de caus. possess. & propriet.* latè Gayll. *obser.*74. *num.* 16. *lib.* 1. vbi etiam declarat quid dicendum ad effectum inducendi pendentiam litis. Et quæ requirantur ad hoc vt citatio dicatur ritè, & rectè expedita, aduerte, quod non solum requiritur ad hunc effectum, vt citatio sit validè, ritè, & rectè expedita, sed quod non sit circumducta, quia citatio circumducta idem est, ac si non fuisset facta, ita de Franch. *decis.*232. Afflict. *decis.*366. *num.* 14. Carauit. *Rit.*121. *n.*1. Quando dicatur citatio circumducta, vide Alber. Oliuam *super rit.*2. *Cur. Archiepisc. Neapol. num.* 5. Muscatell. *in prax. part.*2. *glos. tribunalis, num.*8. Item requiritur, quòd lis sit intentata super actionem realem, non autem personalem, ita Cyn. *in auth. litigiosa, C. de litig.* vbi etiam Bald. *num.*2. Cætera ad hanc materiam, quomodo dicatur litem pendere, & quando finita, vide apud Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.*8. *cap.*3. *per tot.* 8

Beneficium prædictum, ad cuius titulum quis fuit promotus, non potest resignari, nisi facta mentione ad illius titulum resignantem fuisse promotum, ac non constito resignantem aliunde habere vnde viuere possit, ita decernit Concil. *prædict. loc.* tractant Flam. *de resignat. q.6. n.* 174. *lib.6. & lib.*2. *q.*6. *num.*1. *& num.*36. Garz. *de benefic.* 2. *p. cap.*5. *num.*203. & alij, idque procedit, siue renunciatio fiat coram Ordinario, siue in Curia, Rot. *in vna Lucana beneficij* 5. *Decembris* 1586. *coram D. Orano.* 9

Extenditur prædicta dispositio Concilij Trident. vt locum etiam habeat in permutatione Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus, non potest permutari, non seruata dispositione prædicti Concilij; & ratio est, quia potest dari casus, quòd permutans Beneficium, ad cuius titulum erat ordinatus, non possit consequi Beneficium cessum, & quod etiam fiat permutatio cum Beneficio inæquali, prout declarauit Sacr. Congregr. eiusd. Concil. die Iouis 18. Iul. 1602. per quam etiam dictum fuit, quòd permutans tacendo ordinationem ad titulum, est tutus in foro conscientiæ, si illud, quod habuit ex causa permutationis, erat æquiualens, secus autem in foro fori. 10

Et pro prædictis facit, quia dispositio loquens de resignatione includit in se resignationem ex causa permutationis, ex eo quòd permutatio est vera resignatio, Gomes. *de public. and. resignat. quæst.*3. *col.*2. *in princip. vers. primo, quia regula ista,* & multis similibus comprobat Gonzal. *ad regul.*8. *de alternatiua, glos.*14. *num.*40. *vsque ad* 50.

Dubitatur, si Ordinarius de facto admiserit resignationem Beneficij, ad cuius titulum quis fuit promotus, non seruata dispositione Concilij, an possit resignantem ad illud restituere.

Respondetur negatiuè, Ordinarium non posse Beneficium resignatum eidem resignanti restituere, collationemq; inde factam tenere, ipsumq; Ordinarium teneri subministrare de proprio vitæ necessaria resignanti, iuxta dispositionem *cap. Episcopus, de præbend.* hoc tamen non procedit in permutatione æquiualenti, ita refert ex mente Sacr. Cong. Quarant. *in sum. Bull. verb. beneficiorum resignatio, vers. circa renunciationem, fol. mihi* 108. 11

Valet tamen resignatio Beneficij, ad cuius titulum quis est ordinatus, non facta mentione, ac non seruato ordine Concilij Trident. *cit. loc.* quando resignatio fuit facta causa ingrediendi Religionem, quia in hoc casu cessat ratio mendicitatis, de qua in Concil. ita Quarant. *cit. loc. fol.* 110. *in princ.* sicut eadem ratione valet, quando resignans reseruauit sibi pensionem sufficientem ad victum, ita Nauar. *cons.*13. *de præbend. in antiq.* Quarant. *eod. cit. loc.* 12

Ad titulum Seminarij quis ordinari non potest, etiam si sit cooptatus in eodem Collegio, quia Seminarium ad puerorum; non Professorum commoditatem institutum est, & si aliter fieret, tolleretur locus eius, qui subrogandus esset; & Seminario dissoluto, ille remanet deceptus. 13

ceptus. Ad titulum verò seruitij perpetui in Beneficio Seminario vnito potest ordinari, dummodo assignentur certi annui redditus ad victum honestè sufficientes, ita ex mente Sacr. Congreg. tenet Genuens. *in prax. cap.* 83. *num.* 2. *vers. potest quis*.

14 Ad titulum Commendæ, idest Beneficij, quòd quis non habet in titulum, sed in Commendam potest quis ordinari, per ea, quæ voluit Gomes. *in regul. de idiomat. quæst.* 5. & melius ad *regul. de triennali*, q. 5. *n.* 20. vbi etiam habetur, quòd ad titulum regressus, quem quis habet ad Beneficium, non potest ordinari, quia per regressum quis non dicitur habere titulum; imò Signatura non est solita dispensare cum eo, qui ordinatus est ad titulum regressus, etiam post consecutum Beneficium, vt possit exercere Ordines susceptos, quia videtur quis falsò fuisse ordinatus.

15 Diximus, Beneficium, ad cuius titulum quis est ordinatus, non posse resignari, nisi seruata forma Conc. Trid. *sess.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* quòd ampliatur, etiam si quis ad titulum dicti Beneficij non est ordinatus, verùm non habet aliunde vnde viuere potest, vt in Constit. Pij V. Kalendis April. 1568. de qua in Bullar. *num.* 58. quæ Constitutio licet loquatur in resignationibus factis coram Ordinario, tamen seruatur etiam in Curia, quia militat eadem ratio, ne cum Ordinis dedecore malam vitam exerceat; vnde semper prius debet constare de tali commoda sustentatione, antequam resignatio executionem habeat coram quocumque siue Ordinario, siue Summo Pontifice resignetur, alias resignatio est ipso iure nulla, vt per Rot. *in vna Lucana Beneficij* 5. *Decembris* 1586. *coram D. Orano*, Garz. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 198. *vsque ad* 201. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 13. & 24.

16 Nota tertiò, ad alium titulum quis promoueri potest ad sacros Ordines, ad præscriptum Sacr. Concil. Trident. *cit. cap.* 2. & est ad titulum pensionis, vel patrimonij, & hoc non regulariter, sed quando id Episcopus iudicauerit pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum, & quia commodius est Ecclesiæ plures habere Sacerdotes, & Ministros, ideo passim hodie admittuntur ad sacros Ordines Clerici cum titulo pensionis, vel patrimonij absque alia causa. De pensione loquitur Concil. Trident. quæ apud nos communiter imponitur, & reseruatur authoritate Pontificia super fructibus Beneficij, quæ non datur in titulum; quæ si quandoque daretur in titulum, tunc non requireretur necessitas, vel commoditas, de qua in Concil. vide Felin. *in cap. postulasti, num.* 37. & *seqq. de rescript.* plura refert Gigas *de pension. quæst.* 33. *per tot.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. ex qua dispositione Conciliari colligit pensionem non esse Beneficium.

17 Nota, quòd si Ecclesia abundat redditibus, & indiget seruitio, potest Episcopus eum consensu Rectoris assignare sufficientem portionem prædictorum redditum Clerico, qui alias ob eius paupertatem non habet titulum, cum quo ordinari valeat, & ad titulum prædictæ portionis assignatæ illum ordinare, dummodo resideat, & Ecclesiæ inseruiat, & capta diligenti informatione redditus Ecclesiæ sufficere pro vtroque ponit hunc casum, quem abunde probat de iure communi Genuens. *in pract. Eccles. q.* 46. *per tot. vbi circa fin.* probat, id posse facere Episcopum generaliter, & per statutum in omnibus Ecclesijs, quæ habent abundantes redditus, & indigent Clerico pro seruitio. Sed hodie quicquid sit de prædictis per Genuens. non potest quis promoueri ad titulum alieni Beneficij, nec ad titulum stipendij ab Episcopo assignandi super fructibus suæ Mensæ Episcopalis, & hoc etiam vrgente necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, ita refert decisum per Sacr. Congr. Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. ordinare ordinatus quoad patrimonium, sub num.* 1.

18 Vltimus titulus, ad quem quis promoueri potest, est patrimonium, & illud dicitur, quòd à patre filio, vel aliunde ex quauis causa delatum est, vt explicat Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 8. *cap.* 4. *n.* 1. & Bonac. *tom.* 1. *disp.* 8. *quæst. vnic. punct.* 5. *num.* 32. *tit. de Sacram. ordin.* hoc titulo non potest quis regulariter ordinari, sed tunc tantum, quando id Episcopus iudicauerit ob necessitatem, vel commoditatem suæ Ecclesiæ, vt mandat Trident. diximus supra, & declarat Campanil. *cit. loc. num.* 7.

19 Frequentior modus, quo constitui solet hic titulus, est donatio, quæ vera debet esse, & non ficta, vt aduertunt omnes, præsertim Bonac. *cit. loc. num.* 32. debet etiam esse pura, & non conditionata, tali conditione, qua purificata ordinatus remaneret sine patrimonio in eius vita, ita vt contra mentem Concil. cogeretur mendicare; valet tamen conditio, siue pactum, vt Clericus ordinatus teneatur restituere rem donatam donanti, vel alteri, cum adeptus fuerit Beneficium, vel aliunde habuerit vnde commodè se sustentare valeat; nam huiusmodi pactum non aduersatur dispositioni Concil. tenet Garz. *de benefic.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 169. sequitur Bonac. *cit. loc. num.* 33. hoc addens, modo adsit consensus Episcopi.

Posset in hoc casu dubitari, an donans euicta re donata, teneatur de euictione? Respondent communiter DD. *in l.* 2. *C. de euict. & in l. ad res donatas, ff. de edilit. edict.* in donatione non habere locum euictionem, nisi quando donatio incipit à promissione, & promissio antecedit traditionem, ita gloss. *in cit. l.* 2. Bart. & alij *in l. Aristo*, §. *fin. num.* 1. *ff. de donat.* Vel quando donatio est remuneratoria, quæ etiam si incipiat à traditione, donans tenetur de euictione, Bart. *in l. Iulianus*, §. 1. *num.* 1. *ff. de verb. signific.* Alex. *cons.* 47. *num.* 4. *volum.* 3. Boer. *decis.* 67. *num.* 1. Vel quando donans euictionem promisit, vt habetur in *cit. l.* 2. *C. de euict.* non solum specialiter, sed etiam generaliter, vt si promiserit rem donatam facere bonam, & similiter, ita Corn. *cons.* 241. *num.* 10. *volum.* 2. Et cum extra hos tres casus euictio non debeatur in donatione, merito consulendum est Episcopis, vt non admittant donationes in promouendis ad sacros Ordines, nisi donantes promittant euictionem, ita aduertit Campanil. *cit. loc. num.* 4. *in fin.* 20

21 Prædicta donatio debet esse irreuocabilis, & proinde nec vitio ingratitudinis reuocari potest, ad exemplum donationis factæ causa Matrimonij carnalis, quæ ob ingratitudinem reuocari non potest, probat multis argumentis Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 19. 1. *part.* & sequitur Squil. *de priuileg. cleric. cap.* 12. *num.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 29. & *seq.*

22 Vlterius hæc donatio facta à patre filio, vt ad sacros Ordines promoueri possit, non imputatur in legitimam; quia talis donatio non dicitur ob causam, cum non habeat necessitatem, vt est donatio causa dotis, nec respiciat commodum donantis, probat Squil. *cit. loc. num.* 25. post Ricc. & alios per eum adductos, voluit etiam Carol. de Graf. *de effect. cler. in prælud. num.* 421. latè Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *n.* 31.

23 Nota, quòd illa clausula apponi solita in hac donatione, videlicet, *Adhoc vt promoueri possit ad sacros Ordines*, non importat conditionem, sed modum, & quia modus non suspendit dispositionem, meritò dicimus, quòd bona donata cum prædicta clausula sunt libera à collectis, & oneribus Laicorum, vt post multos docet Macerat. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 88. *per tot.* Quod si hæc donatio facta pro suscipiendis sacris Ordinibus non habuerit effectum suum, quia donatarius discesserit è vita ante susceptionem Ordinum, adhuc donatio ad hæres donatarij transit, & non ad donantem reuertit, ita Ric. *decis.* 80. *part.* 3. quem sequitur Donat. Anton. de Marin. *quotidian. resol. cap.* 87. *num.* 4.

Aduertant Episcopi in promotione ad titulum donationis paternæ, quòd pater non potest donare vni filio in præiudicium aliorum filiorum, sed tantùm relicta debita portione alijs filijs; ita vt talis donatio in præiudicium aliorum filiorum nec iuramento firmetur, notat Gab. *de donat. conclus.* 4. *num.* 5. tenet Maceraten. *cit. loc. num.* 9. *vers. tertio, quia*. Hinc benè seruant nonnullæ Curiæ Ecclesiasticæ informationem capere super numero filiorum, & bonis donantis. 24

Nota quartò, patrimonium, sub cuius titulo quis ad sacros Ordines promouetur, debet consistere in tot bonis immobilibus, & de per se fructiferis; vnde est, quòd ad titulum bonorum mobilium, & si magnæ quantitatis, quis non potest ordinari; tum quia res mobiles fructus reddere non solent; tum etiam quia facilè consumuntur, & pereunt, tenet Azor. 2. *part. lib.* 3. *cap.* 4. *quæst.* 7. Garz. *de benefic.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 105. Bonac. 1. *tom. tit. de Sacram. Ord. disp.* 8. *q. vnic. punct.* 5. *n.* 32. *vers. ex quo licet*. 25

Annuos redditus inter immobilia connumerari, indu- 26

indubitatum est apud omnes: & proindè ad titulum illorum promoueri potest Clericus ad sacros Ordines; & hoc potest contingere duplici modo; vel potest quis super suis bonis immobilibus constituere, & assignare ad fauorem ordinandi tot annuos redditus, vel potest donare, aut assignare ordinando annuos census creatos, iuxta formam Constitutionum Pontificum super bonis tertij, & in hoc casu quia census est redimibilis, dubitant aliqui DD. de tali titulo, eamque adducunt rationem dubitationis, quia potest esse vt census redimatur, & pecunia remaneat otiosa, & sine fructu, ita Vgolin. *de offic. Episc. cap.26. §. 10. num.2. & §. 12. num.3.* quem sequitur Bonac. *cit. loc. num.32. vers. ego verò*, quorum sententia licet securior videatur, tamen contraria facilè admittitur, & passim ordinantur Clerici ad titulum census redimibilis, cum obligatione, siue cautione de illis conuertendis in aliam emptionem in casu reemptionis, ita Garz. *cit. part. 2. cap.5. num. 96.* quem nouissimè sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.1. cap.33.* qui testatur sic declarasse *Sacr. Congreg. 2. Iun.1629. & in sum. Apost. decis. verb. ordinare, num.4.* Ego verò in quodam facto particulari, vt securius ageretur, consului, Episcopo ordinante, mandari, debitori census, vt in casu redemptionis certam faceret Curiam, ad finem faciendi aliam emptionem sub pœna arbitrio Episcopi, & hoc quia Episcopus habebat aliquem scrupulum, alias liberè dixissem absque alia diligentia posse ordinari ad titulum annui census, tenet etiam Ricc. *in prax. part.3. resol.333. num.1.*

27 Non potest quis promoueri ad titulum obligationis personalis, quam quis fecit de dando victum Clerico, vel annuos redditus: quia redditus huiusmodi debent esse certi, vt diximus, & assignari super bonis stabilibus, vel super annuis redditibus; & hoc etiam si ille, qui se obligauit personaliter, sit persona diues, tenet Ricc. *loc. supra cit. vers. vsus autem.* Fallit proposita sententia in casu, quo esset penuria Sacerdotum; tunc enim si quis sponderet ministrare necessaria ordinando, potest ordinari sine alio Beneficio, vel Patrimonio, tenent Flam. *de resignat. lib.2. quæst.6. num.11.* Zech. *de Repub. Eccles. cap. de clericis, sub num.7. vers.94.* qui asserit id posse fieri etiam sine speciali dispensatione Papæ, refert Barbos. *in remiss. ad Concil. Trid. cit. sess.21. de reform. cap. 11. vers. ob penuriam, & in sum. Apost. decis. verb. ordinare, num.5.* Supradicta adeo vera sunt, vt non possit quis ordinari, etiam si ipse Episcopus se obligare ad præstandum alimenta, habetur ex Garz. *cit. loc. part.2. cap.5. num.129.* & Barbos. *loc. vlt. cit. num.9.*

28 Nec potest quis promoueri ad titulum alicuius propriæ virtutis, vel industriæ, puta si quis sit literatus, & insignis Doctor, vel Theologus, docet Ricc. *in prax. part.3. resol. 451. num.4.* nec minus si sit Grammaticus, Musicus, Pictor, aut alterius licitæ professionis, ita refert Garz. *cit. loc. num. 126.* & Barbos. *d. loc. num. 8.* ex mente Sacr. Cong. Genuens. *in prax. cap.83. sub num.2.*

29 Dubitatur, an quis possit ordinari ad titulum portionis Ecclesiarum Matricum, cuius fructus licet certo sit percepturus, tamen de illis non participat, nisi post receptum Ordinem Presbyteratus, vel an possit promoueri ad titulum successionis, quam necessario ratione fideicommissi est recepturus.

Resp. ex Concil. Trident. quis non potest promoueri, nisi ad titulum Beneficij, quòd pacificè possidet, & ad titulum Patrimonij, quod verè habet; & quia quod de futuro alicui competit, non potest dicere illud possidere, & habere, ergo &c. Nihilominus quantum ad primum, ad titulum portionis prædictæ Sacr. Congreg. declarauit posse promoueri, refert Garz. *cit. loc. part.2. cap.5. num. 100.* Barbos. *d. loc. num. 6.* quantum ad secundum, indubitatum est apud omnes non posse.

30 Nota quintò, quòd in iure non habet certam taxam hic titulus ordinandorum, siue Beneficij sit, siue pensionis, vel patrimonij; Concilium enim Trident. cuius dispositio in hoc est attendenda, loquens de quantitate Beneficij, sic ait, *Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat*, loquens deinde de pensione, & patrimonio sic ait, *Taliaque esse quæ eis ad vitam sustentandam satis sint*, hæc verba Concilij abundè explicat Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.8. cap.2.* præsertim *num.6.* qui contra Parif. *de resignat. lib.5. quæst.fin. n.156.* tenet titulum ordinandorum illius quantitatis debere esse, vt sufficiat ad viuendum honestè, quod idem est vulgariter, quod, *Honoreuolmente*; vnde non sufficere ordinandum habere titulum ad victum, sed requiri ad honestum victum; & differentiam esse inter viuere simpliciter, & viuere honestè. Hæc Campanil. cuius dicta in rigore verissima sunt in Beneficio, in quo Concil. Trident. addit illam particulam, *honestè*, non verò in pensione, vel patrimonio, in quibus Concilium non addit illam particulam, *honestè*, sed solum dicit, *ad vitam sustentandam satis sint*, ea quibus verbis colligitur diuersam esse, mentem Concilij, licet communiter DD. hanc differentiam non notent.

Quicquid sit in iure, certum est, Praxim neutram sententiam seruare, nec illam Parif. nec illam Campanil. sed in omnibus se remittit consuetudini locorum, quæ vt plurimum contenta est adeo tenui titulo, vt non solum non sufficiat ad honestè viuendum, sed nec etiam ad viuendum cum penuria. Triginta sex ducati Neapoli certè non sufficiunt ad viuendum, nec etiam cum penuria, & tamen consuetudo illius loci non requirit titulum maiorem; in hoc enim consuetudo benignè interpretata est Concilium, ad quod aduertant Episcopi, quorum arbitrio materia hæc remittitur.

In his terminis controuertunt DD. an quantitas huius tituli sit dessinienda iuxta qualitatem personæ, ita vt maior desideretur in persona nobili, quam plebea. Tenentes pro vtraque sententia habentur apud Garz. *cit. loc. num.114. & 206.* ipse verò tenet non esse habendam differentiam personarum, sed omnes æqualiter tractandas, ita etiam tenet Bonac. *loc. cit. num.38. vers. obserua tamen*, & hæc opinio seruatur in practica, licet contraria sit conformior Concil. Trid. quòd requirit Beneficium sufficiens ad honestè viuendum; & quantitas, quæ sufficit ad honestum victum plebei, non sufficit ad honestum victum nobilis, patet ad sensum. Cætera ad hanc materiam vide apud Campanil. *cit. loc.* & Garz. *vbi supra.* 31

Nota sextò, quòd Patrimonium, ad cuius titulum quis est promotus ad sacros Ordines gaudet priuilegijs, quibus gaudent cætera bona Ecclesiastica, à iure, ita Menoch. *de recuper. possess. remed.15. num.21.* post Bald. & Dec. per eum adductos, Gratian. *discept. foreas. cap. 159. num. 27.* & saltem interim quòd non euinguitur per acquisitionem Beneficij Ecclesiastici, Cæuall. *commun. contra commun. quæst.527. num.4.* Cened. *pract. lib. 1. quæst. 11. num. 9.* & alij magis communiter, contra Couar. *lib. 1. var. resol. cap.4. num.4. vers. contendet forsan aliquis*, & alios adductos per Diaz. *in pract. crim. cap.18. num.14. vers. hoc vero patrimonium.* 32

Vltimò, Clericus, qui ad sacros Ordines intendit ascendere, nec alium habet titulum sufficientem, potest agere contra patrem, illumque adstringere vt ei constituat iustum patrimonium, ad similitudinem filij vxorem ducere intendentis, qui potest patrem compellere ad constituendam donationem propter nuptias, probat Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.8. cap.5. num.14. & seqq.* 33

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Promotio ad sacros Ordines non fit sine titulo beneficij, vel patrimonij.*
2 *In resignatione beneficij an sit facienda mentio huius qualitatis. Et iustificari coram exequutore citato resignante.*
3 *Manutentio an competat resignanti?*
4 *Distinctio conciliatiua.*
5 *Patrimonium in dubio præsumitur sufficiens.*
6 *Promotione facta ad titulum beneficij, quod sit manuale per Episcopum, an tollatur facultas amouendi?*

Ad

1 AD sacros ordines non fit promotio sine titulo beneficij, vel patrimonij ex Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. cap.* 2. sufficienter etenim de beneficin, vel patrimonio prouisi decenter viuere valeant, ne aliàs eum ordinis clericalis dedecore mendicare cogantur, cum prohibitione resignationis, vel alienarionis bonorum, ad quorum titulum promotio ad ordines facta sit.

2 Hinc recepta est beneficialis conclusio, vt in huiusmodi beneficij resignatione, quamuis in manibus Papæ facta sit, specialis mentio huius qualitatis fieri debeat, ac ea aliàs irrita censeatur; Adeout possessio resignatarij inualida, & vitiosa sit, vtpotè cepta ipsn resignante possessore non citato, & non iustificatis narratis in litteris coram Exeqnutore circa narratiuam, quòd resignans habeat aliundè, Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 7. Rota *decis.* 90. *part.* 9. *recent.*

3 Manutentio in possessione an datur resignanti non iustificata narratiua? Negandum videtur, dum resignans facto suo cecidit à possessione, vt Post. *de manutent. obser.* 57. *num.* 10.

Id tamen procedit, quando resignans à principio se non npposuit, & nullitatem non deduxit, secus contradictione concurrente, ideoque interim manutentio comperet resignanti, Postius *vbi sup. num.* 18. videndus Card. de Luca *de benefic. discurs.* 37. *per tot.*

4 Distinguendum erit. Aut agitur de beneficio, ad cuius titulum quis ordinatus est, & tunc ex decreto S. C. Trid. oportet de eo facere specialem mentionem. Vnde si non fit mentio, & tunc resignatio est inconrinenti nulla ob decretum irritans contentum in eodem decreto Conciliari. Aut fit mentin, & tunc Datariæ stylus est non admittendi resignationem, nisi cum clausula, *Dummodo resignans habeat aliunde*, quæ importat conditionem suspensiuam.

Aut beneficiatus ordinatus non sit ad titulum illius beneficij, sed patrimonij, & tunc non intrat decretum Conciliare, neqne congrua substentatio adijci solet per viam conditinnis cum dicta clausula, *dummodo*, sed Officiales Datariæ se regulando ex Constitutione B. Pij V. iniungente locorum Ordinarijs, ne admittant beneficiorum resignationes, nisi eis constet, resignantes habere aliundè vnde viuant, ex quodam stylo id adijciunt per viam assertiuæ, nempè *Tibi asserenti aliunde habere commodè viuere*, & hoc non importat formalem conditionem in intrinsecam, cuius præcedens iustificatin præcisè, & pro forma fieri debeat, minusque id importat irritationem prouisionis, cùm neque ipsa Constitutio Piana, neque ipsæ litteræ prouisionis contineant aliquod decretum irritans, quòd infectionem causet, vt aduertit Garz. *de benef. in add. ad part.* 2. *cap. vlt. num.* 228. Seraph. *decis.* 1320. *num.* 4.

5 Patrimonium in dubio præsumitur sufficiens, quoties quis ordinatus est ad titulum patrimonij, ita decisum de anno 1646. coram Cerro, tradit Card. de Luca *de benefic. discurs.* 37. *num.* 7. vbi quòd hæc sit nuda iuris præsumptio elidibilis ex cnntraria probatione.

6 Manualitas, seu facultas amouendi à beneficio non tollitur ab Episcopo per promotionem ad sacros ordines per titulum beneficij manualis, Garz. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 91. *in add.* nisi facta esset promotio de consensu habentis talem facultatem, Card. de Luca *discurs.* 97. *num.* 25.

SVMMARIVM.

1 *TItulus ordinati non potest alienari, si de facto alienetur, an valeat alienatio, num.* 2. *Et an in alienatione sit necessaria licentia Episcopi, n.* 3. *Titulus prædictus non potest hypothecari, vel exequi, num.* 4.

5 *Titulus ordinandorum inter Regulares qualis.*

6 *Ordinans, vel ordinatus in sacris sine titulo quas pœnas incurrat. Et quando excusetur à pœnis.*

ANNOTATIO XLII.

§. II.

1 NOta primò; Patrimonium, ad cuius titulum quis est ordinatus in sacris Ordinibus, non posse alienari, & Pensionem non posse remitti, vel extingui, donec Beneficium Ecclesiasticum sit adeptus ordinatus, vel aliundè habeat vnde viuere possit, statuit Conc. Trident. *cit. sess.* 21. *de reformat. cap.* 2. Hæc prohibitio procedit in ordinato ordinibus maioribus; nam qui habet solùm Ordines minores, potest liberè alienare bona, ad quæ fuit ordinatus, quamuis nihil habeat, ex quo aliundè viuere possit, cùm in eo cesset ratio dedecoris Ordinis, cùm possit clericatum dimittere, ita notat Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 9.

2 Quòd si ordinatus de facto alienet patrimonium prædictum, vel extinguat pensionem, alienatio, vel extinctio est nulla, quando aliundè nnn habet vnde viuere potest, faciunt expressa verba Concil. Trid. *cit. loc.* ibi, *Nullatenus alienari*, quòd si aliundè habet vnde viuere potest, & tunc valet alienatio, docet post multos Cæuall. *pract. quæst. com. contra commun. quæst.* 527. *num.* 8. *& seqq.* Gratian. *loc. supra cit. num.* 18.

3 An casu, quo quis habet aliundè vnde viuere potest, possit alienare patrimonium, vel pensio, ad cnius titulum est ordinatus sine licentia Episcnpi, & posse demonstrant verba Concil. Trident. quæ prohibent alienatinnem sine licentia Episcopi, donec nnn sit adeptum Beneficium, vel aliundè habeatur victus, quasi illa dictio, *donec*, sit temporis limitatiua, tenet Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 16. Cæuall. *cit. loc. num.* 8. *& seq. & quæst.* 561. *n.* 22. *& seqq.* Gratian. *cit. loc. num.* 14. Garz. *vbi supra*, *n.* 185. Bonac. *tom.* 1. *tit. de Sacram. Ord. disput.* 8. *quæst. vnic. punct.* 5. *num.* 41. Contrarium tenent Quintanad. & Cened. adducti per Barbos. *in remiss. ad Concil. Trident. cit. cap.* 2. *verb. donec*, *in fin.* & hæc opinio tanquam securior seruatur in praxi, nam videmus quotidie peti licentias alienandi patrimonium, ad cuius titulum quis est ordinatus, etiam post obtentum Beneficium; & in casu, qun quis habet aliundè vnde viuere potest; immò in multis locis ad tollendas fraudes, adest particularis, vel synodalis Constitutio, qua Episcopi mandant suis subditis, quòd in nullo casu, etiam quòd habeant aliundè vnde viuere possint patrimonium, ad cuius titulum sunt promoti, alienent inconsulta Curia.

4 Aduerte, quòd à fortiori patrimonium, ad cuius titulum quis est ordinatus, non potest pignorari, vel hypothecari, quia hypotheca, vel pignoratio est species alienationis, quæ hoc casu prohibetur, vnde contra Clericum debitorem non debet exequi in bonis, ad cuius titulum est ordinatus, aliàs esset, alienatinnem expressè prohibitam tacitè permittere contra formam Concilij. Id adeò verum est, vt nec etiam in criminalibus possit exequi contra prædicta bona, non solùm prn pœna contumaciali, vel alia, sed nec etiam ad reficiendas expensas curationis ob illata vulnera alicui, ad quas per Iudicem fuit condemnatus, refert declarasse Sacr. Congreg. Concil. sub die 5. Februarij 1604. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 160.

5 Nota secundò, quòd vltra titulos, de qnibus *in cit. cap.* 2. *Concil. Trident.* solet etiam adduci, & alius titulus inter Regulares, qui ad sacros Ordines promoueri intendunt, & est titulus professionis; vnde Nouitius cùm non emiserit professionem, non potest ad hunc titnlum promoueri, est indubitatum. Nec etiam nulliter professus, docet ex mente Sac. Congreg. Garz. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. *&* 12. Barbos. *in remiss. ad Concil. Trid. cit. cap.* 2. *vers. ne quis deinceps*, Bonac. *cit. loc. num.* 35. ab hac regula Greg. XIII. sua particulari Constitutione eximit dignissimos Patres Societatis Iesu, qui emissis tribus votis simplicibus, etiam ante solemnem professionem possunt sine alio titulo ad sacros Ordines promnueri de licentia Præpositi Generalis, refert Suar. *de censur. disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 38. Garz. & Barbos. *cit. loc.* Multa ad hæc vide apud Ricc. *in prax. resol.* 448. 3. *part.*

6 Nota tertiò, quòd Concil. Trident. *cit. cap.* 2. requirens

rens titulum in promonendo ad ſacros Ordines, nullam ſtatuit particularem pœnam contrafacienti, nec contra ordinantem, nec contra ordinatum; ſolùm enim innouat pœnas antiquorum Canonum. Quas pœnas ſtatuerint antiqui Canones, ſciendum eſt *ex cap. neminem*, 70. *diſtinct. & cap. Sanctorum, ead. diſt.* ſtatui irritam haberi ordinationem ſine titulo. *In cap. cùm ſecundum Apoſtolum, de præbend.* ſtatui ordinatum ſine titulo non eſſe ſoſpenſum, nec irritam eſſe ordinationem, ſed teneri ordinantem prouidere ordinatum de ſuſtentatione, donec Beneficium conſequatur. *In cap. per tuas, de ſimon.* ſtatoi, vt ordinatus ad titulum alterius Beneficij cum promiſſione de non petendo à Rectore illius portionem aſſignatam ſit ſuſpenſus à ſic ſuſceptis Ordinibus, & non poſſit ad alios aſcendere ſine diſpenſatione. *In cap. penult. de ſimon.* qui ordinaoit aliquem ſub promiſſione de non petendo ab ipſo prouiſionem, ordinator per triennium à collatione, præſentator verò ab executione Ordinum etiam per triennium ſuſpenſi ſunt: ordinatus verò ab Ordine perpetuò eſt ſuſpenſus; & ſolùm per Sedem Apoſtolicam cum eis diſpenſatur.

His poſitis diſceptant DD. quorum Canonum pœnas innouauerit Concil. Trident. *cit. loc.* & in hoc eſt altercatio inter eos, prout reſcribit P. Theſaur. *pract. Eccleſ. part. 2. cap. 11. verſ. ex hoc Tridentini decreto, in verb. Ordines*; nam aliqui tenent Concil. innoaaſſe pœnas *cap. neminem, & cap. Sanctorum cit.* tantùm; alij verò innouaſſe ſolùm pœnas *cit. cap. cum ſecundum*. Sed verior opinio tenet innouaſſe pœnas tam *cit. cap. neminem, & cap. Sanctorum*, quàm pœnas *cap. cùm ſecundum*, hac diſtinctione, quòd aut quis eſt ordinatus ſine titulo ſciente, & ordinante Epiſcopo, & tunc Epiſcopus incurrit in pœnam *cap. cùm ſecundum*; ſi ignorante Epiſcopo, vt quia ordinatus falſa inſtrumenta continentia fictum titulum produxit, & tunc ordinatus incurrit in pœnas prædictorum *cap. neminem, & cap. Sanctorum*; ſi ambo culparunt, tunc vnuſquiſque reſpectiuè incurrit in pœnam ſuam, ita & latius diſtinguit Campanil. *in diuer. iur. can. rub. 8. cap. 5. ſub num.* 1. ſequitur P. Theſaur. *cit. loc.* qui teſtatur de ſtylo Curiæ Romanæ, & Sacræ Pœnitentiariæ. Pœnas verò contentas in *cit. cap. per tuas, & cap. penult. de ſimon.* fuiſſe adhuc per Concil. innouatas, teſtatur idemmet P. Theſaur. *cit. loc. verſ.* 4.

Hinc ordinatus ſine titulo incurrit ſuſpenſionem latæ ſententiæ, ex *cit. cap. neminem, & cap. Sanctorum*, & eam violans incurrit irregularitatem, ita Quarant. *verb. Ordo verſ. tertius caſus*, & P. Theſaur. *cit. loc. verſ. 1. in fin.* qui alios citat.

Ordinans verò in ſacris ſine titulo, ex *cit. cap. cùm ſecundum*, tenetur prouidere ordinatum de ſuſtentatione, donec Beneficium conſequatur, ita communiter intelligunt text. prædictum DD. cuius diſpoſitio extenditur, etiam ſi ordinatus ſine titulo patrem haberet diuitem, & nihil illi aſſignauerit, vt adhuc Epiſcopus teneatur illum ſuſtentare, ita Campanil. poſt alios per ipſum relatos *cit. loc. num. 11. verſ. ſed prædictus*, qui *num. præcedentibus*, multas adducit rationes ad excuſandum Epiſcopum, nihilominus illis relictis, indubitatè tenet, teneri Epiſcopum victum præſtare prædicto Clerico habenti patrem diuitem quouſque pater illi portionem congruentem aſſignauerit, vel Beneficium obtinuerit, ſequitur Ricc. *in prax. 3. part. reſol.* 4 9. *num.* 4. Ex quibus, & alijs collige hanc obligationem Epiſcopi eſſe in ſubſidium, quouſque ex alia parte victum non habet ordinatus; ſed ſi ordinatus ex artificio poſſet ſibi quærere victum, non excuſatur Epiſcopus, Campanil. *cit. loc. num. 22. in fin.*

Ampliatur, vt prædicta obligatio Epiſcopi ſe extendat, non ſolùm quando ordinauit ſine titulo, ſed etiam quando ordinauit cum titulo inſufficienti; nam tunc tenetur ſupplere vſque ad ſufficientiam, vt aduertit Campanil. *cit. loc. num.* 19. etiam ſi ordinatus expreſsè promiſerit ante ordinationem ſe nihil petere ab ordinante pro tali cauſa, vt idem Campanil. *num.* 20. ſi tamen poſt ordinationem ſponte ordinatus remitteret, & renunciaret ordinanti quod ei debetur, Epiſcopus diceretur tutus in conſcientia, quia Clericus donat quod ſuum eſt.

Hæc obligatio prouidendi ordinatum ſine titulo de victu ligat non ſolùm ipſum ordinantem, ſed etiam ſucceſſorem, cùm ordinato competat actio contra Eccleſiam, ita Abb. *in cap. accepimus, de ætat. & qualit.* vbi etiam alij, idque declarat Campanil. *num.* 21. procedere quando ordinans eſt mortuus, ſecus ſi viuens Eccleſiam reliquit, quia tunc ipſum ordinantem viuentem obligari, clari iuris eſt, cùm ipſe deliquerit, & quando Epiſcopus per ſe fecit ſcrutinium, ſecus ſi per alium, puta ſi Vicarius, vel alius Deputatus receperit requiſita.

Hanc obligationem non effugit Epiſcopus, ex eo quod contulit Beneficium, quod ob malam collationem fuit euictum; vel ex quo aſſignauit patrimonium, quod alluuione, vel caſmate perijt, quia in his caſibus tenetur iterum prouidere, niſi id ſucceſſerit facto ipſius ordinati, ita etiam docet Campanil. *cit. loc. num.* 17. & 18. Quo loco, & quibus modis ſit compellendus Epiſcopus ordinator ad præſtandum alimenta prædicta, vide apud Campan. *eod. loc. num. 22. & ſeqq.* vbi latè diſcutitur materia.

Si quis ab alieno Epiſcopo cum proprij Epiſcopi Literis dimiſſorijs ordinatur tranſmiſſus, examinatus, & approbatus quoad omnia, etiam quoad titulum, ſi talis Clericus in ſacris ordinatur ſine titulo, non ordinans, ſed Epiſcopus, qui conceſſit dimiſſorias, incurrit in pœnas prædictas; ſi verò ſimpliciter tranſmittitur non examinatus, nec approbatus, ſed informationes remittuntur Epiſcopo ordinanti, tunc ipſe ordinans incurrit in pœnas, ſi ordinat ſine titulo, & non concedens dimiſſorias, eſt indubitatum per *cap. ſi Epiſcopus, de præbend. in* 6. tenet Summa Piſana *verb. beneficium*, §. 6.

Celebris eſt quæſtio inter DD. an ordinatus in ſacris ficto patrimonio incurrat in pœnam ſuſpenſionis. Pro vtraque ſententia diuiſi ſunt Canoniſtæ, & Caſiſtæ, vt videre potes apud Sanch. *de matr. lib. 6. diſp. 32. num.* 8. apud Garz. *de benefic. part. 2. cap. 5. num. 166. & ſeqq.* Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rubr. 8. cap. 5. num. 33. verſ. quòd ſi*, Dian. *3. part. tract. 4. de Sacram. Ordin. reſolut.* 189. *& part. 5. tract. 10. de ſuſpenſ. & interd. reſolut.* 50. & alios, inter quos communior videtur illa ſententia, taliter ordinatum non incurrere in ſuſpenſionem. Ego verò tenerem ſententiam Sanch. & aliorum per eum adductorum, qui defendunt incurri ſuſpenſionem; quando Clericus, cui eſt facta donatio, vel aſſignatio tituli ante ordinationem, illum, alio præuio inſtrumento, retroceſſit, & renunciauit in beneficium donantis. Ratio eſt, quia hic verè dicitur tempore ordinationis non habere patrimonium, & titulum; tenerem etiam ſententiam Dian. Campanil. & aliorum per Dian. adductorum *cit. loc.* qui defendunt non incurri ſuſpenſionem, quando Clericus recepit donationem, & patrimonium aſſignatum, promiſſione adhibita de illud reſtituendo poſt ordinationem, vel de donantem non moleſtando pro re donata; & ratio eſt, quia iſte Clericus dicitur ordinari cum titulo, & patrimonio, & pactum prædictum eſt nullum, vt tenet Garz. & Dian. *cit. loc.* faciunt ad hanc diſtinctionem dicta per Bonacin. *tom. 1. de Sacram. Ordin. diſ. 8. quæſt. vn. punct. 5. num.* 26. & P. Theſaur. *in prax. Eccleſ. 2. part. verb. Ordines, verſ. aduerte quartò*.

Supradicta non procedunt, quando ordinatus cum ficto titulo ante ordinationem pactum fecit cum Epiſcopo ordinante de non petendo aliquid ab eo ratione alimentorum, vel Beneficij; tunc enim indubitatum eſt ſic ordinatum incurrere in ſuſpenſionem Papæ reſeruatam, ex *cap. penult. de ſimon.* quod innouatum eſt ex Trident. vt diximus ſupra cum P. Theſaur. *cit. loc. verſ.* 4. latè Campanil. *cit. rubr. 8. cap. 5. num.* 31.

Ordinatum in ſacris ſine titulo, ſed cum fideiuſſione alicuius idonei de præſtandis alimentis excuſat à ſuſpenſione, Ricc. *in prax. 3. part. reſol. 452. per tot.* vbi validis rationibus defendit ſententiam, & ea potiſſimum, quia licèt in hoc caſu fiat contra verba legis, non tamen fit contra mentem legiſlatoris, quæ eſt ſolùm prouidere, ne ordinati cum Ordinis dedecore mendicent, cui ſatisfactum eſt quando quis eſt certus de alimonia; & licèt poſſit hic excuſari à ſuſpenſione, non tamen ſententia eſt admittenda ante factum, vt diximus ſupra.

Excuſat etiam ordinatum à prædicta pœna Campanil. tribus in caſibus *in cit. rubr. 8. cap. 5. num.* 1. Primò, quando quis eſt grauatus debitis, adeò vt debita præponderent fructus patrimonij aſſignati in titulum, dummodò

patrimo-

patrimonium non sit expresſè hypothecatum pro debitis. Secundò, cùm quis ordinatur ad titulum rerum mobilium, quæ conuerti debent in res immobiles, dummodò aſcendant ad quantitatem ſufficientem. Tertiò, cum quis ordinatur ad titulum Beneficij, de quo fuit prouiſus, non tamen adhuc conſequutus eſt poſſeſſionem illius; vel ſi conſequutus eſt, non pacificè poſſidet; in his caſibus licèt, vt diximus ſupra, quis non debeat ordinari ad talem titulum, attamen ſi reperitur promotus, non incurrit pœnam ſuſpenſionis, vt docet Campanil. *cit. loc.* poſt alios per ſe relatos.

Vltimò, in his terminis extat Conſtitutio Vrbani VIII. edita 11. Decembris 1624. quæ incip. *Secretis*, & eſt Conſtitut. 33. §. 3. qua ſtatutum eſt, quòd vltramontani, ſeu exteri, qui in Italia ad Ordines ſacros ficto, vel fiduciario, vel falſo titulo patrimonij ſe faciunt promoueri, incurrant in pœnam perpetuæ ſuſpenſionis, abſque ſpe obtinendi diſpenſationem à Sede Apoſtolica. Hæc Conſtitutio non habet locum contra ordinatos, nullo obtento patrimonij titulo, neque procedit contra fingentem titulum Beneficij, quia in pœnalibus non fit extenſio, ita P. Theſaut. *cit. loc. verſ. vltimo*. Cætera de his pœnis vide apud eundem Theſaur.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *PRomotio ad ſacros Ordines ad titulum participationis ad maſſam communem qualiter fiat.*
2 *Altera ad titulum patrimonij promotio.*
3 *Fraudes donationum fieri docet praxis.*
4 *Simulatio qualiter nulla.*
5 *Pœnarum incurſus, & ad Pœnitentiariam recurſus.*

1 AD titulum maſſæ communis, ſeu participationis ad maſſam poteſt fieri promotio ad ſacros ordines, ſi enim naturales loci admitti debeat ad Eccleſiæ ſeruitium, vt ſupportatis aliquibus oneribus, & concurrentibus in eis requiſitis deſideratis per Eccleſiæ ſtatuta, vel conſuetudines admittantur ad participationem maſſæ communis, quamuis iſti non habeant verum titulum collatiuum, attamen habent verum titulum collatum, qui reſultat à ſtatuto, vel conſuetudine Eccleſiæ ob nationalitatem, & Eccleſia ſi receptitia ſit omnium ciuium certas qualitates habentium, qui admittantur ad participationem maſſæ groſſæ, iſti nihil differunt à Canonicis, & Dignitatibus, ita quòd iam admiſſi per Capitulum ad ſeruitium ob iuſtificatas neceſſarias qualitates promoueri ſolent ad ſacros Ordines ad titulum huius participationis, Card. de Luca *de benefic. diſcurſ.* 55. *num.* 8. Intellige niſi Eccleſiæ pauperes eſſent, vt ſcio plures.

2 Promotio ad titulum patrimonij, ſcilicet temporalium bonorum, quorum alienatio, vel etiam obligatio interdicta eſt, ne exindè libera fructuum, vel redituum perceptio impediatur, donec ipſe clericus viuat, ſiue aliundè prouiſionem æquiualentem obtineat in effectu, non in verbali forma, etſi bona magni redditus deſuper aſſignata ſint, non in omnibus hæc alienatio, vel obligatio vigeat, ſed in ea rata, quæ congruæ ſuſtentationi pro loci moribus conueniens ſit.

3 Fraudes autem deſuper committi ſolent, vt praxis docet, vt ſcilicet clericis ad ordines promoueri cupientibus, & prouiſionem non habentibus à coniunctis, vel beneuolis ſimulatæ fiant donationes bonorum, vel redituum, expreſſæ ſimulationis declaratione per diuerſam ſcripturam reportata.

4 Vbi tamen effectus iam conſumatus ſit, & re non integra ſimulatio detegatur in nulla ratione habenda eſt, & declaratio, vel præcedens conuentio donatorem non releuat ob mixturam iuris tertij, ſcilicet Epiſcopi promouentis ad alimenta ſuppeditanda obnoxij, & ob ſecundarium intereſſe ordinis clericalis, prout retrodonationes donationum contemplatione matrimonij carnalis prohibentur in fraudem vxoris.

Ipſis malè promotis ordinum character imprimitur, ſed iniungitur pœna ſuſpenſionis, ne in illis ordinibus miniſtrare valeant, & aliàs miniſtrando irregularitatem incurrant, aliaſque patiuntur pœnas, & de his habetur recurſus pro diſpenſatione ad Tribunal Pœnitentiariæ, vt Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trident. diſcurſ.* 14. *num.* 42. 5

ANNOTATIO XLIII.

De Examine Ordinandorum.

ARGVMENTVM.

Circa quæ verſari debeat hoc examen. De eius forma. An poſsit remitti. Quid inter Regulares. Per quos faciendum. An ſint repellendi ab Ordine inquiſiti, criminoſi, arma portantes, frequentantes tabernas, & alij. Scrutinium eſt faciendum etiam de genere ordinandorum. Quid hoc nomine contineatur. Et qui ex hoc capite ſint repellendi ab Ordine. Eſt etiam faciendum examen de inſtitutione, ideſt titulo, vt *Annot. præced.* De doctrina ordinandorum multa, quæ inter Sęculares, & quæ inter Regulares ordinandos. De Fide ordinandorum. An habeant animum aſcendendi ad maiores Ordines. An receperint Ordines præcedentes, & quomodo. Et alia.

SVMMARIVM.

1 *ORdinandorum ſcrutinium circa quæ verſari debeat, ex hoc text. & Concil. Trident. Qua forma ſit faciendum in minoribus, num. 2. Et in maioribus, num. 3. Et an poſsit remitti cum notorio habile, num. 4. Et quid cum Regularibus, num. 5.*
6 *Ordinandorum examen à quibus faciendum.*
7 *Ordinandorum ſcrutinium de vita, & moribus. Et quando ordinandus repellatur ob peccatum mortale, num. 8. Quid de inquiſito, num. 9.*
10 *Habilitatus per Palatium an poſſit Miſſæ ſacrificium offerre. Et quid de citato ad informandum.*
11 *Ordinandi non ſunt criminoſi, & an pœnitentes. Et quid de ſolitis arma portare, num. 12.*
13 *Arma quando poſſint Clerici deferre, & quando poſſit illis licentiam dare Epiſcopus.*
14 *Ordinandi an ſint ſoliti inebriari, & tabernas frequentare, & aleis ludere, num. 15. Cum mulieribus conuerſare, vel cum perditis hominibus, & negotia ſæcularia frequentare, num. 16.*
17 *Ordinandorum genus ſcrutari debet Epiſcopus. Et quid importet genus. Et an filij, ſeu nepotes hæreticorum ordinari poſſint, num. 18. Et quid de natis ante hæreſim, num. 19. Et quid de filijs pœnitentibus, & relapſis, num. 20.*
21 *Ordinandorum patria an ſit inquirenda. Quid de ætate. Et quæ ætas requiratur in prima tonſura, & quatuor minoribus Ordinibus, num. 22. Et quæ ad ſacros, num. 23.*
24 *Ordinandorum inſtitutionem, ideſt titulum ſcrutari debet Epiſcopus.*
25 *Ordinandorum examen quoad doctrinam, quando Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illiterato.*
26 *Ordinandus ad primam tonſuram, quam ſcientiam habere debeat. Et quam promouendus ad minores Ordines, num. 27. Et promouendus ad maiores, num. 28. & ad Presbyteratum, num. 29.*
30 *Scientia triplex. Et quæ requiratur in ordinandis, & Regularibus ordinandis, num. 31. Et an in hoc ſit habenda differentia loci, num. 32.*

33 *Re-*

33 *Regulares ordinandi omninò sunt examinandi quoad scientiam ab Episcopo ordinante. Nec sufficit approbatio sui Superioris, nisi illi fuerit commissum examen per Episcopum.*

34 *Scientia in ordinando quomodo probetur. Et an quis possit pluries examinari. Et si de facto fuerit ordinatus indignus, sine examine an possit suspendi, num. 35.*

36 *Ordinandus notoriè doctus potest admitti sine examine. Et quid si fuerit ordinatus ab alieno Episcopo vigore alicuius auctoritatis, an possit iterum examinari per Ordinarium, num. 37. An scientiam suppleat bonitas in ordinato, num. 38.*

39 *In ordinando scrutari debet Episcopus de fide. Et quid de Neophitis, remissiuè.*

40 *Ordinandus examinari debet de intentione ascendendi ad maiora, & si receperit Sacramentum Confirmationis.*

41 *Ordinandus inquiritur, an receperit Ordinem præcedentem. Et quomodo.*

42 *In ordinando an debeat inquiri de Baptismate. Et quomodo probetur.*

ANNOTATIO XLIII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. quando, dist. 24.

1 IN hoc text. tractatur de scrutinio ordinandorum, ibique mandatur, vt Episcopus Feria 4. ante ordinationem vocet ordinandos, qui coram eodem Episcopo à Sacerdotibus, & alijs viris prudentibus examinentur de vita, genere, patria, ætate, institutione, de loco, vbi educati sunt, de scientia, & si sunt instructi in lege Dei; id enim faciant Examinatores seclusa omni fauoris, vel muneris allectatione, ita text. prædictus, quod etiam statuit Concil. Trident. *sess. 23. cap. 7. de reform.* mandans Episcopum prædicta Feria 4. vel quando ipsi melius videbitur cum personis prædictis inquirere, & inuestigare debere de ordinandorum genere, persona, ætate, institutione, moribus, doctrina, & fide, de quibus requisitis tractant Canonistæ omnes, & Casistæ in materia de Ordine. Nos verò dicemus aliqua breuiter in practica frequentiora.

2 Forma verò faciendi hoc scrutinium, ex Concil. Trid. *cit. loc. cap. 5.* Episcopus potest informationem recipere de prædictis qualitatibus in ordinandis ad minores Ordines a Parocho, & à Magistro Scholæ, in qua educantur, cuius testimonium Concilio satisfacit. Verùm ex nouissimo Decreto Sacr. Congreg. Cardin. negotijs Iurisdictionalibus Regni Neapolis præpositorum iussu Gregorij XV. edito 10. kal. Iulij 1623. non sufficit in ordinandis in minoribus, nec etiam in promouendo ad primam tonsuram in Regno Neapolitano testimonium habere de requisitis prædictis à Magistro Scholæ, vel à Parocho; sed ante ordinationem debent commissionem obtinere Parocho directam, vel alteri, cui magis Episcopo videbitur expedire, qui publicè in Ecclesia proponat desideria ordinari volentium, & de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum committentem quamprimùm transmittat. Hoc scrutinium in minoribus non habet locum extra Regnum Neapolitanum, quia de illo solùm loquitur Decretum.

3 In ordinandis ad maiores, siue sacros ordines ex Concil. Trident. *cit. sess. 23. cap. 5.* eodem modo fit scrutinium de qualitatibus prædictis, hac tamen differentia, vt ordinandi teneantur adire Episcopum pro habenda commissione prædicta ad finem publicandi eorum desideria per mensem ante ordinationem. Prædictas publicationes, ac scrutinia debet facere Episcopus, quando suum subditum per se ordinat, & quando illum ad alium Episcopum transmittit ordinandum, & de ijsdem in Dimissorijs mentionem facere tenetur, ita Barbos. *in declarat. ad cit. Concil. Trident.* & in minoribus ordinandis, & prima tonsura in Regno Neapolitano id expressè requirit Decretum prædictum.

4 Prædictam inquisitionem, & attestationem potest Episcopus remittere, quando Ordines confert, vel Dimissorias concedit suo subdito, si ipsi notoriè constat prædictum ordinandum habere omnes qualitates necessarias, sed hoc non debet passim facere, refert declarasse Sacr. Congreg. *ad d. cap. 5. Concil. Trident.* Barbos. Salzed. ad Diaz. *in prax. cap. 25. vers. possent equidem.*

5 Regulares verò possunt ad Ordines promoueri cum sola approbatione de vita, & moribus à suis Superioribus obtenta, nec tenentur eorum desideria publicè denunciari facere in Ecclesia, iuxta formam *cit. cap. 5. Concil. Trident.* ita declarauit Sacra Congreg. die 12. Iunij 1597. & ratio est, quia Regulares anno quolibet mutant domicilium, nec habent propriam Parochiam, nec ordinantur à proprio Ordinario; & approbationem, quam habent à suis Superioribus de ætate, vita, & moribus, & natalibus succedit loco formæ traditæ per Concil. Trident. solùm enim Regulares ordinandi debent examinari ab Episcopo ordinante de ætate, & doctrina, ita deciditur per Concil. Trident. *sess. 23. cap. 12. de reform.* dicemus infra.

6 Nota ex hoc text. & ex Concil. Trident. *cit. sess. cap. 7. de reformat.* quòd Episcopus non debet Clericos ordinare sine aliorum consilio, id etiam determinauit Concilium Carthaginense adductum *in cap. Episcopus, ead. 24. dist.* & notat Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. sub num. 168.* Ad hanc curam examinandi ordinandos non debent omnes passim assumi, sed Sacerdotes, & alij prudentes Iurisperiti diuinæ legis, & in Ecclesiasticis Sanctionibus exercitati, ita Concil. Trident. *cit. cap. 7.* & habetur in hoc text. Isti enim Examinatores ad vnguem debent seruare dispositionem huius *cap. quando*, & cauere debent ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate allecti, a vero deuient, vt indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quòd si aliter fecerint, & ille, qui indignè accesserit, ab altari remouebitur, & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati, Ecclesiastica dignitate carebunt, ita cit. text. His præmissis, deuenio ad ea, de quibus specialiter faciendum est scrutinium, seu inquisitio circa personas ordinandorum, prout in hoc text. & in *cit. loc. Concil. Trid.*

7 Et primò, ex hoc text. facienda est inquisitio, & examen de vita ordinandi, quòd Concil. Trident. dicit de moribus; mores enim, & vita in hac materia idem important, Honestæ vitæ, & morum debet esse ordinandus, 8 adeò quòd à vertice capitis vsque ad planctam pedis honestas in Clerico reluceat, dixit Specul. *in tit. de vit. & honest. cler. num. 9.* Hinc existens notoriè in peccato mortali repellendus est ab Ordine suscipiendo, ex *cap. ex tenore, & cap. ad aures, de temporib. ordinat.* docet Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 109.* id tamen non procedit, si peccatum esset occultum, & publicè petat ordinari; tunc enim peccatum non impedit promoueri, vt post multos docet Barbos. *cit. loc.* qui tenet, etiam existentem in occulto peccato mortali esse ab Ordine repellendum, quando peccatum morum honestatem tollit, vel infamiam irrogat. Exemplum est in peccato vsuræ, quod siue manifestum sit, siue occultum repellit ab Ordine, Iul. Lauor. *variar. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 116.* Campanil. *in diuers. iur. can. rub. 11. cap. 20.*

9 Accusatus, vel denunciatus de aliquo crimine, pendente accusatione, vel denunciatione, non debet admitti ad Ordines, indubitatum est apud omnes, ex *cap. mementimus, de accusat. & cap. omnipotens, eod. cit. tit.* referunt post alios Campanil. *rub. 11. cap. 33. in princ.* Barbos. *cit. loc. num. 113.* id tamen intellige in accusato, vel denunciato, conuicto, vel confesso de aliquo crimine, vel de eo, cuius opinio per accusationem, vel denunciationem grauata est, vt explicat Campanil. *cit. loc. num. 6.* Vnde supradicta non habent locum in accusato per maleuolos, & non grauato apud bonos, & graues viros, vt explicat Barbos. *cit. loc.* post latè dicta per Roderic. de Cunha *in comment. ad cap. 3. dist. 8.*

10 Non solum denunciatus, vel accusatus de crimine repel-

t ēpellitur à promotione, ſed etiam non admittitur ad exercitium Ordinum, quos habet; hinc communiter practicatur, quòd inquiſiti, relaxati, ſeu habilitati per Palatium, vel Ciuitatem, & ſuburbijs cum cautione non valent Miſſæ ſactificium offerte, niſi obtenta licentia ab Epiſcopo, vel à Vicatio, qui in concedenda prædictā licentia debent conſiderare qualitatem delicti; quod ſi graue eſt, debent illam negate, ſecus ſi leue. Verùm ſi prædicti habilitati non petita licentia prædicta ſacrificarent, eſſent puniendi, ita Gennenſ. *in prax. cap.*33. *n.*12. quem ſequitur Campanil. *cit. loc. num.* 4. dicens, id etiam ſeruandum cum inquiſito, vel denunciato poſtquam fuit citatus, & pendente termino ad ſe præſentandum, & multo magis contracta contumaciem cum contumace, qui ſe debet à ſacrificio Miſſæ abſtinere.

11 Criminoſi licet non admittantur ad Ordines, non tamen debent repelli à promotione ad maiora pœnitentes, probat text. exemplo Petri in *cap. penderet*, *& in cap. purgabit*, & in pluriburibus alijs *ſeqq.* 50 *diſt.* habemus etiam exemplum Aaronis, qui lapſus, peracta pœnitentia, nedum priſtinam gratiam recepit, verum & ſummum Sacerdotium eſt conſecutus, vt habetur *Num. cap.* 12. *& Exod. cap.*32. probat etiam Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.*54. *num.*15. quem refert, & ſequitur Barboſ. *cit. loc. num.*114. referens dictum gloſ. *in cap. quia ſanctitas*, *cit. diſtinct.*50. Deum omnipotentem plus gaudere de pœnitente, quàm de innocente, quia plerumque pœnitentes cautiones, humiliores, & frequentiores reſurgunt.

12 Eadem ratione non debent ordinari, nec ad vlteriores Ordines promoueri ſoliti arma portare; illi enim dicuntur malæ vitæ, & malis moribus, ac viuere contra honeſtatem Clericis debitam; arma enim portare inhoneſtum eſt, non ſolum in Clericis, quorum arma ſunt lacrymæ, & orationes, *cap. conuenientior*, 23. *quæſt.* 4. ſed etiam laicis, quibus illorum vſus prohibetur ſine licentia Principis de iure communi, & ex *rubr. tot. tit. C. vt armorum vſus inſcio Principe interdictus ſit*, *lib.* 11. & alibi, probat ex multis Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rubr.* 4. *num.* 16. *& ſeqq.* appellatione verò armorum de iure communi veniunt tantum arma apta ad nocendum, ita Hyppol. de Marſil. *in ſua prax. §. pro complemento*, *n.* 14. Cepoll. *in l. armorum*, & illic Alciat. & Rebuff. *ff. de verbor. ſignif.* non tamen venit culter paruus aptus ad incidendum panem, vel calamum; vnde Clericus non frangit honeſtatem, ſi talem cultrum deferat, *cap. later*, *de homicid.* & ibi Abb. *num.* 3. *& in cap.*2. *num.*7. *de vit. & honeſt. cler.* vbi etiam Bald. *num.* 1.

13 Nec frangit honeſtatem clericalem Clericus, quando arma portat ad ſuam defenſionem, *cap. olim il* 1. *de reſtit. ſpoliat. d. cap.*2. vbi Abb. *num.* 8. in hoc caſu poteſt etiam ſecum ducere familiam armatam, Dec. *conſ.*151. *num.*22. Bellet. *diſquiſ. cleric.* 1. *part. de diſcipl. cler.* §. 18. *num.* 14. imò poteſt Epiſcopus licentiam concedere deferenti arma ob ſuam neceſſitatem, ita Campanil. *cit. rubr.* 4. *num.* 24. Ricc. *in prax. part.* 1. *reſol.* 472. Bellet. *cit. loc.* Nec etiam dicuntur contra honeſtatem Clericorum arma, quando deferuntur a Clericis itinerantibus per loca periculoſa ad terrorem latronum, vt benè explicat Bellet. *cit. loc. num.*15. Campanil. *cit. loc. num.*23. *in fin.*

14 Multum confert ad bonam vitam, & laudabiles mores Clericorum ſobriè viuere; ſobrietas enim animæ ſaluti confert, & corporis valetudini prodeſt, hinc *Schola Salernitana cap.*1. dicit, *Parce mero, cenato parum*, & Auic. 3. *punct. doctr.* 2. *cap.*7. monet tantum cibi, & potus adhibendum eſſe, vt reficiantur vires, non opprimantur; multa enim bona inducere temperantiam refert Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rub.*4. *in princ.* & multa mala afferre ebrietatem, vnde non mirum eſt ſi Clericis commendatur ſobrietas, & damnatur ebrietas, docet etiam Bellet. *diſquiſ. cler.* 1. *part. de diſcip. cler.* §. 22. *per tot.* cum igitur ebrietas violet honeſtatem Clericorum; hinc ſoliti inebriari, ac tabernas frequentare, non debent ad vlteriores Ordines promoueri, faciunt multa adducta per Campanil. & Bellet. *cit. loc.* Ebrietas enim ſcienter, & aſſiduè facta eſt peccatum mortale, *cap.* 3. §. *& quamuis*, *verſ. ebrietas ſi aſſidua*, vbi gloſ. *verb. ebrietas*, 25. *diſt. cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* Abb. *in cap. à crapula*, *num.*2. *de vit. & honeſt. cler.* D. Thom. 2.2. *quæſt.*150. *art.*1. Hinc D. Paul. 1. *Cor.*6. de quo in *d. cap.* 1. dixit, *Ebrioſi Regnum Dei non poſſidebunt*. Vnde non eſt mirum, ſi reperti ſoliti inebriari, in ſcrutinio debeant ab Ordinibus expelli. Idem eſt de frequentantibus tabernas extra caſum itineris, docet Bellet. *diſq. cler.* 1. *part. de diſcipl. cler.* §. 20. *per tot.*

15 Vlterius non dicitur laudabilis vitæ, & morum ordinandus, qui ſolitus eſt publicè ludere aleis, & ſimilibus ludis Clericis prohibitis, probatur ex *cap. clerici officia*, *de vit. & honeſtat. cler. & cap. Epiſcopus* 31. *diſt.* propterea non debet ad Ordines admitti etiam ante monitionem, docet Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rubr.* 4. *num.* 32. & eſt commune apud omnes, qui non damnat Clericos ludere recreationis cauſa pro parua ſumma, & ſine ſcandalo, Bellet. *cit. loc.* §. 24.

16 Scrutari etiam debent Epiſcopus, & Examinatores conuerſationem ordinandi, quam ſi inuenerint implicatam cum mulieribus, illum non debent admittere ad Ordines; prohibetur enim Clericos cum mulieribus ſuſpectis cohabitare. Et conuerſare, latè Campanil. *cit. loc. num.*45. & Bellet. *cit. loc.* §. 25. *per tot.* & non ſolum conuerſatio mulierum violat honeſtatem Clericorum, ſed etiam conuerſatio perditorum hominum, ita Campanil. *cit. loc. num.* 43. Debet quoque eſſe diſcreta conuerſatio Clericorum à vita Laicorum, & proinde ſeparata à negotijs ſæcularibus, *cap. clerici officia*, *& cap. ex literis*, *de vit. & honeſt. cler. & tot. tit. ne Cleric. vel Monach. Clement.* 1. *de vit. & honeſt. cler.* & alibi. Multa Bellet. *cit. loc.* §. 21. Hinc implicatus negotijs ſæcularibus non debet ad Ordines admitti. Et generaliter quotieſcumque vita, & mores ordinandi vndequaque honeſtatem non præſeferunt, debet omnino ab Ordinibus expelli, ſic indicant verba poſita in hoc text. & in *cit. cap.*7. *Concil. Trident.* dum mandant Epiſcopis inquiſitionem facere de vita, & moribus. Cætera ad hanc materiam latè Campanil. & Bellet. *cit. loc.*

17 Secundò, ex hoc text. & Concil. Tident. *cit. loc.* Epiſcopus, & Examinatores inquirere tenentur de genere ordinandorum. Quid autem in his terminis ſignificet genus, controuerſum eſt inter DD. nam tenent alij, inquiſitionem faciendam de genere idem eſſe, ac inquirere an ordinandi ex catholicis parentibus, vel proditione damnatis, aut matre ſerua nati ſint, ita intelligit Maiol. *de irregul. lib.*4. *cap.*2. Herich. *in ſum. Theolog. moral. lib.*10. *cap.* 17. *in gloſ. lit. G.* Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rub.*3. *& rub.* 11. *cap.*26. *num.*7. *in fin.* Aliqui verò tenent, quòd genus in his terminis idem importat, quod legitimus, ac liber, ita Barboſ. *in remiſ. eiuſd. text. Concil. Trident.* poſt alios per ipſum relatos. Prima opinio eſt communior, & verior.

18 Hinc non ſolum ipſi hæretici, & illorum fautores dicuntur indigni Clericatus, *cap. ſtatutum*, *de hæret. in* 6. ſed etiam filij hæreticorum, defenſorum, & fautorum non poſſunt fieri Clerici vſque ad ſecundam generationem lineæ paternæ, etiam ſi crimina parentum non fuerint imitati, *cap. quicumq; §. hæretici*, *& cap. ſtatutum* 2. & ibi gloſ. *verb. inane*, *de hæret. in* 6. Felin. *in cap. vrgentis*, *num.*4. *eod. tit.* Pegn. *in* 3. *p. direct. com.* 163. *verſ. rurſus text.* Quod ſi mater tantum eſt hæretica, vel fautrix hæreticorum, excluditur tantum filius à Clericatu, non autem nepotes, gloſ. *in cit. cap. ſtatutum*, *verb. inane*, *& verb. volumus*, Pegn. *d. verſ. rurſus textus*, Tolet. *in ſum. lib.* 1. *cap.*64. *num.*4.

19 Difficilis eſt quæſtio in hac materia, an omnes filij hæreticorum expellantur ab Ordine, tam nati ante parentum crimen, quàm poſt, an verò ſolum nati poſt illorum hæreſim. DD. diuiſi ſunt pro vtraque ſententia, hanc quæſtionem refert Cæuall. *pract. quæſt. commun. contra commun. quæſt.*653. & latius Campanil. *in diuerſ. iur. can. rub.*11. *cap.*26. *num.*16. *& ſeqq.* in qua illa videtur magis communis ſententia, videlicet, quòd filij hæreticorum tantum nati poſt delictum parentum puniantur prædicta pœna, & ſimilibus, ita Cæuall. & Campanil. poſt multos per ipſos adductos *cit. loc.*

20 Fallit ſupradicta pœna in filijs hæreticorum pœnitentium, & emendatorum, ac Eccleſiæ vnitati reintegratorum, vt definitur in *cit. cap. ſtatutum*; illi enim ab Ordinibus non repelluntur, vt notat Campanil. *cit. loc. nu.* 13. *in fin. & num.* 14. eandem ſententiam probat poſt Pegn.

per eum adductum procedere etiam in filijs hæreticorum, relapsorum, pœnitentium, emendatorum, & vnitati Ecclesiæ per delationem Sacramentorum reintegratorum. Cætera ad hanc materiam vide apud Pegn. & Campanil. *cit. loc.*

21 Tertiò, *text. in hoc cap. quanto*, disponit Episcopum, & Examinatores inquirere debere de patria ordinandorum, quòd requisitum non ponit Concil. Trident. *in cit. cap. 7.* forsan quia Concilium credit Episcopo notos habere omnes suos subditos, sed *cap. quando*, exigit hoc requisitum, adhoc vt quis à non suo Episcopo ordinetur, de qua materia plura notauimus ad *cap. cum nullus, de temp. ord. in 6.*

22 Quartò, Episcopus tenetur vnà cum electis personis scrutinium facere de ætate ordinandorum, quòd requisitum ponitur etiam in *cit. cap. 7. Concil. Trident.* Ætas verò in promouendo ad primam tonsuram non potest esse minor septennio completo, est commune apud omnes, ita Campan. *diuers. iur. canon. rubr. 7. cap. 3.* Ricc. *in prax. 1. part. post resolut. 287. in notab. vers. debet etiam*, Nouar. *in prax. non. iur. Pontific. tit. de ætat. conclus. 8. alias 20. num. 1.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. n. 88.* text. glos. & DD. *de tempor. ordin. in 6.* De ætate requisita ad quatuor minores Ordines est differentia inter DD. vt videre est apud Campanil. *cit. loc. cap. 2.* vbi refert tenentes desiderari duodecimum annum ad tres primos, & quartumdecimum ad quartum Ordinem; ipse verò videtur sentire omnes quatuor minores desiderare ætatem quatuordecim annorum, sed cum hoc per Concil. Trident. non sit diffinitum, DD. moderni statuunt firmam regulam post septennium posse omnes minores Ordines conferri, ita Cocc. *lib. 4. instit. tit. 12. num. 11.* Bonac. *de Sacram. Ord. punct. 5. num. 12.* Dian. *resol. 29. Miscell. 2. part. 1.* P. Thesaur. *in prax. Eccles. part. 2. verb. Ordo, cap. 1. vers. Acolitarum.* Verùm licet Concil. Trident. nullam statuat certam ætatem in Ordinibus minoribus, determinat tamen vt non conferantur ijs, qui saltem latinam linguam non intelligunt, merito solent Canonistæ hoc Episcopi arbitrio relinquere, ita Ricc. *in prax. cit. loc. vers. à septennio.* Vnde intelligenti latinam linguam post septennium completum possunt omnes conferri.

23 Ætas pro Ordinibus maioribus statuta est per Concil. Trident. *sess. 23. cap. 12. de reformat.* Ad Subdiaconatum 22. annorum, Ad Diaconatum 23. Ad Presbyteratum 25. in quibus ætatibus communiter dicunt, sufficere annum cæptum esse, quia in fauorabilibus dies cæpta habetur pro completa, ita DD. proximè citati. Verùm prædictæ ætates ita computantur, vt si vnus dies, aut hora desideretur, non sunt Clerici ordinandi, ita Henriq. *lib. 7. cap. 20. num. 2. in glos. lit. O.* Basil. Pont. *de matr. lib. 7. cap. 65. num. 1.* Dian. *moral. resolut. part. 5. tract. 5. resolut. 17.* quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 88. in fin.* Nec in tali ætate numeratur dies additus in bisexto, ita Campanil. *cit. loc. num. 3. in princ. fin.* Nouar. *cit. loc. num. 3.* contra Farna. & Bonac. adductos per Nouar.

24 Quintò, Episcopus, & personæ per eum electæ pro scrutinio ordinandorum debent inquisitionem facere de institutione, vt ex hoc *cap. quando, & cit. text. cap. 7. Concilij Trident.* explicant communiter institutionem, idest titulum ordinandorum in glos. *in hoc cap. quando*, ita Campanil. *diuers. iur. canon. rubr. 3. sub num. 5. & rub. 8. cap. 1. sub num. 3.* de quo titulo ordinandorum diximus latè *annot. preced.* ibi me remitto. Solùm hìc aduertant Episcopi, quòd ipsi tenentur alere ordinatum sine titulo, vt diximus; & quia hìc titulus est tantùm necessarius in Ordinibus sacris, merito inquisitio illius fit tantùm in Subdiaconatu, & inter Clericos sæculares, vel Regulares non Professos, vt diximus supra, latè Garz. *de benef. 1. part. cap. 5.*

25 Sextò, Episcopus, & Examinatores debent scrutinium facere examinandorum quoad doctrinam, & scientiam, quæ adeo necessaria est in Clericis, vt sine illa dicantur irregulares, sed impropriè, quia dicta irregularitas auferri potest sine dispensatione, sed solùm discendo, ita Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 51. num. 15. in fin.* Nec Episcopus dispensare potest, vt illiteratus fiat Clericus, *cap. nullus*, & ibi Archidiac. *num. 2. de tempor. ordin. in 6.* Innoc. *in cap. dilectus de tempor. ordin.* Rot. *decis. 13. num. 4. de prob. in antiq.* Paris. *de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 3. num. 100.* id enim procedit cum penitus illiteratus, qui is dicitur, qui nulla habet principia, Præpos. *in cap. 1. num. 2. post med. 36. dist.* Rot. *diuers. part. 2. decis. 16. num. 3.* vel qui nulla, aut modicas scit literas, vt quia scit tantum legere, & scribere, Rebuff. *de pacific. possess. nu. 262.* vel qui nescit facere officium, ad quod tenetur, Diaz. *in prax. canon. crimin. cap. 21. num. 7.* vbi Salz. & an qui scit tantum legere, & scribere possit promoueri ad primam tonsuram, patebit ex infra dicendis. E non solum Episcopus non potest dispensare cum illiterato ad Ordines, sed nec etiam Papa, cum scientia ad Ordines requiratur de iure diuino, ita post Felin. & alios per se relatos, tenet Ricc. *in prax. 1. part. resol. 279. num. 2.*

In vnoquoque Ordine debet scrutinium fieri de scientia requisita ad illum Ordinem. Et primò, ad primam tonsuram requiritur vt promouendus sciat rudimenta Fidei, & saltem legere, & scribere, ita Concilium Trid. *cit. sess. 23. de reform. cap. 4.* sufficit enim vt sciat legere, & scribere in lingua vulgari, seu materna, quia Concil. Trident. aliud non determinat, ita Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 5. cap. 2.* Nec requiritur, quòd sciat legere, & scribere eminenter, sed sufficit competenter, ita communiter Canonistæ, quod intellige, quando ad primam tonsuram promouetur iuuenis, & in ætate docili, cum quo concurrit spes futuri studij, secus tamen est si promoueatur grauescens in ætate, & cum quo non est spes, quod possit proficere; tunc enim non sufficit, quod promouendus sciat tantum legere, & scribere, sed requiritur, quod illam habeat scientiam, vt sit habilis ad maiora, ita Salz. ad Diaz. *cit. loc. lit. D.* Bellet. *disquis. cler. part. 1. de discipl. cler. §. 4. sub num. 4.* Non tamen esset excludendus in ætate grauescente constitutus cum modica scientia, quando esset spes proficiendi, sed hoc raro accidit, merito in praxi raro admittitur. 26

Promouendi ad minores Ordinem eam debent habere scientiam, vt saltem intelligant latinam linguam, ita Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 11.* notant Campanil. *cit. loc. num. 2.* Bellet. *d. loc. num. 21.* P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verb. Ordines, cap. 9. vers. literatura*, Ricc. *cit. resol. 279. num. 2. in fin.* Potest tamen Episcopus ordinare ad minores puerum bonæ indolis, qui adbuc latinam linguam non intelligit, si est spes proficiendi; nam illiteratus puer ille dici non debet, qui pro ætate didicit, quique ostendit pro tempore proficere posse, ita Menoch. *de arbitr. cas. 425. num. 57. & seqq.* innixus verbis Concilij Trident. *cit. cap. 11.* ibi: *Minores Ordines ijs, qui saltem latinam linguam intelligant per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire videretur*, quasi videatur magis expedire puerum bonæ indolis sine tali scientia promouere. Sed contra Menoch. expresè tenet Carol. de Graff. *de effect. cler. in prælud. num. 78.* qui testatur Episcopum non posse promouere ad minores Ordines non intelligentem latinam lingam, etiam si aliter illi videbitur, & illa verba Concil. Trident. *Nisi aliud Episcopo expedire magis videretur*, conferre arbitrium Episcopo in submouendis interstitijs tantùm, & hæc opinio est verior. Et non solum requiritur, quòd ordinandi ad minores Ordines saltem intelligant latinam linguam, sed etiam necesse est quod in eis reperiatur spes consequendi scientiam sufficientem ad maiores Ordines, ita expresè determinat Sacrum Concil. Trident. *cit. sess. 23. cap. 11. Nemo ijs initietur, quem non scientiæ spes maioribus Ordinibus dignum ostendat*, quòd etiam procedit in admittendo ad primam tonsuram, diximus supra, & tenent omnes, ac faciunt verba eiusdem Concilij, in particulari in illo verbo, *initietur*, quòd proprium est primæ tonsuræ. 27

Promouendi ad Subdiaconatum, & Diaconatum ex Concil. Trid. *cit. sess. 23. cap. 13. de reform.* debent esse instructi literis, & ijs, quæ ad Ordinem exercendum pertinent. Explicant DD. illud vocabulum, *literis*, idest latinis literis, ita P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verb. ordines, vers. vlt.* itaque promouendi ad dictos Ordines debent esse instructi benè literis latinis, nec sufficit simpliciter latinam linguam intelligere, & debent esse instructi etiam ijs, quæ scire debent pro exercitio prædictorum Ordinum, explicant Campanil. *cit. loc. num. 2.* Beller. *cit.* 28

§. 4.

§. 4. *num.* 21. *in fin.* Ric. *cit. resol.* 279. *num.* 3. & alij. Quale sit officium prædictorum Ordinum, & consequenter quid scire debeant illos recipientes, vide de Grass. *de effect. cler. in prælud. num.* 288. *& seqq.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 19. *& seqq. & cap.* 37. *num.* 29.

29 Promouendus ad Presbyteratum debet scire modum, vt possit docere ea, quæ necessaria sunt ad salutem, & ad Sacramenta ministranda, ita Concil. Trid. *cit. sess.* 23. *cap.* 14. vnde tenent multi, quòd ordinandus tali Ordine debet scire Canones pœnitentiales. Sed verior opinio est, quòd sufficiat intelligere Mysterium Sacramenti, nisi promoueretur ad exercendum officium Parochi, ita Campanil. *cit. loc. num.* 2. Cætera pro cognitione scientiæ vnicuique Ordini requisitæ, vide apud Sot. *in* 4. *distin.* 25. *quæst.* 1. *art.* 4. *vers. tertia conclusio*, Azor. *instit. mor.* 3. *part. lib.* 6. *cap.* 6. Carol. de Grass. *tract. de effect. cler. in prælud. num.* 76. *& seqq.*

30 Nota primò ad supradicta, quòd scientia triplici modo dicitur. Primò modo dicitur scientia eminens, vt est illa, per quam quis difficillimas quæstiones resoluit sine reuolutione librorum. Secundò modo dicitur scientia mediocris, & est illa, qua quis resoluit difficiles quæstiones cum reuolutione librorum. Tertiò, dicitur scientia competens, seu sufficiens, & est illa; quæ legitimè requiritur secundum qualitatem Officij, seu Beneficij. Vnde dicitur quis habere scientiam sufficientem, quando sufficienter potest explere ea, quæ necessario pertinent ad officium suum; & hæc sufficientia consideratur arbitrio boni viri secundum qualitatem loci, vbi habet quis viuere, & conuersare debet secundum qualitatem officij sui, ita Abb. *in cap. cum in cunctis, num.* 4. vbi alij *de elect.* His præmissis, dicendum est, scientiam requisitam in vnoquoque Ordine, vt diximus supra, non requiri vt sit eminens, sed sufficit vt sit aliqualis competens, & mediocris, quæ tamen tanta sit, vt sufficere possit ad obeundum, & tractandum munus Ordinis, ad quem est promouendus, *cap. cum in cunctis*, §. *inferiora, de elect. Clem.* 1. §. *vt igitur, verb. sufficientem, de magist.* Abb. *in cap. extirpanda, num.* 3. *de præbend.* latè de Grass. *cit. loc. num.* 74. Bellet. *cit. loc.* §. 4. *num.* 38.

31 Nota secundò, quòd licet Concil. Trident. *cit. loc.* loquatur de scientia ordinandorum generaliter, vnde posset dici loqui tam de Sæcularibus, quàm de Regularibus Clericis, nihilominus DD. communiter tenent, minorem scientiam requiri in Clerico Regulari, quàm Sæculari; vnde Episcopum posse ordinare Regularem cum minori scientia, dummodo sciat benè legere, & canere, docet post alios per eum relatos Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.* 5. *cap.* 2. *num.* 4. Vnde tenuerunt aliqui adducti per Dian. *tom.* 1. *tract.* 16. *&* 2. *Miscell. resol.* 32. *vers. at his*, posse Episcopum ad sacerdotium promouere Religiosum, qui parum intelligit linguam latinam, sed scit benè legere, & canere; licet opinio non sit omnino tuta, admittitur tamen etiam in praxi, quando intelligit competenter linguam latinam.

32 Nota tertiò, ex doctrina Abb. adducta *notab.* 1. scientiam requiri in Sacerdotibus magis, & minus secundum qualitatem loci, vbi habent viuere, & conuersari; vnde posse ordinari cum minori scientia Sacerdotem ruralem, secus qui in Ciuitate habet commorari, tenent communiter omnes. Sed practici adulterant hanc doctrinam; nam sæpè Episcopi sub prætextu illius ordinant ignorantes contra mentem DD. omnium, qui admittunt in loco inferiori Sacerdotem minoris scientiæ, non autem ignorantem. Prædicta doctrina vera est apud omnes, sed ego consulerem contrarium seruandum, & exigendam potius maiorem scientiam in Sacerdote rurali, quia vt plurimum Villas incolunt homines rudes, & ignorantes, quorum animæ indigent maiori auxilio, quod nesciunt Sacerdotes non docti, & est cæcum cæco commendare; nec suffragatur coadiuuare animas esse officium Parochi, quia vt plurimum Curati eadem laborant ignorantia, & ea Presbyteris loci solet eligi Curatus, maximè quando Parochia est inferioris redditus, ad quam exteri non concurrunt, in his me remitto prudentiæ Ordinariorum, quos obseruare rogo verba *cap. cum sit, de ætat. & qualit.*

33 Regulares sunt omnino examinandi quoad scientiam ab Episcopo ordinante, determinauit expressè Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 12. ibi: *Regulares quoque nec in minore ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, priuilegijs quoad hoc penitus exclusis*, id etiam confirmauit Sacr. Congreg. his verbis, *Sacra Congregatio Concilij censuit Superiores Regulares posse suis subditis Regularibus Dimissorias ad Ordines concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum; & si is abfuerit ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur de doctrina*, refert Gennens. *in pract. cap.* 83. *sub num.* 2. Ex dictis collige, Concil. Trid. & Sacr. Congr. in hoc non sequi fidem Superioris Regularis, sed omnino eligere industriam Episcopi: verba enim sunt aperta contra Mirand. & Villalob. adductos per Dian. *tom.* 1. *tract.* 16. *&* 2. *Miscellan. resol.* 31. *vers. vltimo*, qui tenent posse Episcopum in hoc stare fidei Superioris Regularis; intelligo tamen veram opinionem prædictorum, si Episcopus committeret examen Regularis suo Superiori; quia sicut potest hoc examen committere alteri, sic potest & prædicto Superiori, secus tamen est si Superior approbaret quoad scientiam ex se, & iure proprio, quia hoc illi denegatur per Concil. Trident. & proinde illius approbationi Episcopus non debet stare.

Scientia hæc, & doctrina, quæ requiritur in ordinan- 34
do, cum sit quid facti, non præsumitur, nisi probetur, ita Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 91. *num.* 18. Mascard. *de probat. conclus.* 989. Caputaq. *decis.* 11. *num.* 5. *p.* 1. Potest tamen hæc literatura probari per testes, Rot. *dec.* 8. *de probat. in nouis.* sed quia hodie ex communi vsu Curiarum Ecclesiasticarum literatura maximè in casu nostro probatur per examen, iuxta dispositionem *cap. vnic. de scrutin. in ordin. facien.* & Conc. Trident. *sess.* 7. *cap.* 11. *& sess.* 23. *cap.* 3. *& cap.* 7. *de reform.* recedere ab hoc communi vsu non esset laudabile; & non solum semel quis potest examinari, sed bis, & ter iudicio Episcopi, ante quam ad Ordines maximè sacros admittatur, quia potest quis in vno examine apparere magis idoneus, & doctus ex forma puncti assignati, vel quæstionis propositæ, cum re vera sit minus, & è conuerso, *l. vnic.* & ibi Bart. *num.* 2. *C. de athlet. lib.* 10. Tiraquell. *de pæn. temp. caus.* 51. *num.* 159.

Hoc examen quoad doctrinam, & scientiam ordinan- 35
dorum est adeo necessarium, vt quamuis ordinatus sit dignus, possit suspendi ab Ordine suscepto sine examine,
cap. fin. 24. *dist.* nisi talis esset notoriè dignus, quia tunc 36
potest etiam absque examine ordinari, *cap. qui Episcopus*, & ibi *glos.* 2. 23. *dist. cap. nullus*, 24. *dist.* Felin. *in cap. fin. num.* 28. *de præsumpt.* prout dicitur de graduatis, & Doctoribus approbatis ab Vniuersitatibus, qui possunt ad Ordines admitti sine examine, docet Rebuff. *in pract. benefic. tit. de rescript. in for. pauper. pro graduat. n.* 3. *&* 4. Bellet. *disq. cler. p.* 1. *de discipl. cler.* §. 5. *num.* 40. Ordinatus de facto, maximè ad sacros Ordines, si insufficiens est, debet suspendi, donec sufficientiam tali Ordini requisitam habuerit, docet Diaz. & Salz. *in pract. crim. canon. cap.* 21. *n.* 3. Campanil. *rubr.* 11. *cap.* 14. *num.* 9. De pœnis Episcopi ordinantis illiteratum vide P. Thesaur. *in prax. Eccl.* 2. *part. verb. Ordines, cap.* 8.

Amplia supradicta, vt si quis sine examine, & literis 37
commendatitijs sui Ordinarij ab alio Episcopo fuerit examinatus, approbatus, & promotus, etiam si id factum sit quauis authoritate, potest à suo Ordinario iterum examinari, & si minus idoneus repertus fuerit ad diuina officia celebranda; seu Ecclesiastica Sacramenta ministranda, potest suspendi ab exercitio Ordinis suscepti ad tempus arbitrio ipsius Ordinarij; & vlterius potest illi interdici, ne in altari, aut aliquo Ordine ministret, ita Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. *de reformat.* sub qua dispositione non comprehenduntur examinati, & approbati ad sacros Ordines à prædecessoribus Episcopis, prout refert declarasse Sacr. Congregat. *in eod. cap. Concil. Trident.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 4. *n.* 85. Barbos. *in remiss. ad d. loc. Conc. & in sum. Apost. dec. verb. examen, num.* 13. Nisi approbatus, & ordinatus à prædecessore desideret admitti ad administrationem Sacramentorum, tunc potest à successore iterum examinari antequam admittatur ad dictam administrationem, ita Barbos. *in d. remiss. in princip.*

Maxima morum integritas, & vitæ, ac vehemens desi- 38
derium consequendi Sacerdotium potest supplere scientiæ

defectus, si non sumus in penitus illiterato, probatur *ex cap. cum pridem, de renunc.* ibi, *Scientia inflat, charitas autem ædificat*; & ideò imperfectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis, probat exemplo aliquorum Sanctorum, qui etsi indocti, fuerunt tamen iudicati digni pro Sacerdotio, Salz. ad Diaz. *pract. crim. canon. cap.* 21. *vers. aliquando*. Sed quia abijt charitas illa antiquorum Patrum, meritò hodie passim non est practicanda sententia prædicta.

39 Septimò, Episcopus scrutari debet, si ordinandi sint instructi in lege Dei, quod Concil. Trident. *eis. cap.* 7. indicat in illa particula, *Fide*, hoc est si Fidem Catholicam firmiter teneant, & non solum qui Fidem Catholicam firmiter non tenent, sed etiam qui nouelli sunt in Fide, quos Neophytos appellamus, sunt ab Ordinibus arcendi, de qua materia latè Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 7. & Bellet. *disqu. cleric. part.* 1. *tit. de disciplin. cler.* §. 12. quæ cum non sit vsufrequentior, me remitto ad dicta per alios.

40 Vlterius Episcopus scrutari debet de intentione, & animo ordinandi, si desideret ascendere ad superiores Ordines, & si inueniat eum non habere talem intentionem, debet illum repellere ab Ordine, faciunt dicta per Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 6. *de reformat.* aduertit Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 3. *num.* 5. *in princ. fin.* sed cum animus difficilis sit probationis, meritò ad coniecturas, dicunt communiter DD. esse recurrendum. Ideò solent Episcopi ad cognoscendum animum prædictum, non ad primam instantiam admittere quem ad Ordinem; nec solent admittere vnicum filium maximè patris diuitis, nec implicatum debitis, & similia: hoc scrutinium solet fieri in prima tonsura, & eodem tempore fit etiam scrutinium de Confirmatione, si promouendus ad primam tonsuram receperit Confirmationis Sacramentum, iuxta dispositionem Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 4. mandantis non initiari prima tonsura non confirmatum; rationem huius requisiti adducit Campanil. *cit. loc. rubr.* 2. *num.* 26. vbi tenet, quòd si quis ex negligentia, & citra contemptum reciperet Ordines ante Confirmationem, nec etiam peccaret mortaliter.

41 Vltimò, Episcopi non solent ad vlteriorem Ordinem promouere instantem, nisi facto prius scrutinio, Ordinem præcedentem recepisse, & hinc vt Ordines gradatim suscipiantur, & non per saltum, quòd prohibitum est apud Canones, *cap. vnic. de cler. per salt. promot.* & alibi, quòd scrutinium necessarium esse probat exemplo S. Caroli Borromæi, Mascard. *de probat.* 3. *volum. conclus.* 1140. *num.* 9. In quibus terminis sciendum est, quòd ordinandus ad satisfaciendum huic scrutinio tenetur docere de vltimo Ordine recepto, nec tenetur probare omnes alios præcedentes, quia probato vltimo, præsumuntur, & alij præcedentes, ita Innoc. *in cap.* 1. *num.* 3. *de cler. peregr.* vbi etiam Abb. *num.* 5. idem Abb. *in cap. nisi essent, num.* 3. 1. *notab. de prabend.* Mascard. *cit. loc. num.* 8. *licet num.* 6. videatur tenere contrarium, cuius opinio in hoc non est vera, quia hoc scrutinium fit in quolibet Ordine, & sic necessario debent præsumi præcedentes docto de vltimo. Hæc probatio fit communiter per literas testimoniales Episcopi ordinantis, quas Bullas Vulgus appellat, probat Mascard. *cit. loc. in princ. concl.* & Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 286. *vers. probatur primo*, vel attestatione Cancellarij Episcopi sumpta ex libro, in quo registrantur ordinati, & conseruatur in Archiuio Episcopi. Quod si prædicta haberi non possunt, tunc admittitur ordinandus ad probandum Ordinem præcedentem per testes, vt per Mascard. *cit. loc.* imò & per vnicum testem, latè Ricc. post alios per eum adductos *cit. resol.* 286. *vers. probatur etiam*, vbi etiam *vers. quarto probatur*, tenet posse probari per argumenta, inditia, & coniecturas, maximè cum non tractetur de materia obiectiua. Cætera ad hanc probationem vide apud Mascard. & Ricc. *cit. loc.*

42 In prima tonsura fit etiam scrutinium de Baptismo ordinandi, vnde tenentur initiandi afferre fidem Baptismatis sumptam ex libris Parochiæ, quæ ad duo deseruit, ad probandam ætatem, & Fidem; & ratio est, quia non baptizatus non est capax Ordinis, patet ex *cap. veniens, de Presbyt. non baptizat.* & ex D. Thom. *quæst.* 35. *art.* 3. & communiter sententia, vt testatur Ricc. *in prax.* 1. *part.* *post resolut.* 287. *in notab. vers. secundo*, imò si de facto non baptizatus ordinetur, non recipit characterem, est commune. Quod si liber Baptismi sit deperditus, admittitur ordinatus ad illud probandum per testes, & per vnicum testem, iuxta notata per Mascard. *de probat. conclus.* 163. secus si ageretur de præiudicio tertij. Sed verius est dicere fidem Baptismi non induci per promouendum ad probandum fuisse baptizatum, quando sumus inter natos, & educatos inter Christianos, quia in tali casu præsumitur Baptismum, probatur ex dictis per Innoc. *in cap. veniens, de Presbyt. non bapt.* & Bonacin. *tom.* 1. *de Sacram. in gen. disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 1. *num.* 38. sed solum induci ad probandam ætatem; vnde si promoueretur puer maturæ ætatis, qui ex aspectu appareret excessisse septennium, atque natus, & educatus inter Christianos non teneretur exhibere Fidem Baptismatis.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Scrutinium, & forma ordinandorum.
2 Requisita promouendorum ad primam tonsuram.
3 Publicationes ad effectum, ne promoueantur criminosi.
4 Diuersitas in ordinibus sacris.
5 Impedimenta recensentur.

De scrutinio, & forma ordinandorum nunc est sermo, & ad tollendos abusus plures, prodierunt promotiones. 1

Primò, circa habilitatem personæ, vt scilicet ordines non conferantur, nisi personis habilibus, ac dignis, non autem indignis, vel incapacibus ratione ætatis, vel illiteraturæ, siue natalium, aut criminis, & irregularitatis iuxta ordinum qualitatem.

Vbi enim agitur de prima tonsura ex communi, & recepto sensu Doctorum sufficit ætas septem annorum, atque alia non desideratur litteratura, nisi quod sciant scribere, neque ad hunc effectum obstat defectus natalium, vel irregularitatis, cum super eis Episcopus dispenset, idemque in quattuor minoribus ordinibus, in quibus aliqua tamen maior ætas non tamen certa, & præfinita, & aliqua maior litteratura super intelligentia linguæ latinæ, vel saltem quod adsit maior habilitas, ac aliqua honesta præparatio ad illam obtinendam. 2

Malè autem agunt Episcopi, si criminosos, & inquisitos ad huiusmodi etiam minores ordines, ac præsertim ad primam tonsuram promouent. Vnde propterea Sacra Congregatio Episcoporum, vel Concilij prudenter iniunxis, vt ad instar matrimonij publicationes in Ecclesia fieri debeant de promouendis ad primam tonsuram. 3

Diuersum autem est in ordinibus sacris, pro quibus necessarij sunt legitimi natales, eisque Episcopus non dispensar, sed necessaria est dispensatio Apostolica, & etiam obstat irregularitas, ideoque irregulares ad eos promouendi non sunt, nec non præfinita est certa ætas. Pro Subdiaconatu scilicet illa anni vigesimi primi completi, adeo vt sufficiat attigisse vnam diem. Pro Diaconatu initium anni vigesimi tertij. Et pro Presbyteratu initium anni vigesimi quinti, nisi accedat dispensatio Apostolica, quæ regulariter pro tresdecim annis concedi solet, raro autem, & ex gratia speciali pro tempore maiori, Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs.* 14. *num.* 27. 4

Obstat quoque pro his ordinibus illiteratura, quæ species irregularitatis causat, vbi ad minus non habeatur notitia linguæ latinæ, quamuis per Concilium maior litteratura saltim in Theologia morali, seu in casibus conscientiæ desiderati videatur, idque diuersimodè pro diuersis locorum moribus, seu etiam ex maiori, vel minori Episcoporum zelo, & diligentia. In illis enim partibus in quibus incolæ ingeniosi, ac studiosi sint, vnde propterea literatorum copia habeatur, magis circumspectè, 5

ctè, ac rigorosè procedi solet, & sacri ordines non conferuntur, nisi benè versatis saltim in Theologia morali, in alijs verò, in quibus naturaliter incolæ sint grossolani, & parum studiosi, ac in paruis, & obscuris locis, in quibus studiorum occasionem non habeatur, tunc mediocris, & talis qualis notitia linguæ latinæ reputatur magna litteratura.

ANNOTATIO XLIV.

De temporibus Ordinationum.

ARGVMENTVM.

Quo tempore recipiantur Ordines. Quomodo debeat esse dies festus. Quo die possint conferri minores. Et quo maiores. Et quid in hoc valeat consuetudo. De pœnis ordinati extra tempora, & ordinantis. Quæ interstitia seruari debeant, quando in hoc dispensetur. De pœnis non seruantis interstitia. Quis dispenset cum Regularibus. An possit dispensare Capitulum Sede vacante. Et alia ad materiam,

SVMMARIVM.

1 *ORdines quibus temporibus conferantur.*
2 *Prima Tonsura quo tempore conferatur.*
3 *Ordines minores quibus temporibus conferantur.*
4 *Dies festus, in quo conferuntur Ordines minores, vel maiores cum Breui Apostolico, an debeat esse de præcepto. Et an possit ad hunc finem Episcopus petere Diœcesim, vbi colitur dies festus, num.5.*
6 *Ordines minores die festo an possint conferri pluribus, an tantùm duobus.*
7 *Ordines minores an possint conferri in vesperis Feriæ 6. præcedentis Sabbatum ordinationum. Et an Feria 4. quatuor Temporum, num. 9. Et an extra Missam, & Ecclesiam, num. 8.*
10 *Ordines maiores quibus diebus conferantur. Et an valeat consuetudo vt extra statuta tempora conferantur, num. 11. Vel Priuilegium ante Conc. Trid. emanatum, num. 12. Qua hora, num. 13. Et an ordinandus debeat esse ieiunus, num. 14. Et an aliàs collati imprimant characterem. Et in quo loco debeant conferri, num.15.*
16 *Ordinatus extra statuta tempora quas pœnas incurrat in minoribus, num. 17. Et in maioribus, num. 18. & 19. Et quis valeat absoluere, num.20. & 21.*
22 *Ordinatus ad Presbyteratum extra tempora an incurrat irregularitatem ex quo concelebrat cum Episcopo.*
23 *Ordinatus extra tempora an incurrat pœnam* Concil. Trident. sess. 23. cap. 8.
24 *Ordines conferens extra legitima tempora quibus ligetur pœnis.*
25 *Ordines debent conferri seruatis interstitijs. Et qua inter primam Tonsuram, & minores. Et qua inter ipsos minores, num. 26. Qua inter vltimum minorem, & Subdiaconatum, num. 27. Quid in hoc operetur consuetudo, num. 28. Et qua requiratur causa vt possit dispensari in hoc interstitio, num.29. Et an teneatur Episcopus, aliàs possit appellari, num. 30.*
31 *Ordines Subdiaconatus, & Diaconatus requirunt interstitium vnius anni. Et qua requiratur causa ad dispensandum. Quid inter Diaconatum, & Presbyteratum, num. 32.*
33 *Ordinans non elapsis interstitijs, an videatur dispensasse. Et quomodo computetur annus interstitiorum, num. 34.*
35 *Ordinatus in minoribus omnibus vnica die quas pœnas incurrat. Et quas ordinatus in minoribus, & Subdiaconatu, & quas recipiens duos maiores, num.36. & 37. Et quid de ordinato non seruatis interstitijs, num. 38. Et quam pœnam incurrat Episcopus ordinans, num. 39.*
40 *Ordinans Episcopus dispensat cum interstitijs Regularium. Et quid debeat petere illorum Superior.*
41 *Capitulum Sede vacante dispensat in interstitijs. Episcopus concedens Dimissorias, non autem cui diriguntur, dispensat in interstitijs, num.42.*

ANNOTATIO XLIV.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. de eo, de Tempor. ordin.

IN hoc text. determinat Alexan. III. tempora, in qui- 1
bus Episcopi debent Ordines conferre, videlicet minores Ordines conferri possunt diebus festiuis, sacri verò conferri debent in quatuor Temporibus, vel Sabbato sancto, vel Sabbato de Passione, quibus temporibus Concil. Trident. *sess. 23. cap. 8. de reform.* præcipit omninò Ordines conferri, & non extra; quorum occasione dicemus nonnulla frequentiora, quæ in praxi occurrere solent in materia temporum ordinationum. Hæc tempora habentur etiam in *can. fin. 75. dist.* & de hac materia tractant Canonistæ omnes in hoc text. Rebuff. *in prax. benefic. part. 2. tit. de cler. ad sac. Ordin. malè promot. glos. 1. num.8. & seqq.* Diaz. *in pract. crim. canon. cap. 26.* vbi Salz. Quarant. *in sum. Bul. verb. Ordo, vers. deuenio ad secundum*, Leo Thes. *for. Eccles. part. 1. cap. 4. num. 20. & seqq.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 12. part. 2.* Vgolin. *de offic. Episcop. cap. 26. §. 25.* Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 6.* Nouar. *sum. Bull. tit. de ordinat. extra temp.* Homobon. de Bon. *de exam. Eccles. tract. 2. cap. 1. quæst. 18.* Piasec. *in prax. Episcop. part. 1. cap. 1.* Bellet. *disquis. cler. part. 2. tit. de pœn. cler. §. 27. num. 6.* P. Thes. *in prax. Eccles. 2. part. verb. Ordines 14.* Barbos. *in remiss. ad d. cap. 8.* Concil. Trident. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 172. & de potest. Episcop. part. 2. allegat. 17. num. 11. & seqq.* Canonistæ omnes, *verb. Ordo*, & alij communiter, extat de hac materia Constitut. Pij II. quæ est 7. incip. *Cum ex sacrorum 15. Kalend. Decembris 1461. in Bullar. fol. 79.* & apud Quarant. *cit. loc. fol. mihi 358.* & aliæ Constitutiones relatæ per P. Thes. *cit. loc.* Bonac. *de Sacr. disp. 8. quæst. vnic. punct. 6.* Dian. *loc. infra citand.*

Nota primò, quòd sub hac restrictione temporis non 2
comprehenditur prima tonsura, sed tantùm septem Ordines; illa enim conferri potest omni tempore, & die feriato, & non feriato ad libitum, & voluntatem ordinantis, sic etiã & quacumque hora, ita Hostiens. *in cap. consultationibus, hoc tit. de tempor. ordin.* Henriq. *cit. loc. §. 1.* Barbos. *cit. allegat. 11. num. 19. & de iur. Eccles. num. 175.* Campanil. *cit. loc. num. 1. & 4.* vbi in specie dicit posse conferri quacumque hora etiam noctis, luminibus tamen accensis, licèt cautius fit de die, Salz. ad Diaz. *cit. loc. lit. A.* & est commune, & seruat Praxis nouissimè Dian. *tom. 1. tract. 16. resol. 30. vers. notandum est*, vbi testatur non solùm de quocumque die, & hora, sed etiam de quocumque loco, quòd etiam caret scrupulo.

Nota secundò, quòd in hoc text. *cap. de eo*, supponi- 3
tur minores Ordines posse conferri quatuor Temporibus, & Sabbatis sancto, & de Passione, solùm petitur à Summo Pontifice, si extra dictum tempus possint minores conferri. Cui petitioni respondet Pontifex, licitum esse Episcopis Dominicis, & alijs festiuis diebus vnum, aut duos ad minores Ordines promouere. Ex qua responsione oriuntur duæ dubitationes. Prima est, quid intelligatur nomine diei festi. Secunda, an possit Episcopus promouere ad minores non solùm duos, sed plures.

Et ad primam dico, duplicem esse sententiam, vnam 4
tenere, posse Episcopum minores Ordines conferre diebus, in quibus cadit Officium duplex, licèt festum non seruetur de præcepto, ab operibus seruilibus abstinendo, & hoc contineri nomine diei festi in hac materia, DD. omnes pro hac opinione graues, & multos inuenies adductos per Dian. *3. part. tract. 14. res. 97. vers. sed his*, qui hanc sententiam tutè posse teneri, & practicari asserit.

rit. Aliam verò sententiam tenere nomine diei festi in his terminis contineri tantùm diem festum, quo populus se abstinet ab operibus seruilibus de præcepto, & hanc sententiam defendunt DD. numero maiores, quos omnes refert Dian. *cit. loc.* ac Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 174.* In hac quæstione potest sine scrupulo sequi, & practicari vtraque sententia, cùm ambæ sint communes. Verùm Prælati hanc secundam tanquam securiorem amplectuntur, & minores Ordines, vel maiores cum Breui Apostolico in tribus diebus festiuis, non conferunt, nisi in diebus festiuis de præcepto. Et in hac opinione sufficit, quòd dies festus seruetur de præcepto in loco particulari, vbi Ordines conferuntur, licèt alibi non sit dies festus, ita Barbos. *cit. loc. num. 174.* in vltimis verbis, & est indubitatum apud omnes.

5 Quæro hic, an possit tutè, & sine scrupulo Episcopus adhoc vt conferat Ordines minores, vel maiores ex indulto Apostolico petere vicinam Diœcesim, in qua celebratur dies festus de præcepto, qui in sua Diœcesi non seruatur.

Resp. posse sine scrupulo peccati, sicut non peccat qui relicta sua Diœcesi, in qua seruatur festum de præcepto, aliam petit vbi non seruatur festum causa exercendi opus seruile, ita tenet Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 6. cap. 2. num. 16. in fin.* qui licèt teneat hanc opinionem, tamen tutius agendo consulit Episcopo, vt transmittat subditum ordinandum ad Episcopum, in cuius Diœcesi festum colitur de præcepto.

6 Ad secundam dubitationem, nempe an Episcopus in die Dominico, vel festiuo possit ad minores Ordines promouere plures duobus. Dico, quòd licèt text. *in hoc cap. de eo*, dicat licitum esse Episcopis vnum, aut duos promouere, tamen glos. *ibid. verb. aut duos*, tenet posse Episcopum promouere in die Dominico, vel festiuo ad minores non solùm duos, sed etiam plures, dummodò generales ordinationes non faciat, & glos. prædictam sequuntur DD. omnes in eodem text. tenet post alios Campanil. *cit. loc. rub. 6. cap. 2. sub num. 1.* id etiam affirmat cum tribus, & pluribus Dian. *tom. 1. tract. 16. resol. 30. vers. notandum est.*

7 Possunt etiam Ordines minores conferri in vesperis Feriæ 6. præcedentis Sabbatum, in quo de iure Ordines sacri conferuntur, quasi ex hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie vesperi, & hoc ex generali consuetudine, ita testatur Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 2. num. 1. in fin.* & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc. num. 173. in fin.* Hæc opinio licèt sit grauium DD. tamen non seruatur in praxi, cùm videatur aduersari Pontificali Romano in *rubr. de Ordin. sacr. confer. vers. minores vero Ordines*, vbi mandatur Ordines minores manè conferri, & hanc horam sequitur praxis, vt testatur Campanil. *cit. loc. num. 18.* licèt de iure qualibet hora possint minores Ordines conferri, ita glos. *in cap. ordinationes, il 2. & cap. quando, 75. dist.* Hinc si alia hora, quàm manè Ordines minores conferantur, tenet collatio, licèt collator malè agat, non seruando Pontificale, faciunt dicta per Barbos. *cit. loc. num. 176.*

8 Possunt quoque conferri Ordines minores extra Missam, vt docet Imol. *in cap. quòd sicut, num. 16. de elect.* docet Campanil. *cit. loc. num. 19.* Hinc non est necesse vt ordinans, vel ordinatus sint ieiuni, ita Barbos. *cit. loc.* sic etiam dicimus Ordines minores posse conferri extra Ecclesiam, & in domo Episcopi, ita Campanil. *cit. loc. num. 17.* post multos per eum adductos.

9 Posse etiam minores Ordines ex consuetudine conferri Feria 4. quatuor Temporum, affirmat Henriq. *in sum. Theolog. moral. lib. 10. cap. 12. §. 2.* & alij, quos referr, & sequitur Campanil. *cit. loc. num. 3.*

10 Vlterius Ordines maiores, & sacri conferri minimè possunt, nisi in sex Sabbatis anni, idest in Sabbatis quatuor Temporum, in Sabbato sancto, & in Sabbato præcedente Dominicam de Passione, ita statuitur in hoc *cap. de eo, & in cap. fin. 75. dist.* idque confirmatum est per Concil. Trident. *sess. 23. cap. 8.* vbi expresse mandatur ordinationes sacrorum Ordinum statutis à iure temporibus celebrari. Rationem verò, quare sacri Ordines his Sabbatis diebus conferantur, adducit Campanil. *rub. 6. cap. 3. num. 9.*

Prædicta adeò vera sunt, vt nec consuetudo valeat, quòd sacri Ordines conferantur extra prædicta statuta tempora; illa enim damnatur expresse in *cap. 2. hoc tit. de tempor. ordin.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 33. num. 177.* vbi refert, quòd solus Summus Pontifex dispensare potest, vt extra tempora statuta, & in diebus Dominicis, vel festiuis sacri Ordines conferantur, & deciditur in hoc eodem *cap. de eo, & in cap. 1. eod. tit.* Rebuff. *in prax. benefic. part. 2. tit. de cler. ad sacr. Ordin. malè promot. glos. 1. num. 14. & 15.* Quibus modis, & clausulis soleat Summus Pontifex dispensare, vt extra statuta tempora recipiantur Ordines sacri, refert Campanil. *cit. loc. num. 24. & seqq.* 11

Nonnulli Regulares habent priuilegium recipiendi Ordines etiam sacros extra statuta tempora, ita illud habent Patres Societatis Iesu, quorum meritis omnia priuilegia debentur, & alij Regulares, quos refert Barbos. *cit. loc. num. 18. & seq.* In quibus terminis aduerte, quòd possunt conferri hodie sacri Ordines vigore prædictorum priuilegiorum extra tempora, si priuilegia sint concessa, vel confirmata post Concilium Trident. secus si ante Concil. quia illa censentur derogata, docet Lezan. Mirand. Ricc. Rodriq. & alij adducti per Barbos. *cit. loc. num. 182.* contra Dian. *part. 3. tract. 2. resol. 31. & part. 5. tract. 13. resol. 57.* & prædicti priuilegij communicationem cum alijs fieri omninò prohibetur, docet P. Archangel. Roman. *tract. de priuileg. Relig. lib. 3. verb. Ordines maiores, & minores, vers. Patres Societatis Iesu.* 12

Hora verò pro collatione sacrorum Ordinum de iure assignatur circa nonam, ita glos. *in cap. quoad Patribus, 75. dist.* vbi Archid. in praxi verò conferuntur quacumque hora post diluculum, vt tenet Campanil. *cit. loc. num. 17.* dummodò non sit post Nonam. 13

Requiritur etiam de honestate, & vsu ad Ordines maiores Missæ sacrificium, & quòd ordinandus, & ordinans sint ieiuni, ita Campanil. *cit. loc. num. 2.* Barbos. etiam *cit. loc. num. 176.* cum communicari debeat ordinandus, secundum præcepta Pontificalis Romani. 14

Sed aduerte, quòd tempus, & hora non est adeò requisitum necessarium ad Ordines sacros, vt collati extra statuta tempora sine dispensatione sint nulli, nam imprimunt characterem, licèt ordinans, & ordinatus malè faciant, & incurrant in pœnas, de quibus inferius, docet post multos Campanil. *cit. loc. num. 18.* & est commune. Idem dicendum est de loco; nam licèt ex Concil. Trident. *sess. 23. cap. 8.* maiores Ordines conferendi sint in Ecclesia Cathedrali, vel in alia ex dignioribus Diœcesis, vt aduertit post multos Barbos. *cit. loc. num. 198.* nihilominus si alio in loco conferantur, imprimunt characterem. Sed hìc aduertit Barbos. *cit. loc.* quòd Episcopus celebrare volens ordinationem sacrorum Ordinum extra Ecclesiam Cathedralem, & Ciuitatem, non tenetur eligere Ecclesiam ex dignioribus Diœcesis, sed sufficit eligere digniorem Ecclesiam illius loci, in quo Ordines conferre intendit, ita disponunt aperta verba Concil. Trident. *cit. loc.* cuius verba mandant etiam Episcopo electionem Ecclesiæ dignioris in quantum fieri potest, ex quibus videtur Concil. sequi omninò Episcopi arbitrium, faciunt dicta per Campanil. *cit. loc. num. 16.* 15

Nota tertiò, tam ordinantem, quàm ordinatum extra statuta tempora suas incurrere pœnas. Et primò de iure communi sic ordinatus non est permittendus in taliter susceptis ministrare, *cap. sanè, hoc tit. de tempor. ordinat.* quæ suspensio, seu dispositio ex *cap. cùm quidem, eod. tit.* durabat vsquequò ordinatus non obtinuisset restitutionis gratiam à Sede Apostolica, sed per *cap. consultationi*, postea statutum est, vt post pœnitentiam peractam Episcopus possit dispensare, quod taliter ordinati ministrent in susceptis Ordinibus. Hæc suspensio secundum communiorem opinionem est ferendæ sententiæ, ita Io. Andr. & Abb. *in d. cap. cum quidam, num. 4.* post Innoc. & Hostien. quos sequitur Auila *part. 3. disp. 5. dub. 7. §. 2. supponendum*, Suar. *disp. 31. sect. 1. nu. 30.* P. Thesaur. *prax. Eccles. 2. p. verb. Ordines, 14. vers. primum dubium, in fin.* contra nonnullos per ipsum adductos. 16

Supradicta suspensio procedit non solum contra ordinatos in maioribus, sed etiam contra ordinatos in minoribus extra statuta tempora, de quibus diximus supra. 17

Pro-

Probant aliqui, ex eo, quòd text. *in eod. cap. cum quidam*, loquitur generaliter, ita P. Thesaur. *cit. loc. vers. secundum dubium*, post Maiol. & Sayr. per eum adductos. Sed salua pace P. Thesaur. dico pœnam prædictam non procedere contra ordinatum extra tempora ad minores, & licèt text. *in cit. cap. cum quidam*, loquatur generaliter, glos. tamen in *figur. casus*, loquitur de sacris Ordinibus, eodem modo loquitur Abb. *in lib. meo*, *in figur. casus*, licèt P. Thesaur. *cit. loc.* pro sua sententia illum adducat. Alij verò textus, qui de hac pœna loquuntur, vt est *cap. sane*, *& cap. consultationi*, verba proferunt aperta de sacris Ordinibus. Itaque concludo cum Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 2. num. 21.* ordinatum minoribus Ordinibus extra tempora statuta sine dispensatione Apostolica, nullam incurrere suspensionem nec de iure communi, nec per Bullam Pij II. incip. *Cum ex sacrorum*, quæ loquitur de sacris Ordinibus, nec per Bullam Sixti V. editam contra malè promotos, incip. *Sanctum, & salutare*, quia illa fuit reuocata, & redacta ad terminos iuris communis per Clement. VIII. *in sua Constitut. 40.* incip. *Romanum Pontificem decet*, relata per Quarant. *in sum. Bull. verb. Ordo, fol. 370.* & referunt Campanil. & P. Thesaur. *cit. loc.*

18 Ordinatus quoque maioribus Ordinibus extra statuta tempora, de quibus supra, incurrit pœnam suspensionis ab exercitio Ordinum ipso iure, & si in tali suspensione celebret, efficitur irregularis, ita in Constit. Pij II. 6. incip. *Cum ex sacrorum*, adducta per Quarant. *verb. Ordo, in princ. fol. mihi 358.* quæ pœna non procedit contra taliter ordinatos ad minores, cùm Constitutio loquatur tantùm de maioribus, & vnum exprimendo, alterum negare videtur, *cap. nonne, de præsumpt. l. cùm Prætor, ff. de iudic.* tenent multi, quos refert, & sequitur P. Thesaur. *cit. loc. vers. nota secundo.*

19 Suspentio prædicts est tantùm ab Ordine sic malè suscepto, non ab alijs, probant verba ipsius Constit. *in fin.* & Henriq. Suar. & Layman. citati per P. Thesaur. *eod. loc. vers. nota tertio*. Qua suspensione durante, non solùm ordinatus non potest exercere Ordinem sic malè receptum sub pœna irregularitatis, vt in text. sed nec etiam potest Beneficia obtinere, vt post Couar. tenet Campanil. *rubr. 5. cap. 3. num. 20.* licèt possit fructus Beneficiorum, quæ obtinebat percipere, vt cum Nauar. tenet idem Campanil. *cit. loc.* quousque non fuerit Beneficio priuatus, cum ex prædicta Bulla Pij II. sic promotus ad sacros Ordines possit Beneficijs priuari, notat etiam Bellet. *disq. cler. 2. part. tit. de pœn. cler. §. 27. num. 6.*

20 Dubitatur, quis valeat absoluere à suspensione, quam incurrit ordinatus contra formam prædictæ Constit. Pij II. quæ fertur ipso iure in Constitutione prædicta.

Resp. duplicem in hoc esse sententiam, solùm à Papa esse impetrandam absolutionem à prædicta suspensione, defendit mordicus Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 7. cap. 5. num. 1. & 2. & cap. præceden. num. 10.* Contrariam sententiam defendunt alij, posse Episcopum absoluere ab hac suspensione, quia in Bulla prædicta nulla reperitur reseruatio, ita Auil. Barbos. & Reginal. quos refert, & sequitur P. Thesaur. *cit. loc. versic. nota quòd*, voluit etiam Bonac. *tom. 3. tit. de suspens. omn. in particul. disp. 3. quæst. 1. punct. 3. num. 6* qui citat Suar. Alter. Sayr. & Filiuc. & hæc est verior opinio. Est tamen vera opinio Campanil. vt non possit Episcopus absoluere ab hac suspensione, quando Episcopus fuit culpabilis in conferendo Ordines maiores, contra formam prædictæ Constitut. Pij II. secus tamen si non fuit culpabilis, & in successore, aduertit idem P. Thesaur. *cit. loc. vers. sed postea.*

21 Et non solùm Episcopus non culpabilis, & successor possunt absoluere à suspensione prædicta, sed etiam possunt dispensare ab irregularitate contracta ab exercitio Ordinis, vt in dicta Bulla Pij II. quòd intellige, quando irregularitas est occulta, quæ in hoc casu potest esse occulta, cùm delictum ignoratur, licèt actus promotionis sit publicus, & hoc vigore Concil. Trident. *sess. 24. cap. 6. de reformat.* secus tamen est, quando irregularitas non est occulta, nam tunc solus Papa dispensat, ita probat latè Campanil. *rubr. 6. cap. 5. num. 2.* post alios per se adductos.

22 Controuersum est inter DD. an recipiens Ordinem Presbyteratus extra tempora à iure statuta, vel aliàs contra dispositionem citatæ Bullæ Pij II. incurrat irregularitatem in actu ipso ordinationis, ex quo concelebrat cum Episcopo ordinante. DD. diuisi sunt pro vtraque sententia, tali modo, vt vtraque possit dici communis. Verùm communior, & verior iudicatur illa sententia, quòd incurrat irregularitatem, cùm verè concelebret cum Episcopo, probat Salz. ad Diaz. *in pract. canon. cap. 26. vers. sed versus contrarium*, docet Campanil. *rubr. 7. cap. 4. num. 16.* qui alios citat, Quarant. *in sum. Bul. verb. Ordo, vers. colligitur, in fin.* Bonacin. *3. tom. tit. de suspens. omnib. in particul. disp. 3. quæst. 1. punct. 1. num. 9.* contra Suar. & alios per eum adductos, ac etiam contra Bellet. *disq. cler. 1. part. tit. de discipl. cler. §. 5. num. 67.* Cætera ad declarationem prædictæ Bullæ Pij II. vide apud Salz. ad Diaz. *cit. loc.*

23 Nota, quòd pœna suspensionis lata per Trident. *sess. 23. cap. 8. de reformat.* non procedit contra ordinatum, vel ordinantem extra statuta tempora à iure, sed tantùm procedit contra ordinantem, & ordinatum ab alieno Episcopo sine licentia proprij, colligitur apertè ex contextu verborum citati loci Concilij, & probat Campanil. *rubr. 5. cap. 3. sub num. 19.*

24 Episcopus ordinans, & conferens sacros Ordines extra legitima tempora, vt supra, nullam incurrit pœnam ipso iure, est tamen suspendendus à potestate Ordinis conferendi, per *cap. sane, hoc tit. de temp. ordinat.* glos. *in cap. cum quidam, eod. tit.* vbi Hostien. Ioan. Andr. & Butr. glos. *in Clement. fin. de ætat. & qualit.* aduertit Campanil. *cit. loc. num. 19.* & P. Thesaur. *supradict. loc. num. 4.* qui benè aduertunt, Episcopum non incurrere pœnam suspensionis, de qua in Bulla Sixti V. quia prædicta Bulla fuit moderata per Clement. VIII. vt diximus supra.

25 Obserua quartò, tempora statuta pro collatione Ordinum de iure debere esse diuisa, vt inter ea intercedant interstitia, adhoc vt gradatim de vno ad alium Ordinem ascendatur, & Clericus prius se exerceat in suscepto Ordine, quàm ad altiorem promoueatur, ita statuit Concil. Trident. *sess. 23. cap. 11. 13. & 14. de reformat. cap. 13.* loquitur de minoribus Ordinibus, 13. & 14. de maioribus. De vtilitate interstitiorum habetur *per tot. dist. 77. in decret. Grat.* Vnde dicendum est, quòd inter primam tonsuram, & minores Ordines seruandum est interstitium, saltem vnius diei, ne quis eadem die sit purus laicus, & certo Ordine insignitus, ita tenent Innoc. Ioan. Andr. Abb. & alij in hoc *cap. de eo*, Bonac. *de Sacram. Ordin. punct. 5. num. 54.* sed in hoc interstitio posset Episcopus dispensare, si ei videbitur, secundùm probabiliorem opinionem, quam defendit P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verb. Ordines, cap. 16. in princ.* contra Bonac. qui alios citat pro sua sententia.

26 Inter Ordines minores debent seruari interstitia, ita disponit apertè Concil. Trident. *cit. loc.* sed hoc interstitium non est vnius anni, sed sufficit spatium temporis, quod intercedit inter ipsa singula quatuor tempora, seu inter alia tempora generalibus ordinationibus à iure assignata, vt diximus supra, ita Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 26. §. 27. num. 4.* Barbos. *eod. tract. alleg. 11. cap. 14.* quibus interstitijs ex Concil. Trident. *citat. cap. 11.* potest Episcopus dispensare, si ei expedire magis videbitur, quæ verba clarè indicant, Episcopum non ad sui libitum debere dare hanc dispensationem, sed concurrente causa; & hoc est generale in dispensatione, quæ cùm sit iuris communis relaxatio, semper & vbique eget causa, ita Ricc. in proprijs terminis *in sua prax. 1. part. resol. 493. num. 4.* & alij apud eum. Qualis debeat esse hæc causa, Concilium non determinat, sed simpliciter se remittit iudicio Episcopi, hinc DD. eam non aduertunt, quasi qualis sufficiat; ex consuetudine verò posse primam tonsuram, & minores omnes eodem die conferri, testatur Barbos. *de iur. Eccles. 1. part. cap. 33. num. 183.*

27 Inter vltimum minorem Ordinem, & primum maiorem debet intercedere interstitium vnius anni, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exposcat, ita Concil. Trid. *cit. cap. 11.* in finalibus verbis; hæc facultas, quæ conceditur Episcopo per Trident. intelligitur vt possit abbreuiare interstitia, non autem conferre eodem die prædictos Ordines, aduertit Campanil. *cit. rubr. 6. cap. 3. sub num. 10.*

28 Valet tamen consuetudo conferendi vnico die vltimum minorem Ordinem cum Subdiaconatu, docet Campanil. *cit. loc.* P. Thesaur. *cit. cap. 16. vers. item Ordines, in fin.* post Nauar. Salz. Suar. & Sanch. per eum adductos, contra alios, quos refert, & sequitur de Grass. *de effect. cleric. in prælud. num.* 341. Verùm Campanil. *eod. loc.* testatur inter nos non adesse hanc consuetudinem, nec admittendam.

29 Nota, quòd ad hanc dispensationem debet concurrere necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, vt expressè desiderat Concil. Trident. Ex quibus collige, quòd Episcopus non debet passim hanc dispensationem concedere, sed cum certo moderamine, & cum maxima consideratione, & quòd causa, propter quam mouetur ad dispensandum, sit sufficiens, & iusta, vt aduertit de Grass. *cit. loc. num.* 329. sufficit pro causa, vt concurrat necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ disiunctiuè, ita Genuens. *in prax. cap.* 83. *n.* 7. Dicitur concurrere necessitas, quando in Diœcesi est defectus Sacerdotum, vel si multi sunt Sacerdotes, pauci reperiuntur ad audiendas confessiones, ita de Grass. *cit. loc. num.* 334. Io: Maria Nouar. *in prax. non. iur. Pontific. verb. dispensatio super interstitiis, &c. concl. 3. aliàs* 78. *num.* 7. sufficit etiam necessitas Ecclesiæ particularis, vt si quis fuit præsentatus ad aliquod Beneficium, cuius Ecclesia indiget Beneficiato, vel ad Capellaniam, quæ habet onus celebrandi sacrum, Dian. *tom. 4. tract. 4. resolut.* 209. *in princ.* Dicitur concurrere vtilitas Ecclesiæ, quando promouendus est vitæ multùm exemplaris, vel vir summæ doctrinæ, vel ita nobilis, & potens, qui Ecclesiam ab alio oppressam possit sua auctoritate defendere, ita de Grass. *cit. loc. num.* 335. vbi *num. seq.* probat non esse dispensandum cum illo, qui paratus est Ecclesiæ aliquid donare, quia hoc saperet simoniam.

30 Aduerte, quòd concurrente causa dispensationis, potest compelli Superior ad dispensandum, ita Tusc. *lit. D. concl.* 436. *num.* 8. quem refert, & sequitur de Grass. *cit. loc. num.* 329. *ad fin.* vnde praxis est, quòd si Episcopus hanc deneget dispensationem in casu licito, ordinandus appellet ad Superiorem, à quo petat compelli Episcopum ad dispensandum, in casu tamen à iure permisso.

31 Inter Subdiaconatum, & Diaconatum requiritur etiam interstitium vnius anni, nisi aliud Episcopo videatur, ita Trident. *cit. sess.* 23. *cap.* 13. *de reformat.* vbi aduertunt communiter DD. Concil. in hac dispensatione non desiderare necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, sed simpliciter se remittere arbitrio Episcopi, hinc quamlibet leuem causam sufficere, notat Genuens. *cit. loc. num.* 7.

32 Inter Diaconatum, & Presbyteratum requiritur quoque interstitium vnius anni, nisi aliud Episcopo videatur ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem, ita Conc. Trid. *cit. loc. cap.* 14. ex quo loco Conciliari deducunt communiter moderni, adhoc vt Episcopus valeat dispensare super hoc interstitio, requiri quod concurrant coniunctiuè vtilitas, & necessitas Ecclesiæ, ita Genuens. *cit. num. 7. in fin.*

Dubitatur, si Episcopus non elapso anno aliquem promouit ad sacrum Ordinem, nulla facta mentione dispensationis interstitiorum, an videatur tacitè cum illo dispensasse.

33 Resp. quòd aut Episcopus scienter hoc fecerit, vt si sciens non esse elapsum annum illum, ordinauerit, & tunc censetur cum illo dispensasse; aut id ignoranter egerit, & tunc non præsumitur dispensasse, ita Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 24. num.* 14. Lop. ad Diaz. *in pract. crimin. canon. cap. 25. vers. oportet*, Menoch. *de arbitr. cas. 564. in fin.* de Grass. *de effect. cleric. in prælud. num.* 342.

34 Hic annus, qui debet intercedere inter vltimum Ordinem minorem, & primum maiorem, & inter ipsos Ordines maiores non est necesse vt sit Solaris duodecim mensium completorum, sed sufficit vt sit Ecclesiasticus, idest de vna Festiuitate ad aliam Festiuitatem, ita vt si quis promotus sit die Sabbati post Dominicam Pentecosten hoc anno 1646. eodem die Sabbati 1647. potest promoueri ad alium Ordinem maiorem, licèt annus naturalis non sit elapsus dierum 365. ita declarat Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 3. num.* 12. adducens Sacræ Congreg. declarationem.

Obserua quintò, quòd recipiens primam tonsuram 35
cum minoribus omnibus vnica die sine dispensatione, nullam incurrit censuram ipso iure, ita cum Suar. & Sayr. tenet P. Thesaur. *in prax. Eccles. part. 2. verb. Ordines, cap. 16. num.* 2. Recipiens verò minores, vel illorum vltimum cum Subdiaconatu eadem die permittitur tantùm celebrare in minoribus; si verò Religionem intrauerit, & ibidem laudabiliter vixerit, potest cum eo Superior Regularis dispensare, vt celebret etiam in Subdiaconatu, & aliis Ordinibus, ita disponit *cap. 2. de eo, qui Ordinem furtiuè suscepit*; & licèt text. loquatur de quatuor minoribus cum Subdiaconatu, tamen idem procedere cum vltimo minore, & Subdiaconatu, tenet Abb. *ibid. num.* 1. Quid importet pœna huius text. controuersum est inter DD. nam alij tenent importare pœnam suspensionis ipso iure; alij verò pœnam irregularitatis, prout tenentes vtramque sententiam refert P. Thesaur. *cit. loc.* & licèt ipse in hac varietate suam sententiam non audeat adducere, tamen secunda opinio quoad Subdiaconatum videtur conformis verbis ipsius text. qui loquitur verbo, *dispensare*, quòd magis propriè adaptatur irregularitati, quam suspensioni. Aduerte, quòd text. *in cap. literas, hoc tit. de tempor. ordinat.* quem ad hoc adducit P. Thesaur. non loquitur in his terminis, sed de recipiente duos sacros Ordines eodem die.

Recipiens duos sacros Ordines eodem die sine dispen- 36
satione, vel duobus diebus continuis, etiam continuato ieiunio, incurrit ipso iure suspensionem ab executione vltimi Ordinis, seu superioris, vt si Diaconatum receperit, & Presbyteratum, incurrit suspensionem Presbyteratus, Papæ reseruatam, ita deciditur in *cap. literas, hoc tit. de tempor. ordinat.* tenet Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 6. cap. 3. num.* 13. refert P. Thesaur. *cit. loc. num.* 3. qui adducit etiam tenentes talem incurri irregularitatem quoad omnes Ordines, quorum opinio non est tuta.

Quòd si Episcopus tempore ordinationis prohibitio- 37
nem fecerit sub pœna excommunicationis, ne quis accederet ad suscipiendos sacros Ordines, tunc taliter ordinatus incurrit suspensionem ab vtroque Ordine, ita deciditur in text. *cap. fin. de eo, qui Ordin. furt. suscep.* qui si in Religionem intrauerit, ibique laudabiliter vixerit, processu temporis dispensatione fit dignus, ita text. prædictus.

Sed si quis recipiat Ordines etiam sacros non seruatis 38
interstitij à iure statutis si non recipit vnica die, vel extra tempora à iure statuta, nullam incurrit censuram, vel irregularitatem, cùm nullibi in iure reperiatur lata similis pœna contra prædictum, tenet Zerol. *in prax. verb. Ordo, num.* 8. Barbos. *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 18. num.* 11. P. Thesaur. *cit. loc. vers. penult.* Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect.* 576. qui loquitur de ordinatis Ordinibus minoribus, Dian. *tom. 2. tract. 2. resolut. 32. vers. vltimo*, contra Henriq. per eum adductum.

Episcopus verò ordinans non seruatis interstitijs in 39
Ordinibus maioribus, si eadem die duos sacros conferat, incurrit suspensionem à collatione Ordinum, quos sic contulit, ipso iure Papæ reseruatam, ita deciditur in *cit. text. cap. literas, hoc tit. de tempor. ordinat.* in illis verbis, *Præfatum itaque Bononien. Episcopum, vt puniatur in quo deliquit, à collatione Ordinum, Diaconis scilicet, & Presbyteris, alterum vero ab executione officij sacerdotalis tandiu volumus manere suspenses, donec de illis aliter dispensamus*, notat P. Thesaur. *cit. loc. vers. Episcopus conferens*, vbi refert nonnullos tenentes hanc suspensionem non esse latæ sententiæ, quorum opinio non est secundum verba text. ibi, *tandiu volumus manere suspensos*. Hęc pœna procedit contra Episcopum, etiam si duobus diebus continuato ieiunio duos sacros Ordines conferat, ita P. Thesaur. *cit. loc.* post Diaz. & Barbos. per eum adductos.

Inter Regulares dispensatio super interstitijs non 40
ad Superiorem Regularem, sed ad Episcopum ordinantem spectat; debet tamen Superior Regularis petere hanc dispensationem ob necessitatem, vel vtilitatem Ecclesiæ, vel Religionis, iuxta terminos Concil. Trid. *sess. 23. cap. 11. 13. & 14.* vt diximus supra, in literis Dimissorijs ipsius Superioris, ita Prosp. de Augustin. ad Quatant.

verb.

ver b. Ordo, *in fin. fol. mihi* 378. Barbos. *in remiss. ad cit. cap.* 11. *Concil. Trident.* Aduerte, quòd non sufficit sola petitio Superioris Regularis, vt Episcopus dignetur dispensare soper interstitijs; sed debet in literis Dimissorijs attestare de necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, vel Religioois, vt colligitur ex declaratione Sacr. Congreg. adducta per Dian. *tom.* 4. *tract.* 4. *resol.* 209. *vers. nota etiam*.

Ab hac regula excipiuntur Patres virtutum, ac meritorum omoium ornatissimi Societatis Iesu, quorum Superior Generalis, & ab ipso Deputati possunt dispensare cum suis subditis Regularibus in interstitijs vigore prioilegij Gregor. XIII. vt refert Dian. *cit. loc.* post P. Gaspar. Hurtad. *de Sacrament. tract. de Ordin. difficult.* 23. tangit Io. Maria Nouar. *Lucern. Legular. verb. Iesuita*, *num.* 120.

41 Hanc facultatem dispensandi super interstitijs ioxta terminos Sacr. Concil. Trid. transire ad Capitulum, Sede Episcopali vacante, admittunt omnes, & successiuè ad eius Vicarium, referr declarasse Sac. Congr. Dian. *cit. loc.* post multos per ipsum relatos, Nouar. *in prax. non. iur. Pontific. verb. dispensatio super interstitijs*, *&c. concl.* 3. *aliàs* 78. *num.* 3.

42 Eadem facultas dispensaodi super interstitijs spectat ad Episcopum, siue Ordinarium ordinandi, qui concedit literas Dimissorias, non autem ad Episcopum ordinantem, & coi diriguntur literæ Dimissoriæ pro ordinatione, de qua dispensatiooe debet fieri expressa mentio io prædictis literis, latè docet Mirand. *in Man. Prel. quæst.* 38. *art.* 7. *concl.* 2. decisum refert Piasec. *in prax. Episc. cap.* 1. *num.* 17. *part.* 1. & seruari in ptaxi testatur Nouar. *cit. loc. num.* 6.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *REquisitum bona collationis ordinum consistit in tempore. Secus de prima tonsura.*
2 *Quid pro ordinibus sacris.*
3 *Dispensatio Apostolica pro ordinatione in tribus diebus festiuis, & quid respectu regularium.*
4 *Specialia pro regularibus.*
5 *Dispensatio Apostolica Sede Episcopali vacante cui dirigatur.*

1 COllario ordinum vt benè sequatur aliud requisitum consistit in tempore. Siquidem prima tonsura nullum exigit vsum Pontificalium, sed quacumque die, & hora etiam in Camera, & priuato more conferri potest, com vna opinio credat non esse ordinem, sed introductionem ad ordines, & adscriptionem militiæ cœlesti. Alij verò ordines conferri possunt, & debeot diebus festiuis inter Missarum solemoia.

2 Pro ordioibus autem sacris statuta sunt certi anni tempora, iuxta quæ sine dispensatione Apostolica Episcopus ordioationes, quæ ita solemoes, ac publicæ dicuntur, tenere oon potest, atque non nisi vnus Ordo Sacer vni eidemque personæ conferri potest. Solaque potestas dispensandi, quæ Episcopo in his interstitijs conceditur, est circa spatium illius anoi, quod à S. C. Tridentino præscribitur inter Diaconatum, & Presbyteratum.

3 De facili autem promotio extra tempora hodie practicatur per impetrationem breuis Apostolici super dispeosatiooe in interstitijs, vt ordines cooferri possiot in tribus diebus festiuis.

Quoad regolares, vt Episcopus dispensare possit in interstitijs, & an priuilegium concessum Societati Iesu extendatur ad regulares videndus Anton. Cottoo. *in summa Dian. verb. Ordinis subiectum num.* 35. *&* 41.

4 Regulares professi ad titulum Religionis, & paupertatis ad ordines promouentur, & ad Superiores regulares pertinet eligere Antistitem, à quo promoueri debeant, cum Religiosi professi de nolla certa diœcesi esse videantur ob crebram obedientiariam religiosum motationem de loco ad locum, Barbos. *alleg.* 4.

5 Dispeosatio Apostolica Sede Episcopali vacante cum dirigatur Episcopo viciniori, contingit dubitari qualiter intelligatur vicioior, an respectu confiniom, vel Ecclesiæ? Dic attendendam meosuram distantiæ inter Ecclesias, & vicinitas reguletur à capite, non à membris, Card. de Luca *vbi sup. discurs.* 14. *num.* 16.

ANNOTATIO XLV.

De Monitorijs.

ARGVMENTVM.

Quid de illis disponat Tridentinum. Pro quibus rebus concedantur, & contra quos, & ad cuius instantiam. Quis se posit illis opponere. Quid illa impediat. Quomodo concedantur in subsidium. Quibus possint illa concedi, & quando non sint concedenda. Quomodo illorum vigore teneantur testes deponere, & reuelare, & quando non teneantur reuelare. Quomodo detur copia reuelationum. Et cum quo termino concedantur monitoria. Et alia.

SVMMARIVM.

1 *DE monitorijs ad finem habendi reuelationes. Et quid de illis disponat Trid.*
2 *Monitoria conceduntur pro rebus deperditis, quod explicatur. Et ad finem reuelationis. Quod declaratur, num.* 3. *Et an procedant contra principalem detentorem, num.* 4.
5 *Monitoria non possunt concedi, nisi ad instantiam interesse habentis. Et quantum deboat esse interesse, num.* 6. *Et quid si concedatur pro re leui, vel à pluribus subtracta, num.* 7.
8 *Monitorijs potest se opponere habens interesse, & petere depositionem principalis. Sed ex oppositione oritur suspicio contra opponentem, num.* 9.
10 *Monitoria quando impediat litis pendentia, vel res iudicata. Et quid si est appellatum. Et an plures in eadem re possint concedi, num.* 11. *Monitoria in causa appellationis debent esse conformia articulis, num.* 12.
13 *Monitoria conceduntur in subsidium, & quando veritas alias haberi non potest, vel persona ignorantur. Et quid quando citati sunt testes in causa, num.* 14. *Et quid de facto proprio, num.* 15. *Quid si quis compareat, & dicat bona penes se reperiri, num.* 16. *Et an possit concedi monitoria ad finem sciendi bona hæreditaria, si apparet inuentarium, num.* 17.
18 *Monitoria contra detinentes scripturas quomodo concedantur. Et quis ex illis ligetur.*
19 *Monitoria quis possit concedere, vsque ad num.* 23.
24 *Monitoria quando non possint concedi.*
25 *Monitorijs publicatis, quomodo testes teneantur depo-*

deponere, & reuelare.

26 *Monitorijs publicatis, quando quis non teneatur reuelare, & illis non ligetur.*

27 *Monitorijs publicatis, si Episcopus concedat copiam reuelationum cum protestatione, non incurrit irregularitatem, morte secuta.*

28 *Monitoria conceduntur cum debito termino.*

ANNOTATIO XLV.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. ad nostram il 2. de Iureiur.

IN hoc Text. Innocent. III. ad finem habendi testes super factum, de quo in illo mandat Archiepiscopo Pisano quatenus sub pœna excommunicationis publicè in Ecclesia proponi faciat, vel proponat, vt qui nouerint veritatem, procedant ad testimonium proferendum. Cuius occasione tractant hic DD. communiter materiam monitorij, ad finem reuelandi, de qua materia disponit etiam Concil. Trident. *sess. 25. cap. 3. de reformat.* tractant Neuiz. *in Sylu. nupt. lib. 3. verb. monitoria*, Nauar. *in repet. cap. inter verba 11. quæst. 3. conclus. 6. coroll. 66.* Franc. Marc. *decis. 580. 582. & seq.* Achill. de Grass. *decis. 6. de sentent. excommunic.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verb. excommunicatio*, Guttier. *canon. lib. 1. cap. 11.* Henriqu. *in sum. lib. 3. de excommun. cap. 18.* Prosp. de August. ad Quarant. *sum. Bull. verb. excommunicat. ad fin. reuelat. & in verb. Archiepiscopi authoritas, versic. 19.* Leo. *Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 7. num. 17. & seqq.* Genuens. *in prax. Cur. Archiepisc. Neap. cap. 1. & 2.* Campanil. *diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 15. num. 93. & seqq.* Ricc. *in prax. 1. part. resolut. 244. & seqq. & in collect. 102. 1. part.* Anton. Ragucc. *var. discip. Eccles. tit. de monitor.* Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 45. §. 5.* Garz. *de benefic. part. 5. cap. 8. num. 19. & seqq.* Dian. *part. 4. tom. 5. resol. 95.* Sell. *select. canon. cap. 39.* Maceraten. *var. resol. lib. 1. resol. vlt. cas. 36. 37. & 41.* Barbos. *de potest. Episcop. part. 3. allegat. 96. & in sum. Apostol. dec. verb. monitoria, collect. 515.* extat peculiaris Tractatus Lazar. *de monitorijs*, & Theophil. Raynaud. *de monit. Eccles.* & alij, ad quæ notanda sunt breuiter hic nonnulla in praxi frequentiora.

1 Nota primò, Concil. Trid. *cit. loc.* non loqui de monitorijs, quæ præeunt excommunicationem, sed de ipsa excommunicatione, quæ ferri solet præmissis monitionibus pro rebus deperditis, vel subtractis, aut ad finem reuelationis; eamque dicit esse concedendam tantum ab Episcopo, nec pro re non vulgari, sed causa diligenter, & magna maturitate per ipsum Episcopum examinata, nec ad eam concedendam cuiusuis sæcularis etiam Magistratus authoritate adducatur, sed totum hoc eius arbitrio, & conscientiæ sit positum, quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eam decernendam esse iudicauerit. Hæc Concil. quòd licet loquatur de excommunicatione, idem debet seruari in monitionibus, quæ illam præcedunt, quia illæ fiunt sub comminata pœna excommunicationis; vnde ipsæ monitiones non debent relaxari, nisi in casu, quo potest relaxari excommunicatio, ob non paritionem.

2 Nota secundò, quòd prædicta monitoria possunt concedi pro rebus deperditis, vel subtractis, ex Trident. *cit. loc.* quod idem est, ac dicere, quòd si subtracta, vel deperdita est aliqua res, & ignoretur penes quem detineatur; vel non ignoratur, sed aliquo impedimento moneri non potest specialiter detentor vt restituat, possunt monitoria prædicta relaxari non solum contra detentores, & maliciosè non restituentes, sed etiam contra scientes detineri, vt infra statutum terminum detentorem denuncient; de his casus est in terminis in *Extrauagan. commun. vnic. sub tit. de furt.* vbi fuerunt relaxata monitoria contra detinentes, & scientes detineri thesaurum furatum ab Ecclesia.

Possunt etiam concedi hæc monitoria ad finem reuelationis, vt dicit Trid. quòd idem est, ac dicere posse concedi contra testes scientes aliquod negotium, quos pars aut ignorat, vel si scit, renuunt testimonium veritatis ferre, ita Abb. *in hoc text. num. 2.* sic latè intelligit Concil. Trid. *in cit. loc.* Campanil. *supradict. loc. num. 93.* 3

Quod diximus de monitorijs, quòd possint relaxari contra principales detentores, intellige ad finem vt restituant, vel soluant, non autem vt denuncient, quia principalis non tenetur se ipsum prodere, in his terminis, vt post glos. *in Clement. dispendiosam, vers. præmoniti, de iudic.* tenent ibidem Imol. *num. 10.* Zabarell. *post num. 26.* & alij; & quòd teneantur detentores restituere, procedit etiam in detentoribus occultis, alias ligantur excommunicatione, probat post alios Campanil. *cit. loc. n. 93. circa med.* tenet Genuens. *in prax. cap. 2. in princip.* vbi refert contrarium tenentes, ac testatur Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam securius agendo nunquam concedere monitoria contra principalem non reuelantem, sed tantùm contra scientes, & principales non restituentes; quæ Praxis licet laudabilis sit, nihilominus sine prædicta cautela si concedantur monitoria contra scientes, & detentores, adhuc principalis non tenetur reuelare, sed tantùm restituere, secundum veriorem opinionem, quam etiam comprobat Campanil. *ad tit. 3. Cur. Archiepisc. Neap.* cum D. Thom. Nouar. Tolet. & alijs. 4

Nota tertiò, monitoria non concedi, nisi ad instantiam eius, de cuius interesse vertitur; vnde is, cui nullum interesse competit, communiter rejcitur à petitione illorum. Est indubitatum apud omnes. Idque ampliatur, etiam si essent concessa monitoria, & post concessionem opponatur non adesse interesse petentis, adhuc sunt reuocanda monitoria, & supersedendum in publicatione, donec de interesse doceatur, tenet Leo *in Thesaur. for. Eccles. 3. p. cap. 7. num. 28.* Lazar. *de monitor. sect. 1. quæst. 9.* Ricc. *in prax. resol. 248. 1. part. num. 4.* & seruat quotidie Praxis. 5

Sufficit tamen pro obtinendis monitorijs prædictis interesse futurum, licet non sit præsens, ac etiam interesse dubium, vt si quis prætendens se hæredem esse Titij, litigat in iudicio, an hæreditas prædicta ad ipsum spectet, etiam quòd non sit in possessione hæreditatis, adhuc timens ne bona hæreditaria dilapidentur, vel occupentur, potest petere sibi concedi monitoria contra scientes bona hæreditaria, ad futuram rei memoriam; & hoc propter eius prætensum interesse, tenet Genuens. *in prax. cap. 1. num. 8.*

Hoc interesse, quòd desideratur, adhoc vt licitè concedi possint monitoria, non debet esse vulgare, prout determinat Concil. Trid. *cit. lit.* ibi: *Ex re non vulgari*, idemq; voluit Pius V. in sua Constit. incip. *Sanctissimus*, ibi: *Id, quod præcipuè attendendum est, minimè vulgares res existere.* Quanta autem debeat esse hæc res non vulgaris, alij alia dicunt, Sot. *in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2.* tenet debere esse rem maximam, quia excommunicatio est maxima pœna; Romæ in praxi indicatur res non vulgaris, quæ ascendit ad valorem ducatorum 50. & in tali casu conceduntur monitoria, refert Couat. *lib. 1. cap. 3. num. 12. var. resol.* Ricc. *in prax. resol. 250. num. 5. part. 1.* idem practicari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Genuens. *in prax. cit. cap. 1. num. 3.* Sed melius dicunt alij, id non habere certam taxam, sed totum remitti iudicio Episcopi, qui pro re, loco, persona, aut tempore præfatas monitiones decernendas esse iudicet; vnde in villulis posse hæc monitoria concedi pro re inferioris valoris, dummodo non sit inferioris valoris ducatorum duorum, sentit Campanil. *in diuers. iur. can. rubr. 11. cap. 15. num. 104.* & habita consideratione personæ petentis monitoria, fuisse illa quandoque concessa pro summa ducatorum decem, refert Genuens. *cit. loc. sub num. 3.* 6

Quod si monitoria prædicta concederentur pro re leui, & minima non continente peccatum mortale, excommuni- 7

municatio esset nulla ex intolerabili iuris errore, iuxta *cap. per tuas, de sentent. excommunic.* cum nemo sine peccato mortali excommunicari possit, *cap. nemo, cap. nullus* 11. *quaest.* 3. valeret tamen eacommunicatio si res oon vulgaris valoris fuisset subtracta, sed quia plures subtraaerunt, singuli parum acceperunt non continens peccatum mortale, vt si plus vineam depredati sunt, in quo casu potest concedi eacommunicario, ita post Sot. Medin. Nauar. Henriq. & alios, tenet Genuens. *cit. loc.*

8 Nota, quòd habens interesse formatum aduersus monitoria, si compareat, & alleget illum, ad cuius instantiam relaxata sunt monitoria, oullum habere ius, & interesse in re, de qua in illis, est audiendus; immò si prædictus comparens petat depositionem principalis super interrogatorijs, ex quibus posset constare de iniustitia petentis illa, eius instantia est admittenda, & actor est examinandus cum iuramento super capitibus ab eo productis, ita testatur seruari Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 110.

9 Aduerte hic, quòd ea oppositione, grauis oritur suspicio contra se opponententem monitorijs, quia tutus in conscientia non se opponit, ita Genuens. *cit. loc. num.* 15. hinc Ricc. *in prax.* 1. *part. resolut.* 245. *in princip.* sentit ob eandem rationem oppositionis factæ cum nimia animositate, esse concedenda monitoria; & in praxi habetur aliqua ratio in iudicio plenario, etiam coram Iudice sæculari huius oppositionis factæ contra monitoria aduersus opponentem.

10 Nota quartò, quòd solet quandoq; opponi contra monitoria litis pendentia, ex quo pendente lite, illa non debent conceď super bonis deductis in iuditio, siue coram eodem Iudice Ecclesiastico, siue coram Iudice sæculari. In qua re distinguendum est, quòd aut monitoria sunt directa ad sciendum principalem, & penes quem bona reperiuntnt, & tunc quando in iudicio est conuenta certa persona contra bona in monitorio contenta, non sunt illa concedenda, quia eacommunicario non comprehendit eos, qui sunt certi, & litigant, ita Ricc. *in prax. cit. loc. resol.* 249. *num.* 1. & in hoc casu procedunt dicta per DD. per eum adductos. Aut monitoria directa sunt contra testes pro habenda veritate, & tunc subdistinguendum est, quòd aut in causa principali datus est terminus, & citati sunt testes in numero copioso, & tunc non sunt concedenda monitoria; aut sumus in termino habili ad eaaminandum testes in causa principali, & illi ignorantur, & tunc possunt concedi monitoria, ita Franc. Marc. *dec.* 385. *p.* 2. & alij quos refert, & sequitur Ricc. *decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 219. *in princ.* 1. *part.* & in his terminis loquuntur DD. adducti per eundem Ricc. *in prax. supra cit. loc. vers. contrarium*, Genuens. *cit. loc sub num.* 4.

11 Vlterius dicunt DD. monitoria non esse concedenda post rem iudicatam, & quando in lite lata est sententia, ita Leo *thesaur. for. Eccles. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. Ricc. *cit. resolut.* 249. *vers. contrarium tamen*, quæ dicta intelligenda sunt, quando à sententia non est appellatum, quia in causa appellationis eodem modo, sicut & in causa principali, quando testes ignorantur, possunt relaaari monitoria, quod clarè deducitur ex doctrina Leon. & Ricc. *supra cit.* qui tenent post sententiam, quæ fecit transitum in iudicatum, non esse concedenda monitoria. Et non solum pendente termino in causa appellationis possunt relaxari prædicta monitoria, quando ignorantur testes, sed etiam pendente termino restitutionis in integrum, & in omni termino, & casu, in quo potest examinari, docent Lazar. *de monit. sect.* 1. *quaest.* 18. *num.* 11. *& sect.* 4. *quaest.* 1. *num.* 23. Lel. Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de prælat. cap.* 1. *§. excommunicatio vero num.* 6. latè Campanil. *in diuers. iur. can. rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 116. *& seq.* vbi concludit etiam in eadem causa posse pluries, & toties monitoria relaxari, quoties in ea produci possunt testes, idque idem in prima, & secunda instantia.

12 Ad quod aduerte, quòd quando relaxantur monitoria pro habendis testibus publicatis attestationibus, & in secunda instantia, monitoria prædicta non debent continere quod de iure non potest articulari, vt aduertit idem Campanil. *cit. loc. num.* 118. hinc quia articuli super ijsdem vel de directo contrarijs non admittuntur publicatis attestationibus, vt obseruauimus ad *cap. ex tenore de testib.* merito si in tali casu monitoria continent quod non potest admitti in articulis, sunt reijcienda.

13 Nota quintò, communiter haberi apud Canonistas, hæc monitoria concedi in subsidium, quando veritas alio modo baberi non potest, id colligunt ca verbis huius *text. cap. ad nostram*, & Concil. Trident. pluries *cit. cap.* 3. vt testatur Genuens. *in prax. cap.* 1. *num.* 4. Hinc collige primò, quòd quandocumque res est nota, vel in foro ciuili transigi, vel alia via probari potest, est omnino abstinendum à monitorijs, ita Lazar. *cit. loc. sect.* 1. *quaest.* 15. *num.* 3. *& seqq.* Campanil. *cit. loc. num.* 119.

14 Collige secundò, monitoria esse concedenda contra personas, quas ignorat petens monitoria, secus contra personas certas, quia quando certæ sunt personæ, contra illas est agendum via ordinaria, ita docent omnes, & refert Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 247. *per tot.* vbi multos refert. Item quando testes sunt certi, non sunt relaaanda monitoria generalia, sed potest eis fieri præceptum sub pœna eacommunicationis, quod veritatem deponant coram Iudice laico, prout testatur seruari Genuens. *in prax. cap.* 1. *sub num.* 4. idque probat de iure, qui etiam tenet posse relaaari monitoria generalia, quando testes sunt certi, & citati cum clausula, dummodo non recipiantur reuelationes testium certorum, & citatorum, & dummodo testes citati non sint in oumero copioso, puta trigiota, vel quadraginta.

15 Collige tertiò, monitoria prædicta non concedi, quando capita concernunt factum proprium petentis, eadem ratione, quia monitoria prædicta conceduntur, quando veritas alias baberi non potest, sed in facto proprio quis potest habere veritatem ea se ipso, non solum ipsius facti, sed testium, qui fuerunt præsentes, quos cum certo sciat, potest compellere ad præbeodum testimonium. Verùm quia in multis casibus, etiam in facto proprio, præsumitur ignorantia, Soc. relatus per Genuens. *in prax. cap.* 1. *num.* 4. *in princ. fin.* merito in prædictis casibus possunt concedi monitoria, puta si factum esset antiquum, vel valdè implicatum, vel quando factum fuit explicatum per alium, vel quando tractatur de facto expedito ab homine præpedito multis negotijs, vel eapedito in articulo mortis, vel quando tractatur de habendo valore rei de præterito, & non de præsenti, & quandocumque magnitudo facti aliud suaderet, aut coniecturæ essent in contrarium, ita Genuens. *cit. loc.* In praxi solent adaptari monitoria in facto proprio, hoc modo, si Titius vult probare mutuum per se ipsum factum Caio, format monitorium hoc modo, quis scit, vel declarari audiuerit à Caio, recepisse mutuum ab ipso Titio. Multa ad hanc materiam vide apud Rit. *cit. loc. resol.* 255.

16 Collige quartò, quòd si quis compareat, & dicat bona contenta in monitorijs esse penes se, illamque tuta conscientia retinere, quodque probaturum promittit coram Iudice competenti, quia iam veritas patefacta est, non est vlterius procedendum in monitorijs testatur Guttier. *canon. qq. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 82. Maceraten. *var. resol. lib.* 1. *resolut. vlt. cas.* 75. *vers. verum*, & alij, quos refert, & sequitur Campanil. *cit. loc. num.* 115.

17 Collige quintò, ad instantiam hæredis, vel alterius non deberi concedi monitoria pro habenda notitia, & cognitione bonorum hæreditatis, si de eadem hæreditate confectum est inuentarium, & hoc eadem ratione, quia iam bona patent ea inuentario; possent tamen in hoc casu coocedi monitoria contra scientes bona hæreditaria non contenta in inuentario, docet Genuens. *in prax. cit. loc. sub num.* 4. & sequitur Ricc. *cit. loc. resol.* 251. *per tot.*

18 Nota sextò, communiter concedi monitoria contra detinentes, possidentes, vel occupantes quocumque modo scripturas alienius, quæ monitoria ligant tantùm illos, qui possunt cogi ad exhibendas scripturas per Iudicem laicum. Et in quo casu possit quis compelli eahibere scripturas contra se, vide apud Menoch. *de arbitrar. cas.* 499. *per tot.* quòd si quis non teneretur edere scripturas contra se, in tali casu non possunt relaxari monitoria, vide adducta per Campanil. *cit. loc. num.* 95. *in fin. & 96.* Ricc. *dec. Cur. Archiep. Neap.* 36. *p.* 2. *per tot.* vbi concludit, posse contra socium relaxari monitoria pro eahibitione librorum societatis, quia socius tenetur dictos libros

bros exhibere etiam contra ſe, ad fauotem conſocij. Hæc monitoria non poſſunt impediri per detinentem ſcripturas, quia aut tenetur ſcripturas exhibere, & poteſt compelli, & tunc ligatur monitorijs; aut non tenetur, nec poteſt compelli, & tunc non ligatur monitorijs, & propterea inutile eſt illa impedire.

19 Nota ſeptimò, facultatem concedendi monitoria ex Concil. Trident. *cit. cap.* 3. *ſeſſ.* 25. vbi dicit, *A nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo decernantur*. Ex quibus verbis, & alijs *eiuſd. text.* videntur excludi alij ab hac poteſtate; nihilominus quia nomine Epiſcopi, vbi in ſpecie non excluditur Vicarius Generalis, & tractatur de re, quæ conuenit officio Vicarij, venit etiam Vicarius Generalis, docet gloſ. *in cap. vnic. verb. per Epiſcopos, de capell. Monach. in* 6. vbi Franch. *num.* 4. Sbroz. *de offic. Vic. lib.* 2. *quæſt.* 201. *num.* 2. *& quæſt.* 43. *num.* 28. *&* 29. probat Sanch. *de matr. libr.* 3. *diſp.* 29. *num.* 16. *verſ. ad ſecundum*, proinde hanc poteſtatem concedendi monitoria competere etiam Vicario Generali Epiſcopi, tenent omnes, refert Ricc. *in prax. reſol.* 246. *part.* 1. *num.* 4. & comprobat communis practica, etiam præſente Epiſcopo, Ricc. *eod. loc. num.* 6.

20 Eadem poteſtas concedendi monitoria competit etiam Vicario Capitulari Sede Epiſcopali vacante, & multo magis Capitulo, ad quod tranſeunt omnia, quæ ſunt iuriſdictioni neceſſaria, vt eſt facultas promulgandi excommunicationes, ita docet Marta *de iuriſdict. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 53. Ricc. *cit. loc. num.* 5. & alij omnes. Idem dicendum eſt de Vicario Apoſtolico, prout teſtatur declaraſſe Sac. Congreg. Campanil. *cit. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 106. & Barboſ. *in ſum. Apoſt. deciſ. verb. monitoria, num.* 1. ac etiam de Legato à Latere, qui etiam poteſt monitoria concedere, docet idem Ricc. poſt alios *cit. loc. num.* 2.

21 Quò controuerſum eſt in hac materia, illud eſt, an requiratur in Vicario ſpeciale mandatum, adhoc vt poſſit monitoria concedere; & quod requiratur ſpeciale mandatum prædictum, faciunt verba fortia, enixa, & geminata, quibus Concil. Trid. *cit. loc.* reſeruat hanc facultatem ſoli Epiſcopo, ibi: *Nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo, &c.* & ibi: *Sed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum*, & ita tenet Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.* 45. *in princip. verſ. ſecundo*. Verùm iudicatur verior opinio contraria, poſſe Vicarium ſine ſpeciali mandato concedere prædicta monitoria, & excommunicationem, probant Leo *in theſaur. for. Eccleſ. cap.* 38. *num.* 17. *& ſeqq.* Lazar. *de monit. ſect.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. & quæſt.* 7. loquitur de Vicario Capitulari, Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 94. qui plures citat, *& num. ſeqq.* reſpondet declarationibus Sac. Congreg. quæ in contrarium poſſent adduci.

22 Concil. Trident. *cit. cap.* 3. reſeruando poteſtatem concedendi excommunicationem prædictam, non intendit aliud, niſi à prædicta facultate excludere Prælatos inferiores Epiſcopis, etiam habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, & exemptos, ac etiam nullius Diœceſis; iſti enim non poſſunt monitoria, & excommunicationem prædictam concedere, etiam ſuis ſubditis, ſed illi pro impetrandis iſtis monitorijs tenentur adire Sedem Apoſtolicam, tenent multi adducti per Garz. *cit. loc. num.* 95. contra Suar. ſequitur Campanil. *cit. rubr.* 11. *cap.* 15. qui teſtatur ſic declaraſſe Sacr. Congregat. nouiſſimè refert Barboſ. *ſum. Apoſt. deciſ. verb. monitoria, num.* 3.

23 Vicario Foraneo poſſe Epiſcopum delegare ex ſpeciali mandato facultatem concedendi literas monitoriales pro rebus deperditis, ſi Vicarius Foraneus ſit perſona circumſpecta, & grauis, refert deciſum per Sacr. Congreg. *ſuper cit. text. cap.* 3. *Concil. Trident. die* 6. *Iun.* 1592. Barboſ. *in ibid. adductis declarat.*

24 Obſerua octauò, monitoria in multis caſibus non concedi. Et primò, quando non præcedit inſtantia illius, cuius intereſt, iuxta Conſtit. Pij V. 183. incip. *Sanctiſſimus*, tenet Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 108. Secundò, non concedi ſuper capitibus infamatorijs, tenet Campanil. *cit. loc. n.* 114. latè Genuenſ. *in prax. cap.* 1. *num.* 6. qui ex hac doctrina deducit in praxi, nunquam in monitorijs nominari perſonam, quæ præſumitur rem detinere, nec dici quicumque ſciuerit rem furto ſubtractam reuelet, ſed tantum dici modeſtè, quicumque ſciuerit apud quem talia bona reperiuntur, vel quis ea acceperit vel detineat, reſtituat. Et licet ſoleat in monitorijs exprimi ſimulatio alicuius contractus, tamen ſi reuelationes contineant infamiam, non conceditur copia, ſed tantum ſolet dari copia teſtium, quos compellit Iudex laicus, dummodo non deponant ſuper crimine, ita Genuenſ. Tertiò, non concedi monitoria, ſi contineant alicuius delictum, latè Lazar. *de monit. ſect.* 1. *q.* 10. Genuenſ. *cit. loc. num.* 7. Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 252. *per tot. vbi num.* 3. dicit, id etiam procedere in pœna pecuniaria, quando Fiſco venit applicanda; hoc adeò verùm eſt, vt etiam ſi reuelationes non contineant crimen, adhuc in concedenda copia reuelationum Vicarius ſolet iniungere præceptum parti ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quòd prædicta copia non vtatur in cauſa criminali, ita Genuenſ. *cit. loc.* qui dicit, quòd conceduntur monitoria, quando coram Iudice laico agitur de crimine ciuiliter, niſi continerent ſcandalum. Quartò, non concedi ad inſtantiam excommunicati, vel notorij peccatoris, idem Genuenſ. *cit. loc. num.* 9. poſt DD. in *cap. nouit, de iudic.* contrarium ſentit Ricc. *collect.* 102. 1. *part.* Quintò, non concedi per Epiſcopum, vel alium Ordinarium in eadem cauſa, in qua conceſſa fuerunt à Summo Pontifice monitoria vigore ſignificauit; nam Epiſcopus non poteſt addere noua capita illis conceſſis per Summum Pontificem, nec manus apponere, niſi tantùm vt executor vulgarizando, & in linguam vernaculam, & maternam redigendo capita prædicta. Iſta, & alia adducit Campanil. *cit. loc. num.* 124. *& ſeqq.* vbi alios refert.

25 Obſerua nonò, teſtes, qui deponunt vigore horum monitorialium, non teneri iurare, ſed poſſe abſolutè ſuas atteſtationes facere, niſi in ipſis monitorijs præciperetur, vt deponerent cum iuramento, quòd præcipi poteſt, vt docet Campanil. *cit. loc. num.* 111. poſt alios per ipſum adductos. Item tenentur iurare, quando pars, quæ ſe oppoſuit monitorialibus, petijt teſtes recipi cum iuramento; & ſi vlterius inſteterit recipi cum interrogatorijs, tenentur deponere ſuper interrogatorijs præſentatis, docet Lazar. *in canonic. & pract. qq. ſect.* 4. *q.* 9. *in princ.* quem ſequitur Campanil. *cit. loc. num.* 123.

Debent tamen neceſſariò prædicti teſtes reuelare in ſcriptis, nec ſatisfaciunt, ſi oretenus Epiſcopo manifeſtent quod ſciunt, docet Nauar. *conſ.* 5. *de furt.* quem ſequitur Genuenſ. *in prax. cap.* 1. *num.* 19. qui tenet, non teneri teſtes ſuis expenſis adire Epiſcopum, vel alium abſentem, cui tenentur reuelare. Nec ſatisfacit teſtis, dicendo, me exhibeo paratum ad reuelandum quicquid ſcio, quando vocor coram Iudice cauſæ principalis, niſi id permitteret particularis Conſtitutio alicuius loci, tenet Campanil. *cit. loc. num.* 112.

Prædicti teſtes cum reuelant, non recipiuntur citata parte; hæc tamen citatio eſt neceſſaria, quando repetuntur coram Iudice cauſæ principalis, alias eorum depoſitio non probat, & nulla digna eſt fide, docet Bertrand. *conſ.* 112. *ſub nu.* 14. *vol.* 6. & eſt indubitatum apud omnes, in qua repetitione non poteſt teſtis ſimpliciter ſe remittere ad ea, quæ depoſuit in reuelatione, ſed tenetur teſtificare per extenſum, vel facere ſibi legi de verbo ad verbum reuelationem factam vigore monitorij, illamque acceptare, addendo, vel diminuendo quod ſibi videtur addendo, vel diminuendum, prout commune eſt, & obſeruari in omnibus repetitionibus teſtium, docet Lazar. *cit. loc. ſect.* 4. *quæſt.* 9. & Ioan. Guttier. *lib.* 1. *canon. quæſt. cap* 11. *num.* 94.

26 Quando quis excuſetur ab excommunicatione non reuelando, vide plura adducta per Genuenſ. *in prax. cap.* 2. *per tot.* Campanil. *cit. loc. num.* 100. *& ſeqq.* Illud ſpecialiter nota, quòd exiſtens extra territorium Epiſcopi concedentis monitoria non ligatur illis, niſi diſceſſerit poſtquam cæpta ſunt publicari monitoria, quia iam per monitionem dicitur præuentus, docet idem Genuenſ. *cit. loc. num.* 11. ſi tamen monitio ad eius notitiam peruenerit ante diſceſſum. Multos alios caſus, quibus quis non ligatur monitorijs prædictis, vide apud Ricc. *in prax.* 1. *part. reſolut.* 255. *in notabil.*

27 Aduerte, quòd Epiſcopus, vel alius Superior, qui conceſſit copiam reuelationum, cum proteſtatione, quòd illa

non

n nn probent , nisi in causa ciuili , & cum præcepto parti, vt illis non vtatur , nisi in causa ciuili , si pars de facto illas præsentauit coram Iudice laico in causa criminali , ex qua secuta est condemnatio , & mors inquisiti , non efficitur irregularis ; sicut nec incurrit pars ipsa querelam exponens coram Iudice laicn , cum protestatinne citra pœnam sanguinis , ita docet Campanil. *cit. loc. num.* 120. & est indubitatum.

28 Nota , quòd huic excommunicationi , quæ fertur pro rebus deperditis , præcedunt suæ monitiones cum debito dierum interualln inter ipsas monitiones, iuxta *cap. sacro, de sent. excommun. & cap. constitutionem , §. statuimus , eod. tit. in 6.* qui terminus , si factum ita suadeat , potest abbreuiari, vt *in d. §. statuimus* , vbi DD. notat Genuens. *in prax. cit. cap. 1. num.* 10. qui testatur in Curia Archiepiscopali Neapolis poni interuallum, & terminum dierum sex inter vnam , & aliam monitionem .

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *MOnitoria non conceduntur ad detegendum delictum .*
2 *Pro rebus occultis, & non pro facto proprio .*
3 *Praxis Romana Curia .*
4 *An possint delegari Vicarijs foraneis ?*
5 *Aduocati an teneantur reuelare ?*
6 *Quid in subsidium .*
7 *Restrictiones .*
8 *Resolutio quæstionis .*

1 MOnitoria ad finem habendi reuelationes non possunt concedi ad detegendum delictum , vel delinquentes, Sacra Congregatio Episcoporum Aprutino 22. Aprilis 1616.

Neque possunt concedi pro reperiendis testibus in causa criminali , etiam ad defensam , nec talibus reuelationibus vti quis poterit in causa criminali , Nicolius *in sua prax. verb. Monitoria* .

2 Prn rebus tantùm occultis expèdiri debent , quando testes aliundè haberi non possunt , & pro factn prnprio nnn conceduntur , nisi factum esset adeò antiquum , vt in eo præsumatur obliuio, Nicol. *vbi sup.*

3 Rnmana Curia non concedit , nisi snb conditione , quòd res perditæ ascendant ad valorem quinquaginta anrenrum , quamuis fuerint separatim subtractæ , Nicol. *vbi supra* .

4 An possint delegari Vicarijs foraneis ? Pro vtraque parte edisserit Nicol. & pro affirmatiua opininne arguit , vt delegari valeant dictis Vicarijs foraneis, si viri sint circumspecti . E contrario negar Fagnan. *in cap. quoniam , de offic. deleg.* vbi ita refert declarasse Sacr. Congregationem . Cæterum Nicol. probat affirmatiuam.

5 Aduocati , & Procuratores an teneantur reuelare ? Quæstio ingens est,de qua latè agit Præs. de Franch. *decis.* 222. Et pro affirmatiua opinione stant Annæus Robert. *rer. iudicat. lib. 2. cap. 19.* Fontanell. *decis. 189. num. 7.* Duran. *decis.* 227. Per reticentiam etenim videtur Aduocatus celare veritatem , in qua consistit potissima laus Aduocatnrum .

Distinguunt alij materiam à materia , vt si materia sit de his , quæ sciuntur ratione consilij præstiti , & adesset nota præuaricationis reuelandn . Si autem de his , quæ sciret Aduocatus vti testis , & tunc secus , & distinctionem comprobant Giurb. Castill. Mastrill. quos cumulat Fontanell.

6 In subsidium tribus concurrentibus alij obligant Aduocatum , scilicet quòd sit bonæ famæ , ditinr Partibus , & quòd tractetur de modica summa, Costa Farin. & Carena *resol.* 52. Intellige præcedente correctione fraterna , & monitione clientis .

7 Restringitur præterea , si res , de qua agitur esset causa sanguinis , vel de alia re , qua paulò minoris æstimatur , quàm mors præuijs requisitis adductis *in obs.* 222. de Franch.

Excipitur casus , quandn lis transactione finita esset , 8
nam potest aduocari testimonium Aduocati ad transactionis fidem , *cap. ex literis de transact.* Annæus Robert. *vbi supra* .

Distinctionem de Franch. ego amplexatus fui *in d. obs.* 222. *& in appendic.* vbi occurro *decis.* 94. Giurb. vt quoties Aduocatus reuelauerit , hoc casu possit cogi ad repetendum reuelata coram Iudice laico , dum ex reuelatione siue iusta , siue iniusta amplius secretum nnn esset .

ANNOTATIO XLVI.

De Renunciatione Nouitij.

ARGVMENTVM.

Quomodo facienda sit hæc renunciatio ex Trid. Nouitius quomodo disponere possit causa mortis . Et an in fauorem Monasterij . Professus an possit mutare testamentum factum ante professionem . Renunciatio facta ante susceptionem habitus an subiaceat dispositioni Concilij Trident. An renunciatio Beneficij debeat fieri per Nouitium iuxta terminos Concilij . Et quid si Nouitius sit maior . Nouitius professione non secuta , quomodo restituatur ad bona renunciata , & ad quæ bona , & an ad Beneficium . De Monacho facto Episcopo . Hæc renunciatio quomodo facienda cum licentia Episcopi . Multa de hac licentia . Infra quantum tempus fieri debeat. Et quando sit nulla facta sine licentia , & extra tempus . Certioratio an requiratur in hac renunciatione . An renuncians possit petere legitimam , vel supplementum . Quid si renuncians moriatur ante professionem , vel renunciatio sit facta ad fauorem masculorum, qui non supersunt . Et alia.

SVMMARIVM.

1 *REnunciatio Nouitij quomodo facienda ex Concil. Trident. Et quid contineatur nomine renunciationis , num. 2.*
3 *Nouitius quomodo possit disponere causa mortis de suis bonis . Et an possit instituere Monasterium , num. 4. Et quid si decedat ab intestato , num. 5.*
6 *Professus an possit testamentum factum ante professionem mutare .*
7 *Renunciatio , vel donatio facta per ingressurum Religionem ante susceptum habitum , an subiaceat solemnitatibus Concil. Trid.*
8 *Renunciatio Beneficij an debeat fieri per Nouitium , seruata forma* Trid. Concilij cap. 16. sess. 25. de Regul.
9 *Renunciatio Nouitij etiam maioris est facienda cum solemnitatibus Concil.*
10 *Nouitius restituitur ad bona donata , vel renunciata , professione non secuta . Quid si donauerit , etiam non secuta professione , num. 11. Declara , num. 12. & 13.*
14 *Nouitius egrediens non facta professione , qua non recuperet à Monasterio, & qua recuperet , num. 15.*
16 *Professione nulla declarata , censetur nulla etiam renunciatio, vel donatio .*
17 *Nouitius an recuperet Beneficium , non emissa professione , vel declarata nulla . Et si est Curatum , quomodo in eo debeat inseruiri durante anno probationis , num. 17.*

18 *No-*

18 *Nouitio infra annum probationis emittenti professionem ex priuilegio quis succedat.*

19 *Monachus factus Episcopus an recuperet bona renunciata tempore Nouitiatus.*

20 *Renunciatio Nouitij requirit licentiam Episcopi. Et quomodo debeat interuenire, & quanto tempore præsumatur, num. 21. Et quis alius possit illam concedere, num. 22. Et quomodo conceditur, num. 23.*

24 *Renunciatio Nouitij debet fieri infra duos menses ante professionem. Et quomodo computetur hic terminus, num. 26.*

27 *Renunciatio sine licentia, vel extra dictum tempus est nulla ipso iure, etiam si huic fauori sit renunciatum, num. 29. Fallit inter Patres Iesuitas, num. 28.*

30 *Nouitius, vel Nouitia renuncians an debeat certiorari. Et an solemnitates Concilij requirantur, quando renunciatio est fauore Monasterij, n. 31.*

32 *Renuncians an possit petere legitimam, vel supplementum. Et an possit renunciationem reuocare, si illi non seruentur præmissa, num. 33.*

34 *Nouitius renuncians si moriatur ante professionem, bona renunciata transeunt ad heredes.*

35 *Renunciatio, vel donatio facta ad fauorem masculorum ex corpore descendentium, si tales non supersint, ad quem transeat res renunciata, vel donata.*

ANNOTATIO XLVI.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. in præsentia, de Probat.

CAsus huius text. disponit, bona illius, qui se, & sua obtulit Monasterio, ad Monasterium spectare; cuius occasione DD. tractant hîc de bonis Nouitiorum, in quo text. obseruandum duxi quomodo de bonis suis possit disponere Nouitius, iuxta terminos Sac. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 16. de regular.* de qua materia latè Ciuilistæ *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* iuxta suos terminos, in particulari Tap. *in ead. auth.* Cæuall. *commun. contra commun. quæst. 63. & quæst. 121.* & alij. In nostris terminis canonicis tractant Guttier. *canon. lib. 2. cap. 1.* Cened. *ad decret. collect. 50.* Menoch. *de arbit. cas. 436.* Lel. Zech. *de Republ. Eccles. tit. de regul. cap. 3.* Garz. *de benefic. part. 11. cap. 9.* Azor. *instit. moral. 1. par. lib. 13. cap. 9. quæst. 2.* Sanch. *in sum. lib. 7. cap. 15.* Molin. *de iust. & iur. disput. 139. tract. 2.* Nauar. *cons. 81. & 82. de regul.* Faust. *de thesaur. Relig. quæst. 179. lib. 5.* Rouit. *decis. 10.* Molfes. *in sum. mor. tom. 1. cap. 16. de renunciat.* Armendar. *in addit. ad recomp. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig.* Peregr. *in suis Constitut. part. 2. cap. 1. lit. G. §. 2.* Laur. de Peyrin. *de priuil. Regul. tom. 1. in Constit. 2. Sixti IV.* Bartholom. de Zecch. *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum Nouitijs, disp. 8. dub. 8.* Tambur. *de iur. Abbatiss. disput. 4. quæst. 10.* Sell. *sellect. canon. cap. 19.* Campan. *diuer. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 9. & seqq.* de Grass. *de effect. cler. effect. 4. num. 22. & seqq.* Suar. *de Relig. lib. 5. cap. 16.* Rodriq. *in compen. quæst. Regul. resol. 53.* Aldan. *in compend. resol. iur. canon. lib. 1. tit. 16.* Ricc. *in prax. resolut. 349. & seqq. 3. part. & decis. Cur. Archiepisc. 295. & collect. 453. 2. part.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 99. part. 3. in remiss. ad cit. cap. 16.* Conc. Trident. *in tract. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 224. & seqq. & in sum. Apost. decis. verb. renunciare*, Nouar. *Lucer. Regular. verb. renunciatio*, Portel. *in dub. Regul. verb. Nouitiatus*, Dian. *resol. moral. tom. 3. tract. 2. de dub. Regul. resol. 55.*

1 Nota primò, ex Concil. Trident. *cit. cap. 16.* disponi nullam bonorum renunciationem, aut obligationem factam ante professionem, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumque piæ causæ valere, nisi infra duos menses proximos ante professionem cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij Generalis facta sit, quæ effectum suum sortiri non potest, non secuta professione. Monasterium quoque intra annum, quo Nouitius in probatione est, aliquid ab eo, vel eius propinquis, vel curatoribus, præter victum, & vestitum recipere minimè potest, quocumque prætextu tribuatur de bonis ipsius Nouitij, ne hac occasione discedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat, nec facilè si discesserit, id recuperare possit, quin potius præcipitur sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, ita Trid.

Prædicta Conciliaris dispositio comprehendit omnes 2
contractus lucratiuos Nouitij, quos omnes facere non potest, non seruata forma prædicta, docent communiter DD. præcitati; ita vt sub prædicto nomine renunciationis, & obligationis, de quo in Concil. contineatur donatio inter viuos, liberatio, qua Nouitius tutorem suum, siue curatorem à reddendis rationibus liberat, nisi facta esset in testamento, non alterando naturam testamenti, liberatio fideiussoris, renunciatio officiorum publicorum temporalium, si fiat quatenus statim transferantur in eum, in cuius fauorem facta est, ita Nouar. *cit. loc. num. 3. & seqq.* Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc. num. 225.* & similia.

Non tamen Concil. Trident. *cit. loc.* comprehendit dis- 3
positiones causa mortis, vnde Nouitius potest liberè testamentum, legatum, & codicillum, ac similes dispositiones mortis causa facere, non seruata forma prædicta tradita per Concil. item & donare causa mortis, probat latè Campanil. *cit. loc. num. 13.* sequitur Barbos. *cit. loc. num. 134.* vbi adducit ferè infinitos DD. Hinc Nouitius siue ante ingressum, siue durante anno Nouitiatus, potest liberè testari, seruata solùm solemnitate de iure communi, *§. si quis autem, vers. illud, in auth. de Monach. & in auth. nunc autem, C. de Episc. & Cler. cap. si quis mulier, 19. quæst. vlt.* de quo testamento, & an rumpatur secuta professione, latè Couar. *in cap. 2. num. 4. de testam.* Iul. Clar. *§. testamentum, quæst. 28.* Cæuall. *commun. contra commun. quæst. 121.* Nouar. *Lucern. Regul. verb. testamentum, num. 16.* Ricc. *in prax. 1. part. resol. 316.*

Quæro, quid si Nouitius moriatur infra annum pro- 4
bationis, relicto hærede Monasterio, an possit Monasterium, si est capax, habere hæreditatem prædictam?

Respondeo pro parte negatiua, quòd Monasterium non potest recipere hæreditatem prædictam, nec aliud legatum à suo Nouitio, fortiter vrgent verba Conc. Trid. *cit. cap. 16.* quæ expressè prohibent Monasterio recipere aliquid ex bonis Nouitij quocumque prætextu durante anno probationis, ex quibus verbis Campanil. *cit. loc. num. 15. in fin.* cum Molin. Menoch. & alijs per eum adductis, defendit Monasterium non posse institui hæredem per eius Nouitium. Hæc opinio est grauium DD. & secundum verba Concil. Trident. Sed contraria est secundum mentem Concilij, & verior; non enim prohibetur Monasterium recipere ex Nouitij bonis per Conc. Trid. alia ratione, nisi adhoc, vt scilicet hac occasione discedere nequeat Nouitius; sed in eo quod recipit Monasterium ex bonis Nouitij causa mortis, non procedit ratio Concilij, ergo neque prohibitio. Vlterius quòd Nouitius reliquit Monasterio causa mortis, non transit ad Monasterium, nisi secuta morte Nouitij, & sic tempore quo disponens non est amplius Nouitius.

Controuertitur in his terminis, cui competant bona 5
Nouitij morientis ab intestato infra annum probationis ante emissam professionem; nam tenent multi, Monasterium succedere, ita Cyn. & Bart. *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles.* Butr. & Dec. *in hoc cap. in præsentia*, Iul. Clar. *§. testamentum, quæst. 28. post num. 6.* Iacob. de Rauen. & Petr. de Bellapert. *in auth. si qua mulier, C. de sacros. Eccles.* Surd. *decis. 303. num. 8.* & alij. Distinguunt alij, quòd si Nouitius tempore ingressus se, & bona sua expressè Monasterio obtulerit, & tunc Monasterium succedat; si verò tacitè, & tunc non Monasterium, sed agnati venientes ab intestato succedant, ita Paris. *in hoc cap. in præsentia, num. 187.* quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. cas. 436. num. 11. & cons. 396. num. 3. volum. 4.* Vltimi verò secundum veriorem, & communiorem sententiam tenent non ad Monasterium, sed simpliciter ad agnatos, & venientes ab intestato spectare hæreditatem Nouitij morientis infra annum probationis sine testamento, ita in hoc *cap. in præsentia*, Abb. *num. 68.*

num. 68. Parif. *num.* 186. Bero. *num.* 553. & alij *in d. auth. ingressi*, Iaf. *num.* 59. Tap. *verb. sua*, *cap.* 2. *an.* 3. & alij, quos refert, & sequitur Campan. *cit. rub.* 12. *cap.* 3. *num.* 15. *in fin.* qui testatur de veriori, & magis communi.

6 Absolutum est in iure, professum non posse testamentum facere. Dubitatur, an possit saltem testamentum factum tempore Nouitiatus reuocare, vel mutare? Resp. negatiuè, nec illud mutare posse, nec reuocare, etiam si talem potestatem sibi reseruasse tempore conditi testamenti, tenet Thesaur. *quæst. for.* 56. *lib.* 2. Sanch. *in sum. cap.* 11. *in fin. lib.* 7. nouissimè Nouar. *Lucer. Regul. verb. testamentum*, *num.* 6. vbi alia multa de testamento Regularis.

7 Vlterius Concil. Trident. *cit. cap.* 16. non comprehendit dispositiones factas ante susceptum habitum Nouitiorum, etiam si factæ sint intuitu ingressus; vnde ingressurus Religionem antequam suscipiat habitum Nouitiorum, potest liberè renunciare, vel donare, aut aliquo modo etiam inter viuos de bonis suis disponere, etiam facta mentione intuitu ingressus, non seruata forma Concilij; & ratio est, quia iste donans, renuncians, vel disponens est sæcularis, & non adhuc Nouitius, & sic non ligatur forma tradita per Concil. Trid. quæ loquitur tantùm de Nouitijs; nec dispositio Concilij potest extendi vltra casum, de quo loquitur, cùm sit correctoria, vt probat Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 356. *num.* 7. tenent principalem hanc opinionem Barbos. & innumeri ferè DD. per ipsum adducti *tract. de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 275. contra alios citatos *num. seqq.* sequitur Nouar. *Lucer. Regul. verb. renunciatio*, *num.* 9. *& seqq.* qui testatur sic declarasse Sacram Congregat. Concil. ac voluisse Rot. *in vna Parmen. transactionis* 20. *Decembris* 1627. *coram D. Durano*.

8 Controuersum est inter DD. an dispositio *cit. cap.* 16. *Concil. Trid.* locum sibi vendicet in renunciatione Beneficij. Et negatiuam partem tuetur Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 12. *&* 13. & alij. Contrarium verò, quòd etiam in renunciatione Beneficij locum habeat *cit. cap.* 16. *Concil. Trident.* tenet Parif. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 13. *à num.* 4. & alij, & omnes pro vtraque sententia adducit Barbos. *cit. loc. num.* 233. ipse verò testatur opinionem negatiuam in puncto iuris esse veriorem, affirmatiuam verò esse frequentiorem, & magis communem, quàm etiam defendit Ricc. *in prax. resol.* 258. 1. *part. vbi num.* 3. qui tenet non posse Nouitium renunciare Beneficium, nisi per duos menses ante professionem, seruata forma Concilij, nec Episcopum posse illud conferre, ante professionem, hæc opinio humanior est; nam aliàs Nouitius posset exire è Religione, non emissa professione, & cogeretur mendicare, & proindè tenenda, quia Concil. *cit. cap.* 16. indistinctè prohibet renunciationes, dicendo, *Nulla quoque renunciatio*, nec distinguit de renunciatione bonorum, vel Beneficiorum.

9 Habet tamen locum dispositio prædicti *cap.* 16. *Concil. Trid.* in renunciatione facta tam à minore, quàm à maiore sexdecim annorum, vt probat Campanil. *cit. loc. num.* 18. & sequitur Barbos. *cit. loc. sub num.* 224. contra alios per eum citatos; vnde dicendum est, quòd in renunciatione facienda per maiorem adhuc est adhibenda solemnitas Concilij, similiter in renunciatione confirmata iuramento, vt disponit apertè Concil. ibi, *Etiam cum iuramento*.

10 Obserua secundò, quòd siue Nouitius renunciet, vel donet infra annum probationis, siue ante ingressum, sed intuitu ingressus, siue renunciet, vel donet seruata forma Concilij, siue illa non seruata, renunciatio, vel donatio continet in se conditionem, vt tunc suùm sortiatur effectum, si sequatur professio; vnde si Nouitius exeat à Religione, omnia recuperat, prout si esset postliminio reuersus, & in pristinum statum omninò remittitur, ita Felin. *in cap. inter dilectos*, *num.* 3. *de fid. instrum.* de Grass. *de effect. cler. effect.* 4. *num.* 32. est indubitatum apud omnes, idque procedit non solum si donauerit, vel renunciauerit extraneo, sed etiam si ipsi Monasterio, vel Religioni, & probant aperta verba Concil. *cit. cap.* 16. *in fin.* ibi, *Et vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur*. De donatione facta ante ingressum, tenet Ricc. cum multis per se adductis *in prax.* 1. *part. resol.* 550. *per tot.*

Ampliatur supradicta, vt nec valeat donatio, siue renunciatio facta à Nouitio, vel aliàs intuitu ingressus, & non secuta professione, ita vt donanti sint omnia restituenda, etiam si donans expressè dixerit velle donationem, vel renunciationem valere, in casu, quo professionem non emitteret, ita decisum refert Peguer. *decis.* 252. quem refert, & sequitur Campinil. *diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 19. 11

Sed hoc de renunciatione, seu donatione facta ante susceptum habitum Nouitiorum, quòd non valeat, & sit restituenda in casu egressus, intellige quando donans, vel renuncians cogitauerit ingredi, eiusque intuitu renunciationem, vel donationem fecerit; etiam si in donatione non sit facta mentio ingressus, nec aliæ causæ impulsiuæ essent cumulatæ; secus tamen dicendum est, si donatio, vel renunciatio est facta ante ingressum, nulla habita cogitatione ingressus, nec illius intuitu, tunc si sequatur ingressus, & postea egressus ante professionem, non rescinditur donatio, vel renunciatio, ita post Molin. & alios tenet Campanil. *cit. loc. num.* 17. conciliando hac distinctione contrarias declarationes Sacræ Congregat. per eum relatas. 12

Aduerte, quòd pugnantes sententiæ, an dispositio Concilij Trident. *cit. cap.* 16. locum habeat in renunciatione, seu donatione facta ante ingressum intuitu ingressus, de qua quæstione vltra prædictos, etiam apud Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 2. *de dub. Reg. resol.* 55. Conciliantur benè prædicta distinctione Campanil. sed posset etiam addi & alia reconciliatio, vt non procedat dispositio Conciliaris prædicta quoad solemnitates, de quibus in Concil. ita vt donans, vel renuncians ante susceptum habitum non teneatur donationem facere, vel renunciationem coram Ordinario, & per duos menses ante professionem; procedit tamen Conciliaris dispositio in hoc casu, quando quis donauit, vel renunciauit cogitans de ingressu, quoad reuocationem, & recuperationem rei donatæ, vel renunciatæ, vt illam non possit Monasterium, vel donatarius retinere secuto egressu, sed teneatur omnia restituere donanti, vel renuncianti. 13

Quod diximus Nouitium exeuntem à Religione, non facta professione, recuperare omnia per eum donata, vel renunciata intuitu ingressus, limitatur multis modis. Et primò, quoad eleemosynas; Nouitius enim in tali casu non recuperat eleemosynas per eum factas Monasterio, dummodò sint modicæ, habita consideratione facultatum ipsius Nouitij, docet Nicol. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 17. & alij, quos adducit Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 226. vbi concludit, Monasterium non teneri restituere Nouitio exeunti prædictas eleemosynas, idque extendit *num. seq.* ad oblationes factas per Nouitium Deo, B. Mariæ, & Sanctis, dummodò attentis facultatibus Nouitij, non sint alicuius momenti, voluit etiam Fr. Eman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 5. Sanch. & alij apud Barbos. Secundò, non recuperat, nec tenetur Monasterium restituere, si Nouitius professione non facta discesserit, quicquid per parentes Nouitij, vel curatores datum est Monasterio, non de bonis Nouitij, sed de bonis ipsorum, quia Concilium prohibet recipi de bonis Nouitij, Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 16. Tamburin. *de iur. Abbatiss. disput.* 6. *quæst.* 10. *num.* 21. qui Barbos. *cit. loc. num.* 230. qui *num. seq.* dicit id non procedere in dote data Nouitiæ à parentibus de bonis ipsorum, nam illam recuperant succedente egressu. Tertiò, non recuperat Nouitius, si exeat non emissa professione, quòd dedit Monasterio pro eius victu, vel vestitu; id enim excipitur expressè per Concil. Trid. *cit. cap.* 16. Vnde quicquid datum est etiam de bonis Nouitij pro substentatione illius, vel Monialium, & pro solemnitate, vel festiuitate ingressus iuxta consuetudinem Monasterij; non tenetur Monasterium restituere, si Nouitia exeat non emissa professione, docet Suar. *de censur. tom.* 5. *disput.* 22. *sect.* 5. *num.* 16. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 229. Quartò, Nouitius si exeat non emissa professione, non recuperat à Monasterio rem illi venditam, permutatam, locatam, vel alio contractu, quo tantundem recepit à Monasterio, translatam. Et ratio est, 14

tio est, quia Concil. Trid. loquitur tantùm de contractibus gratuitis, non autem de contractibus vltrò citròque obligatorijs, tenent omnes communiter, & refert Barbos. *cit. loc. num.* 232.

15 Aduerte, quòd Nouitio restitui deber quicquid intuitu ingressus donauerit, vel renunciauerit, non solum quando infra annum probationis è Religione egreditur, sed etiam quando emissa professione, illam deinde obtinuit declarari nullam iuris ordine seruato, quia ad conualidandam renunciationem, vel donationem prædictam non sufficit simpliciter professio, sed requiritur valida professio, tenet Sanch. *in sum. cap.* 5. *num.* 55. *lib.* 7. Nouar. *Lucer. Regul. verb. renunciatio, num.* 5. probat validis rationibus Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 354. *num.* 4. *& seqq.* nisi nulla professio sit saltem tacitè ratificata, quia tunc censetur etiam ratificata renunciatio, Barbos. *cit. loc. num.* 239.

16 Recuperat quoque Nouitius recedens à Religione ante professionem maioratum, ita Campanil. *cit. rubr.* 12. *cap.* 4. *sub n. vlt.* vbi an recuperet feudum, refert duplicem sententiam, ipse verò cum Isern. *loc. per eum cit.* videtur tenere opinionem negatiuam, affirmatiuam verò quòd recuperet feudum, defendi latè de Grass. *de effect. cler. effect.* 4. *num.* 26. Recuperat quoque Beneficium, quod licèt resignari possit seruata forma Concil. Trid. *cit. cap.* 16. vt diximus supra, tamen resignatio continet tacitam conditionem, si professio sequatur; & ideò non posse Episcopum illud conferre ante professionem, & Nouitio egredienti esse restituendum, docet post multos Barbos. *cit. loc. num.* 233. *in fin.* vbi secus dicit, si quis exeat à Religione post declaratam nullam professionem; tunc enim regressum non habere ad Beneficium, etiam intuitu ingressus resignatum, testatur fuisse declaratum.

17 Quòd si Beneficium, quòd possidet Nouitius, curam animarum retineat, tunc Episcopus durante anno professionis, & vsque ad professionem debet illud prouidere de idoneo Vicario cum assignatione congruæ portionis, ita aduertit Campanil. *cit. loc. num.* 9. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 9. *in fin.* vbi *num.* 23. tenet ex Constitut. Pij V. *de resignat.* Episcopum non posse admittere resignationem ingressuri Religionem, nisi statim re ipsa profiteatur.

18 In hac materia dubitari potest, si Nouitius ex quo constitutus reperitur in articulo mortis, admittatur ad professionem infra annum probationis, & non expleto anno Nouitiatus vigore priuilegij, & successiuè infra dictum annum moriatur, nulla facta per prius dispositione suorum bonorum, quis debeat illi succedere. In hac quæstione magis communis sententia tenet Monasterium succedere, non agnatos venientes ab intestato, probat Sanch. *in sum. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 16. Megal. *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 50. Peyrin. *in priuileg. Minor. tom.* 2. *Constit. Pij V.* §. 2. *num.* 1. nouissimè Dian. *tom.* 3. *tract.* 2. *de dub. Regul. resol.* 27. *per tot.* vbi alios citat contra Peregrin. per eum citatum, qui contrariam defendit sententiam.

19 Solemnis quæstio est inter DD. an Regularis professus factus Episcopus recuperet bona renunciata intuitu ingressus, tenentes vtramque sententiam adducit Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 240. *& seqq.* ipse verò distinguit, quòd aut bona sunt tertio quæsita per hanc renunciationem, & illa non recuperat; aut non sunt quæsita, vt est in casu, quo renunciauit ius succedendi, & adhuc non est factus casus successionis, & tunc recuperat ius succedendi, sicut illud recuperat contra Monasterium, quod illud quæsiuit per professionem, ita Barbos. qui testatur sic pluries declarasse Sacr. Congregat. quem ad literam sequitur Nauar. *Lucer. Regul. verb. renunciatio, num.* 18. *& seqq.*

20 Obserua tertiò, ad validitatem huius renunciationis faciendæ per Nouitium duo necessariò requiri, vt sit valida; nempè licentia Episcopi, vel eius Vicarij, & quòd fiat infra duos menses proximos ante professionem; vnum tamen requiritur adhoc vt habeat effectum suum, nempè quòd sequatur professio. De hoc vltimo requisito dictum est supra, hic dicemus de primis duobus. Et primò de licentia Episcopi, vel Vicarij dicendum est hanc licentiam debere interuenire in ipso actu renunciationis, vt docet Cened. *canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 14. & voluit Rot. *in vna Romana fideicommissi* 15. *Nouembris* 1 24. *coram D. Rembolde*, nec sufficere si subsequatur, ita Laur. de Franch. *de controuers. inter Episcop. & Regul. in quæst. diuers. quæst.* 42. *in princ.* qui etiam testatur sufficere, si sit tacita, orta ex ratihabitione de præterito, sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 245. etiam oretenus data, quæ necessariò non requirit scripturam, vt post alios firmat idem Barbos. *cit. loc. num.* 244.

21 Hanc licentiam non præsumi ex lapsu plurium annorum, habetur in *cit. decis. Rot.* prout testatur Barbos. *cit. loc.* quod intelligendum non est ex lapsu temporis triginta annorum; tunc enim præsumitur hæc licentia, quæ cùm sit solemnitas extrinseca in actibus extraiudicialibus, lapsu tanti temporis præsumitur, *cap. peruenit, de empt. & vend.* Alex. *cons.* 45. *in fin. lib.* 3. Grat. *discept. forens. cap.* 554. *num.* 43.

22 Prædicta licentia requisita per Concil. Trident. ad renunciationem Nouitij debet esse Episcopi, vel eius Vicarij, prout disponit Concil. illamque etiam potest elargiri Capitulum, vel eius Vicarius Sede vacante, ita Barbos. *cit. loc. num.* 248. similiter Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & nulli Episcopo subiecti in suis Diœcesibus, idem Barbos. *cit. loc. num.* 249. & non solùm ipsi Prælati inferiores, sed etiam eorum Vicarij Generales, ita Sbroz. *de offic. Vic. lib.* 2. *quæst.* 207. Peregr. *cit. loc. part.* 2. *cap.* 1. *liter. G.* §. 28. Archiepiscopus quoque potest illam concedere in Diœcesi suffraganei, quando fuit appellatum à denegatione illius, Barbos. *cit. loc. num.* 248. qui *num.* 250. tenet Prælatos Regulares illam concedere non posse in Monasterijs exemptis, & sibi subiectis.

23 Hæc autem licentia concedi solet ab Ordinario cum aliquali causæ cognitione, & voluntatis profitentis exploratione, qualitatisque ipsius, & sic per modum decreti auctoritatiui, ita Molfes. *ad Consuet. Neap. tit. de renunciat. quæst.* 16. *num.* 17. *& seqq.* Sperell. *decis.* 16. *num.* 55. qui testatur sic seruari per totam Italiam.

24 Aliud requisitum ad hanc renunciationem est, vt illa fiat infra duos menses ante professionem, quòd adeò necessarium est, vt si fiat per diem ante dictos duos menses, non valet, quia est contra formam Concil. Trid. ita declarauit Sacr. Congreg. die 21. Ianuar. 1627. Non tamen est necesse vt fiat in ipso termino duorum mensium ante professionem, sed potest fieri infra duos menses quandocumque etiam immediatè ante professionem, ita notat Sperell. *cit. decis.* 16. *num.* 54. Peregrin. *cit. loc. part.* 2. *cap.* 1. *lit. G.* §. 20. Barbos. *cit. loc. num.* 252. *in fin.* contra Nouar. *quæst. forens.* 1. *part. quæst.* 78.

25 Hoc bimestre computatur de momento ad momentum, & secundum quod occurrit mensem computari in Kalendario, ita tenent Peregrin. *cit. loc. cap.* 1. *lit. G.* §. 29. *vers. probatur quia*, Sperell. *cit. decis.* 16. *num.* 54. Bartol. de Vecch. *cit. tract. disp.* 8. *dub.* 9. *num.* 5. Laurent. de Peyrin. *de Prælat. quæst.* 3. *cap.* 1. *num.* 214. & alij contra Lel. Zecch. *de Republ. Eccles. tit. de Regul. cap.* 3. *n.* 14. & Zerol. *in prax. part.* 1. *verb. Monachus in fin.* qui defendunt hoc bimestre non debere esse mathematicum, sed morale, & proindè renunciationem valere, si fiat paulò ante bimestre.

26 Hæc renunciatio valet, si est facta per duos menses ante tempus habile ad profitendum, ita vt si deinde professio ex quacumque causa prorogetur, valet renunciatio, refert Barbos. *in declarat. ad tit. cap.* 16. Concil. Trident. *vers.* 4. *& in tract. de iur. Eccles. citat. loc. num.* 254. cum Sanch. Laurent. de Peyrin. Laur. de Franch. Armend. & alijs per eum citatis.

Hæc renunciatio si fiat à Nouitio sine prædictis requisitis, vel sine altero eorum, est nulla, irrita, & nullum producit effectum, etiam si sit iurata, & etiam si Nouitius expressè renunciauerit huic fauori, disponit expressè Concil. Trident. *cit. cap.* 16. & aduertunt Nauar. *cons.* 7. *& 8. de donat.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 18. *versic.* 52. & alij.

28 Ab hac regula liberantur semper venerandi Patres Societatis Iesu, quorum renunciatio facta tempore Nouitiatus ad fauorem Patrum eiusdem Societatis, est valida, non obstante quòd fuerit facta sine licentia Episcopi, Sacr. Congregat. Concil. *in vna Neap.* 20. *Martij* 1621. referunt Barbos. *cit. loc. num.* 246. & Nouar. *Lucer. Regul.*

verb.

verb. renunciatio, num. 13. Et quomodo possint Nouitij prædictæ Societatis Iesu disponere de eorum bonis, vide Bellet. *disq. cler. 1. part. de bon. cler.* §. 21. *num.* 23.

29 Ampliatur supradicta sententia, vt renunciatio prædicta sine solemnitatibus Concilij sit nulla, & inualida ipso iure, stante clausula decreti irritantis, qua vtitur Concil. Trident. *in d. cap.* 16. ita cum Caball. Hoied. Neuiz. Dec. Rolan. & alijs, tenet Ricc. *in prax. part.* 3. *resol.* 351. *vbi num.* 4. defendit id etiam procedere, quando professio subsequitur, qui testatur ita pluries declarasse Sac. Congr.

30 Dubitatur, an ad hanc renunciationem requiratur certioratio? Respondet Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 352. de iure requiri, sed in praxi has renunciationes etiam inter puellas Moniales fieri sine certioratione, illasque validas haberi.

31 Declara supradicta, vt requiratur solemnitas Concil. Trident. etiam si Nouitius vellet donare, vel renunciare ipsi Monasterio, vel alteri loco pio; iuxta verba Concil. Trid. *cit. cap.* 16. & docet P. Thesaur. *in prax. Eccles.* 2. *p. verb. simonia, cap.* 10. *vers. vltimo.*

32 Obserua quartò, quòd renunciatio generalis facta per Nouitium filium, seruata forma Concil. Trid. vt supra, non se extendit ad legitimam, vel eius supplementum; vnde non obstante tali renunciatione generali, filius, vel Monasterium potest petere legitimam, vel supplementum, tenet Aret. *in l.* 1. §. *si quis ita, ff. de verb. oblig. & in l. qui superstitis, ff. de acqu. hæred.* Bertran. *cons.* 239. *vol.* 8. & in nostris terminis probat Genuens. *practicab. Eccles. q.* 258. *per tot.*

33 Obserua quintò, renunciationem prædictam factam per Monialem, seruata forma Concil. Trid. posse reuocari, si ab illis, quorum fauore facta est renunciatio, non fuerunt seruata promissa, vt si promiserunt fratres soluere Moniali decem, vel octo ducatos pro vestibus singulis annis vltra dotem solutam, si prædicti recusent soluere, potest renuncians, & Monasterium reuocare suam renunciationem factam ad fauorem suorum fratrum, docet Marcell. de Manro *allegat.* 58. eumque sequitur Genuens. *in pract. Eccles. q.* 257. *per tot.* Quando renuncians deficientibus fratribus, vel sororibus, in quorum fauorem renunciauit, admittatur ipse, vel Monasterium ad successionem, non obstante renunciatione, vide multa per Couar. *in cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. *part.* 3. §. 3. *num.* 4. Molfes. *ad consuet. Neap. de renunc.* de Franch. *decis.* 375. Genuens. *pract. Eccles. q.* 212.

34 Obserua sextò ad ea, quæ diximus supra, renunciationem, vel donationem factam per Nouitium nullum habere effectum, nisi secuta professione; quòd si Nouitius moriatur facta renunciatione, vel donatione ante professionem, bona donata, vel renunciata transeunt ad hæredem Nouitij, non autem ad eum, in cuius fauorem facta est renunciatio, vel donatio, colligunt communiter DD. *ex cit. cap.* 16. *Conc. Trid.* ibi: *Ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione*, aduertunt Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 257. Nouar. *Lucer. Regul. verb. renunciatio, num.* 14.

35 Obserua septimò, si Nouitius renunciauerit, vel donauerit seruata forma Concil. Trident. vt supra ad fauorem Titij, & eius filiorum, & successorum masculorum ex corpore descendentium, si Titius, vel eius filij decedant sine filijs masculis, bona donata, vel renunciata non redeunt ad Monasterium, vel ad alium hæredem renunciantis, sed cedunt in beneficium hæredum vltimi donatarij cum alijs bonis proprijs ipsius, non quidem iure donationis, sed iure transmissionis, quia hæc est natura donationis, vel renunciationis, vt sit perpetua, & non redeat amplius ad donantem, nec ad eius hæredes, *l.* 1. *vers. igitur cum dicimus, ff. de donat. l. Senatus*, §. 1. *de donat. caus. mort.* sed redeat ad hæredes quoscumque donatarij, & successores etiam singulares, Bald. *in l.* 2. *C. de iur. dot.* Surd. *decis.* 322. *num.* 39. Syluan. *cons.* 98. *num.* 7. in specie determinat Achill. *dec. vnic. de donat.* Put. *decis.* 273. *lib.* 3. ita etiam sentijt Rota *in vna Romana Cotetmi* 25. *Octobris* 1549. *coram D. Fabio*, vt refert Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 20. & hæc est verior opinio contra Soc. Iun. *cons.* 53. *lib.* 2. *& cons.* 142. *num.* 3. *&* 20. *lib.* 3.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

Donatio, vel renunciatio ex causa ingressus in Religionem cum pacto de non reuocando, & cum clausulis, *merè, purè, & simpliciter*, an deficiat professione non sequuta. Et quid existente clausula, *ad habendum*, alienandum, & quidquid voluerit faciendum? 1

Potior difficultas consistebat in d. clausula *ad habendum &c.* de sui natura importans facultatem alienandi. Adeout pactum de non reuocando. Erat expressa causa amoris. Et donatum fuerat *liberè, purè &c.* quæ omnia conueniunt donationi simplici, & irreuocabili.

Cæterùm Gratian. *discept.* 96. probat, donatorem ob mutationem status recuperare bona donata, quasi donatio intelligatur durante firmo proposito Religionis, post alios Sanch. *in sum. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 1. *& seqq.*

Amor paternus fuit causa cui, scilicet vt potius donatario, quam alij fuerit facta donatio. Causa cuius est finalis scilicet ingressus in Religionem, vnde hæc cui principalis debet regulare donationem.

Pactum de non reuocando etiamsi contingeret egredi è Religione appositum intelligitur, quia donator firmiter credidit se non esse egressurum à Religione, cum alias non sit præsumendum, velle in sæculo remanere spoliatam. Ratio adæquata reuocabilitatis in casu egressus, est libertas manendi, vel non in religione, quam potissimam indicat Conc. Trid. *cap.* 16. *de regul. sess.* 25. vt de his plenè dixi *in animaduers. ad Gratian.*

Nouitio decedente ante professionem an valeat donatio? Dicendum videtur quod sic, nam S. C. Tridentinum consuluit libertati egressus, ita Paul. Fusc. *de visit. Episc. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 67. At Sanch. *lib.* 7. *c.* 49. *n.* 5. dicit non valere, quia morientes dicuntur abeuntes, & Concilium statuat ex quacumque causa non profiteatur, Honded. *cons.* 94. *n.* 8. *lib.* 1. Sed Torre *de pact. futur. success. lib.* 2. *c.* 25. concedit si conditio professionis sit expressa, secus in tacita, & dixi in Gratian. *n.* 13. 2

Donatio facta Monasterio vtrum reuocetur professione non sequuta? Negandum videtur, quia donans amplectens consilium Christi: *Si vis perfectus esse, &c. vade*, volens famulari Deo renunciat, & donat bona sua in opera pia, opus enim pium sit dare Monasterio. 3

Contrarium verius probat Sanch. *n.* 14. Secus si donans explicat donationem absolutè factam, vt apud Italos vsus increbuit, quando mulier in monialem eligitur offerat ante Altare certam quantitatem dicendo, *dono hanc summam in remissionem peccatorum meorum*, vt Sanch. *vbi sup.*

Si quis autem reseruauerit vsumfructum in casu egressus, an firma remaneat de ratio proprietatis ad fauorem Monasterij? Controuersia diu agitata fuit, & plures contrariæ decisiones emanarunt, vt Consil. Rocch. *tom.1.resp.96.* & dixi *in appendic. post tom.2. in Gratiani.*

4 Donatio facta longè ante ingressum an præsumatur facta causa ingressus? Manuel. *tom.2. qq. Regul. quæst.* 80. *art.2.* negat. At Sanch. firmat, quòd interuallum non sit metiendum iuxta proximitatem ingressus, sed tunc dici in ipso ingressus puncto factam, quando donans firmiter apud se statuit religionem ingredi, quia tunc fit causa ingressus, vtpotè qui statum paupertatis elegit, & videtur se tunc spoliato bonis.

5 Solemnitates Concilij Tridentini, scilicet licentia Ordinarij an requirantur in donatione, vel renunciatione facta ante ingressum, vel per eam, quæ manet in Monasterio causa educationis? Dic non requiri decretum Conciliare, Roias *decis.*91. Card. de Luca *de regul. discurs.* 16. *num.*7.

6 Ex dispensatione Apostolica absolutus à Religione an possit habere bona renunciata? post alios Andreol. *contr.* 396. *num.7.* negat. At Torre *vbi sup. num.*17. distinguit, vt si bona non sint alteri quæsita, & possit, secus si quæsita.

7 Patruus donauit nepoti bona ob amorem, & beneuolentiam, & quia nepos declarauit velle suscipere habitum S. Ioannis, vt commodius in Religione viuere possit, si deinde nepos vxorem duxerit, vtrum donator repetere valeat bona? Reg. de Marin. *resol.*87. *lib.* 1. probat, quod non. Ductus quia accidentalis fit causa ingressus in religionem.

8 Donatio causa ingressus an possit reuocari conditione pendente, vti donatio causa mortis spiritualis? Affirmat Menoch. *cons.* 388. Ego contrarium ex Sanch. *vbi sup. num.*18. scripsi. Maturius nunc cogitandum puto ob libertatem ingressus, vel agressus è religione.

9 Monacho infra annum probationis decedenti an succedat Monasterium? Proximiores succedere, firmant Montan. *contr.46. n.12.* & alij, quos congessi *ad decis.*35. Gratian. *num.* 10. vbi quòd si decesserit Nouitius post annum nulla probatione facta.

ANNOTATIO XLVII.

De Anno Probationis.

ARGVMENTVM.

Notatur, professionem esse nullam, non elapso anno probationis. Annus probationis ad quem finem fuerit inductus. Quando incipiat, & finiat. Quomodo computetur. Et an possit prolongari. An translatus ad aliam Religionem teneatur emittere hunc annum. Professio nulla quomodo ratificetur, vel contra eam reclametur. Et intra quod tempus. Coram quo Iudice sit reclamandum. Professio tacita quando inducatur, vel excludatur. Et alia.

SVMMARIVM.

1 *Professio emissa non peracto integro anno probationis, est nulla.*

2 *Annus probationis, in cuius fauorem fuit inductus, & quare. Quando incipiat currere, num.* 3. *Quomodo computetur, & quando finiat, num.* 4. *Quid in anno bissextili, num.* 5. *Debet esse continuus, num.*6.

7 *Nouitius egrediens Monasterium animo non redeundi, si eodem die pœniteat, & reuertatur, debet denuò inchoare annum Nouitiatus, Quid si egrediatur cum licentia animo redeundi, num.* 8. *& 10. Quid si egrediatur timore Superioris sine licentia, num.*9.

11 *Annus probationis an possit prolongari. Quid inter Patres Societatis Iesu, num.*12.

13 *Annum probationis an teneatur emittere translatus ad aliam Religionem. Et an qui intendit ratificare professionem nullam, num.* 14. *Quid si professio fuerit nulla ratione metus, num.*15.

16 *Professio nulla vt ratificetur, an requiratur nouus consensus profitentis, & acceptatio Superioris.*

17 *Professus nulliter, adhoc vt possit reclamare, quæ requirantur, ex Concil. Trid.*

18 *Professio tacita non tollitur per Trident. Et quibus modis emittatur tacita professio. Et quomodo per delationem habitus professorum, num.*19. *& 20. Et an requiratur animus emittendi professionem tacitam, num.*21.

22 *Professus nulliter quæ seruare teneatur in reclamatione, adhoc vt possit audiri, iuxta Trident. Et quomodo computetur quinquennium ad reclamandum. Et an currat impedito, vel ignoranti, num.*23. *Et quomodo probetur ignorantia, vel impedimentum, num.*24. *Quid si impedimentum durauerit per totum quinquennium, num.*25.

26 *Professionis nullitas est proponenda coram Ordinario, & Superiore Regulari, quod declaratur. Et reclamans non potest habitum dimittere, quod declaratur, num.*27. *& 28.*

29 *Professio tacita excluditur per protestationem, metum reuerentialem, & lamentationes.*

30 *Professio nulla ad hoc vt ratificetur, an requiratur scientia nullitatis.*

ANNOTATIO XLVII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. ad Apostolicam, de Regul.

HIc Innocent. III. dicit regularem institutionem prohibere Monachum fieri ante probationem vnius anni, id etiam disponitur sub pœna nullitatis professionis *in cap. non solum, eod. tit. in 6.* & in Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.*15. *de Regul.* ibi: *Nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur, &c.* de hac materia tractant Nauar. *cons.*52. *de Regul.* Henriq. *in sum. lib.* 13. *cap.*40. *§. in medio,* Flamin. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 13. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*4. *quæst.* 9. Campanil. *diuer. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 3. *à princip.* Mirand. *in Manual. Prælat. tom.*1. *quæst.*22. *artic.*1. *& seqq.* Sanch. *de precept. Decalog. tom.*2. *lib.*5. *cap.*4. Bonac. *de clausur. & pœn. eam violan. impos. quæst.*2. *punct.*10. *diff.*2. §.2. Tambur. *de iur. Abbatiss. tom.*3. *disp.*6. *quæst.*7. *à princip.* Carol. Tap. *in auth. ingressi, verb. ingressi, cap.* 4. *num.* 6. Bartholom. de Vecch. *in prax. seruanda in admitten. ad Relig. stat. Nouit. disput.* 11. *dub.*2. Rodriq. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 4. Graff. *lib.* 3. *consil. cons.* 6. *de Regul.* Sorb. *in compend. priuileg. verb. Nouitius,* Gratian. *discept. forens. cap.*413. Suar. *de Relig. tom.*3. *lib.*5. *cap.*13. Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 322. Barbos. *de potest. Episc. part.*3. *alleg.* 101. *in tract. de iur. Eccles. lib.*1. *cap.*42. *num.* 106. *& in sum. Apost. decis. verb. professio regularis,* Nouar. *Lucer. Regul. verb. professio, & verb. annus,* Sell. *select. canon. cap.*18. & alij.

Ad quod obserua primò, quòd Nouitius non potest 1
admitti ad professionem, nisi per annum post susceptum habitum in probatione steterit, aliàs professio nulla est, & nullam inducit obligationem ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus, & hoc in quacumque Religione tam virorum, quàm mulierum, ita Concil. Trident. *cit. cap.* 15. cuius dispositio est conformis dispositioni huius text. solum enim addit nullitatem professionis. De iure enim communi licet professio prohibebatur fieri ante annum probationis, facta tamen valebat, vt in hoc text. deinde fuit prohibita sub pœna nullitatis inter Fratres Prædicatores, & Minores, vt in *cap. non solum, eod. tit. in 6.* quæ Constitutio fuit postea ampliata ad omnes Mendicantes, *cap. Constitutionem, eod. tit. & lib.* nouissimè Trident. id am-

id ampliauit ad omnes Religiosos tam virorum, quàm mulierum.

2 Constitutum est hoc tempus anni ad fauorem Monasterij, vt mores profitendi experiantur, vt in hoc *cap. ad Apostolicam*, Nauar. *cons. 36. & 43. eod. tit.* & ad fauorem etiam profitendi, & ob fragilitatem humanæ conditionis, *cap. 2. de Regular. in 6.* Lap. *alleg. 46. num. 2. & 3.* & adhoc vt asperitates Regulæ experiri possit, vt eas sufferre assuescat, & cognoscat si propriæ complexioni viribus, & voluntati congruant, iuxta *cap. Gonsaldus 17. quæst. 2.* Ratio à priori assignationis huius termini non potest adduci, nisi voluntas legislatoris; congruentiæ verò potest esse, quia annus dicitur tempus congruum ad omnia peragenda, ita Mandos. *in regul. 10. Cancellar. quæst. 4.* vbi alias affert rationes.

3 Hic annus probationis tam in Nouitio, quàm in Nouitia incipit currere à die susceptionis habitus, siue à die, quo Nouitius sequitur communem vitam aliorum Religiosorum, & incipit experiri Religionis asperitates, ita Tambur. *de iur. Abbatis. tom. 3. disp. 6. quæst. 7. num. 7.* Miranda *in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 22. art. 3. concl. 1.* Tap. *in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. cap. 4. num. 8. vers. hoc autem.*

4 Computatur tamen hic annus de momento ad momentum, ac finit eadem hora vltimi diei eiusdem anni, in quo habitus susceptio facta est, ita vt si quis susceperit habitum Religionis prima die Ianuarij post meridiem, non potest eadem die recurrente in termino anni profiteri ante meridiem, sed expectandum erit punctum suscepti habitus, alias professio esset nulla, tenent Marant. *tom. 3. contr. resp. 53. num. 45.* Dian. *resol. mor. part. 3. tract. 2. resol. 57. & part. 5. tract. 5. resol. 18.* Nouar. *Lucern. Regul. verb. annus, num. 2. & seqq.* & alij multi, quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccl. lib. 1. cap. 42. num. 118.* qui testatur hanc esse magis communem, & veriorem sententiam, contra Gratian. *discept. for. cap. 413. num. 22.* Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 3. n. 4. in fin.* Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 40.* Eman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 15. art. 4.* Ricc. *in prax. 3. part. resol. 322.* qui defendunt post factam professionem annum prædictum non esse computandum ab vno puncto, & instanti ad idem punctum, & instans, quia esset nimis rigorosum: sed sufficere ad valorem professionis vt Nouitius manè diei in qua post meridiem impletur probationis annus, professionem emittat, quorum opinio iudicatur minus vera, & communis, & proinde primam sententiam tenendam esse, quam etiam videtur tenuisse Sac. Congreg. die 2. Febr. 1631. his verbis: *Religiosum, qui sua professione tribus horis ante completum annum probationis à Religione discessit, & in habitu clericali laudabiliter vixit, si postea redeat ad Religionem, debere ratificare professionem, & ei locum deberi à die ratificationis*, & professionem emissam non completo anno per duas horas non valere, refert declarasse Sacr. Congreg. Barbos. *in sum. Apost. dec. verb. professio Regularis, num. 7.*

5 Hinc in anno bissextili non potest emitti professio ante lapsum diei, qui illi anno accrescit, vt computant Nouar. *cit. loc.* Et Barbos. *d. loc. num. 119.* vbi multos adducit DD. eamque sententiam comprobat declaratione Sac. Congr. *ibiq; num. seq.* determinat quid dicendum de illo anno, à quo Gregorius XIII. abstulit decem dies.

6 Hic annus probationis debet esse continuus, nec sufficit interpellatus, ita docent communiter DD. quæ continuatio debet esse vsque ad professionem, ita vt si Nouitius completo anno probationis egrediatur de Monasterio, & deinde redeat, iterum debet inchoare, & perficere annum probationis, ita tenent Barbos. *cit. loc. num. 121.* & Nouar. *cit. loc. num. 7.* post alios per eos relatos contra Syluestr. Barthol. à S. Fausto, Bonac. & Fr. Eman.

7 Supradicta intellige, quando Nouitius sine licentia Superioris animo non redeundi, vel dimisso habitu egrederetur; tunc enim ita dicitur interruptus annus nouitiatus, vt etiam illo completo, si deinde rediret, non esset admittendus ad professionem, nisi expleto denuò anno probationis, ita Barbos. & alij per ipsum allegati *num. 122. & seqq. cit. loc.* vbi *num. 124.* id extendit cum multis, etiam si interpellatio sit modica, vt si eadem die Nouitius pœnitentia ductus redeat, & hæc est verior opinio contra nonnullos contrarium tenentes.

8 E contra verò si Nouitius de licentia Superioris retento habitu, & iusta causa per aliquos dies egrederetur, tunc rediens non dicitur interrumpisse annum probationis, ita Campanil. *in diuer. iur. can. rub. 12. cap. 3. num. 3.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 3. quæst. 13. num. 12.* Gratian. *discept. for. cap. 66. num. 14.* Barbos. *cit. loc. num. 125.* vbi alios citat, & sequitur etiam in casu, quo sine rationabili causa prædicta licentia egrediendi concederetur, referens quis possit licentiam prædictam concedere.

9 Ampliantur supradicta, vt nec dicatur interruptus annus probationis, si Nouitius retento habitu perterritus seueritate, vel minis, aut alio timore Superioris aufugiet animo se celandi, & redeundi, dummodo fuga non sit talis, vt possit præsumi animus non redeundi, ita tenet post Tamburin. de Vecch. & alios Barbos. *cit. loc. n. 128.* idemque dicit procedere, si Nouitius completo anno, cum non habeat ætatem sufficientem ad profitendum per annum integrum moratus est in domo paterna, non dimisso habitu, & animo redeundi; cum primum redierit, ad professionem potest admitti, & testatur sic declarasse Sacr. Congr. 20. Martij 1621.

10 Quæ diximus, annum probationis non interrumpi, si Nouitius cum licentia legitimi Superioris, ac iusta causa, maximè infirmitatis, egrediatur Monasterium animo redeundi, duram habent oppositionem, Nouitium debere durante anno probationis permanere continuo intra claustra Monasterij, ita vt non possit tempus illud frangi, vel discontinuari sub quouis prætextu, prout concludit Rot. *in vna Granat. professionis 9. Febr. 1609. coram D. Marcomontio*, vbi non fuit admissa causa infirmitatis, aut licentia Superioris, quia in illis, quæ sunt de forma, seruatur rigor, Ruin. *in rubr. de non. oper. nunciat. num. 9.* & rigor iure optimo in hac materia inductus est; nam cum annus probationis detur in subsidium humanæ fragilitatis, & in fauorem tam Nouitij, quàm Monasterij, vt ille experiatur Religionis austeritates, & cum illis suas vires metiatur, & Monasterium eiusdem Nouitij animum, & mores inspicere, & cognoscere possit, vt in hoc *cap. ad Apostolicam, & cap. non solum, eod. tit. de regul. in 6.* manifestum est non satisfieri dispositioni iuris, quamdiu procul à Regulari disciplina, & à Prælati oculis Nouitius in domo paterna blande, & beneuole habetur, & forsan in illo tempore, quo extra Monasterium degit, occurrit in Religione aliqua asperitas, quam nollet ferre, vel non posset, propter quam decerneret non profiteri, ex quibus rationibus concludit in proprijs terminis Gratian. *discept. forens. cap. 166. ver. quamuis relata*, tempora non coniungi in hoc casu.

Rationes adductæ per Gratian. conformantur dispositioni Concil. Trident. & proinde quando illæ adaptantur in praxi, vt quia Nouitius per tempus notabile extra Monasterium commoratus est, libenter illius opinionem tenerem: sed si per breue tempus Nouitius abfuerit, ita vt non possit dici non experijsse notabiles asperitates Religionis, & tunc non esset recedendum à supra firmata sententia, quæ verè est communior, nempè annum probationis non interrumpi, cum Barbos. & alijs *supra cit. versic. è contra.*

11 Quæro, an finito anno probationis, possit professio prolongari, vel an debeat statim emitti post annum.

Resp. verba Concil. Trident. *cit. cap. 16. sess. 25. de Regul.* ibi: *Finito tempore Nouitiatus, Superiores Nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum admittant, aut à Monasterio eos eijciant*, videntur disponere post probationis annum professionem non posse prolongari, & hoc verum est quoad Nouitios repertos habiles; illi enim statim finito anno sunt admittendi ad professionem, iuxta dispositionem Concilij; quoad Nouitios verò repertos inhabiles ad profitendum; vt quia non didicerunt benè quæ didicenda sunt, & illorum possunt Superiores professionem prolongare, si ipsi Nouitij consentiant, & dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles infra sex menses, ita respondisse Sacr. Congreg. Cardin. *super cit. text. Concil. Trid.* facta prius relatione Sanctissimo Pio Papæ V. testatur Campan. *in diuers. iur. can. rubr. 12. cap. 4. in princip.* post Gasp. Passatell. *in suo tract. de priuileg. fol. 230.* & refert nouissimè Barbos. *in sum. Apost. decis.*

verb. professio regularis, *num.* 6. licet ipse videatur sentire posse prolongari in *tract. de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 130. quem sequitur Nouar. *Lucern. Regul. verb. annus*, *num.* 10. & secundum prædictam opinionem testatur Campanil. *cit. loc.* vidisse Neapoli seruari in praxi, differri professionem per aliquas hebdomadas post annum.

12 Aduerte hic eminentia pij instituti venerandæ admodum, & summis laudibus semper extollendæ Religionis Clericorum Societatis Iesu ex dispositione Sacr. Concil. Trident. *cit. cap.* 16. vbi sanctissimi illi Patres Concilij postquam generaliter disposuerunt Nouitios post annum probationis ad professionem admittendos habiles, aut eijciendos è Monasterio, ab hac lege exceperunt Nouitios Societatis prædictæ tanquam optimo instituto, & nulla digno reformatione ductos.

13 Obserua secundò, quòd si aliquis Religiosus professus in vna Religione etiam strictiori ad aliam transeat, tenetur nouum explere annum probationis, iuxta dispositionem Concil. *cit. cap.* 16. ita Nauar. *cons.* 49. *num.* 4. *& cons.* 53. *num.* 5. *de regul. in antiq. & cons.* 61. *num.* 4. *& cons.* 62. *num.* 4. *& cons.* 77. *num.* 4. *eod. tit. in nouis*, Peregr. *in comment. ad Constitut. Cler. Regul. part.* 2. *cap.* 1. *lit.* C. §. 19. Fr. Eman. *in sum. tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 10. *& quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 19. *art.* 11. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 109. contra Sorb. *in compend. priuileg. Mendic. verb. nouitius*, *post* 2. *notab.* §. *sed an requiratur*, *&c.* quem reprobat Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 37. *sub num.* 47.

14 Obserua tertiò, si professio facta ante expletum integrum probationis annum ratificetur, non est iterandus nouitiatus, sed sufficit professionem ratificari completo tempore, quòd deerat illi anno, quia nullum vitium in nouitiatu interfuit, nec quicquam refert, illum expletum esse professorum habitu assumpto, Ita tenet Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 50. post Palat. per eum adductum contra Nauar. Eodem modo professione existente irrita defectu ætatis, vt quia ante decimum sextum annum completum emissa est, non esse necessarium ad eius ratificationem annum nouitiatus iterari, probat idem Sanch. *cit. loc. num.* 49. dummodo annus nouitiatus omnino validus præmissus fuerit post pubertatem, Barbos. *cit. loc. num.* 110.

15 Vlterius non est necessarium iterare annum nouitiatus, existente professione nulla ratione metus, quia verè Religio admissioni huius Nouitij consensit, & ipse Nouitius voluntatem habuit ingrediendi ad experiendum, licet coactè. Nec ius canonicum irritat huiusmodi nouitiatum, sed solam professionem. Nec est eadem ratio de Ingressu in nouitiatum, ac de professione, ita probat Sanch. *cit. loc. num.* 51. contra Nauar. *cons.* 89. *de regul. lib.* 3. 2. *edit.* qui tenet, professionem emissam nulliter ob defectum ætatis, aut anni integri nouitiatus, aut quia metu emissa est non censeri tacitè emissam, nisi postquam profitens sciuerit professionem esse nullam, persistat integro anno in Religione animo ratificandi illam.

Cætera ad hanc materiam, quando existente nulla professione, pro illius ratificatione sit, vel non sit iterandus annus nouitiatus, vide Sanch. *cit. loc. num.* 45. *& seqq.* vbi latè omnes adducit casus, & regulas generales, ibique refert alios de hac re tractantes.

16 Difficultas est in hac materia, an existente nulla professione emissa anno probationis non expleto integrè, vel quia emissa ante decimum sextum annum, quæ est nullitas similis, adhoc vt expleto deinde anno prædicto, vel completa ætate possit validè ratificari, desideretur nouus consensus ipsius professi, nouaque acceptatio Superioris Religionis præcedente in vtroque scientia nullitatis prioris professionis. In hac difficultate duplex repetitur sententia; tutior verò, & probabilior, quam tenet Azor. *l.* 12. *instit. moral. cap.* 4. *quæst.* 7. & alij, est, adhoc vt talis professio ratificari possit, desiderari Superiorem conscium nullitatis professionis, ipsam denuò admittere, & sic requiritur nouus consensus tam profitentis, quàm Religionis Superioris. Contraria sententia Nauar. *cons.* 35. *de Regul. lib.* 3. *in* 1. *edit.* & aliorum tenet, remoto impedimento, reconualescere professionem absque noua acceptatione Superioris, si Nouitius conscius nullitatis professionis, eam ratificauerit, hanc sententiam dicit esse probabilem, & tutam Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 37. *n.* 64. eamque ipse defendit, licet priorem asserat tutiorem. Quid si professio sit nulla ex alio defectu, vide latè per Sanch. *eod. loc. à num.* 59.

Obserua quartò, professionem emissam ante completum annum probationis, vt supra, esse omnino nullam, nullamque inducere obligationem, determinant expressa verba Concil. Trid. *cit. cap.* 15. Verùm talis nulliter professus, vel alio modo, non potest propria authoritate habitum relinquere, sed si nullitate professionis velit experiri, tenetur seruare dispositionem eiusdem Concil. Trident. *cit. sess.* 25. *de Regul. cap.* 19. vbi tria requiruntur, vt inualidè professus reclamans possit audiri. Primum, vt reclamet intra quinquennium computandum à die professionis. Secundum, vt causa nullitatis professionis proponatur coram Ordinario, & coram Superiore Regulari. Tertium, vt prætendens nullitatem, spontè non dimittat habitum ante hanc deductionem; quòd si ordo prædictus non fuerit seruatus, non debet quis audiri aduersus professionem quamcumque causam allegans, & ad Religionem redire omnino compellendus est, ita Trid. cuius dispositio procedit in quacumque professione, siue expressa, siue tacita, quia Concil. loquitur generaliter de professione, ita tenent Nauar. *comment.* 4. *de Regul. nu.* 73. Azor. *institut. moral. lib.* 12. *cap.* 4. *quæst. vlt.* Gratian. *discept. forens. cap.* 413. *num.* 2. 17

Aduerte, Trident. non tollere professionem tacitam, vt testatur Nauar. *cons.* 35. *tit. de Regul. lib.* 3. *in* 1. *edit.* Azor. *inst. moral. lib.* 12. *cap.* 4. *quæst.* 6. *in fin.* latè Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 4. *num.* 4. *& seqq.* vbi multa adducit, & secundum hanc opinionem Sac. Congr. censuisse refert Nouar. *Lucer. Regular. verb. professio*, *nu.* 24. Quibus modis inducatur professio tacita, refert Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 329. nempè per delationem habitus professorum, per veli susceptionem, si suscipiens consideret velo annexum esse votum, per dationem vocis in Capitulo, per sedem supra Chorum immiscendo se cæteris actibus inducentibus tacitam professionem ex consuetudine Monasterij, & alijs ita Ricc. quibus adde, induci etiam tacitam professionem per susceptionem Ordinum, refert Nouar. *Lucer. Regul. verb. professio*, *num.* 32. decisum in vna *Beneuentana* 20. *Decembr.* 1619. id intellige, quando susceptio Ordinum fuit facta ad instar aliorum Regularium. Et generaliter dicitur emitti tacita professio, quoties Nouitius probationis, seu nouitiatus tempore expleto, legitimæ ætatis existens, in Religionis mantu, quem coram Superiore suscepit, illum in Monasterio asportauit, voluntarie perseuerans, taliter quod tacita mente profiteri appareat, vel quia spontè, & scienter se ingerit actibus professis tantum conuenientibus, & id animo emittendi professionem, Rota *in vna Vlisbonen. professionis* 1621. *coram D. Merlino*, & refert Nouar. *cit. loc. num.* 22. 18

Declara supradicta, vt tunc per delationem habitus professorum inducatur tacita professio, quando habitus Nouitiorum est patenter distinctus ab habitu professorum, vt seruari debet in quacumque Religione, per *cap. statuimus in fin. de Regul.* tunc enim eò quòd deferat quis triduo habitum professorum, infertur tacita professio, declarat post multos Barbos. *cit. loc. num.* 165. *& seq.* vbi è conuerso obseruat, quòd in casu talis distinctionis habitus si quis per viginti annos deferat habitum Nouitiorum, non præsumitur tacita professio. Quod si habitus Nouitiorum non distinguatur ab habitu professorum, & tunc per annalem delationem integram, & continuam illius, inducitur tacita professio, concurrente legitima ætate, & explem nouitiatus tempore, vt explicat Barbos. *cit. loc. num.* 161. *& seqq.*

Intellige prædicta, vt per delationem habitus profes- 19
sorum inducatur tacita professio, quando habitus fuit susceptus coram Superiore; nam alias si ex se ipso quis assumeret habitum professorum, non diceretur tacitè profiteri, Gratian. *discept. forens. cap.* 640. *num.* 31. sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 157. & fuit delatus intra Monasterium, quia si extra illud delatus esset, non induceretur tacita professio, nec non fuit delatus spontè, & animo emittendi professionem; sicut idem dicimus quando quis se immiscuit actibus professorum, ad quod requiritur,

quòd

quòd spontè se immiseuerit, & tali animo, latè declarat post multos per eum adductos, Barbos. *cit. loc. n.* 156. *& seqq.*

20 Nota, quòd tacita professio inducitur per solam delationem habitus, quando est distinctus patenter, ita vt non requiratur exercitium actus proprij professorum, vt aduertit Gratian. *cit. cap.* 640. *num.* 31. sicut iodocitur per solum exercitium actus proprij professorum sine delatione habitus professorum, quando sonr distincti habitus, vt aduertit Barbos. *cit. loc. sub num.* 162.

21 Diximus requiri ad professionem tacitam emittendam, vt quis habitum deferat, vel actum faciat proprium professorum, vt supra, sciente, & animo profitendi, quæ scientia debet præsumi, quando qois spontè id fecit, iuxta dicta per Gratian. *cit. loc. num.* 31. Barbos. *num.* 160. qoi dicit non excusari allegantem id fecisse animo non emittendi professionem.

22 His obseruatis de tacita professione, ad id vnde digressi sumus redeundo, nempè ad ea, quæ requiruntur ex Concil. Trid. ad hoc vt quis prætendens nullitatem professionis ex defectu anni integri nouitiatus, vel alia iusta causa possit audiri, vt dictum est supra *vers. obserua quarto*, vbi primò dictum est desiderari, quòd reclamet intra quinqoennium; incipit enim currere hoc quinquennium à die ipso professionis expressæ, in tacita verò à die, qua professio tacita inducitur, nempè à die, qua transacto nouitiatus anno inducitur professio tacita per delatiooem habitus professorum, & exercitium actuum, qui professorum proprij sunt, & alijs modis, vt sopra, aduertit Sanch. *de matr. lib.* 7. *disput.* 37. *num.* 2. vbi etiam an dies illa professionis computetur in termino quinquennij, & esse computaodum de momento ad momentum, testatur Nouar. *Lucer. Regul. verb. reclamare*, *num.* 3. post Leo. Barbos. & Bonac. per eum relatos.

23 Quæstio est inter DD. an impeditus impedimeoto facti vel ignorans nollitatem professionis possit post quinquennium audiri reclamans contra professionem. In qoa quæstione partem negatiuam validis rationibus probant Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 19. & Bonac. *tom.* 1. *tit. de clausur. &c. quæst.* 2. *punct.* 11. *diffic.* 4. *num.* 3. *&* 4. voluit etiam Cæuall. *quæst. commun. contr. commun. cap.* 500. *in fin.* & alij. Partem verò affirmatiuam, nempè ignorantem, vel impeditum vt supra, posse reclamare post quinquennium, & esse audiendum saltem per viam restitutionis in integrum, tenet Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 560. *num.* 6. Flor. de Mena *var. quæst. cap.* 23. *num.* 68. Santorell. *variar. resol. quæst.* 48. *num.* 3. Villalob. *in sum. tract.* 35. *diff.* 25. *part.* 2. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 104. *num.* 17. & alij. Prima sentenoa est æqoior, & probabilior, secuoda est communior. Sed quicquid sit de opinionibus, Praxis seruat vt elapso quinquennio non admittatur quis coram Ordinario ad reclamaudum, nisi prius adeat Pontificem, vel Sacram Congregationem Emioentissimorum Cardinalium, & allegato iosto impedimento non reclamandi, intra tale tempus, obtineat facultatem per viam restitutionis in integrum, testatur etiam Ricc. *cit. loc.* & Nooar. *Lucer. Regul. verb. reclamare*, *num.* 5.

24 Nota primò, quòd Concil. Trident. non permittit audiri reclamantem contra professionem post quinquennium, quia præsumit intra tale tempus ratificationem irritæ professionis, qoam præsumptionem esse iuris, & de iure dicit Sanch. *cit. loc. num.* 16. proindè oee coram Sanctissimo, vel Sacra Congregatione esset audiendus per viam restitutionis in integrum, vt supra, nisi doceat saltem summariè de impedimento, vel ignorantia, vt dictum est, quòd impedimentum, vel ignorantia non probatur iuramento ipsius reclamantis, vt post Sanch. *cit. loc. num.* 14. & alios docet Nouar. *cit. loc. num.* 6.

25 Nota secuodò, quòd habens perpetuom impedimentum, & inhabilitatem ad profitendum, & habens temporaneum impedimentum, quod durat adhuc post qoinquenniom, vt est in professo per metum, qoi durauit per totum quinquennium, est audiendus reclamans aduersus professionem post quinquennium, etiam per viam ordinariam, probat ex multis Sanch. *cit. loc. quæst.* 4. *per tot.* *à num.* 30. *vsque ad* 35. faciunt dicta per Ricc. *collect.* 102. *num.* 23. Bonacin. *cit. loc. num.* 7. docet Gratian. *discept. forens. cap.* 413. *num.* 9.

Aliud reqoisitum adhoc, vt reclamans contra professionem audiri possit, est, vt causas, siue causam nullitatis professionis proponat coram Ordinario, & Superiore suo, ita Trideot. *cit. cap.* 19. quòd intelligitur de Ordinario loci, in quo existit Monasterium, vbi professionem emisit, & de Superiore Regulari eiusdem Monasterij, ita testatur fuisse decisum per Sacr. Congreg. Nouar. *Lucer. Regul. verb. nullitas*, & Barbos. *sum. Apostol. decis. verb. professio regularis*, *num.* 12. qui vlterius addit, ad hanc nullitatem cognoscendam oon posse interueoire Superiorem Religionis, sed Superiorem Monasterij, in quo emissa est professio. Ex quibus etiam deducitur, quòd si reclamans ex obedieotia translatus est ad aliud Monasterium, non potest coram Superiore noui Monasterij proponere nullitatem prædictam. Limita prædicta, quando Superior Regularis vellet ex alia iusta causa eijcere suum subditum, quia tunc id potest sine Ordinario, Nouar. *loc. cit. verb. professio*, *num.* 35. 26

Vltimum requisitum, adhoc vt possit audiri reclamans contra professionem, est, vt ante reclamatiooem nullatenus habitum Regularem spontè dimittat, aliàs ad allegandam quamcumque causam contra professionem non admittitur, sed ad Monasterium redire cogitur, & tanquam Apostata puoitur, ita Trideot. *cit. cap.* 19. quòd intellige durante dimissione habitus, quia si quis dimissum habitum reassumat, admittitur ad allegandam nullitatem professionis, tenet Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 14. & alij, qoos sequitur Nouar. *Lucer. Regular. verb. professio*, *num.* 28. docet Gratian. *discept. forens. cap.* 413. *num.* 6. *&* 8. probat ratione Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neap. decis.* 48. *in fin.* 27

Vlterius communiter aduertunt DD. Concil. Trident. denegare audientiam dimittenti habitum temerariè; vnde si quis haberet iustam causam dimittendi habitum, vt quia non posset habere licentiam eondi ad reclamandom, nec ire, nisi habitu deposito; vel quia ei non permittitur proponere causam coram Ordinario, & ob id habitu demisso aufugit, vt reclamet, non denegatur ei audientia prædicta, quia temeritas non coosideratur in eo, qui id facit, vt possit vti remedio sibi à iure concesso, & allegare causam nullitatis, ita Ricc. *in cit. decis.* 48. *num.* 8. post Nouar. Sanch. Azor. & alios per eum allegatos. Et generaliter semper quòd quis iustam habet causam dimittendi habitum, non dicitur spontè dimittere, secundum verba Concil. Trident. *cit. loc.* ita Bonac. *de clausur. & pæn. viol. ipsius imposit. quæst.* 2. *punct.* 11. 3. *difficult. in princ. vers. hoc tamen*. Multa qoomodo Apostatis denegetur audientia contra professionem, vide apud Ricc. *cit. decis.* 48. *per tot.* sed est necesse vt reassumpto habitu permaneat in Religione, adhoc vt audiatur. 28

Firmauimus supra, per solam delationem habitus professorum induci tacitam professionem concurrentibus requisitis. Illis adde, quòd talis tacita professio excloditur ex reclamatiooibus, & protestationibus in contrarium, immò ex solis protestaoonibus, quæ habent vim sufficientis reclamationis, fuit dictum *in vna Brixien. Parochialis* 20. *Martij* 1620. *coram D. Vbaldo*, vt refert, & sequitur Ludouis. *decis.* 385. *num.* 6. *in fin.* vbi vlteriùs addit, talem tacitam professionem tolli per metum reuerentialem, licèt aliàs oon sufficeret ad tollendam expressam, Rot. *decis.* 579. *part.* 2. *in recent.* Idem operantur lamentationes, & declarationes, Rot. *in vna nullitatis professionis proximè citanda*. 29

Vlteriùs communiter aduertunt DD. professionem nullam noo validè ratificari per delationem habitus professorum, aut per exercitium actus solis professis conuenientis, & similia, nisi talia faciens scientiam, & notitiam habeat nullitatis professionis, probat Gratian. *discept. forens. cap.* 440. *num.* 22. *& seq.* refert multos Diana *resolut. moral. tom.* 6. *tract.* 7. *Miscellan. resolut.* 56. *vbi in fin. vers. his tamen*, testatur contrarium tenuisse Rotam *in vna Vlixbonen. nullitatis professionis* 17. *Martij* 1641. *coram D. Carrillo*, attestando, qoòd affirmatiuam sententiam vti minus tutam Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Interpretum non amplectitur, eandemque opinionem Sacræ Congregationis Vrbanus VIII. mandauit seruari, vt habetur in eadem decisione, quam adducit de verbo ad verbum Diana *in fin. tom.* 6. pro eadem senten- 30

sententia aliam adducit Rot. *decis. coram eodem*, Tambur. *de iur. Abbatiss. in fin. decis.* 2. *num.* 11. *vers. nec etiam*.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Continuationis, vel discontinuationis anni Nouitiatus materia est inuoluta propter dissidia.*
2 *Discontinuatio vtrum per modicam interruptionem inducatur?*
3 *Licentia Superioris an impediat discontinuationem?*
4 *Egrediens cum dimissiones habitus an conseruet animum redeundi, Notatur Reg. de Marin.*
5 *Nouus nouitiatus an requiratur in exeunte anno completo.*
6 *Expleto anno, an possit differre professionem Nouitius? refertur decretum Conciliare.*

1 INuoluta est materia continuationis, vel discontinuationis anni Nouitiatus. Alij enim volunt probationis annum debere esse continuum, sed quando Nouitius de licentia Superioris exiuit ob malam valetudinem, & postea reuertatur, habetur pro præsente, ac si nunquam fuisset egressus, & potest coniungi primum tempus cum præsenti. Nisi essemus in nouitia, quæ ob curandam valetudinem exiuisset cum licentia Abbatissæ, quæ non sufficeret, sed requiritur licentia Episcopi, ita Gratian. *discept.* 165. *num.* 14.

Inconstans deinde est sibi idemmet Gratian. *num.* 16. *& in cap.* 450. *num.* 14. vbi quòd prædicta non sunt tuta, nam labente anno probationis debet Nouitius permanere continuò intra claustra Monasterij, ita vt non posset istud tempus frangi, nec discontinuari sub quouis prætextu, & refert in Rota non fuisse admissam causam infirmitatis, aut licentiam Superioris, quia in illis, quæ sunt de forma, seruatur rigor; nam cùm annus probationis detur in subsidium humanæ fragilitatis, & in fauorem tam Monasterij, quàm Nouitij, vt is experiatur Religionis asperitates, & cum ipsis vires suas metiatur, ac Monasterium eiusdem Nouitij animum, & mores inspiciat, & variationem Gratiani taxat Ciarlin. *controu.* 108. *num.*26.

2 Modica interpellatio an discontinuet annum? Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 101. *num.* 22. tener quòd sic addo Ciarlin. *vbi sup. num.* 16. ibi: *Quæ vera sunt vt licèt dictum sit non interrumpi annum probationis, si Nouitius ex iuxta causa cum licentia Superioris maneat per aliquod tempus extra Monasterium. Tamen id non est tutum in praxi, quia aliter sentit Sacra Congregatio, & aliter iudicauit Rota Rom.* vt per Farin. *decis.* 175. *part.* 1. Cutell. *de donat. contempl. matrim. tract.* 1. *discurs.* 2. *particul.* 3. *num.* 105. Bottil. *de success. renunciat. cap.* 2. *num.* 19.

Rigorosius scribit Lapus *alleg.* 46. docens annum probationis discontinuari per quattuor horas, ex Nauar. *cons.* 42. *lib.*3.

E contrario modicam interpellationem non discontinuare, tradit Lessius *de iustit. lib.*2. *cap.* 41. *dub.* 7. *num.* 59. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 10. idem Barbos. *de iur. Eccles. cap.* 43. *num.* 126.

3 Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 282. *num.* 3. vult, quòd completo probationis anno si Nouitius exeat de licentia Superioris, etiam quòd post longus tempus redeat, non indiger nouo probationis anno. Nisi conditio personæ, vel Religionis sit mutata, etsi transierit ad strictiorem religionem, & deinde redierit ad primam non eget nouo Nouitiatu.

4 Egrediens cum dimissione habitus an conseruet animum redeundi? Rota *decis.* 14. *part.* 13. *rec. num.*10. decidit ex habitus dimissione post egressum à Religione cum licentia Superioris non argui animum non redeundi, & ad desertionem Religionis, & occurrit traditioni, Reg. de Marin. *num.* 1. *& seqq. d. resol.* 282.

5 Nouus Nouitiatus an requiratur in egrediente completo anno probationis? Rota *vbi sup. num.* 11. refellit Bordonum *cap.* 14. *de profess. num.* 10. firmantem non requiri nouum Nouitiatum in egrediente à Religione primo anno iam completo, quamuis ille habuerit animum non redeundi. Quia Bordoni opinio aduersatur de directo veriori opinioni, quam sequuntur post alios Sanch. *vbi sup. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 4. Caualer. *decis.* 129. Merlin. *decis.* 523. *num.* 2.

Beneuerùm est præter intentionem deserendi Religionem requiri dimissionem habitus, & discessum absque licentia Ordinarij, vt Rota *num.* 13.

Nouitius completo anno probationis, si egrediatur de Religione de licentia Superioris potest professionem differre, quia Concilium Tridentinum requirit annum integrum, non autem excludit, quin possit Nouitius completo anno professionem protelare, Bottilier. *vbi supra, num.* 20. 6

Quæstionem hodie esse sopitam, ait Card. de Luca *de regular. discurs.* 46. *num.* 14. per decretum Conciliare, per quod præscribitur annus integer, & continuus absque interruptione, ita vt in omnibus, & singulis mensibus, ac anni partibus Religionis experimentum habeatur, Ciarlin. *num.* 26. *& per tot.* vbi etiam quòd ex causa, & cum licentia Superioris exiret, vt fusè dixi in Gratian. *vbi supra*.

ANNOTATIO XLVIII.

De Iurisdictione Ordinarij in Regulares.

ARGVMENTVM.

Notatur. Quis dicatur Ordinarius loci in his terminis. Et in quibus casibus Regulares subsint Ordinario. Discutiuntur casus in particulari satis abundè.

SVMMARIVM.

1 *Regulares in causis miserabilium personarum quando conueniendi coram Ordinario. Et quid si habeant Conseruatorem. Et in quibus causis. num.* 3.
2 *Quis dicatur loci Ordinarius in hac materia.*
4 *Causæ mercedum quæ?*
5 *Miserabiles personæ quæ dicantur, iuxta terminos* Concil. Trid. sess. 7. cap. 14. de reformat.
6 *Regularis quando dicatur degere extra claustrum in terminis* Concl. Trident. sess. 7. cap. 14. de refor.
7 *Regularis delinquens extra Monasterium punitur ab Ordinario loci.*
8 *Regularis quando dicatur delinquere extra Monasterium in terminis* Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. de reform. *Et quando non, num.* 9.
10 *Regularis vagans, & repertus sine literis sui Superioris, potest puniri ab Ordinario.*
11 *Episcopus punit Equites Hierosolymitanos vigore* Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. de reform.
12 *Regularis degens intra claustra, & delinquens extra quomodo subdatur loci Ordinario. Et quid in hoc disposuerit Clemens VIII. Et quid seruet praxis, num.* 13. *Vbi an sit statim remittendus. Quid si Episcopus non carcerauerit delinquentem. Et quomodo sit monendus Superior Regularis ad puniendum, num.* 14. *&* 15.
16 *Regularis quando dicatur delinquere extra claustra in terminis* Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. de Regul. *Et quid si è claustro proijciat lapidem, & percutiat extra, vel è contra, an subdatur Episcopo, num.* 17.
18 *Regularis adhoc vt possit puniri ab Ordinario, an sit probandum, quòd notoriè deliquerit, iuxta dispositionem* Concil. cit. cap. 14.

19 Re-

19 Regularis Superior quomodo certiorem faciat Episcopum de punitione Regularis.

20 Regulares si non ascendant ad numerum duodecim in Monasterijs erectis post Decretum Vrbani VIII. subsunt in omnibus Ordinario. Et Decretum prædictum comprehendit omnes Regulares, num. 21.

22 Regulares in causis hæresum Episcopo Ordinario subduntur. Et quid in hoc disponat Bulla Pauli V. num. 23. Et an in foro conscientia possint Superiores Regulares absoluere suos subditos ab hæresi, num. 24.

25 Regulares transgressores Bullarum Pontificum loquentium de Conceptione B. Virginis, & sollicitatione in confessione puniuntur ab Ordinario.

26 Regulares subsunt Ordinario in causis falsæ monetæ. Et quid in hoc disposuerit Vrbanus VIII.

27 Regulares vagantes recedentes à Monasterijs, vel sine habitu incedentes puniuntur ab Ordinario.

28 Regulares impedientes iurisdictionem Ordinarij, vel eius Officialem offendentes puniuntur ab ipso Episcopo, id etiam contra Conseruatores impedientes, vt supra.

29 Regulares à quo Episcopo ordinandi, & quomodo. Examinantur ab Episcopo quoad scientiam, etiam si approbati sint à suo Superiore, num. 30. Quomodo obtineant dispensationem quoad interstitia, num. 31.

32 Regulares pro audiendis confessionibus sæcularium approbantur ab Ordinario. Et an requiratur etiam licentia sui Superioris, num. 33. Possunt ab Episcopo approbari sine examine, & limitatè, num. 34. Et quando Ordinarius possit reuocare talem approbationem latè, num. 35. Et quando sint approbandi cum limitatione, num. 36.

37 Regularis, cui iniustè denegatur, vel reuocatur facultas audiendi confessiones sæcularium, an possit illas audire.

38 Regulares non amittunt facultatem audiendi confessiones sæcularium semel eis concessa per Episcopum, si discesserint è Diœcesi, & redeant. Et quid per mortem concedentis, num. 39.

40 Regularibus quis det facultatem audiendi confessiones sæcularium? Episcopus loci ne, an Regularis, vel pœnitentis, num. 41.

42 Regulares an sine licentia Episcopi possint audire confessiones inseruientium in Monasterio. Et an approbati possint impediri audire confessiones in domibus priuatorum, num. 43.

44 Approbatus simpliciter an dicatur approbatus pro Monialibus. Et quid si approbatus sit pro vno Monasterio Monialium, an possit confessiones audire in alio Monasterio. Et an semel approbatus pro Extraordinario possit iterum redire.

45 Confessarius simpliciter approbatus ad audiendas confessiones non potest eligi à Monialibus vigore Iubilei. Nec potest audire confessiones extra Diœcesim approbantis, num. 46.

47 Regulares approbandi ad confessiones debent præsentari à suis Superioribus.

48 Clement. 1. de priuileg. *explicatur*.

49 Regulares non possunt ministrare Sacramentum extremæ vnctionis sæcularibus sine licentia Episcopi, vel Parochi sub pœna excommunicationis. Et quando excusentur, num. 50. Et an possint illud ministrare Nouitijs conuersis, & familiaribus, n. 51.

52 Regulares quando non possunt ministrare Sacramentum Eucharistiæ sæcularibus. Et quid de tempore Paschatis. Et quale dicatur hoc tempus, num. 53. Et quid accedente licentia Parochi, num. 54. Et an vagis, aduenis, & peregrinis in die Paschatis, num. 55. Et an alieno Religioso, num. 56. & an seruis, & domesticis Monasterij, num. 57. Et quando in articulo mortis, num. 58.

59 Regularis non potest matrimonio assistere sine licentia Ordinarij, vel Parochi. Et contrafaciens quam pœnam incurrat, num. 60. A qua pœna excuset ignorantia, num. 61. Quid in matrimonio vagorum, vel inter Indos, num. 62.

63 Regulares quando possint Sacramentum Baptismatis conferre. Non tamen possunt esse Patrini, nec cum licentia, num. 64. Et si de facto suscipiunt, contrahunt cognationem, licèt peccent, num. 65. Quod fallit in Regulari creato Episcopo, num. 66.

67 Regulares prædicare volentes in Ecclesijs sui Ordinis tenentur petere benedictionem ab Episcopo. Et quid si Episcopus renuat illam dare, latè discutitur.

68 Regulares prædicare volentes in Ecclesia non sui Ordinis, tenentur obtinere licentiam ab Episcopo, qui potest illos examinare quoad doctrinam, num. 69.

70 Regularis prædicans sine benedictione, vel sine licentia respectiuè punitur ab Ordinario etiam censuris. Item potest ille punire hæreses, scandala, falsa miracula, vel prophetias, vel suas inspirationes prædicantem. Et quibus pœnis, num. 71.

72 Regulares, petente Episcopo, tenentur emittere Fidei professionem antequam prædicare incipiant. Non solùm semel, sed iterum, si iteratis vicibus prædicare intendant, num. 73. Et an licentia prædicandi semel data possit reuocari, n. 74.

75 Regularis prædicaturus in Ecclesia sui Ordinis, quomodo debeat petere benedictionem ab Episcopo, & quando. Et benedictio, siue licentia prædicta sunt danda gratis, num. 76. Et quid si bis, aut ter prædicare intendat, num. 77.

78 Regulares possunt compelli ab Ordinario ad habendam lectionem sacræ Scripturæ in singulis Monasterijs. Et quoties in hebdomada, num. 79. Et Lectores non possunt examinari ab Ordinario, num. 80.

81 Regulares non possunt imprimere libros sine licentia Ordinarij.

82 Regulares exercentes curam animarum sæcularium subsunt Episcopo Ordinario. Nec ad dictam curam deputari possunt sine eius examine, & approbatione, etiam si sint ad nutum amouibiles, debent tamen destinari à Superiore Regulari, num. 83.

84 Regularis exercens curam animarum visitatur ab Episcopo Ordinario. Item Sacramenta, Sacramentalia ornamenta, & alia ad curam animarum. Quid de Ecclesia, vel Altari, num. 85.

86 Regulares exercentes curam animarum delinquentes, vel insufficientes quomodo puniantur ab Ordinario ad præscriptum Bullæ Pij V. vbi etiam quid de Regulari, qui de facto se immiscuit exercitio curæ, vel de exigente emolumenta curæ excessiuè, num. 87.

88 Regulares si renuant recipere Episcopum visitantem, quid agat Episcopus.

89 Regularis exercens curam animarum, & delinquens extra curam punitur à suo Superiore Regulari. Similiter si exercens curam subditus Abbati habenti vtramque iurisdictionem, num. 90. Nec etiam Episcopus visitat, aut punit Regularem exercentem curam animarum in Monasterio Cluniacensi, vel in Monasterijs, in quibus Abbates generales, aut capita Ordinum resident. Quod satis declaratur, num. 91. Quid in Beneficijs commendatis, num. 92.

93 Regularibus alloquentibus cum Monialibus quomodo Episcopus Ordinarius licentiam concedat ex Decreto Vrbani VIII.

94 Regulares non possunt deputare confessores pro Monialibus ipsis subiectis sine approbatione Ordinarij.

95 Ordinarius potest rationem exigere ab Administratoribus bonorum Monialium Regularibus subiectarum, & præcipere Regularibus, vt amoueant Administratorem, vel Confessorem, si ita expedire videbitur. Potest etiam assistere cum Superiore Regulari electioni Abbatissæ, num. 96. Et Regulares tenentur significare Episcopo diem electionis, & illum expectare pro hora determinata, alias potest Episcopus procedere, & punire Regulares, num. 97.

98 Regulares subsunt Episcopo quoad conseruationem clausuræ Monialium, pro qua conseruanda potest Episcopus intrare septa Monasterij Monialium Regulari-

gularibus subiectarum. Nec per Regulares potest impediri, aliàs procedit contra illus, num. 99.

100 *Episcopus examinat illas, quæ Moniales fieri volunt, etiam in Monasterijs Regularibus subiectis, quibus potest mandare, ne Nouitiæ ad habitum admittant, ipse non certioratu.*

101 *Regulares coguntur ad obseruantiam festorum per Ordinarium, etiam censuris. Non tamen possunt cogi mutare ritus quoad diuina Officia, num. 102. vel se abstinere à publicatione festorum, num. 103.*

104 *Regulares tenentur seruare interdicta per Ordinarium lata, & contrafacientes ab illo puniuntur.*

105 *Regulares subsunt Episcopo quoad accessus ad publicas Processiones, & quoad differentias præcedentiarum. Ad quas accedere, possunt compelli censuris, num. 106. Et tenentur accedere in numero decenti, n. 107. Et cum Cruce Velo cooperta, num. 108. Et an Regulares, qui non tenentur accedere, si aliquando accesserint, sibi præiudicarint, num. 110.*

109 *Episcopus potest cantare, vel facere cantari per suos Canonicus Missam in Ecclesia Regularium, vbi Processiones diriguntur.*

111 *Regulares quando subsint Episcopo quoad quæstuationem, & eleemosynarum petitionem, num. 112.*

113 *Regulares subsunt Episcopis quoad ædificationem noui Monasterij, consecrationem Ecclesiæ, & alia, quæ sunt ordinis Episcopalis. Et an possint recipere de manu Laicorum Ecclesias iam consecratas sine consensu Episcopi, num. 114.*

115 *Regulares subsunt Episcopo quoad cognitionem, & approbationem Reliquiarum, qui potest mandare Regularibus, vt non exponant, etiam in eorum Ecclesijs Reliquias non approbatas; & pendente cognitione penes se retinere clauet.*

116 *Regularis relictus executor piarum voluntatum tenetur reddere rationem Episcopo, & ab eo potest puniri.*

117 *Regulares Nouitij subsunt Episcopo quoad renunciationes per eos faciendas.*

118 *Regularis tenetur nullitatem professionis petere coram Ordinario, & Superiore, aliàs si Superior solus sub prætextu dictæ nullitatis Regularem emiserit, non est tutus.*

119 *Regelares possunt cogi ab Ordinario ad restitutionem bonorum Nouitij exeuntis.*

120 *Regulares tenentur erigere Baldachinum Episcopo celebrare volenti in suis Ecclesijs. Et in Sabbatu sancto non possunt pulsare campanas ante Ecclesiam matricem, n. 121. Quid extra dictum Sabbatum, vel stante consuetudine, n. 122. Et an possit mandare vt non pulsentur campanæ ante illarum benedictionem, num. 123.*

124 *Regulares subsunt Ordinario in causa reconuentionis. Et quid si à conuentione desistant, num. 125.*

125 *Regularibus potest Episcopus mandare ne recipiant Sacerdotes sæculares exteros ad diuina sine illius licentia.*

126 *Regulares non possunt solemniter exponere Sanctissimum sine licentia Episcopi. Nec processiones facere extra ambitum Monasterij, num. 127.*

128 *Regulares non possunt sacrum facere in Oratorijs priuatis sæcularium sine licentia. Et an prohiberi possit vt ibi Sanctissimum dispensetur.*

129 *Regulares sibi arrogantes iura Episcopalia, possunt puniri per Episcopum.*

130 *Regulares non possunt Indulgentias publicare sine licentia Episcopi.*

131 *Regulares possunt compelli ab Episcopo ad seruandas Constitutiones Vrbani in materia defunctorum cum opinione sanctitatis, & contrafacientes possunt puniri.*

132 *Monachi Ecclesiæ Cathedralis subsunt Episcopo.*

133 *Regulares subsunt Episcopo Ordinario in omnibus, quæ sunt extra regulam, & regularem obseruantiam.*

134 *Regulares an possint declarari excommunicati per Ordinarium.*

135 *Regulares an possint cogi censuris ab Ordinario in casu quo illi subduntur.*

ANNOTATIO XLVIII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. 1. §. in eos, de Priuileg. in 6.

IN hoc text. deciditur, Ordinarium in Regulares suam iurisdictionem exercere non posse illos interdicendo, suspendendo, vel excommunicando, cùm hoc sit ipsis Regularibus à Sede Apostolica ex priuilegijs indultom, in quo text. DD. *& in cap. neque aliqui, eod. tit. & lib.* statuunt regulam, quòd Regulares sub Religione approbata viuentes exempti sunt à iurisdictione Ordinariorum, ea ratione, quia in his locis Papa omnes Indulgentias, & Priuilegia sub quacumque verborum forma concessa ab Ordinariorum iurisdictione eximentia reuocauit; tamen declarauit in ea reuocatione non comprehendi Regularium priuilegia, & exemptiones, sed illa in suo robore permanere disposuit; & de eorum priuilegijs apparet ex mare magno priuilegiorum à Sommis Pontificibus concessorum Regularibus, & ex dispositione Concil. Trident. *sess. 21. cap.* 14. vbi text. dicit, quòd Regularis non subditus Episcopo ab eo non puniatur, licèt Populo scandalosus sit, sed à suo Prælato, *cap. 2. eiusd. sess.* ergo priuilegia prædicta manent sub sua firmitate, neque per ipsum Coocilium fuere reuocata, sed confirmata, idem Concil. Trident. *sess. 14. de reform. in fin.* sed cùm hæc exemptio sit ex priuilegio, nam certum est in iure communi omnes Regulares Episcopo subesse, ita iura adducta per Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 1.* deducunt alij allegantem illud tenere probare, vt refert Campanil. *cit. loc. num. 3.* sed cùm hodie hæc priuilegia sint notoria, maximè inter Regulares antiquos, non sunt probanda.

Supradicta exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij restringitur in multis casibus, quos omnes hìc disceptandos duxi post multos, præsertim Campanil. *cit. loc.* Mart. *de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas.* 182. Ricc. *in prax. 3. part. resol.* 269. Marcel. Volp. *in prax. for. Eccles. cap.* 42. Nouar. *Lucer. Regul. verb. Episcopus quoad Regulares*, Barbos. *in sum. Apost. decis. eod. cit. verb.* Lezan. *in sum. quæst. Reg. tom. 3. eod. cit. verb.* Genuens. *in prax. cap.* 59. latè Cochier. *in tract. de iurisdict. in exempt.* post multas quæstiones, Tambur. Ricc. & alios infra citandos.

Fallit suprapofita regula, quòd Regulares sint exem- 1
pti ab Ordinario. Primò in causis mercedum, & miserabilium personarum; in his enim causis Regulares illos, qui extra Monasterium degunt tantùm possunt conueniri coram Episcopo, vel alio Ordinario loci, etiam si tales Regulares Conseruatorem, vel alium Iudicem deputatum haberent, in quibus causis potest loci Ordinarius procedere, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, ita expreſsè deciditur in Concil. Trident. *sess. 7. cap. 14. de reformat.* aduertunt *citatis locis* Marta *num. 4.* Ricc. *vers. sexto*, Vulp. *num.* 24. Nouar. *verb. causa, n. 3.* & alij, Rot. *diuer. part. 1. decis. 702. num.* 5. Quòd si Regulares degunt intra Monasterium, & habent in partibus Conseruatorem, vel alium Iudicem Apostolicum Delegatum, tunc etiam in causis prædictis mercedum, & miserabilium personarum non possunt inueniri coram loci Ordinario, demonstrant expressa verba Concil. *prædict. loc.* à contrario sensu, ibi, *Aut Regulares extra Monasterium degentes*. Quòd si Regulares degunt intra Monasteria, sed non habent Conseruatorem in partibus, vel alium Iudicem Delegatum Apostolicum, possunt non solùm in causis prædictis mercedum, & miserabilium personarum, sed in omnibus alijs causis ciuilibus conueniri coram locorom Ordinarijs, vt idem Concil. *ibid.* statuit in illis verbis, *In alijs vero, si ipsum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa Sede Delegatis conueniri, &c.* qui text. licèt loqoatur de Regularibus extra Monasterium degentibus, tamen procedit etiam contra degentes in claustris, prout ratio suadet ex *cap. omnes, Basilica 16. quæst. 7.* Lap. *alleg. 68. in fin. & cap. cum Episcopus de offic. Ordin. in 6.* Decreuit etiam Sacra Congregatio iussu Gregorij XIII. quòd Regulares omnes in Ciuitatibus existentes sibi Conseruatores eligerent,

coram

coram quibus conueniantur, eorumque nomina intra mensem à die electionis Episcopis locorum Ordinarijs indicerent, alinquin coram ipsis Ordinarijs conueniri possent, refert Ricc. *cit. loc. vers. iussu Gregorij XIII.* & latius *decis. 14. tom. 4.* & dixi in materia Conseruatorum post Genuens. *in prax. cap. 59. n. 10.* & alios.

2 Dicitur in hac materia loci Ordinarius, coram quo potest conueniri Regularis degens extra Mnnasterium pro causis mercedum, & miserabilinm personarum, ille, in cuius loco ipse Regularis extra manens reperitur, siue Episcopus sit, siue alius inferior qnomodolibet habens ibi iurisdictionem, ita probat ex multis Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 17. sub num. 1.*

3 Aduerte, quòd loci Ordinarius habet in casu prædicto iurisdictionem in Regulares, quando agitur ciuiliter in causis mercedum, & miserabilium personarum, vt disponit Concil. *cit. loc.* in illis verbis, *In ciuilibus causis*, in quibus causis potest loci Ordinarius compellere Regulares ad soluendum, non obstantibus quibuscumque vt aduertit Fusc. *cit. loc. n. 8.* Vulp. *cit. loc.* Sed quicquid in causis criminalibus, & si delictum sit commissum extra claustrum, dicemus inferius.

4 Dicuntur causæ mercednm illæ, in quibus tractatur de pretio operarum, vt habetur in *l. si quis à liberis, §. vlt.* vbi glos. *in verb. mercedes, ff. de liber. agnosc.* & explicat Alber. *in dictionar. lit. M. verb. mercedes.*

5 Dicuntur personæ miserabiles in hac materia viduæ, pauperes, orphani, senes decrepiti, diuturno morbo fatigati, puella nubilis, quæ inueni sibi nobilitate pari nubere non potest, peregrini, pnblicè pœnitentes, infantes, expositi, cœci, & mutilati membris, atque leprosi, ac debilitati, in carcere coniecti, cruce signati, qui recenter ad Christianam Fidem conuersi sunt, & omnes, quibus naturam mouemur ad miserendum propter fortunæ iniuriam, qui omnes dicuntur miserabiles personæ, si diuitijs non affluant, vt probat Laurent. de Peyrin. *tom. 1. priuileg. Ordin. Minor. in annot. ad Constitut. Secundam Sixti IV. num. 31.* quem sequitur Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 7. num. 12.* qui omninò tenet, quòd in his casibus nulla persona dicitur miserabilis, si sit diues.

6 Nota, quòd non dicitur Religiosus degere extra Monasterium, quando degit in aliqua grancia, seu membro Monasterij, vt tenet Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. n. 14.* quem refert, & sequitur P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. part. verb. Religiosi 8. vers. 2. in fin.* & quandoque Religinsus abest à claustro de licentia Superioris, censetur residere in claustro, docet Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neap. 223. num. 7.* quicquid aliud sit in casu delicti, vt infra. Contrarium tenet Aldan. *in compend. can. resol. lib. 2. tit. 10. num. 5.*

7 Fallit secundò exemprio, quam habent Regulares à iurisdictione loci Ordinarij, in eriminalibus, in nonnullis casibus. Primò, quando Regularis, qui extra Monasterium degit, delinquit, potest tunc ab Ordinario loci, non obstante quouis priuilegio, visitari, puniri, & corrigi, secundum canonicas Sanctiones, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, ita disponit Concilij Trident. *sess. 6. cap. 3. de reform.*

8 Dicitur Regularis degere extra Monasterium, quandocumque non viuit sub Superiore conuentualiter, ita Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 7. nu. 9.* hinc dicitur, Regularem manetem extra Mnnasterium, etiam si degat in aliqua dnmo ad erectionem Monasterij destinata de licentia sui Superioris, si in dicta domo non habeat Snperiorem, nec viuat iuxta institutum Regulæ Religionis; & comprebendi sub dispositione Conc. Trident. *cit. cap. 3.* refert decisnm per Sac. Congreg. eiusd. Concil. sub die 24. Maij 1588. Vulp. *in sua prax. cap. 42. n. 21.* & melius Ricc. *in prax. supracit. loc. vers. Regularis manens.* Eodem modo dicitur manere extra Monasterium si degit in aliquo loco causa docendi doctrinam Christianam, prout refert declarasse etiam Sacr. Congreg. Nouar. *Lucern. Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num. 34.* sequitur Barbos. *in sum. Apost. dec. eod. verb. num. 9.* qui aliud sentit quoad Patres Societatis Iesu. Quod si in prædictis locis, vel in aliqua Grancia, vel in Beneficio simplici Monasterij degeret Regularis, & ibidem haberet Superiorem, & viueret sub regulari obseruantia, non diceretur degere extra Monasterium, nec posset cognosci si delinqueret, ab Ordinario vigore facultatis prædicti loci Concil. Trident. tenet Tambur. *cit. loc.* post Barbos. Peyrin. & Rodriq. & alios per ipsum adductos. Hinc refert Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. mihi 59. n. 2.* in eadem Curia fuisse punitum tanquam degentem extra Monasterium qnendam Regularem, qui de ordine sui Superioris reperiebatur carceratus in carceribus prædictæ Curiæ, ibique deliqnerat, ea ratione, quia in prædictis carceribus Regularis non habebat Superiorem, nec viuebat snb Superiore regulariter, vide etiam ad hæc dicta per Piasec. *in prax. Episc. part. 2. cap. 3. num. 42.* latius Nouar. *Lucer. Regul. verb. delinquens, n. 10. & 11.*

9 Vlterius Regularis, qui degit extra claustra de licentia sui Superioris, & ab Ordinario loci deputatus fuit alicui officio exercendo, & in eo cum scandalo deliqnit, ab eodem Ordinario puniri potest vigore *cit. tex. cap. 3. Concil. Trident.* ita Aldan. *in compend. canon. resolut. lib. 1. tit. 6.* vbi refert ita fuisse decisum 14. Febr. 1585. qui vlterius addit, fuisse decisum non posse puniri ab Ordinario loci vigore facultatis *cit. loc. Concilij Tridentini* Canonicum Regularem, qui iussu sui Superioris degit in ædibus Parochialis Ecclesiæ suæ Congregationi vnitæ, in qua curam animarum exercet, & Sacramenta ministrat, si delictum non concernit curam animarum, nec Sacramentorum administrationem.

10 Aduerte, quòd Regularis, qui vagatur, & absque literis obedientiæ sui Superioris per Ciuitatem, seu Diœcesim transit, potest ab Episcopo detineri, carcerari, & tanquam sui instituti desertor puniri, tenet Ricc. *in prax. 3. part. resol. 269. vers. octauò*, & ratio est, quia vagari est delictum inter Regulares, ad dicta per Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 17. num. 9.* qui testatur Regularem extra Monasterium iudicari mortuum, sicut piscis extra aquam, Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. Episcopus quoad Regulares, num. 6.* Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 31.*

11 Ampliatur authoritas Episcopi prædicta, vt vigore præcitati *cap. 3. Concil. Trid.* possit etiam procedere contra Equites Hierosolymitanos, ita tenent Nauar. Azor. Campanil. Ric. & Tambur. quos refert, & sequitur Nouar. *cit. loc. num. 2.* qui testatur Bullam Sixti V. incip. *Cum primum 12. in ordine*, non obstare prædictæ dispositioni Conciliari, & rationem affert.

12 Secundò, quando Regularis degit intra claustra Monasterij, & extra ea ita notoriè delinquit, vt Populo scandalo sit; Episcopo instante, suus Superior intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniat illum, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus, à suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit, ita decreuit Concil. Trident. *sess. 25. cap. 14. de Regul.* pro cuius decreti executione Clemens VIII. in sua Constit. incip. *Suscepti muneris*, Romæ publicata 7. Kal. Martij 1595. mandauit omnibus, & singulis cuiuscumque Ordinis, etiam Mendicantium Superioribus sub pœna priuationis dignitatis, & officiorum eo ipso incurrenda, vt iuxta prædictum Decretum Concilij Trident. prouideant, & exequantur. Quod si Superior in Regularem delinquentem non animaduertat; quinimmò si illum impunitum ad aliam suorum Ordinum loca extra Episcopi Diœcesim transmiserit; statuit, instante Episcopo intra terminum ab eodem Episcopo præfigendum, & sub eisdem pœnis priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinenda, priuationis actiuæ, & passiuæ vocis, ad quas à nemine, præterquam à Romano Pontifice, pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum Regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuerit reuocare, & ad illum, in quo deliquit statuere, siue sistere teneri voluit. Quod si hoc etiam facere prætermiserit, Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, si super præmissis fuerit ab Episcopo Ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel de illius delicto informatus tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus prædicti Concil. Trident. Decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem seuerè animaduertere possit, & debeat, ita in Constit. prædicta, & refert Genuens. *in prax. cap. mihi 59. num. 5.* Vulp. *in*

prax. cap.42. n.22. Nouar. *Lucer. Regul. verb. delinquens, num.4.* Tamb. *de iur. Abbat. tom.1. disp.15. quæst. 7. nu. 7.* vbi dictam Constit. de verbo ad verbum adducit.

13 In hoc casu seruat Praxis, vt Ordinarius loci carcerari, & ad suos carceres reduci faciat Regularem degentem in claustris, & extra illa inuentum notoriè delinquere cum Populi scandalo, & delinquentem non remittat, nisi capta informatione delicti, cuius informationis copiam vnà cum carcerato ad Superiorem Regularem transmittit, præfixo termino eidem Superiori ad docendum de punitione infra competentem terminum, ita refert practicari Genuens. *in prax. cit. loc. num.* 3. & Ricc. *in prax. resol.269. vers. nono,* qui addunt, dummodo statim sine mora capiatur informatio, & remittatur cum carcerato, & Nouar. *Lucer. Regul. verb. delinquens, num.* 6. refert, Congregationem declarasse statim Regularem prædictum esse remittendum, etiam si Superior nullam faceret instantiam, subdens *num.*7. ex opinione Genuens. *cit. loc.* & aliorum, Episcopum differentem informationem prædictam capere, & carceratum remittere, eum carceribus vexando, non euitare excommunicationem. Verùm quia malitia hodie multum creuit, maximè inter Regulares, qui ad effugiendum pœnas Concil. Trident. & Bull. Clement. quandoque se excusant, negantes esse Superiores delinquentis, meritò cauti Ordinarij aliquando non remittunt carceratum, nisi præuia petitione, & instantia Superioris, cui certo iniungitur præceptum de puniendo, vt supra, & stante instantia facta vti Superior, potest deinde procedi in casu contrauentionis ad executionem pœnarum.

14 Quod si Episcopus non valet habere delinquentem, & illum carcerare, potest statim habita notitia delicti notoriè extra claustra, informationem capere, & illam ad Superiorem Regularem mittere, vt nequeat de delicto ignorantiam allegare, & sufficit quod vnica vice Superiorem prædictum moneat, eique terminum præfigat ad castigandum subditum delinquentem, ita testatur declarasse Sac. Congr. sub die 19. Septembris 1625. Barbos. *in sum. Apostol. decis. collect.297. num.* 7.

15 Prædicta monitio debet esse personalis, & in scriptis, adhoc vt deinde possit procedi in foro fori ad executionem pœnarum, licet ad illas incurrendas in foro conscientiæ sufficiat monitio qualis qualis, dummodo sit vera, & perueniat ad notitiam, quia in tali foro attenditur veritas, non solemnitas.

16 Quando dicatur delictum commissum extra claustra, adhoc vt habeat locum dispositio Concilij, hoc est fauorabiliter interpretandum pro Ordinario, ita vt si delictum factum sit in Ecclesia Monasterij, adhuc dicitur commissum extra claustra, & procedit dispositio prædicta tribuens iurisdictionem Episcopo, ita testatur declarasse Sac. Congr. Barbos. *cit. loc. num.* 8. post Hieronym. Roderic. per eum citatum.

17 Dubitatur, si Regularis existens intra claustra, & ex claustris proijciens ictum sclopi, vel lapidis, percusserit aliquem extra claustra; vel è contra existens extra claustra percusserit existentem intra claustra, an incidat in iurisdictionem Episcopi, iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess.25. cap.14. de Regul.*

Resp. in vtroque casu Episcopum, vel alium loci Ordinarium posse procedere contra Regularem seruata forma Concil. Trident. *cit. loc.* quia in vtroque casu militat ratio Trid. nempè scandalum, & in vtroque casu, nempè in primo delictum consummatum est extra claustra, & in secundo delictum initium habuit extra claustra, prout decliditur in eodem casu in materia immunitatis, ad dicta per Decian. *tract. crimin. lib.6. cap.28. num.6.* & alios, & in terminis Fusc. *de visitat. lib.2. cap.17. num.3.*

18 Nota, quòd Concil. Trident. *cit. cap.* 14. in concedenda iurisdictione Episcopi contra Regularem, in illo casu requirit, vt Regularis extra claustra delinquat notoriè, quæ qualitas notorietatis non est probanda, sed sufficit illam allegare, vt tenet Barbos. *in collect. ad d. loc. Concil. Trident. num.7.* suffultus opinione Ricc. per eum adducti.

19 Vltimò in his terminis aduerte, quòd Superior Regularis tenetur certiorem facere Episcopum de punitione Regularis delinquentis, vt expresè mandat Trid. *cit. loc.* cui obligationi satisfacit Superior prædictus, quando certiorem facit Episcopum de sententia, & illius executione, ita refert decisum Aldao. *in compend. canon. resolut. lib. 1. tit.8. num.10.* quem sequitur Barbos. *in collect. ad cap. vlt. de stat. Monach. num.8. in med.*

20 Tertiò, si in aliquo Monasterio Regularium cuiuscumq; instituti erecto post Decretum Sacr. Congreg. Concil. iussu Vrbani VIII. sub die 21. Iun. 1627. & publicatum eodem anno die 22. Septembris in materia erectionis nouorum locorum Regularium, non inhabitent actu duodecim Fratres, in tali casu Regulares dicto numero minores in dicto Monasterio subsunt iurisdictioni Episcopi loci Ordinarij quoad omnia, ita vt Episcopus possit prædicta Monasteria visitare, & corrigere, & in illis omnimodam iurisdictionem exercere, vt disponit Decretum prædictum, cuius tenor talis est.

Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiantur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus, vt supra detrahendis competenter sustentari valeant, ad præscriptum Decreti fel. recordat. Gregorij XV. hac de re editi: alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint Ordinarij visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subditi esse intelligantur. Romæ die 21. &c.

21 Prædictum Decretum comprehendit omnes Regulares, etiam illos, qui non solent recipere onera Missarum, & qui extra Italiam commorantur, ita decisum testatur per Sac. Congr. Nouar. *Lucer. Regul. verb. Monasteria, num.11. & 12.*

22 Quartò, in criminalibus subsunt Regulares iurisdictioni Episcopi loci Ordinarij in crimine hæresis, deciditur in *cap. ad abolendam §. fin. de hæret. & cap. vt officij, §. denique, de hæret. in 6.* aduertunt Pegn. *in direct. inquisit. part. 3. qu.28. comment.78. vers. iustissimè verò,* Roderic. *quæst. Regul. tom.1. quæst.20. art.* 10. Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 137.* Ricc. *in prax. resol. 547. 1. part. & resolut. 218. part. 2.* Vulp. *in prax. cap. 42. num. 2.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæst. 7. num.25.* Nouar. *Lucer. Regul. verb. hæresis, per tot.* & licet *text. in cit. cap. vt officij,* loquatur de inquisitoribus, comprehendere etiam Episcopos tenent, & probant Campan. & Tambur. *cit. loc.*

23 Hæc facultas procedendi contra Regulares in ijs, quæ sunt contra hæreticos instituta per locorum Ordinarios, licet à iure communi expresè concedatur vt supra, tamen per Bullam Pauli V. incip. *Romanus Pontifex,* Romæ publicata Kal. Septemb. 1606. *in Bullar. Cherubin. tom.3. fol.*210. & apud Tambur. & Campanil. *cit. loc.* fortius id confirmatur; ibi enim primò reuocantur facultates aliæ concessæ per Pium IV. Superioribus Regularibus procedendi in his causis, & quæcumque priuilegia. Secundò mandatur omnibus Religiosis, vt omnes de hæresi suspectos Ordinario, vel Inquisitori denuncient. Tertiò causas prædictas etiam inceptas coram Superioribus Regularibus Ordinario, vel Inquisitori committit, quibus mandatur vt acta, & informationes si quæ penes ipsos sunt, prædictis Ordinario, vel Inquisitori transmittant, & etiam quod si in visitatione nouerint tales suspectos, denuncient. Vltimò addit pœnas contra transgressores cum clausulis derogatorijs derogatoriarum, prout latius ex illa.

24 Vlterius, nec in foro conscientiæ possunt Superiores Regulares absoluere suos subditos à crimine hæresis, vt testatur elici ex nouissimo Decreto Vrbani VIII. sub die 17. Nouembris 1628. Nouar. *cit. loc. num. vlt.* post Tambur. per eum adductum, & alios.

25 Eodem modo potest loci Ordinarius, vel Inquisitor procedere, & punire Regularem, vel alium quomodolibet exemptum transgressorem Constit. Sixti V. *in Extrauag. com.2. de reliq. & ven. Sanct.* Pij V. Incip. *Super specul.* Pauli V. incip. *Regis,* & Gregor. XV. 24. Maij 1622. loquentium de Conceptione B. Virginis, de quarum Constitutionem tenore latè Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.12.*

rubr.12.cap.13. num. 139. & seqq. Nouar. *Lucer. Regul. verb. Conceptio B. Virginis, per tot.* & contra transgressorem Bullæ Gregorij XV. latam aduersus confessores sollicitantes mulieres, vt latius ex dicta Bulla, quam transcribit Tambur. *de iur. Abbatiss. tom.1. disp.15. q.7. post num.32.*

26 Item Episcopi, siue alij locorum Ordinarij possunt procedere in Italia contra Regulares inquisitos, vel denunciatos de tonsione, fabricatione, coloratione, vel alias adulteratione monetarum aurearum, vel argentearum, seu etiam de erogatione, aut expositionem monetarum adulterararum, etiam priuatiuè quoad Superiores Regulares; quibus possunt ipsi Ordinarij mandare vt in talibus causis non procedant, imò inquisitos consignent, qui si reperti fuerint de tali crimine grauati, debent præuia degradatione Curiæ sæculari tradi. Necnon Regulares, vel alij Clerici sæculares detinentes, seu de loco ad locum transferentes pecunias prædictas, vel materiam, instrumenta, seu opem ad præmissa præstantes puniuntur pœna triremium per decennium, prout hæc, & alia patent ex Bulla Vrbani VIII. Romæ publicata Idibus Nouembris 1627. quam adducit per extensum Marcell. Vulp. *in sua prax. cap.42. in fin.*

27 Potest etiam Episcopus, vel alius loci Ordinarius procedere aduersus Regulares vagantes de vno in alium Ordinem translatos, ita refert decisum per Sacram Congregat. Nouar. *cit. loc. verb. Episcopus quoad Regulares, num.6.* sicut etiam potest procedere contra recedentes ab eorum Monasterijs sine licentia, etiam animo accedendi ad Superiores, prout idem Nouar. *eod. loc. n.9. & in verb. recessus, in princip.* & diximus supra de vagantibus. Ita etiam potest punire incedentes extra Monasteria sine habitu Regulari, Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part.3. alleg.105. num.61.* Tambur. *de iur. Abbatiss. disp.15. q.7. n.40.*

28 Episcopus potest etiam procedere, & punire Regulares impedientes iurisdictionem ipsius Episcopi, vel offendentes Officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium, non obstante quauis exemptione, ita refert decisum in vna *Panormit. Aldan. in compen. can. resol. lib.2. tit.8. num.11.* Immò potest procedere contra Conseruatores, illosque punire, si impediant iurisdictionem, quam habet Episcopus in Regulares, refert decisum per Sacr. Congregat. Nouar. *Lucer. Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num.23.*

29 Fallit tertiò exemptio Regularium à iurisdictione Episcopi Ordinarij quoad Ordines recipiendos; Regularis enim, qui ad primam tonsuram, ad minores, vel maiores Ordines promoueri desiderat, procurare debet Literas Dimissorias à suo Superiore directas Episcopo Diœcesano, nempè illius Monasterij, in cuius familia ab ijs, ad quos pertinet, is Regularis positus est. Quod si talis Episcopus absfuerit, vel ordinationes non celebrauerit, potest Superior Regularis talem ordinandum mittere ad alium Episcopum, dummodo in dimissorijs exprimatur huiusmodi causa absentiæ Episcopi Diœcesani, vel ordinationum ab eo non habendarum, & dummodo talis promotio non fuerit ex industria translata ad tempus, quo Diœcesanus impeditur, latius diximus supra in materia Literarum Dimissorialium, obseruant Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.11. cap.13.* Piasec. *in prax. cap.1.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.7. part.2.* Nouar. *Lucern. Regularium, verb. dimissoria,* & alij, extat Decretum Sacr. Congreg. Concil. Trident. editum iussu Clementis VIII. quod refert Nouar. *in prax. non. iur. Pontific. tit. de Ord. concl.4. n.2.*

30 Obserua primò, quòd Episcopus ordinans Regularem non tenetur scrutinium facere, & inquirere de requisitis qualitatibus ad Ordinem suscipiendum; solum enim tenetur talem ordinandum examinare quoad doctrinam, vt patet in prædicto Decreto, & dixi etiam supra, & hoc etiam si a suo Superiore fuerit approbatus quoad scientiam, Vulp. *in prax. cap.7. num.17.*

31 Obserua secundò, dispensationem quoad interstitia Regularibus dari, non ab eorum Superioribus, sed ab ipso Episcopo ordinante, qui illam concedere non debet, nisi in Literis dimissorialibus fuerit humiliter petita, & attestatum de causa vtilitatis, vel necessitatis, quæ sola attestatio absque eo quod Episcopus inquirat de veritate prædictæ causæ, sufficit, vt latè probat post multos per eum relatos Campanil. *in diuers. canon. rubr.1. cap.13. num.41.* Verùm ab hac subiectione Ordinario Episcopo excipiuntur Regulares habentes particulare priuilegium recipiendi Ordines à quocumque Antistite, ita obseruat Nouar. *Lucer. Regul. loc. supra cit. n.2.*

32 Fallit quartò, exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad approbationem ad audiendas confessiones sæcularium; non possunt enim Regulares Sacerdotes, nec sæculares audire confessiones sæcularium, nisi Parochiale Beneficium possideant, vel approbationem ab Ordinario habeant, ita deciditur in Concil. Trident. *sess.23. cap.15. de reform.* his verbis: *Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam Regularem posse confessionem sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur; & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: priuilegijs, & consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus,* hoc enim decretum locum sibi vendicat tantum, quando Regulares confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire intendunt, secus tamen est, quando intendunt audire confessiones eorundem Regularium; tunc enim cessat dispositio Concilij, & sufficit tantum approbatio Superioris Regularis, prout disponitur in Decreto Clement. VIII. relato per Quarant. *in sum. Bull. verb. confessor fol.577.* & aduertit Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.12. cap.13. num.59.* Sed an Regularis approbari debeat ab Ordinario, adhoc vt possit eligi ab ipsis Regularibus vigore Iubilei, vide pro vtraque sententia apud Dian. 3 *part. tract.2. de dub. Regul. resol.21.*

33 Quæstio est difficilis in hac materia, an vltra Episcopi approbationem, requiratur etiam approbatio Superioris Regularis, adhoc vt Regularis validè audiat confessiones sæcularium. In qua quæstione post alios Campanil. *cit. loc.* tenet quando non accedit expressus consensus Superioris, Regulares validè audire confessiones; quando verò accedit expressus dissensus cum probibitione, ne Regularis confessiones audiat, tunc inualidè audire, nouissimè verò Dian. *tom.1. tract.11. de Bull. cruciat. resolut.13.* indistinctè tenet Regularem in hoc casu validè absoluere, licet peccet mortaliter, quando suæ Religionis Constitutiones obligant sub peccato mortali, latius de hac quæstione vide Fagund. *tract.2. lib.7. cap.3. num.32.*

34 Nota, quòd hæc approbatio ad audiendas confessiones potest dari per Episcopum Regularibus, etiam sine examine, si alias illi constet de idoneitate, vt colligitur ex verbis Concil. Trident. *cit. loc.* ibi: *Per examen si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur,* potest etiam hæc facultas concedi Regularibus ad beneplacitum Episcopi, vt probat Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.12. cap.13. num.64.* Dian. *resolut. moral. tom.4. tract.4. Miscell. resol.* 200. *vers. non desinam,* potest etiam concedi limitate ad certum tempus, pro certis personis, pro certo loco, & similiter, vt probat Campanil. *cit. loc. num.62.*

35 Dubitatur, an facultas concessa Regularibus per Episcopum audiendi confessiones sæcularium possit reuocari. In qua dubitatio distinguuntur plures casus. Primus, aut facultas data est ad certum tempus, locum, vel personas, & tunc certum est extra dictum tempus, locum, vel personas censeri reuocatam, probat Campanil. *cit. loc.* Secundus casus, quando facultas data est ad arbitrium, & beneplacitum, & tunc certum est etiam posse quandocumque reuocari, probat etiam Camp. *cit. loc. n.64.* & Dian. *cit. loc.* qui testatur ita declarasse *Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regularium in vna Papiensi 12. Martij* 1619. Tertius casus, Episcopus successor, & nouus potest reuocare prædictam facultatem, & iterum examinare confessores Regulares, etiam si a prædecessore fuerint approbati præuio examine; & si idonei reperti non fuerint reprobare, sic fuisse decisum per Sac. Congr. testatur Nouar. *Lucern. Regul. verb. confessarius, num.17.* Barbos. *in sum. Apost. dec. verb. Regularis quoad confessiones, num.5.* quod non posse Capitulum Sede Episcopali vacante, asserit Nouar. *cit. loc.* Quartus casus, quando confessores Regulares fuerunt approbati sine examine, possunt suspendi, &

examinari etiam ab eodem Episcopo Ordinario, ita testatur declarasse *Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium in vna Vercellen.* 31. *Iuly* 1615. Nouar. *cit. loc. n.*18. Quintus casus, subsistente iusta causa, potest idem Ordinarius reuocare facultatem concessam Regularibus audiendi confessiones sæcularium, est indubitatum apud omnes, quæ causa ad confessiones ipsas pertinere debet, vel ob non seruatum edictum ab Ordinario positum, ita testantur fuisse decisum per Sacr. Congr. Barbos. *num.*8. & Nouar. *num.*16. *cit. loc.* quam causam non tenetur Ordinarius aperire ipsis Regularibus, sed Summo Pontifici tantum, si ab illo expetatur, ita rescripsisse Vrbanum VIII. Episcopo Gienen. 31. Ianuarij 1629. testatur Nouar. *cit. loc. num.*16. *vers. quam causam*, & Barbos. *num.* 6. *in fin.* iusta causa reuocandi facultatem prædictam, & ad confessionem pertinens fuit iudicata per Sac. Congregat. si Regulares cum scandalo, aut alias inhonestè viuant, vel aliquod delictum commiserint, propter quod rationabili Episcopi iudicio videantur à confessionibus suspendi, ita refert Barbos. *cit. loc. num.*9. *& de iur. Eccles. lib.*1. *cap.*43. *num.*209. *cum seqq.* In hoc casu potest reuocatio fieri non obstante quouis priuilegio, vt legitur in declaratione Sacr. Congreg. adducta per Barbos. *cit. loc.* & in Bulla Vrbani VIII. eodem loco adducta, vbi multa statuuntur in hac materia,

Sextus casus, quando Episcopus simpliciter, & liberè concessit Regularibus facultatem audiendi confessiones sæcularium, non potest illam reuocare absque noua causa, nec illos iterum examinare, si præuio examine semel ita approbauit, declarauit Sacr. Congreg. ac statuit Vrbanus VIII. in locis adductis apud Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc.* & referunt idem Barbos. & Nouar. *loc. cit. num. præced.* Septimus casus Episcopus non potest reuocare facultatem audiendi confessiones sæcularium omnibus Regularibus confessarijs simul vnius Conuentus inconsulta Sacr. Congreg. ita testantur declarasse Sacr. Congreg. Barbos. & Nouar. *cit. loc.* post alios, quòd non procedit in Episcopo nouo, qui potest reuocare, & iterum examinare omnes confessores Conuentus, Dian. *resol.*27. *tract.*2. *de dub. Regul.*

36 Diximus supra Episcopum posse Regulares approbare ad audiendas confessiones sæcularium cum limitatione, nempè certarum personarum, in certo loco, & pro tanto tempore; id intellige, quando Episcopus, vel alius Ordinarius, eiusque Examinatores iustè iudicauerint cum tali limitatione esse approbandos, ita Barbos. *in sum. Apost. dec. verb. Regularis quoad confessiones, num.* 7. *vbi num.*6. dicit, quòd finito tempore approbationis, potest illos iterum examinare; hinc è contrario si simpliciter, & sine limitatione reperirentur idonei, simpliciter essent approbandi.

37 Dubitatur, an Regularis, qui per Examinatores fuit iudicatus habilis, sufficiens, & per Episcopum approbandus ad audiendas confessiones sæcularium, nec contra illum obstat aliquis defectus, si Episcopus propter particularem passionem non intendit illum approbare, an possit audire confessiones prædictas validè, & licitè.

Resp. ex *Clement. dudum*, §. *si vero, de sepult.* videtur dicendum prædictos Regulares posse sæcularium confessiones audire, cum ibi Summus Pontifex Minoribus, & Prædicatoribus Regularibus, quibus Episcopus sine causa licentiam prædictam denegauit, det talem facultatem, eandemque facultatem non esse reuocatam per Concil. Trident. tenet Dian. cum alijs per ipsum relatis 3. *part. tract.*2. *de dub. Regul. resol.*22. *vers. quare si quis, vbi vers. igitur*, defendit, quòd sicut Regularis, cui iniustè Episcopus denegauit approbationem prædictam, potest confessiones audire, ita etiam Regularis, cuius iniustè Episcopus reuocauit approbationem, *& resol.*24. *vers. his tamen.* Sed pace tanti viri, contrarium videtur verius, nempè Regularem, cui iniustè in prædicto casu Episcopus denegauit approbationem, non posse nec licitè, nec validè confessiones sæcularium audire, idemque apertè probatur ex dispositione Concilij Trident. *cit. cap.*15. *sess.*23. *de refor.* vbi denegatur etiam Regularibus facultas audiendi confessiones sæcularium, nisi ab Episcopo idonei iudicentur, & approbationem obtineant; ita vt duo requirat Concilium, nempè habilitatem, & approbationem, in casu prædicto, licet Regularis iudicetur habilis, non tamen habuit approbationem, ergo cum illo militat dispositio Conciliaris. Nec pro Regularibus suffragatur dispositio *Clement. dudum cit.* quia ibi priuilegium prædictum conceditur tantùm Minoribus, & Prædicatoribus, & in Concil. Trident. *cit. loc. in fin.* reuocantur priuilegia his verbis, *priuilegijs, & consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus.* Hanc sententiam in Regularibus agnoscunt Valer. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.*1. *num.*192. Ægid. de Conin. *de Sacram. disp.*8. *n.* 58. Fernand. *in exam. Theolog. moral. part.*3. *cap.* 9. §. 8. *n.* 2. & eandem sententiam libenter admitto, tam in casu, quo approbatio fuerit iniustè denegata, quàm in casu, quo fuerit iniustè reuocata; & contrarium asserere est apertè dare locum differentijs inter Ordinarium, & Regulares, quibus satis consultum est in tali casu alio remedio, vt ad legitimos Superiores recursum possint habere per viam grauaminis, voluere etiam Suar. *in* 3. *part. tom.*4. *disput.* 28. *sect.*1. *num.*1. Filiuc. *tom.*1. *tract.*7. *cap.*9. *num.*257. Barbos. *in collect. tom.*3. *part.*2. *lib.*3. *Clement. tit.*7. *Clement. dudum, n.*8. & alij, quos adducit Dian. *cit. resol.* 24. *in princ.* in casu iniusta denegationis docent etiam Vasq. Turrian. *de pœnit. quæst.*8. *art.* 1. *disput.* 26. *dub.* 3. Sanch. *in select. disp.*48. *num.*23. fortiter tenet Tamb. *de iur. Abbat. tom.*2. *disp.*6. *quæst.*12. *n.*5. vbi alios allegat contra Dian. *resol.*22. *cit. loc. & resol.*24. qui contrarium defendit 6. *part. tract.*7. *resol.*60. & nostræ opinioni adhæret.

Nota hic, quòd hæc facultas data Regulari per Episcopum Ordinarium ad audiendas confessiones sæcularium non expirat, si Regularis semel, aut pluries discesserit à Diœcesi Episcopi concedentis; ita vt si reuertatur, potest illa vti absque nouo examine, vel licentia, nisi aliter in concessione cautum sit, tenet post multos Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.*13. *num.*68. idque etiam procedit, si interim mutati sint Episcopi in illa Diœcesi, tenent Nugn. *in addit. ad* 3. *part. quæst.*8. *art.* 3. *dub.* 1. *conclus.*2. Henriq. *lib.*6. *cap.*6. §.7. Zerol. *in prax. de Sacram. pœnit. cap.*16. *quæst.*2. *vers. quinto si vero*, quos refert Barbos. *de potest. Episc. allegat.* 25. *num.* 44. 2. *part.* quod intellige, dummodo nouus Episcopus non reuocauerit tales facultates. 38

Vlterius approbationem simpliciter concessam ab Episcopo Regularibus audiendi confessiones sæcularium non expirare morte concedentis, docet Graff. *in dec. aur. lib.*1. *cap.*13. *num.*50. & alij, quos refert, & sequitur Campanil. *cit. loc. num.*69. secus tamen est, si talis approbatio fuerit concessa ad beneplacitum; tunc enim morte concedentis expirat, nam generale est, beneplacitum expirare morte concedentis, *cap. si gratiosè de rescript.* docet in his terminis Campanil. *cit. loc. sub num.*65. 39

Hæc approbatio ad audiendas confessiones sæcularium est danda Regularibus ab Episcopis, dicit Concil. Trident. *cit. cap.*15. *sess.*23. *de reformat.* & in hoc casu sub nomine Episcopi venit etiam Vicarius Generalis, Vicarius Capitularis, & Abbas exercens Episcopalem iurisdictionem, ita probat Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.*12. *cap.*13. *à num.*72. *vsque ad num.*76. vbi multas adducit validas rationes, & DD. 40

Controuertitur inter DD. à quo Episcopo sit concedenda talis approbatio, vt Regularis validè confessiones audiat sæcularium, Episcopi ne ipsius Regularis, an pœnitentis, vel an loci, in quo confessiones audiuntur. Et controuersia adeo se extendit, vt reperiantur opiniones pro vnaquaque parte, vt videre est apud Suar. *disputat.* 28. *sect.*6. *volum.*4. qui videtur inclinare, quòd requiratur approbatio Episcopi pœnitentis. Sed inter Canonistas illa videtur verior opinio, quod requiratur approbatio Episcopi loci vbi fit confessio, ita tenet Gutr. *lib.* 1. *canon. quæst. cap.*27. *num.*6. Nauar. *in manual. cap.* 27. *num.* 266. *vers. sextum*, Graff. *decisionib. aur. part.*1. *lib.*3. *cap.*5. *num.*109. Piasec. *in prax. Episc. part.*2. *cap.*1. *n.*10. Miranda *in manual. Prælat. tom.*1. *quæst.*45. *art.*8. *in fin.* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 13. Hieron. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol.*32. *n.*1. Barbos. *de potest. Episc. part.*2. *alleg.*25. *n.*45. *secundum Lugdunens. Impress.* latè Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr.* 12. *cap.*13. *n.*77. *vbi in fin.* adducit declarationem Sac. Cong. sub his verbis, *Congregatio Concilij respondet approbatum ab alio,* 41

ab alio, quàm à Valentino Archiepiscopo in Diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario.

42 Nota primò, quòd Regulares cum licentia sui Superioris absque prædicta licentia Episcopi possunt audire confessiones illorum sæcularium, qui sunt de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui deseruiunt in eorum Monasterijs, quia cum istis requiritur licentia Episcopi, ita refert decisum per Sacr. Congregat. die 28. Martij 1594. Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. Regulares quoad confessiones, num.* 3. post Sell. *in select. canon cap.* 31. *num.* 27.

43 Nota secundò, quòd Regulares approbati ab Episcopo simpliciter ad audiendas confessiones sæcularium possunt liberè prædictas confessiones audire in domibus priuatis, quando pœnitentes ægrotant, & ab illis vocantur, nec possunt per Episcopum impediri, solùm potest Episcopus præcipere Regularibus sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones, quòd infirmorum Parochos de audita confessione eo die certiores reddant, ita declarasse Sacr. Congregat. die 1. Iulij 1606. refert Barbos. *cit. loc. num.* 11.

44 Nota tertiò, quòd approbatio data per Episcopum simpliciter Regularibus ad audiendas confessiones sæcularium neqnaqnam se extendit ad audiendas confessiones Monialium, quia ad audiendas confessiones Monialium desideratur specialis Episcopi approbatio; immò Regularis approbatus ad audiendas confessiones vnius Monasterij Monialium, non potest audire confessiones Monialium alterius Monasterij, ita declaratum fuisse per Sacr. Congregat. de anno 1623. testatur Barbos. *cit. loc. num.* 13. *&* 14. post Tambur. *de iur. Abbatiss. & Monial. disput.* 16. *quæst.* 3. *post num.* 13. *vers. ad nonum, & seq.* vbi adducit declarationes prædictas Sac. Congreg. per extensum, ibique *vers. ad vndecimum*, Sacr. Congreg. declarauit, nec confessores extraordinarios approbatos pro vna vice ad audiendas confessiones Monialium, posse illas audire alijs vicibus sine noua approbatione.

45 Hinc verior, & in praxi seruanda est opinio illorum, qui docent, non posse quemcumque confessarium ab Ordinario approbatum tempore Iubilei absoluere Moniales à peccatis, vel à casibus, & censuris reseruatis, sed illum tantùm, qui approbatus est ad audiendas confessiones Monialium per Ordinarium, ita tenent Suar. *in Enchir. cas. consc. lib.* 3. *vers. indulgentia*, §. *tempore Iubilei*, Molfes. *in sum. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 16. *num.* 31. Faust. *de Iubil. lib.* 4. *quæst.* 78. Alphons. de Leo. *etiam de Iubil. part.* 2. *quæst.* 9. *num.* 25. nouissimè P. Dian. 3. *part. tract.* 2. *de dub. Regul. resolut.* 29. & alij contra Bonacin. *de Sacrament. disp.* 5. *quæst.* 7. *punct.* 4. §. 1. *n.* 22. *in fin.* & ratio est, quia cùm confessarijs sit prohibitus accessus ad Monialium Monasteria sine licentia Ordinarij, non est credendum Summum Pontificem dare iurisdictionem Sacerdoti habenti aliquod impedimentum.

46 Vltimò nota, quòd Confessores Regulares, ac etiam sæculares approbati ab Episcopo ad audiendas confessiones, non possunt audire confessiones extra Diœcesim Episcopi approbantis, etiam si confiteri volentes sint subditi Episcopi approbantis, ita determinauit Sacr. Congr. 22. Maij 1610. *in vna Cremonen.* & refert Nouar. *Lucer. Regul. verb. confessarius, num.* 14. Quid in Parocho, dicemus alibi.

47 Aduertendum est in hac materia, quòd Episcopus non debet approbare Regulares ad audiendas confessiones sæcularium, nisi illi à suis Superioribus saltem interpretatiuè exponantur, & præsententur, iuxta formam *Clement. dudum*, §. *statuimus, de sepult.* ita docent. Henriq. *in sum. lib.* 5. *de pœnit. cap.* 6. §. 6. Fagund. *in quinque Eccles. præcept. præcept.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 33. quam quidem *Clement.* quantum ad formam præsentandi Prædicatores, & Minores non esse sublatam per hoc Decretum asserunt F. Eman. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 59. *art.* 2. *& in explicat. ad Bull. cruciat.* §. 9. *num.* 30. Barbos. *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 25. *sub num.* 47. *in fin.*

Diximus, Regulares non posse confessiones sæcularium audire, non obtenta approbatione Episcopi Ordinarij. Quæro nunc, quid dicendum de alijs Sacramentis.

48 Resp. in *Clement.* 1. *de priuileg. &c.* prohiberi Religiosis Extremam Vnctionem, vel Eucharistiam ministrare, & Matrimonia solemnizare, non habita speciali licentia Parochi, aliàs ipsi Religiosi incurrunt excommunicationem Sedi Apostolicæ reseruatam, quam incurrisse, postquam constiterit de excessu, potest Ordinarius loci declarare, & excommunicatos facere publicè nunriari. Et licèt text. *Clement.* requirat licentiam Parochi, nihilominus secundum veriorem opinionem non excludit Ordinarium, ita vt possit Episcopus illam etiam dare, ita tenet in eadem *Clement.* Bonif. de Vital. *num.* 32. *&* 94. contra glos. *ibid. verb. Presbyteri*. Itaque concludendum est, non posse Regulares Sacramenta prædicta ministrare sine licentia Episcopi, vel Parochi; quod tamen intellige, nisi Regulares in contrarium habeant priuilegium concessum, siue post, siue ante *Clement.* prædictam, vt defendit Roder. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 56. *art.* 1. *&* 2. quem sequitur Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 13. *n.* 79. qui declarant illa verba in *Clem.* prædicta posita, videlicet, *Nullo Religiosis eisdem super hoc exemptionis, vel alio priuilegio suffragante*, intelligi, vt respiciant illam partem *Clem.* vt possint Regulares citari per Ordinarium ad videndum se ipsos declarari in censuram ibidem positam, non obstantibus priuilegijs, incidisse.

Sed distinctius loquendo, primò quoad Extremam Vnctionem, dum primò illam ponit text. in *Clement.* prædicta, dicendum est, Regulares non posse sæcularibus tale Sacramentum ministrare, aliàs incurrunt in pœnam prædictam, nisi Ordinarij, vel Parochi accedat licentia, vel aliter concedatur ex priuilegio Apostolico, quod in hoc passim non habetur. 49

A prædicta excommunicationis pœna excusatur Regularis, si Sacramentum Extremæ Vnctionis ministret sæculari in extrema necessitate, absente Parocho, vel illud omninò ministrare recusante, ita defendit Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 7. *quæst.* 2. *num.* 2. post Sor. Caiet. Suar. & alios per ipsum adductos, contra Archid. & Syl. ibidem relatos. 50

Prohibetur Regularibus sine licentia Ordinarij, vel Parochi ministrare Sacramentum Extremæ Vnctionis sæcularibus, qui extra Monasterium degunt; hinc possunt illud sine licentia prædicta ministrare ipsis Regularibus, Nouitijs, Conuersis, ac familiaribus Monasterio seruientibus, qui intra ipsum Monasterium ægrotant, prout concludit Tamb. *cit. loc. quæst.* 3. *per tot. & in fin.* vbi latè explicat qui dicantur familiares. 51

Quoad Sacramentum Eucharistiæ loquendo de iure communi, denegatur facultas Regularibus illud ministrandi sæcularibus sine licentia Ordinarij Pastoris, latè Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Thom. disp.* 72. *sect.* 2. Verùm hodie ex priuilegio Regulares illud ministrant, præterquam in Paschate Resurrectionis, quo tempore tenentur fideles in propria Parochia Sacramentum prædictum recipere, vt satisfaciant præcepto, *cap. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss.* 52

Prohibitio Regularibus non ministrandi Sacramentum Eucharistiæ sæcularibus die Paschatis Resurrectionis, intelligitur de ea vice, qua sumens Sacramentum prædictum intendit satisfacere præcepto de communicando in Paschate, non propriè de ipso die, cùm fidelis satisfaciat præcepto prædicto se communicando intra quindecim dies, à die Dominico Palmarum vsque ad Dominicam in Albis. Vnde possent Regulares ministrare Sacramentum prædictum in suis Ecclesijs fidelibus, sæcularibus, etiam sine licentia proprij Pastoris, postquam prædicti fideles in proprijs Parochijs præceptum adimpleuerint, intendunt iterum intra prædictos quindecim dies se communicare, etiam in ipso die Paschatis, si præcepto satisfecerint antea, vel postea sunt satisfacturi. Nec obstat, quòd in priuilegijs Regularium dicatur, *Præterquam in Festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ*, vel *præterquam in die Resurrectionis Domini*, nam non debet attendi sonus materialis verborum prædictorum, sed sensus, & intentio Summi Pontificis, qui communionem, qua præcepto satisfit, appellat communionem in die Paschatis, siue Resurrectionis, ita explicant Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Thom. disp.* 72. *sect.* 2. *& tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 7. Roderic. *quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 56. *art.* 3. Mirand. *tom.* 5. *manual. Prælator. quæst.* 42. *art.* 2. *concl.* 2. Ioan. de la Cruz *de stat. Relig. lib.* 3. *cap.* 5. *dub.* 4. 53

dub. 4. conclus. 2. contra Nauar. *in manual. cap. 21. num. 52.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 41. quæst. 7.* & alios, id etiam explicat Nouar. *Lucer. Regul. verb. Eucharistia, num. 11.*

54 Non tamen prohibetur Regularibus ministrare Sacramentum Eucharistiæ in prædicto die Paschatis Resurrectionis sæcularibus, si ipsi fideles licentiam habeant à Parocho, vt in dicto tempore vbique voluerint, Sacramentum recipiant, nam in *Clement. prædicta 1. de priuileg.* Regulares prohibentur sine speciali Parochi licentia ministrare Sacramentum prædictum, ergo illa accedente non prohibentur.

55 Dubium est in hac materia, an Regulares possint Eucharistiæ Sacramentum ministrare vagis, aduenis, & peregrinis in die Paschatis ad implendum præceptum annuæ communionis. Quo in dubio sunt pugnantes sententiæ; tenet enim magis communis, posse sine licentia Parochi, & absque periculo incursionis in excommunicationem, *Clement. 1. de priuileg.* & adducunt rationem, quia restrictio priuilegiorum Regularium, vt in Paschate non possint Eucharistiam ministrare, est inducta in fauorem Parochorum, vt omnes eo tempore ad propriam Parochiam accedant: sed in hoc casu nullam Parochus recipit iniuriam, quia vagi propriam præscriptam Parochiam non habent, & peregrini à propria distant, nec illa, in qua per modicum tempus hospitantur, est propria, ergo &c. ita tenet, & latè comprobat Sanch. *de mat. lib. 3. disp. 23. num. 17. & seqq.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 5. quæst. 3. num. 6.* Dian. qui alios citat *part. 3. tract. 2. de dub. regul. resolut. 12. vers. sed ego*, & respondet contrarijs. Hæc sententia non potest dubitari quin sit communior, licèt contrarium, nempè Regulares non posse prædictis vagis, aduenis, & Peregrinis sine licentia proprij Parochi ministrare Eucharistiæ Sacramentum tempore Paschatis ad satisfaciendum præcepto, sed prædictos teneri omninò accedere ad Parochiam vbi reperiuntur, vel saltem ad Matricem, & Cathedralem Ecclesiam, quæ videtur vniuersalis Parochia Diœcesis, teneat Peregrin. *in scholijs ad priuileg. suæ Religionis, part. 2. tit. communicare, §. 2.* id etiam comprobans ex Decreto Eug. IV. Hæc opinio habet pro se validam rationem; certum est enim peregrinos transeuntes per aliquem locum, etiam per modicum tempus, ligari legibus, & consuetudinibus illius loci, si ipsæmet leges, & consuetudines obligant in sua patria, ita Sanch. *cit. loc. disp. 18. num. 3. vers. est certum*, & est commune; sed præceptum de recipiendo Sacramentum Eucharistiæ à proprio Parocho obligat in propria patria, & in loco transitus, ergo hìc etiam est seruandum. Idem dicendum est secundum hanc opinionem, & fortius de vago, qui cùm non habeat certam patriam, ligatur legibus loci, in quo reperitur, secundum communem opinionem, aliàs esset solutus omni lege: sed in loco, in quo reperitur, præceptum prædictum est implendum penes proprium Parochum, ergo.

56 Possunt Regulares etiam tempore Paschatis ministrare Sacramentum Eucharistiæ alieno Religioso absque licentia Prælati illius, & Parochi, & ratio est, quia prohibitio, de qua in *Clement. 1. supra cit.* est in fauorem Parochi; at ministrando Eucharistiæ Sacramentum Religioso, nulla iniuria fit Parocho, cùm non sit eius subditus, nec Prælatus Religionis, cui ille subditur, venit appellatione Parochi, ita Roderic. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 56. art. 6.* Henriq. *in sum. lib. 3. de Eucharist. cap. 55. num. 1. in comment. lit. B.* Suar. *tom. 4. in 3. part. disput. 72. sect. 2.* Sanch. *cit. loc. num. 17. vers. tertio quia*, vbi alios citat.

57 Sed an possint Regulares ministrare Sacramentum prædictum, etiam tempore Paschatis ad implendum præceptum, seruis, & domesticis laicis intra Conuentum degentibus, vide Dian. *tom. 3. tract. 2. de dub. Regul. cit. resol. 12. vers. notandum est etiam*, & clarius quod dicit Nouar. *Lucer. Regul. verb. Eucharistia, num. 5. & 6.* vbi etiam, an id possint tempore mortis, & an id etiam possint in Oratorijs priuatarum ædium contra Episcopi prohibitionem, idem Dian. *part. 4. tract. 4. resol. 14.* Nouar. *eod. loc. num. 7.*

58 Nota, quòd regulariter prohibetur etiam Regularibus, Eucharistiæ Sacramentum ministrare laicis sine licentia Parochi tempore mortis, quòd intellige si adest Parochus, vel alius Sacerdos pro eo; nam si abest, & necessitas vrget, possunt dictum Sacramentum ministrare, docent Henriq. *lib. 8. de Eucharist. cap. 55. §. 1. lit. A.* Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 29. num. 93.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disput. 5. quæst. 3. num. 5.* qui alios citat contra Syluestr. & Nauar.

Quoad Matrimonium, dicendum est, non solùm prohiberi Regularibus illud solemnizare sine licentia Parochi, siue Ordinarij in dicta *Clement. 1. de priuileg.* vt notauimus, sed id etiam prohibetur in Concil. Trident. *sess. 24. cap. 1.* in illis verbis, *Quòd si quis Parochus, vel alius Sacerdos, siue Regularis, siue sæcularis sit, etiam si id sibi ex priuilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit ipso iure tandiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur.* 59

Ex quo text. Concil. Trident. magna insurgit altercatio inter DD. an scilicet Regularis, siue alius Sacerdos prædictus, qui Matrimonio assistit sine licentia proprij Parochi, incurrat vltra suspensionem, de qua in Concil. excommunicationem etiam, de qua in *Clement.* prædicta, an verò Concilium moderet excommunicationem prędictam. Et quòd incurrat in pœnam suspensionis in Concilio positam tantùm, non autem in pœnam excommunicationis, de qua in *Clement. citat.* tenent Henriq. *lib. 13. cap. 38. §. 2. in commentar. lit. E. in sum.* Suar. *de censur. disp. 2. sect. 4. num. 13.* Sayr. *eod. tract. lib. 4. cap. 15. num. 2.* Bonac. *eod. tract. disp. 3. quæst. 6. part. 5. n. 19. in fin. & de matrim. quæst. 4. punct. 6. num. 3.* Basil. Ponc. *de impedim. matrim. cap. 26. §. 2. vers. ex quibus, cond. 10. & §. in princip.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 8. quæst. 3.* 60

Contrarium, nempè quòd vltra suspensionem, de qua in Concil. incurrat etiam excommunicationem, de qua in *Clement. 1.* tenent Nauar. *cons. 1. sub tit. de pœn. n. 7. in 1. edit. & cons. 10. sub tit. de const. in 2. edit.* Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 25. num. 12. verb. clandestinum*, Vgol. *de offic. & potest. Episc. cap. 15. §. 12. num. 8.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 48. num. 8. & seq.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 11. de suspens. cap. 4. vers. sed quæret*, Mirand. *tom. 1. Man. Prælat. quæst. 48. art. 2.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 32. num. 192. part. 2. & de offic. & potest. Paroch. cap. 21. num. 105.* Roderic. *in compend. quæst. regul. resolut. 93. num. 6.* Molfes. *in summa Theolog. moral. tract. 4. cap. 8. num. 66. tom. 1.* Nouar. *Lucer. Regul. verb. Matrimonium, num. 2.* & hæc secunda opinio est magis communis, & probabilior.

A pœnis prædictis excusatur Regularis, si id faciat ex ignorantia, etiam crassa, dummodò non sit ita crassa, vt adsit temeritas, vt docet Sanch. *de matrim. lib. 3. disput. 48. num. 7.* & sequitur Nouar. *Lucer. Regul. verb. Matrimonium, num. 3.* 61

Nota, quòd Religiosi secundum veram, & magis communem opinionem non possunt sine licentia Ordinarij, vel Parochi assistere Matrimonio vagorum, nec etiam vigore priuilegij Pij V. quod latè explicat Sanch. *de matr. d. loc. disp. 16. num. 7.* vbi quid inter Indos. 62

Notandum est in *Clement. 1. de priuileg.* prohiberi Regulares ministrare Sacramentum Extremæ Vnctionis, Eucharistiæ, ac solemnizare Matrimonia; hìc videndum est, quid dicendum de Sacramento Baptismatis. Et quidem in casu necessitatis nulli dubium est, id posse sine licentia Parochi, cùm id etiam concedatur laicis, & fœminis; extra enim casum necessitatis in Baptismo solemni indubitatum est etiam, Regularem non posse baptizare, *cap. placuit el 2. 16. quæst. 1.* vbi specialiter interdictum est Monachis hoc Sacramentum ministrare; quæ prohibitio licèt generalis sit, illam tamen intelligunt, quando non adest licentia Ordinarij, Ioan. de la Cruz *de stat. Relig. lib. 2. cap. 5. dub. 1. conclus. 3.* Mirand. *in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 43. art. 1. ante conclus.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 2. disp. 4. quæst. 1. in fin.* vbi id non intelligi de Religioso, cui cura commissa est, testatur. 63

Sed aduerte, quòd licèt possit Regularis cum licentia Ordinarij Baptismi Sacramentum ministrare, non tamen potest nec cum licentia prædicta, aut sui Superioris in 64

Baptis-

Baptismo, vel Confirmatione infantem foscipere, & facere Patrinum, quòd expresse prohibetur saltem Religioso claustrali in *cap. non licet Abbati*, *& cap. Monachi*, *de consecr. dist.* 4. Nouar. *Lucer. Regul. verb. patrini*, *num.* 1. vbi alios citat. Ratio hoius prohibitionis affertur in eodem *cap. Monachi*, oe scilicet Regulares osculentur fœminas, quia vt inquit glos. *ibid.* in multis locis extabat cosuetudo quòd compatres deosculabaotur commatres, vnde ne aliquod scandalum oriretur, id prohiberi testatur Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 4. *quæst. vlt. num.* 1. ex qua ratione Tambur. videtur concludi, quòd iura dissidebant de continentia Regularium, quòd non est credendum, cùm iura non sint præsentis temporis, sed antiqua, quo tempore primorum Patrum iotegritas vndequaque elucebat, quorum modestia non permittebat osculari mulieres, nec etiam sine suspicione.

65 Notandum est etiam, quòd licèt Regularibus prohibeatur cognationem contrahere vt supra, tamen si de facto iosantem susciperent in Baptismo, siue Confirmatione, veram cognationem spiritualem contraherent; licèt susceptores peccarent, ita docet Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 70. *num.* 21. vbi plures refert, & sequitur Reginald. *in prax. lib.* 31. *num.* 137. *vers. quarta est*, Barbos. *de potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 30. *num.* 36.

66 Possunt tamen Regulares creati Episcopi liberè suscipere infantes in Baptismo, vel Confirmatione, ac contrahere cognationem spiritualem, & habere commatres, prout post multos docet Nouar. *Lucer. Regul. verb. patrini*, *num.* 2. qui testatur, sic declarasse Sacr. Congregat. exemplo Gregorij, qoi ex Religioso creatus Cardinalis, factus est Mauritij Imperatoris compater.

Fallit quintò exemptio Regularium à Iurisdictione Ordinarij loci in casu, quo prædicare intendunt, in quibus terminis distinguendum est, quòd aut Regularis prædicare intendit in Ecclesia propria sui Ordinis, aut in Eccle-
67 sia, quæ non est sui Ordinis. In primo casu Regularis à suo Superiore Regulari debet approbationem obtinere quoad vitam, mores, & scientiam, & ab illo licentiam habere, cum qua tenetur se personaliter præseotare coram Episcopo, & ab eo benedictionem petere antequam prædicare incipiat, deciditur in Concil. Trident. *sess.* 5. *de reformat. cap.* 2. ibi, *Regulares vero*, *&c.* quòd si hæc petita licentia non fuerit concessa, adhuc potest Regularis in Ecclesia sui Ordinis prædicare, ita declarasse Sacr. Congr. Conc. Trid. Interpretum testatur Nouar. *Lucer. Regul. verb. prædicare*, *n.* 1. post alios post se relatos. Quod ampliatur, vt etiam contradiceote expresse Episcopo, possit Regularis in prædicta Ecclesia prædicare, decisum habetur in Bulla Vrbaoi VIII. emanata sub die 30. Ianuarij 1629. vbi propè finem ita Summus Pontifex rescribens Episcopo Gienen. *Ad hæc quòd in eisdem præinsertis literis dicitur*, *Regulares non posse verbum Dei prædicare sine Episcopi licentia*, *id locum sibi vendicare in his tantum Ecclesiis*, *quæ sui Ordinis non sunt*, *cum in alijs Ecclesijs sui Ordinis sofficiat Episcopi benedictio petita*, *licèt non obtenta*, *ita tamen vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit*, *verum etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent*, *tunc illo contradicente*, *in sui quidem Ordinis Ecclesijs liceat illis prædicare*, *quemadmodum Sacri Trident. Concil. Decretis salubriter est cautum*. Hæc in Bulla, quam transcribit integrè Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 210. *& seqq.* & signanter *num.* 212.

Contra supradicta fortiter vrgent expressa verba Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4. *de reformat.* ibi, *Nullus autem secularis*, *siue Regularis etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo*, *prædicare præsumat*, *&c.* Et Constitutionis Gregor. XV. incip. *Inscrutabili Dei prouidentia*, Romæ publicatæ die 8. Februarij 1623. relatæ per Vulp. *in prax. cap.* 42. *num.* 28. in illis verbis, *Ac demum habeat Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus auctoritatem coercendi*, *ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares*, *quam Regulares*, *qui in alienis Ecclesijs*, *aut quæ suorum Ordinum non sunt*, *absque licentia Episcopi*, *& in Ecclesijs suis*, *aut suorum Ordinum non petita illius benedictione*, *aut ipso contradicente prædicare præsumpserint*.

Concordantur communiter prædicta Iura, vt Regularis tunc demum contradicente Episcopo, non possit in Ecclesia sui Ordinis prædicare, quando & illo tempore, & hora, qua Episcopus ipse prædicare voluerit, vel coram se prædicari fecerit, extra verò dictum tempus liberè prædicare possit, ita declarant Roderic. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 32. *art.* 1. Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 50. *art.* 3. *concl.* 1. Barbos. *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 76. *num.* 20. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 11. *quæst.* 2. *per tot.* Nouar. *Lucer. regular. verb. prædicare*, *num.* 7.

Ad quam conciliationem aduertit Tambur. *cit. loc. num.* 4. adhoc vt Regularis io Ecclesia sui Ordinis prædicare non possit tempore, & hora, qua Episcopus prædicat, vel coram se prædicare facit, non sufficere ipsam solam prædicationem Episcopi, vel coram Episcopo, sed necessario requiri, quòd Episcopus prohibeat, & expresse contradicat prædicationi Regularis, qui quandiu Episcopus non contradicit, potest vti sua facultate.

Supradicta opinio, quòd Regularis io Ecclesia sui Ordinis possit prædicare petita benedictione, licèt contradicat Ordinarius extra tempus, quo Episcopus facit coram se prædicare, vel ipse prædicat, magnam habet sequelam. Ego verò indubitanter reoeo, nullo vnquam tempore posse prædicare Regulares, etiam in Ecclesia sui Ordinis contradicente Episcopo, & si de facto prædicent, posse ab illo puniri, ita enim disponunt apertè Trident. *cit. cap.* 4. & Gregorius XV. *in cit. Constit.* nec in contrarium facit Constit. Vrbani cit. quia illa est particularis pro Ecclesia Gienen. nec derogat prædictis iuribus, ita tenet Nouar. *in sum. Bull. part.* 1. *tit. de exemp. priuileg. num.* 51. & sequitur Dian. *tom.* 7. *tract.* 12. *resolut.* 25. voluit etiam Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 84. *& seqq.* qui scripsit post Bullam Vrbani.

68 In secundo casu quando Regularis intendit prædicare in Ecclesia, quæ non est sui Ordinis, & tunc necessariò debet habere licentiam sui Superioris Regularis, & Episcopi loci Ordinarij, ita disponit Concil. Trident. *cit. sess.* 5. *cap.* 2. *de reformat. propè fin.* in illis verbis, *In Ecclesijs vero*, *quæ suorum Ordinum non sunt*, *vltra licentiam suorum Superiorum*, *etiam Episcopi licentiam habere teneantur*, *sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possunt*, ita Concil. & aduertunt Canonistæ communiter.

69 Nota primò, quòd Episcopus in concedenda licentia Regulari prædicandi in Ecclesia, quæ sui Ordinis non est, potest ipsum Regularem examinare quoad doctrinam, refert decisum per Sac. Congreg. Concilij die 28. Nouembris 1596. Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. Episcopus Prædicator*, *& circa Prædicatores*, *num.* 10. post Sell. per ipsum adductum, & seruari in Curia Neapolitana testatur Genuens. *in prax. cap.* 58. Dian. *tom.* 6. *tract.* 8. *resol.* 20. *in fin.* contra ibidem relatos.

70 Nota secundò, quòd si Regularis prædicauerat io Ecclesia non sui Ordinis sine licentia Episcopi, vel in Ecclesia sui Ordinis oon petita benedictione ab Episcopo, olim non poterat puniri, nisi per suum Superiorem Regularem, vt testatur Vulp. *in prax. cap.* 42. *sub num.* 3. hodie verò iodubitatum est, posse puniri per Ordinarium, etiam censuris Ecclesiasticis, habetur *in cit. Constit. Gregor. XV. & Vrbani VIII.* & aduertit Barbos. *cit. loc. num.* 12.

71 Ampliatur ootabile secuodum, vt non solùm possit Episcopus punire Regularem prædicantem sine licentia, vel beoedictione prædicta, sed etiam possit illum punire prædicantem in Ecclesia sui Ordinis, si hæreses dissemioauerit, vel scandala, aut errores, iuxta terminos Concil. Trid. *cit. cap.* 2. *in fin.* vbi io casu hæresis potest Episcopus contra Regularem procedere secundum iuris dispositionem, vel loci coosuetudinem, non obstante quouis priuilegio; io casu scandali, vel erroris potest illi prædicationem interdicere. Vlteriùs Episcopus potest punire Regularem prædicantem etiam in Ecclesia propria falsa miracula, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra Scriptura noo constant. Et detrahentem Episcopis, vel eius Superioribus pœna à iure statuta, & excommunicatiooe Sanctissimo reseruata, ac interdicto perpetuo quoad officium prædicationis, & hoc vigore Constit. Concil. Lateranen. sub Leone X. quem refert Tambur. *de iur. Abbat.*

tom. 2.

tom. 2. disput. 11. quæst. 3. num. 2. Item Episcopus potest punire Regularem prædicantem delinquentem quoquo modo contra formam Constitut. Gregorij XV. & Vrbani VIII. citatarum per censuras, aliasque pœnas etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, vt latiùs in dictis Constitutionibus. Vltimò, Prædicatores suas inspirationes, seu reuelationes prædicantes puniuntur pœna excommunicationis latæ sententiæ Sanctissimo reseruatæ, notat Tambur. *cit. loc. num. 2.*

72 Nota tertiò, quòd Episcopus potest compellere Regulares antequam prædicationis munus incipiant, ad faciendam Fidei professionem, si ita ei videbitur, testatur declarasse Sacr. Congreg. Nauar. *Lucer. Regul. verb. Fides professio, num. fin.* post Vulp. per eum relatum, nouissimè Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. professio Fides, n. 3.* quòd cùm generaliter disponatur, generaliter est intelligendum, siue prædicare Regularis intendat in Ecclesia non sui Ordinis, siue sui Ordinis.

73 Ampliatur hoc tertium notabile, vt possit compelli Regularis prædicare intendens ad faciendam professionem Fidei, non tantùm semel, sed iterum, si in alia Quadragesima, vel Aduentu denuò in eadem Ciuitate, vel Diœcesi prædicare vult. Nec sufficit, quòd alio tempore coram eodem Episcopo professus sit, sicut si vna vice examinatus fuerit, & approbatus quoad doctrinam ab vno Ordinario ad officium prædicationis, potest iterum examinari, si rursus prædicare velit, docet Rodet. *quæst. regul. quæst. 32. art. 6. tom. 3.* quem sequitur Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 9.* nisi aliud disponat priuilegium.

74 Aduertant Ordinarij, quòd Regularibus idoneis non est deneganda licentia prædicandi, vt decisum refert per Sac. Congreg. Nouar. *cit. loc. num. 10.* & licentia prædicta semel concessa non debet sine rationabili causa reuocari; verùm si Ordinarius illam de facto reuocet, & Regularem à prædicatione suspendat non tenetur causam reuocationis exprimere, refert etiam decisum idem Nouar. *citat. loc.* post Leon. *in thesaur. for. Eccles. cap. 8. num. 9. part. 1.*

75 Nota hìc duo ex Concil. Trident. *cit. cap. 2. sess. 5. de reformat.* Primùm, quòd Regularis petiturus benedictionem ab Episcopo pro prædicatione in Ecclesia sui Ordinis, debet se cum licentia, & approbatione sui Superioris personaliter præsentare coram ipso Episcopo; vnde non sufficit illam petere per Nuncium, vel per Literas, obseruat Vulp. *in prax. cap. 42. num. 3.* in quibus terminis benedictio prædicta est petenda antequam Regularis prædicare incipiat, ita disponunt expressa verba Concil. quòd si Regularis prædicauerit, prædicta benedictione non petita, potest Episcopus etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus illum punire, ita voluit Gregor. XV. *in prædict. cit. Constit.* in illis verbis, *Ac demum habeat Episcopus, &c.*

76 Nota aliud ex eodem Concil. Trident. quòd Episcopus non solùm benedictionem prædictam, sed etiam licentiam prædicandi in casu, quo Regularis prædicare intendit in Ecclesia non sui Ordinis, dare debet gratis, & absque mercede, vel salario, aut munere, ita Concil. in illis verbis, *Ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant*, & non solùm Episcopus, sed nec etiam eius Cancellarius potest aliquid recipere ratione laboris pro prædicta licentia, ita tenent Dian. *tom. 5. tract. 13. Miscell. 1. resolut. 70.* post Gauant. *in Enchir. Episc. verb. licentia, num. 3.* qui testatur, ita sentijsse Sac. Cong. Cardin. die 16. Iul. 1591.

77 Vltimò nota, quòd Regularis notus cum licentia Parochi, & sine licentia Episcopi potest bis, aut ter prædicare in Ecclesia Parochiali, ita ex Barbos. & alijs docet nouissimè Dian. *part. 3. tract. 2. de dub. regular. resol. 111. vers. nota etiam*, vbi plus dicit, quòd Regularis semel ab vno Episcopo approbatus itinerans potest prædicare vbi voluerit, non contradicente Parocho, vel Episcopo, quod verum est si prædictus Regularis fruatur per communicationem priuilegijs concessis doctissimis Patribus Societatis Iesu, quibus Gregorius XIII. hoc particulare priuilegium concessit.

78 Fallit sextò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad lectionem sacræ Scripturæ, ex text. Concil. Trident. *cap. 1. sess. 5. de reformat.* ibi, *In Monasterijs quoque, &c.* vbi Concil. præcipit habendam esse lectionem sacræ Scripturæ in Monasterijs, in quibus commodè haberi potest, aliàs si Abbates negligentes fuerint, possunt ad id compelli per Episcopum, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum, & licèt Concil. videatur tribuere hanc facultatem Episcopis tantùm contra Monachos cùm in terminis illorum loquatur dum confert iurisdictionem Episcopo; nihilominus DD. indistinctè loquuntur, asserentes hanc iurisdictionem competere Episcopo contra omnes Regulares, ita Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 15. num. 73.* Campan. *in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 5.* Leo *in Thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 2. num. 59.* Piasec. *in prax. part. 2. cap. 3. num. 41. versic. item*, Nouar. *Lucer. Regul. verb. lectio, num. 5.*

79 Episcopus potest compellere Regulares negligentes ad habendam lectionem sacræ Scripturæ in singulis Conuentibus bis in hebdomada, iuxta Decreta Clementis VIII. lata *pro reformat. Regul.* quæ habentur inter Bullas huius Pontificis *tom. 3. constit. 60.* refert Lezan. *in sum. quæst. regul. tom. 1. cap. 10. num. 20.*

80 Nota, quòd Regulares assumendi ad lecturam sacræ Scripturæ in Conuentibus eorum non sunt examinandi, vel approbandi ab Ordinario loci quoad vitam, mores, vel scientiam, referunt decisum Gallet. *in Marg. cas. conscien. verb. legere, & verb. licentia*, Sell. *in select. canonic. cap. 38. num. 47.* Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. lectio, lector sacra Scriptura, num. 11.*

Hæc iurisdictio rarò practicatur per Ordinarios, quia Concilium præcipit lectionem prædictam in Monasterijs, in quibus commodè haberi potest, & Regulares vt plurimum se excusant commodè haberi non posse.

81 Fallit septimò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad impressionem librorum, quæ impressio prohibetur Regularibus sine præcedenti licentia Episcopi, loci Ordinarij, & suorum Superiorum, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum deciditur in Concil. Trident. *sess. 4. in princ. in Decreto de edit. & vsu sacrorum lib.* vbi tantùm sermo est de libris de rebus sacris. Vlteriùs statuerat Leo X. *constitut. 12.* incip. *Inter*, 4. Nonas Maij 1515. in Bullar. Cherub. *tom. 1. fol. 485. aliàs 414.* quod imprimi non possint libri cuiuscumque generis tam in Vrbe, quàm extra, nisi præuio diligenti examine, tractat Nouar. *in sum. Bull. tit. de lib. impress.* Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 4.* Barbos. *de potest. Episc. part. 3. alleg. 90. num. 14. p. 3.* Nouar. *Lucer. Regul. verb. impressio librorum*, vbi habetur etiam quomodo imprimi prohibentur libri tractantes de diuinis auxilijs. Et quid si libri alio mittuntur imprimendi, vide Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. liber, num. 6.*

82 Fallit octauò prædicta exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij, quoad Regulares exercentes curam animarum personarum sæcularium, quæ non sunt de familia Monasterij; prædicti enim subsunt immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem, pertinent iurisdictioni, & correctioni Episcopi, in cuius Diœcesi curam exercent, nec ibi deputari possunt, etiam ad nutum amouibiles, nisi de consensu, & præuio examine Ordinarij, decreuit Concil. Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 11.* & notant Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 16.* Piasec. *in prax. part. 2. cap. 18. num. 105.* Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 17. n. 3.* Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. n. 51. & 115.* F. Eman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 36. art. 4.* Leo *in thesaur. for. Eccles. part. 1. cap. 8. num. 20.* Vgol. *de offic. & potest. Episc. cap. 20. §. 4. & cap. 21. §. 4.* Barbos. *de potest. Episc. part. 3. allegat. 74. à num. 18. & de iur. Eccles. lib. 1. cap. 43. num. 134. & seqq.* Nouar. *Lucer. Regular. verb. cura animarum*, alter Nouat. *in sum. Bullar. tit. de exempt. priuil. circa cur. animar. & administr. Sacrament. & tit. de Regular. curam animar. habentib.* Vulp. *in prax. cap. 42. num. 6. & 7. & 28.* vbi adducit Constitut. Gregor. XV. incip. *Inscrutabili Dei prouidentia*, in qua fortius Regulares, & alij exempti exercentes curam animarum personarum sæcularium subduntur iurisdictioni Ordinarij.

83 Nota primò in hac materia, quòd Regulares exercentes

curam

curam animarum in personas sæculares Monasterio incumbentem poni, & destinari debent ad arbitrium Superiorum Regularium, solum debent examinari, & approbari antequam ponantur ab Ordinario, ita declarauit Sac. Congreg. teste Piasec. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 46. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 3. *num.* 34. Nouar. *Lucer. Regul. verb. curam animarum, num.* 1. Barbos. *in sum. Apost. decis. eod. verb. num.* 7. ad quod examen, & approbationem subiacet Regularis, etiam si ponatur per Superiorem Regularem ad nutum amouibilis, vt sentit Leo *in thesaur. for. Eccles. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 20.

84 Nota secundò, quòd Ordinarius non solum potest visitare, & delinquentem punire Regularem in ijs, quæ ad curam animarum sæcularium spectant; sed etiam in ijs, quæ dependent à cura, docet Anton. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 112. *cas.* 50. *propè fin.* Campanil. *cit. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 51. Hinc potest visitare, & inquirere quomodo conseruetur Sanctissimum Sacramentum, Sacramentalia, & Ecclesiastica ornamenta, Seraph. *decis.* 1067. & vt Calices, & Paramenta, & alia decentia ad decorem administrationis Sacramentorum prouideantur, ita Franch. Leo *in thesaur. for. Eccles. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. Campanil. *cit. loc. num.* 49. Barbos. 8. *part. alleg.* 74. *n.* 18. *ad med.*

85 Non solum personas exercentes curam animarum, sed etiam Ecclesias Regularium, & exemptorum, in quibus exercetur cura animarum, visitare potest Episcopus, ita aduertit Vulp. *in prax. cap.* 42. *num.* 7. quòd quidem districtius est intelligendum; nam non potest visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum sæcularium, nec loca vbi in eisdem Ecclesijs asseruatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel vbi confessiones personarum sæcularium audiuntur, sic declarasse Sacr. Congr. approbante Vrbano VIII. testatur Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 136. quòd non potest aliter intelligi, nisi de illis locis quæ ad vsum curæ non deseruiunt.

86 Nota tertiò, quòd Episcopus visitans personas Regulares, vel exemptas exercentes curam animarum, illasque minus idoneas repetiens; vel si aliquo modo prædictus Regularis delinquat, potest illum punire, & cura priuare, vt aduertit Fusc. *de visit. cap.* 16. *num.* 21. *lib.* 2. quod intelligendum est iuxta Constitut. Pij V. incip. *Exposcit*, sub die 22. Septembr. 1571. relatam per Quarant. *in sum. Bullar. verb. priuilegia Regularium, fol.* 403. *vers. decernimus*, nempè si exercentes curam sint ad nutum amouibiles, statim potest illos amouere, si Titulares sint, potest illos suspendere, & Superiores eorum monere vt infra breuem terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos per Episcopum examinandos, ita Constitutio prædicta, quæ loquitur in visitatione, & in casu insufficientiæ Curati; in casu verò delicti stante omnimoda iurisdictione Ordinarij, potest in illum procedere prout iuris, etiam ad priuationem, si ita ius suadeat, secundum dicta per Fusc. *loc. cit.* Potest etiam punire Regularem, qui de facto non seruato iuris ordine se intromittit in exercitio curæ, vt ex eadem Constitutione.

87 Potest etiam Ordinarius præcipere Regulares exercentes curam animarum personarum sæcularium, percipiant emolumenta curæ spectantia, nisi iuxta taxam ab eo præscriptam, ita Sell. *select. can. cap.* 112. *num.* 11. qui testatur sic resolutum in *vna Liman.* 18. *Septemb.* 1625.

88 Quod si Regulares renuant recipere Episcopum ingredientem Monasteria causa visitationis prædictæ, potest ipse Episcopus, si ostia clausa sint, frangere, & vim inferre, tenet Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. qui etiam dicit, posse procedere contra inobedientes ad pœnam excommunicationis, sequitur doctè Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 59. & *seqq.* vbi ad pœnas prædictas posse procedi appellatione non obstante, & non præmissis monitionibus, sed statim, & eo ipso, adducit etiam formam cedulonum; vide etiam Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 139. & *seq.*

89 Limitatur primò supradicta iurisdictio Episcopi Ordinarij, quando Regularis exercens curam animarum delinquit extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, tunc non ab Episcopo, sed à suis Superioribus puniendus est, ita Gallet. *in margar. cas. consc. verb. Parochus*, & colligitur apertè à contrario sensu ex verbis Concil. Trid. *cit. loc.*

90 Limitatur secundò, quando cura animarum sæcularium residet in Monasterio, seu alio loco subiecto Abbati, qui vtramque habet iurisdictionem, nempè spiritualem, & temporalem, ita Aldan. *in compend. canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 41. qui testatur sic fuisse decisum in *vna Theatina* 7. *Nouembr.* 1620. & *in alia sub die* 17. *Iunij* 1617. & apertè disponit Trident. *cit. sess.* 25. *de regul. cap.* 11. ibi: *Alijs Monasterijs, &c.*

90 Limitatur tertiò ex eodem Concil. Trid. in Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & in Monasterij, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent; Intellige prædicta de locis vbi resident Abbates Generales, secus est si simplices Abbates non Generales, prout censuit Congreg. *in vna Caurien.* 9. *Maij* 1592. Intellige etiam, vt exceptio prædicta Conciliaris procedat in Ecclesijs Regularibus, in quibus duo, vel tres Regulares commorantur, & dependent à Monasterijs, in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum sedem principalem habent, à quarum Ecclesiarum visitatione debere Episcopum omnino abstinere, censuit eadem Sac. Congr. 2. Septemb. 1599.

92 Visitare quoque potest Episcopus etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus Beneficia curata, vel non curata, exempta Monasteria, etiam Abbatias, Prioratus, & Præposituras commendatas, in quibus non viget regularis obseruantia. Et quando dicatur Beneficium commendatum, vide latius de hac materia Campanil. *in diuers. iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 45. & *seqq.* post alios per ipsum relatos.

93 Fallit nonò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad licentiam alloquendi cum Monialibus, in qua materia notandum est, quòd anno 1590. Sacra Congregatio de mandato Pontificis Sixti V. prohibuit Regularibus cuiuscumque Ordinis, gradus, & dignitatis accedere ad Monasteria, seu domos quarumcumque Monialium, vel sororum etiam eiusdem Ordinis, ad colloquendum, & tractandum cum eis sine expressa licentia eiusdem Sacræ Congregationis, exceptis Superiore, cui Monasterij, seu domus cura incumbit visitare, & confessario ordinario, & extraordinario, prout latius ex Decreto adducto per Tamb. *de iur. Abbat. disp.* 25. *quæst.* 4. *in princ.* prædictum Decretum fuit moderatum per aliud Decretum eiusdem Congregationis latum de expresso ordine, & mandato Vrbani VIII. de anno 1623. relato per eundem Tambur. *eod. loc. disp.* 26. *quæst.* 3. *post num.* 1. in quo datur facultas Ordinario, si ei videbitur, concedendi licentiam per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari vt Moniales in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu coniunctas petere, & alloqui possint; dummodo non sit in diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, Feria sexta, Sabbato, & Vigilijs, qua licentia obtenta, confessario ordinario consignetur, qui illam penes se retineat, & Regularem allocuturum associet, & præsens sit; & assistant etiam auscultatrices de more, non autem aliæ; prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, & in Cancellaria Ordinarij registretur, ita disponitur in Decreto prædicto apud Tambur. *qui eod. loc. num.* 2. dicit prædictam licentiam extendi etiam ad socios prædictorum Regularium. Cætera ad hanc materiam vide latius apud Nouar. *in sum. Bullar. tit. de claus. & access. Regularium.*

94 In eadem materia Monialium subduntur Regulares iurisdictioni Ordinarij; nam non possunt Regulares assignari confessores ordinarij, vel extra ordinarij ad audiendas confessiones Monialium ipsis Regularibus subiectarum, nisi prius approbentur ab Episcopo loci ordinario, ita statutum est in Bulla Gregorij XV. incip. *Inscrutabili*, super qua Bulla extant nonnullæ eiusdem Sac. Congr. declarationes relatæ per Nouar. *Lucer. Regul. verb. confessarius, num.* 5. & *seqq.*

95 Vlterius ex eadem Constitutione Gregorij Episcopus potest rationem exigere adhibitis etiam Superioribus Regularibus ab Administratoribus bonorum Monialium Regularibus subiectarum singulis annis, & potest monere Regulares Superiores vt administratorem, vel confessorem amoueant, alias potest illos ex se amo-

se amouere quoties, & quando opus esse iudicauerit.

96 Item ex eadem Constitutione potest Episcopus Ordinarius loci interesse vnà cum Superioribus Regularibus electioni faciendæ de Abbatissa, vel Priorissa in Monasterijs Regularibus subiectis, sine tamen expensis Monasterij; ad quam electionem non solùm potest Episcopus Ordinarius per se assistere, sed per alium, vices suas delegando; cum regulare in iure sit, posse delegari omnem actum iuridicum, nisi aliud in iure expressè disponatur, *l. vsus, ff. de curat.*

97 Hinc nota, quòd Regulares tenentur significare Episcopo diem electionis, qui si declarauerit velle interuenire, tenentur illum expectare vsque ad tempus præfinitum, alias potest Episcopus procedere contra Regulares, illosque punire, qui ante significatum tempus, aut diem electionis illi non prænunciato ad electionem procedunt, ita declarauit Sac. Congreg. *de anno 1626. super Bullam prædictam Gregorij in respons. ad dubium octauum*. Alia de electione Abbatissæ in hoc casu vide apud Tambur. *de iur. Abbat. disp. 28. q. 6.*

98 Vltimò in hac materia quoad conseruationem clausuræ Monialium Episcopus habet iurisdictionem etiam in Regulares, non solùm in Monasterijs Monialium Episcopo subiectis, sed etiam in alijs tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, ex text. Concil. Trident. *sess. 25. cap. 5. de regul.* accessit dispositio Bullæ Gregorij XV. supra citatæ, vbi habentur hæc verba: *Ad hæc tam sæculares, quàm Regulares huiusmodi nullis priuilegijs, & exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum ab Episcopo loci similiter, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant*, cuius Bullæ dispositionem habere locum in omnibus delictis, non autem in notorijs tantum, & cum Populi scandalo, testatur Barbos. *in collect.* DD. in varijs loc. Concil. Trident. *cit. c. 5. num. 11.*

99 Hinc pro conseruatione clausuræ potest Episcopus Ordinarius visitare, & intrare septa Monasterij Monialium Regularibus subiectarum, nec potest ab ipsis Regularibus impediri, ita testatur decisum sub die 28. Aprilis 1594. Gallet. *in marg. cas. consc. verb. censura* 1. Zerol. *in prax. part. 1. verb. Moniales*, §. 4. & §. 8. *vers. 4.* Barbos. *de pot. Episc. 3. part. allegat.* 102. *num.* 7. alias potest Episcopus contra impedientes de facto sine monitionibus procedere ad excommunicationem, vel etiam frangere ostium, & vim inferre, vt docet Tambur. *de iur. Abbat. disp.* 17. *n.* 4. vbi multa de hac materia, tractat etiam Erasm. Cochier. *de iurisd. Ord. in exempt. part. 1. lib. 4. quæst.* 53.

100 Nota, quòd Episcopus examinat illas, quæ Moniales fieri volunt, etiam in Monasterijs Regularibus subiectis, & proinde potest mandare Rectoribus ne Nouitiæ habitum dent, nisi ipso certiorato, ita ex declaratione Sacr. Congr. tenet Nouar. *verb. Episcopus quoad Regulares, n.* 10. *Lucer. Regul.*

101 Fallit decimò exemptio Regularium à iurisdictione Episcopi ordinarij quoad obseruationem festorum. In qua materia notandum est, quòd olim poterant Episcopi, & Ordinarij in eorum Diœcesibus mandare seruari noua festa, quæ & Regulares seruare tenebantur, iuxta dicta per Concil. Trident. *sess. 25. cap. 12. de regul.* hodie verò per nouellam Constitutionem Vrbani VIII. Episcopi non possunt noua indicere festa, vt notauimus in *cap. 1. de fer.* supra, vnde non est amplius de hoc quærendum; potest tamen Ordinarius mandare pœnis suo arbitrio imponendis Regularibus obseruantiam festorum, de quibus in Constitutione Vrbani, quæ hanc facultatem ab Episcopo non abrogauit. Plura de hac materia vide apud Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 91. & seqq.* Sell. *select. canon. cap. 2. vbi num.* 11. tenet, Episcopum posse cogere Regulares ad obseruantiam festorum etiam censuris.

102 Nota, quòd licet Regulares possint ab Ordinario compelli ad obseruantiam festorum; non tamen possunt cogi mutare ritus quoad Missas, & diuina officia celebranda tàm publicè, quàm priuatim in eorum Ecclesijs, iuxta eorum antiquum institutum, nec tenentur obedire, si Episcopus de facto in contrarium mandet, refert decisum Sac. Congreg. Nouar. *Lucer. Regul. verb. festus nu.* 2. post alios per ipsum adductos.

103 Nec etiam possunt Ordinarij prohibere Regularibus, ne dies festos in eorum Ecclesijs annuncient, declarauit etiam Sacr. Congreg. 2. Iunij 1620. vt refert citatus Nouar. *eod. loc. num. 6.* Imò potest illis mandare vt in offertorio Missæ conuentualis, quæ Dominicis diebus in Monasterio celebratur, declarent fidelibus quæ festiuitates, & ieiunia in hebdomada occurrunt, idem Nouar. *eod. loc. verb. Episcopus quoad Regulares, num.* 39.

Fallit vndecimò exemptio Regularium ab Ordinarij iurisdictione quoad obseruationem censurarum, & interdictorum ab illo promulgatorum; Regulares enim tenentur obseruare censuras ab Ordinario latas, immò si Ordinarius institerit, tenentur illas in eorum Ecclesijs publicare, habemus ex cit. text. Concil. Trident. *sess. 25. cap.*
12. de Regular. Vnde Regulares tenentur seruare quod- 104
cumque interdictum ab Ordinario relaxatum, & quod Ecclesia matrix obseruat, *Clement. 1. de sent. excommun.* nec possunt celebrare, aut celebrari facere in locis interdictis, nec etiam excommunicatos admittere ad diuina, vel ad Ecclesiasticam sepulturam, docet Campanil. *in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. n.* 114. Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num.* 215. qui alios citat, quòd si Regulares contrafecerint, ab ipso Ordinario puniri possunt, vt docet idem Campanil. *cit. loc.* post Ancharan. & Abb. per eum adductos.

105 Fallit duodecimò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij in casu Concil. Trid. *sess. 25. cap. 13. de Regul.* vbi adstringuntur Regulares omnes, & Monachi accedere ad Publicas Processiones, exceptis qui in strictiori clausura perpetuo viuunt; ad quas accedere, potest Episcopus compellere; & si controuersiæ aliquæ oriuntur inter Regulares, vel sæculares in materia præcedentiæ in dictis Processionibus, & alijs, quæ fiunt pro tumulandis cadaueribus defunctorum, quoad illarum decisionem etiam Ordinario subsunt Regulares, prout disponit Concil. Trident. *cit. sess. 25. cap. 13. de Regul.* de qua materia notauimus aliqua supra loco particulari super *c. nimis praua, de exces. Prælat. Annot.* 12. ibi me remitto. Qui Regulares sint liberi ab hac obligatione accedendi ad publicas Processiones, vide latè Nouar. *Lucern. Regul. verb. processiones.*

106 Nota primò, quòd Regulares, qui alias non excipiuntur ab hac obligatione accedendi ad Processiones, possunt cogi ab Ordinario vt accedant, etiam censuris, & pœnis arbitrarijs, prout ibidem testatur Nouar. *n.* 4. post Laram *de anniuers. & capell. lib. 1. cap. 24. num.* 14. Zerol. *part. 1. verb. processiones*, §. 1. *vers. ad secundum*, Cened. *canon. quæst. quæst. 26. num.* 16. Grat. *decis. Marchia* 232. *num.* 15. Barbos. *de pot. Episc. part. 3. alleg. 78. num.* 25. & alios contra Henriq. *in sum. lib. 7. cap. 25.* §. 7. F. Eman. *in sum. tom. 1. cap. 74. num. 4.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 33. num.* 23. qui tenent, Episcopum non posse Regulares prædictos compellere censuris. Sed hæc opinio non admittitur.

107 Nota secundò, quòd Regulares tenentur accedere ad Processiones cum numero decenti, debito, & consueto, voluisse Sacr. Congreg. Rit. *in causa Castella, & Legionis 30. Augusti* 1602. testatur Sell. *select. canon. cap. 25. num.* 10. & ad hoc possunt cogi ab Ordinario.

108 Nota tertiò, quòd Regulares possunt etiam compelli ab Ordinario accedere ad Processiones cum Cruce cooperta, velo, seu pallio appenso, qui non possunt illam discoopertam deferre, sicut defert Clerus, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, voluit etiam Sacr. Congr. Rit. *in vna Neapolitana 14. Ianuarij* 1617. & testatur Sell. *eod. loc. num.* 11.

109 Nota quartò, quòd Episcopus potest celebrare, vel celebrari facere per suos Canonicos Missam cantatam in Ecclesijs Regularium, ad quas Processiones diriguntur, licet Ecclesiæ sit exemptæ, nec ab ipsis Regularibus potest impediri, refert decisum idem Sell. *cit. loc. num.* 12. per eandem Sacr. Congreg. Rit. *in vna Firmana 25. Ianuarij* 1603.

110 Nota quintò, quòd Regulares, qui ad Processiones accedere non tenentur, si quandoque vocati ab Episcopo acces-

accesserunt, quia per hoc sibi ipsis non præiudicarunt, cum sit facultatis, & ad libitum ire, vel non ire, nullum ius quæritur Episcopo, licet ab eo vocati accesserint, cum præcario dicerentur conuenisse, docet Calder. *cons.* 8. *de Regul.* Vgol. *de potest. Episc. cap.* 20. §. 2. *num.* 5. Nouar. *in sum. Bull. tit. de process. &c. num.* 18. alter Nouar. *Lucer. Regul. verb. processiones, num.* 19. *& verb. Episcopus quoad Regulares, num.* 40. vbi signanter loquitur de Processione Rogationum.

111 Fallit decimotertiò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad quæstuationem eleemosynarum, hoc modo, vt Fratres Mendicantes teneantur licentiam habere ab Ordinario, quando eleemosynas quærere intendunt extra loca, vbi Conuentus existunt, pro qua licentia obtinenda, tenentur Ordinario præsentare licentiam suorum Superiorum Regularium; in locis verò vbi Conuentus existunt, possunt per se eleemosynas quærere, nec possunt per Ordinarium impediri, ita fuisse decisum per *Sac. Congr. Episcop. & Regul.* 9. *Ianuarij* 1608. testatur Flau. Cherub. *in compend. Bull. ad Const.* 73. *Gregorij XIII.* incip. *Romani Pontificis, schol.* 1. & refert Barbos. *in sum. Apost. decis. verb. eleemosyna, num.* 3.

112 Sed aduerte, quòd etiam inter Mendicantes potest Episcopus inquirere, an Regulares aliquam fraudem committant in eleemosynis quærendis, cum illi soleant paupertatem fingere, vel plures quæstores mittere, quam paucitas Fratrum Conuentus exigi; vnde cum veris pauperibus eleemosynas subtrahant, potest Episcopus illis mandare, ne eleemosynas petant sine eius licentia, etiam in loco vbi Conuentus habent, adhoc vt ipse Ordinarius iuxta indigentiæ qualitatem, & non vltra permittat eleemosynas quærere, prout ita seruari in Ciuitate Neapolis refert Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 134. qui testatur, id approbatum fuisse per Curiam Romanam.

113 Fallit decimoquartò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad ædificationem noui Monasterij; non enim possunt Regulares noua erigere Monasteria sine licentia Ordinarij, & alijs non seruatis, prout in modernis Constitut. Apostolicis, de qua materia notata sunt aliqua in *cap. de Monachis* 18. *quæst.* 2. *Annot.* 18. ibi me remitto. Hìc adde, quòd Regulares subsunt etiam Ordinario quoad positionem noui lapidis, consecrationem Ecclesiæ, Altaris, & Cæmeterij; hæc enim ab ipso Ordinario petere debent, tenet Ricc. *in prax. part.* 3. *resolut.* 269. *vers. vltimò*, Tamb. *de iur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæs.* 7. *n.* 16. & generale est, Regulares subijci Episcopis in omnibus, quæ sunt potestatis Episcopalis, vt est in petitione Chrismatis, Consecrationis Ecclesiarum, susceptionis Ordinum, & similium, *cap. veniens*, vbi Abb. *notab.* 2. *de præscipt.* Cochier. *de iurisdict. in exempt. quæst.* 11. *part.* 4. Barbos. *de potest. Episc.* 3. *part. alleg.* 105. *num.* 65. testatur declarasse Sacr. Congregat. Nouar. *Lucer. Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num.* 5.

114 Vlterius, nec ipsas Ecclesias iam fundatas, erectas, & consecratas possunt Regulares recipere de manu laicorum sine consensu Episcopi *cap. decimas* 16. *quæst.* 7. *cap. quod autem, in fin. cap. illud, vers. tum quia, cap. nullus, de iur. patronat. cap. cum, & plantare, in princ. vers. Eccles. de priuileg.* Verùm id intelligitur de donatione Ecclesiæ, quam laicus detinet, non autem de donatione iurispatronatus facta Regularibus, quia in hac Episcopi assensum non requiri, docet Lambet. *de iure patronat. part.* 2. *lib.* 1. *quæs.* 1. *art.* 9. *&* 10. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 105. *n.* 49. *in Impress. Lugdun.* Tambur. *de iur. Abbat. disp.* 9. *quæs.* 2. *num.* 1.

115 Fallit decimoquintò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad cognitionem Reliquiarum, an scilicet veræ sint, & exponendæ, quod ad Ordinarium spectat, etiam in Ecclesijs Regularium; qui pendente hac cognitione, potest mandare, vt Reliquiæ interim custodiantur in loco decenti sibi benè viso, & apud se retinere claues, ita refert Sell. *select. can. cap.* 3. *num.* 11. declarasse Sac. Congr. *in vna Viterbien.* 26. *Iun.* 1627.

116 Fallit decimosextò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad reddendam rationem executionis alicuius vltimæ voluntatis; ita vt si Regularis fuerit relictus executor vltimæ voluntatis, cuius officium recepit præuia licentia Superioris sui, potest cogi ad reddendam rationem ab Ordinario loci, qui si inueniatur in hoc deliquisse, potest ab ipso Ordinario puniri, disponit *text. in Clement. vnic. de testament. cap.* 1. *de priuileg. in* 6. vbi in reddenda ratione alicuius vltimæ voluntatis exemptus est subditus Ordinario loci, & ei tenetur reddere rationem, atque ab eo de mala administratione puniri potest, faciunt dicta per Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 4. obseruat Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæs.* 7. *num.* 23.

117 Fallit decimoseptimò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij quoad renunciationes faciendas per Nouitios; nulla enim renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam iureiurando firmata ad cuiuscumque fauorem, etiam piæ causæ, valida est, nisi obtenta Episcopi, seu eius Vicarij licentia, fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, ita deciditur in Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* de qua materia tractauimus supra *Annot.* 46.

118 Fallit decimooctauò exemptio prædicta quoad Regulares prætendentes professionem nullam, qui audiendi non sunt contra professionem, nisi coram Ordinario, & suo Superiore Regulari, prout deciditur per Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *de Regul.* de qua materia dictum est supra loco particulari, quæ Ordinarij authoritas est adeo necessaria, vt si Superior Regularis solus declarauerit professionem nullam, & Regularem è Monasterio eiecerit, adhuc tenetur illum reuocare, cum ad prædicta desideretur Ordinarij authoritas, Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 20.

119 Fallit decimononò exemptio Regularium in alio casu Concil. Trident. *cit. cap.* 16. *sess.* 25. *de Regul.* vbi datur facultas Ordinario compellendi Regulares, etiam per censuras Ecclesiasticas, ad restitutionem bonorum, quæ Nouitius, qui profiteri non intendit, sed exire desiderat, obtulit Monasterio tempore ingressus, vt latè disponit Concil. *cit. loc.* & dictum est supra in materia renunciationis.

120 Fallit vigesimo exemptio Regularium à iurisdictione Episcopi Ordinarij; nam ab illo cogi, & compelli possunt, etiam censuris Ecclesiasticis, ad erigendum Baldachinum in eorum Ecclesijs Regularibus, in quibus ipsi Episcopi Pontificalia exercere intendunt, & hoc quantumuis Ecclesiæ sint exemptæ, quia in illis potest Episcopus stare, & sedere cum Episcopali solio, seu Pontificali Faldistorio, sicut in propria Cathedrali Ecclesia stare, & sedere solet, adest Decretum Clementis VIII. sub die 10. Iunij 1603. referunt Vulp. *in prax. cap.* 42. *num.* 18. Lezan. *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. *& tom.* 3. *verb. Baldachinum, num.* 3. Nouar. *Lucer. Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num.* 42. Barbos. *in sum. Apostol. dec. verb. Baldachinum, num.* 1. qui alios citat. Cætera, quæ potest Episcopus in Ecclesijs Regularium, vide apud Dian. *tom.* 3. *tract.* 2. *de dub. regul. resol.* 109. Quo Baldachino, & qua Sede possint vti Abbates Regulares, dum solemniter in eorum Ecclesijs celebrant, vide decisa apud Campanil. *diuers. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 163.

121 Fallit vigesimoprimò exemptio supradicta in eò quòd Regulares in die Sabbati sancti non possunt in aliqua ex suis Ecclesijs pulsare campanas ante pulsationem Ecclesiæ Cathedralis, vel Matricis, & contrafacientes incurrunt pœnam ducatorum centum, per Constit. Concil. Lateranen. sub Leone X. anno 1516. incip. *Sacro approbante*, §. *& vt debitus*, prout refert Lezan. *in sum. quæst. Regul. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 45. & voluit Sac. Congr. Rit. 11. *Aprilis* 1601. *in Ortolen. &* 21. *Martij* 1609. *in Marsicen. &* 30. *Decembris* 1614. *in Venusina*, & pluries, vt referunt Vulp. *in prax. cap.* 42. *num.* 15. Nouar. *Lucer. Regul. verb. campana, num.* 1. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 69. *& in sum. Apostol. decis. verb. campana, num.* 3. quòd procedit in quacumque Ecclesia sæculari, & Regulari, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, & Confraternitatum, etiam si Ecclesia extra muros Ciuitatis existat, sed propè, & ita declarauit eadem Sac. Cong. Rit. *in Placentina* 21. *Augusti* 1604. *& in Melitem.* 6. *Decembris* 1621. etiam si adsit Ecclesia Collegiata, quæ habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, ita voluit ipsamet Sacr. Congr. Rit. *in vna Siracusana Modica* 23. *Februarij* 1619. vt referunt

Lezan. cit. loc. tom.2. cap.1. num. 44. & Barbos. cit. loc. sub num.69. cit.

122 In alijs verò temporibus, præter Sabbatum sanctum maioris hebdomadæ possunt Regulares campanas pulsare pro diuinis Officijs, Salutatione Angelica, ac alia iusta causa, ante, vel post pulsationem Ecclesiæ Cathedralis, & Matricis indifferenter, prout testantur decisum per Sacr. Congreg. Rit. Gauant. in Manual. Episc. verb. Regularium iura sub Episcopis, num.50. Barbos. cit. loc. sum. Apostol. dec. num.6. vbi aliud dicit, quando extaret consuetudo, vt non pulsentur in aliqua Ecclesia ante pulsationem Ecclesiæ Matricis, quia tunc consuetudo esset seruanda, iuxta decisa per eandem Sacr. Congr. in Oriolen. 21. Augusti 1601.

123 In hac materia potest etiam Ordinarius prohibere generaliter, ne campanæ pulsentur, si non sunt benedictæ, prout refert decisum per eandem Congr. Rit. 5. Iul. 1614. Barbos. de iur. Eccles. lib.3. cap.3. num.68. post Lezan. ab eo adductum; benedicuntur enim campanæ ab Episcopo, iuxta formam traditam in Pontific. Roman. Clem. VIII. part.2. cap.37. tenet Durand. in rational. diu. offic. lib. 1. cap.4. Card. Baron. tom.10. annal. Eccles. pag. 810. & hoc de iure, nam ex priuilegio etiam Abbates possunt campanas benedicere, ad satis dicta per Tambur. de iur. Abbat. tom.1. disp.23. quæs.12.

124 Fallit vigesimusecundò exemplo Regularium à iurisdictione Ordinarij in casu reconuentionis; ipsi enim Regulares quomodocumque exempti si alium conueniant coram Ordinario, possunt liberè reconueniri coram eodem Iudice, docet Campanil. in diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num.148. & in reconuentione procedi potest, etiam quòd Regularis à conuentione desistat, iuxta dicta per Afflict. in decis. 173. quem refert, & sequitur Alber. Oliu. ad rit. Cur. Archiepisc. Neap. rit.5. num.10.

125 Fallit vigesimotertiò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij; nam potest Ordinarius mandare Regularibus, quòd in eorum Ecclesijs non admittant Sacerdotes sæculares exteros ad diuina celebranda, nisi prius ab ipso Ordinario admissi fuerint, visis Literis commendatitijs, tenent Ricc. in prax. part.1. resol. 635. Barbos. de potest. Episcop. allegat. 21. num. 8. part. 2. Gauant. in Manual. Episcop. verb. Missa, num. 7. Nouar. Lucer. Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num. 14. & verb. Missa, num.16.

126 Fallit vigesimoquartò prædicta exemptio, vt Regulares non possint solemniter exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sine licentia Ordinarij, ita declarasse Sacr. Congreg. rit. die 26. Februar. 1628. testatur Nouar. Lucern. Regularium, verb. Eucharistia, num.3.

127 Fallit vigesimoquintò dicta exemptio Regularium, vt Episcopus possit impedire Regulares facientes Processiones extra claustra, vel ambitum suorum Monasteriorum, & contrafacientes potest punire, & ratio est, quia Regulares non habent territorium, tenet Zerol. in prax. part. 1. verb. processiones, vers. ad quartum, qui testatur ita seruari in praxi, & sequitur Tambur. de iur. Abbat. tom.1. disp. 15. quæs.7.

128 Fallit vigesimosextò exemptio prædicta Regularium à iurisdictione Ordinarij in eo, quòd Ordinarius potest prohibere, ne Regulares sacrum sacrificium Missæ celebrent in Oratorijs priuatis sæcularium, disponitur in Concil. Trident. sess.22. in Decreto de obseruand. & euitand. in celebrat. Miss. in illis verbis: Neuè patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eisdem Ordinarijs designandam, & visitanda sanctum hoc sacrificium à sæcularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi, & notat Nouar. Lucer. Regul. verb. Eucharistia, num. 10. Et an possit prohibere, ne dispensent Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in dictis Oratorijs, Dian. tom.4. tract.4. Mistell. resol.14.

129 Fallit vigesimoseptimò præfata exemptio, nam Regulares sibi arrogantes Episcopalia iura, ab Episcopo puniri possunt, imò Ecclesiæ, in quibus Regulares iura prædicta exercuerint, sunt suspensæ, per cap. cum & plantare, §. de Confratribus, verb. quod autem, de priuileg. vbi glos. verb. priuilegiorum, dummodo prædicta iura Regularibus non competant ex priuilegio, vel præscriptione, ita declarat Tambur. de iur. Abbat. tom.1. disp. 25. quæs.2. num.34.

Fallit vigesimooctauò exemptio prædicta quoad publicationem Indulgentiarum; Regulares enim non possunt Indulgentias, quas à Sanctissimo impetrarunt, publicare sine Ordinarij licentia, ita post Barbos. de potest. Episc. alleg.105. part.3. num.69. in Impress. Lugdun. tenet Tambur. cit. loc. num.35. 130

Fallit vigesimononò exemptio Regularium prædicta; nam Ordinarius potest prohibere Regularibus, ne proponant in Ecclesijs, Oratorijs, alijsque locis publicis, ac etiam priuatis imagines defunctorum, etiam cum opinione, & fama sanctitatis mortuorum cum laureolis, aut radijs, seu splendoribus; & ne miracula, & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessiones accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrentur, & lampades in eorum sepulturis ne apponantur, atque appositæ remoueantur: similiter potest illis mandare, vt à sepulturis prædictis, & alijs locis publicis remoueantur Tabellæ, & Imagines, & alia quæcumque collata, gratiarum fidem facientia, sed illa in secreto seorsum ab Ecclesia conseruentur, & alia obseruari facere, & præcipere, sub pœnis quoad Regulares priuationis officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ, & à diuinis, prout latius in Constitut. Vrbani VIII. vna sub die 13. Martij 1625. & alia sub die 30. Octobris eiusdem anni, adductis per Tambur. de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæs. 7. sub num.53. 131

Fallit trigesimò exemptio prædicta quoad Monachos Ecclesiæ Cathedralis, in quos Episcopus habet omnimodam iurisdictionem, ijs rebus exceptis, quæ regularia instituta respiciunt, cap.1. ne Sede vacant. glos. fin. in cap. nullus, de elect. in 6. vbi DD. Rot. apud Farinac. part. 1. decis.69. num.2. Tambur. cit. loc. num.44. 132

Fallit trigesimoprimò exemptio Regularium à iurisdictione Ordinarij generaliter in omnibus, quæ sunt extra regulam, & quæ non concernunt regularem obseruantiam, can. Abbates 18. quæst.2. cap.1. ne Sede vacant. glos. vlt. in cap. nullus, vers. vt Episcopus etiam sæcularis, vbi DD. de elect. in 6. Rot. decis.15. num. 4. 7. & 10. & decis. 17. nu. 1. part. 1. in recent. & alij, quos refert Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst.21. num.6. & quæst.24. num.88. 133

Controuersum est inter DD. an Episcopus possit denunciare Regulares excommunicatos, & ita mandare, vt ab alijs vitentur pro vtraque sententia tenentes refert Dian. tom.3. tract.2. de dub. regul. resolut. 35. licet ipse videatur inclinare pro parte contra Episcopi iurisdictionem; sed non mirum, cum sit Regularis. Verius tamen est, Regulares posse denunciari excommunicatos per Episcopum, & seruari in praxi docet Genuens. in pract. cap.57. tenet etiam Nouar. Lucer. Regul. verb. excommunicare, num.6. qui alios citat, maximè in casibus à iure expressis. 134

Alia est controuersia in hac materia, an scilicet possit Ordinarius procedere ad censuras contra Regulares in illis casibus, in quibus Regulares ipsius Ordinarij iurisdictioni subduntur; & partem negatiuam defendunt multi DD. quos refert, & sequitur Dian. resolut. moral. tom.3. tract.2. de dub. Regul. resolut. 76. vers. non desunt, & tom.7. resol.29. Cùm distinctione procedunt alij, nempè Ordinarium posse procedere contra Regulares censuris, in illis casibus, in quibus Concil. Trident. vel alia Constitutio Pontificia concedit talem facultatem Ordinario; secus tamen dicunt si leges concedentes iurisdictionem Ordinario contra Regulares nullam faciunt mentionem de censuris: quia tunc non censuris, sed alijs pœnis posset Ordinarius procedere, Ita Vulp. in prax. cap. 42. num. 26. Cæteri DD. quorum sententia inter Canonistas est frequentior, tenent posse Ordinarium in casu, quo habet iurisdictionem in Regulares, contra illos censuris procedere in casu contrauentionis, quorum sententiam, validè probat Campanil. in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 13. num. 166. nouissimè Nouar. sum. Bull. part. 1. tit. de process. num.6. Bard. in cons. Regular. resolut.7. quæst.6. n.9. alter Nouar. Luc. Regul. verb. excommunicare in princ. post Genuens. Mar. Anton. Ricc. & alios, quos citat, & pro hac sententia referunt sentijsse Sacr. Congreg. in vna Nebien. 7. Febr. 1633. Nouar. vlt. cit. Barbos. in sum. Apost. 135

Apost. decis. verb. Episcopus quoad Regulares num. 4. *& verb. excommunicare, num.* 3. Hanc opinionem seruat Praxis, nam videmus passim Ordinario procedere contra Regulares inobedientes sub pœna interdicti. Hinc nota dispositionem huius text. *cap.* 1. §. *in eos de priuileg. in* 6. quem annotamus, nempè non posse Regulares interdici, suspendi, vel excommunicari ab Ordinarijs esse limitatam in casibus, in quibus Concil. Trident. vel alia noua iura concedunt Ordinarijs iurisdictionem in Regulares.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Regulares an possint conciones habere in proprijs Ecclesijs, vel alijs, & quando puniantur per Ordinarium?*
2 *Quid occasione alicuius simplicis deuotionis, vt recitationis Rosarij, vel similis?*
3 *Accedentes ad Moniales, & per modicum tempus alloquentes sine licentia Ordinarij, an valeant puniri?*
4 *Quando subijciantur Ordinario.*
5 *Quid de processionibus extra septa.*

De competentia, & iurisdictione Episcopi in Regulares, prima conclusio est quoad facultatem regularium concionandi,

1 Regulares concionantes in alijs Ecclesijs, quàm suorum Ordinum sine licentia Episcopi ab ipso puniri valent, vbi autem agitur de concionibus habendis in proprijs Ecclesijs, tunc debent se præsentare loci Ordinario, & huic ostendere proprij Superioris Regularis facultatem, & benedictionem petere in signum obedientiæ, & reuerentiæ, & si contraueniant ab Ordinario loci ex Constitutione Gregor. XV. puniri possunt, & denegare potest licentiam Ordinarius ob demerentiam ipsius Concionantis, vel ob æmulationem, quia concio habeatur in diuersis Ecclesijs, Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs.* 3. *num.* 10. *&* 11.

2 Quandoque autem Regulares ad huiusmodi actum obedientialem, vel reuerentialem euitandum, vel prætextu alicuius simplicis deuotionis, puta recitationis Rosarij, vel aliarum concionum, ille Religiosus, qui orationi præest assumpta occasione insinuandi populo illam deuotionem plura inserere solet, adeò vt faciat formalem concionem, ideòque per Ordinarium prohibetur, vt practicasse aliquando refert Luca *vbi sup. num.* 18.

3 Disseminata per aliquos Regulares in hac Ciuitate Neapolis opinione, quòd prohibitiones accedendi ad Monasteria Monialium non comprehendant casum, in quo sequatur allocutio ad modicum tempus. Archiepiscopus consuluit S. Congregationem Concilij, quæ die 11. Maij 1669. decretum generale edidit à Clemente IX. approbatum, vt Regulares etiam per modicum tempus absq; licentia accedentes ad Monasteria Monialiũ quantumuis exempta incurrant censuras, & pœnas desuper inflictas, quodque ab Ordinario loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegato puniri valeant. Cùm autem per huius decreti publicationem casus dedisset, carceratum fuisse quendam Regularem per familiam Archiepiscopi, post aliquot horas carcerationis Archiepiscopus benignè agendo, dum ex simplicitate potius contrauenerat, remisit eum Superiori.

4 Exemptiones Regularium multis subiacēt limitationibus per Concilium Tridentinum, & per Apostolica decreta, seu per receptas Doctorum traditiones ex Canonum mente præsumpta resultantes in plerisque casibus, in quibus exemptione non obstante Ordinarius, vel Sedis Apostolicæ iure delegato, vel eius natiuam, & antiquam reassumendo potestatem Regularium Superior est.

Constitutiones Vrbani, & Innocentij X. quasdam magis generales induxerunt limitationes per quandam speciem regulæ in ijs scilicet Monasterijs, vel regularibus domibus, quæ de nouo fundantur cum minori numero duodecim Religiosorum, siue etiam antiquis, in quibus sex ad minus non viuant.

Exemptio, quæ iurisdictionalem subiectionem substulit, alteram tamen reuerentialem non aboleuit, ideòque Regulares, & alij quantumuis exempti reuerentiam, & obsequium Ordinario debent in pristinæ potestatis, ac superioritatis reuerentiam, & etiam ob eam habitualem in plerisque casibus ad actum deducibilem, quam adhuc retinet.

Hinc proindè quamuis in Regularium Ecclesijs exemptis Ordinarius visitandi, seu aliàs corrigendi ius non habeat, & quòd generaliter in suæ Diœcesis, vel territorij Ecclesijs habere dignoscitur, adhuc tamen vbi in eis adesse casus præbeat, throni erectio, aliæque præeminentiæ Episcopo in suæ Diœcesis Ecclesijs de iure competentes competunt ipsoque præsente in diuinis celebrandis, alijsque Ecclesiasticis functionibus ius non est Prælato Regulari eas exercere functiones, quæ de iure, vel ex priuilegio competunt, nisi ipso Diœcesano permittente, cùm debita reuerentiæ ratio id exigat.

Subiectio etiam locum habet in ijs, quæ animarum curam, & Sacramentorum administrationem concernunt cum Clero, & populo de Ordinarij grege, ac etiam circa obligationem accedendi ad processiones, & festorum obseruantiam, vt praxis docet Card. de Luca *in Miscellan. Eccles. discurs.* 1. *num.* 104.

Parochiale ius si existat in Ecclesijs Regularium, quia ipsi voluntariè, seu precario administrationem capiant Sacramentorum, vel vbi etiam in titulum eis competit, vt praxis docet, ab Ordinario præuio examine super idoneitate scientiæ, ac morum approbari debeat, & approbari in ijs, quæ id concernunt, ei subiacent limitatè tamen ad Sacramenta, & curam, Luca *vbi sup.*

Processiones extra propria septa in territorio Episcopi vel Parochi prohibentur, nisi speciale indultum Apostolicum, vel antiqua consuetudo id concedat, Barbos. *de Episc. alleg.* 78. 5

In delictis, quæ per Regulares extra claustra committuntur per locorum Ordinarios potestas prætendi solet. Pluries tamen S. Congregatio censuit, vt vbi de casibus non exceptis agatur, in quibus ille iurisdictionem habeat, possit quidem in eos manus iniicere, atque carcerare, sed proprio Superiori intra breuem terminum puniendos remittere debeat, nisi iam expertus fuerit Regularium Superiorum negligentiam, Barbos. *collect.* 939.

Ordinarius potest declarare excommunicatos ob censuras à iure illatas, & à lege affectos censuris declarare, Card. de Luca *de iurisd. disc.* 29. Genuens. *in praxi cap.* 59. Idque si censuræ sint notoriæ. Quando autem opus est citare, & iudicialiter seruatis seruandis, videndus Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.* 14. *num.* 4. *& seqq.*

ANNOTATIO XLIX.

De Iurisdictione Archiepiscopali in suffraganeos.

ARGVMENTVM.

Quando Archiepiscopus habeat iurisdictionem in subditos suffraganei. Quomodo per appellationem, quomodo ob negligentiam, vel suspicionem suffraganei. Et an per viam nullitatis, vel querelæ, aut restitutionis in integrum. Quando Metropolitanus visitet Prouinciam, & celebret Synodum Prouincialem. Numerantur omnes casus iurisdictionis Metropolitani in Prouincia. Quando, & quomodo possit procedere contra personam ipsius suffraganei, vel Vicarij generalis illius, & quibus pœnis. Et quando eandem facultatem habeat Vicarius generalis Metropolitani. Et alia ad materiam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *ARchiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei in casu appellationis, & in quos.*

2 *Metropolitanus per quam appellationem acquirat iurisdictionem. Et quando possit inhibere, an teneatur inhibere cum incerta forma sententia. Et quid si sententia capita denegantur, num.3.*

4 *Metropolitanus non potest iurisdictionem exercere in alios subditos suffraganei non interuenientes in causa appellationis, nec etiam potest compellere testes, nisi accedente consuetudine.*

5 *Metropolitanus quando possit adiri ob negligentiam suffraganei. Et quomodo appellandum à denegata iustitia. Et quid quando Episcopus denegat dispensationem, licentiam, ordinationem, & similia, num.6. Declara, num.30. Et clarius, num.44.*

7 *Metropolitanus quando possit adiri ob suspicionem suffraganei.*

8 *Metropolitanus non potest cognoscere de nullitate sine appellatione, qui nec potest adiri per viam querela. Nec in casibus positis, num. 45.*

9 *Metropolitanus non potest restituere in integrum aduersus appellationem non interpositam coram suffraganeo, nec etiam personam priuilegiatam.*

10 *Metropolitanus quando visitet Prouinciam. Et quam iurisdictionem exerceat visitando, num. 11. & 12.*

13 *Metropolitanus habet iurisdictionem in subditos suffraganei, quando extirpare intendit prauam consuetudinem à Prouincia.*

14 *Metropolitanus qua possit facere in Synodo Prouinciali, num. 15.*

16 *Metropolitanus quomodo possit mittere Quastores per totam Prouinciam.*

17 *Metropolitanus quo iure possit ad querelam suffraganei procedere contra Canonices deserentes diuina Officia.*

18 *Metropolitanus quas Indulgentias concedat per totam Prouinciam.*

19 *Metropolitanus quando possit alicui interdicere munus pradicandi per totam Prouinciam.*

20 *Metropolitanus potest facere exules à tota Prouincia. Potest mittere edicta per totam Prouinciam in ijs, qua ad se spectant, num. 21.*

22 *Metropolitanus in defectum Capituli deputat Vicarium Capitularem, Sede suffraganea vacante, non tamen per se officium exercet, & mortuo Vicario deputato non potest alium deputare, nisi post dies octo. Hac potestas eligendi Vicarium deuoluitur etiam ad Metropolitanum, quando Capitulum eligit notorie indignum, num. 23. Et Metropolitanus non potest amouere Vicarium per ipsum deputatum, num. 24.*

25 *Metropolitanus potest per totam Prouinciam benedicere etiam solemniter, & ante se deferre Crucem, & num. 33. Potest in Prouincia erigere Seminaria, iuxta* text. Concil. Trid. sess. 23. cap. 18. de refor. *num. 26.*

27 *Metropolitanus quando posset mandare suffraganeo quod seruet illud, quod seruatur in Metropoli. Declaratur cap. dilectus, de simon.*

28 *Metropolitanus cogit suffraganeos venire ad Synodum Prouincialem, & quomodo.*

29 *Metropolitanus compellit suffraganeos ad residendum.*

30 *Metropolitanus an sit Iudex ordinarius suffraganeorum.*

31 *Metropolitanus cogit suffraganeum ad compellendos subditos ad testificandum, vel suscipiendam delegationem in causa appellata.*

32 *Metropolitanus cognoscit de causa appellata in sua Diœcesi. Et quando in Diœcesi suffraganei.*

34 *Vicarius Metropolitanus potest ea, qua sunt Metropolitana iurisdictionis exercere in suffraganeos. Et Vicarius suffraganei subest Metropolitano in ijs, qua sunt iurisdictionis Metropolitana, num. 35.*

36 *Metropolitanus quando possit punire Vicarium suffraganei delinquentem in officio. Et an possit contra illum censuris, & carceratione procedere, num. 37.*

38 *Metropolitanus quibus pœnis procedat contra suffraganeum contumacem, & renitentem.*

39 *Vicarius Metropolitani potest procedere contra suffraganeum. Sed quoad censuras quid sit honestius.*

40 *Metropolitanus cogit suffraganeum suspectum ad eligendos arbitros, idem in Vicario, suspecto Episcopo.*

41 *Metropolitanus quid possit ante pallij receptionem. Et quam reuerentiam ei debeant suffraganei, n. 42. Et an possit Pontificalia exercere in Ecclesijs suffraganeis, num. 43. Quando possit, vel non possit supplere negligentiam suffraganei, num. 44. Et in quibus eius iurisdictio limitetur, num. 45.*

ANNOTATIO XLIX.

§. VNIC.

Ad Textum in Cap. Pastoralis, de offic. Iudic. Ordin.

IN hoc Text. Innocentius III. statuit, Archiepiscopum non habere iurisdictionem in subditos Episcopi suffraganei, nisi in certis casibus; dicens bis verbis, *Cum in eum exceptis quibusdam articulis, nullam habeas potestatem, licet Episcopus suus eidem sit Metropolitana lege subiectus*, de hac materia tractant glos. hic *in verb. exceptis quibusdam*, vbi DD. communiter, Hostiens. *in cap. 1. ex num.* 10. *de suppl. neglig. Pralat. in 6.* Gambat. *de offic. legat. lib. 2. num. 33.* Iacobat. *de Concil. lib. 2. artic. 5. num. 24.* Menoch. *cons. 605. num. 2.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi authoritas, & in tract. de praest. Archiepisc. Neapol. impresso* 1586. Rosæus *de prærogat. Archiepisc. dignit.* Marc. Anton. Genuens. *in prax. Archiepisc. Neap. cap. 70.* Azot. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 33.* Homobon. de Bon. *de humana vita statibus part. 1. cap. 6.* Scip. de Rubeis *in Aphorism. verb. Archiepiscopus*, Ricc. *in prax. part. 3. resol. 22. & seqq.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quast. 22. per tot.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. in sum. Apostol. decis. verb. Archiepiscopus, & in tract. de potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 6. num. 10. & tit. 14. num. 1. secundum Lugdunens. Impress.* Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. hierarch. part. 1. disp. 5. §. 1. & seq.*

Nota primò, hunc text. continere duas regulas, quæ apertè colliguntur ex adductis illius verbis. Prima est negatiua, vt videlicet Archiepiscopus in subditos sui suffraganei nullam habeat potestatem, exceptis quibusdam articulis. Secunda regula est affirmatiua, quòd Episcopus suffraganeus eidem Archiepiscopo suo Metropolitana lege sit subiectus, ita latè Lotter. *cit. loc. num. 84. & seqq.* Pro intelligentia huius text. in praxi primò videndus est, qui sint prædicti articuli, seu casus, in quibus Archiepiscopus iurisdictionem habet in subditos suffraganei. Secundò, in quibus suffraganeus sit subiectus Archiepiscopo lege Metropolitana.

Et primò quantum ad primum, Archiepiscopus habet 1
iurisdictionem in subditos suffraganei in casu appellationis interpositæ ab ipso suffraganeo ad Metropolitanum, quando appellatio permittitur, & tunc Metropolitanus habet iurisdictionem in appellantem, & appellatum, aliosque qui se spontè offerunt liti super illa re, de qua est quæstio, *cap. Romana, §. in alium*, vbi DD. *de appellat. in 6.* Quarant. *cit. loc. num. 13.*

Dicitur legitima appellatio, quæ deuoluit iurisdictio- 2
nem ad Metropolitanum illa, quæ interponitur à sententia diffinitiua, vel ab habente vim diffinitiuæ, aut à grauamine, quòd per diffinitiuam sententiam reparari non potest, & quæ interponitur in casu, quo à diffinitiua appellari non potest, iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess. 13. cap. 1. & sess. 24. cap. 20. de reform.* latius declarati sunt prædicti termini supra in *c. Romana, de appel. in 6. Annot.* 8. nec in his casibus potest Metropolitanus inhibere, nisi constiterit de prædictis per publica documenta, ac etiam constiterit fuisse infra legitima tempora appellatum, ita disponitur in Decreto Sacr. Congr. de mandato Clement. VIII. edito 16. Octobris 160. relato per Quarant.

rant.

rant. *in sum. Bull. in append. in verb. Archiepiscopi auctoritas, fol.* 513. vbi etiam prohibetur Metropolitanis inhibere suffraganeis ante diffinitiuam sententiam, vel habentem vim diffinitiuæ, & sub prætextu cognoscendi de grauamine mandare, quod tansmittantur acta etiam expensis appellantis, etiam si præiudicium non irrogetur cursui causæ.

3 Rursus Metropolitanus tenetur inhibere cum inserta forma sententiæ, seu Decreti, aliàs suffraganeus non tenetur parere, vt in dicto Decreto Congreg. *vers. inhibitiones*, quòd intellige, quando suffraganeus appellationem non admiserit; quòd si appellans afferat sibi denegari copiam sententiæ, vel Decreti à Curia suffraganea, & tunc nec etiam Metropolitanus potest inhibere, sed tantùm mandare, quòd copia actorum sumptibus petentis concedatur, ita ex Decreto prædicto *versic. si appellans*.

4 Habet Archiepiscopus iurisdictionem in subditos suffraganei in casu appellationis tantùm inter ipsas partes colligantes, non tamen habet iurisdictionem compellendi alios subditos suffraganei, nec etiam ad perhibendum testimonium veritatis in eadem causa appellata, *cap.* 1. *§. neque, vbi glos. in verb. suscipere, de for. comp. in* 6. potest tamen recurrere ad suffraganeum, vt compellat suos subditos in prædicto casu, & tenet Glos. & Abb. *hic num.* 12. verùm si suffraganeus id negligat, potest ipse Metropolitanus procedere contra subditos prædictos, illosque compellere, docent Quarant. *cit. loc. num.* 13. *vers. declaratur*, Ricc. *in prax. part.* 3. *resol.* 22. *num.* 10. Lotter. *cit. loc. num.* 70. qui DD. limitant communiter eorum doctrinam, posse Metropolitanum adstringere subditos suffraganei ad ferendum testimonium, si hoc consuetudo permittat, quæ consuetudo videtur seruari inter Curias Metropolitanas huius Regni.

5 Ex dictis collige, ob negligentiam suffraganei deuolui iurisdictionem ad Metropolitanum, vt testatur Felin. *in eod. cap. num.* 6. *vers. vniuersus mundus*, Genuens. *in prax. cap.* 71. *num.* 3. *&* 4. & sequuta est Rot. apud Seraphin. *decis.* 1212. *num.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 169. *ex num.* 1. latè Quarant. *cit. loc. num.* 21. vbi Prosp. de Augustin. Sed nota, quòd in hoc casu magna est altercatio inter DD. an ob negligentiam suffraganei deuoluatur iurisdictio ad Metropolitanum contra subditos suffraganei, ita vt possit inter illos ius dicere, an tantùm contra ipsum suffraganeum, vt tantùm possit suffraganeo mandare, vt faciat id, ad quòd tenetur, & à negligentia desistat. In qua altercatione videtur posse colligi distinctionem, quòd aut fit recursus ad Metropolitanum per viam querelæ, & tunc Metropolitanus potest iurisdictionem exercere tantùm contra ipsum suffraganeum, illi mandando vt iustitiam ministret, vel faciat id, quod facere tenetur; aut fit recursus ad Metropolitanum per viam appellationis, & tunc deuoluitur illi iurisdictio, etiam quoad personas subditas suffraganei. Verùm quia non ab omni negligentia potest appellari, est requirendus ter Iudex, vt iustitiam ministret, & si recuset, potest ab illa tarditate appellari, ita colligitur ex Felin. & Quarant. *cit. loc.* Sed quicquid sit de iure commudi, & an possit adiri Metropolitanus per viam querelæ (de quo infra) Praxis seruat, quòd proponantur tres comparitiones coram suffraganeo, instanter petendo iustitiam ministrari, qui si adhuc recuset, appellatur ad Metropolitanum, & dicitur appellari à denegata iustitia, de hoc extat Rit. 10. Cur. Archiepiscop. Neap. vbi multa Alber. Oliu. & Ricc. testatur Genuens. *cit. loc. num.* 4. & etiam Quarant. *vbi sup.*

6 Supradicta videntur procedere in actibus iudicialibus, & in litibus, seu in causis procedendis, vel decidendis, iuxta quos terminos loquuntur DD. Posset tamen dubitari quid dicendum in actibus extraiudicialibus, videlicet quando suffraganeus est negligens in dispensando, absoluendo, licentiam dando, & similibus, an possit tunc Metropolitanus dispensare, absoluere, licentiam dare, & similia facere, in quo casu variè loquuntur etiam DD. vt videre est apud Prosp. de August. ad Quarant. *cit. loc. lit. M.* & Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 32. *& seqq.* & alios. Ex quibus quod certius colligi potest est, quòd in his casibus possit Metropolitanus vel remittere subditum ad suffraganeum, cum præcepto, quòd cum illo dispenset, absoluat, vel licentiam det, ordinet, & similia intra competentem terminum; vel per se ipsum cum prædicto subdito dispensare, absoluere, licentiam dare, ordinare, & similia facere. Verùm illa videtur iustior opinio, quòd si Metropolitanus cognouerit iniustè suffraganeum denegasse dispensationem, absolutionem, licentiam, ordinationem, & similia, debere ipsum Metropolitanum per se illa elargiri; nam durum est remittere subditum ad Iudicem, qui iniustitiam exercuit; si verò cognouerit prædicta iustè denegasse, tunc debet subditum ad suffraganeum remittere. Quòd si sumus in dubio, & tunc dicendum est Metropolitanum posse remittere, & per se facere; hæc distinctio comprobatur per opinionem Sac. Congregat. quæ ita sensijt in casu præstandæ absolutionis, vt videre est apud Quarant. *in verb. Archiepiscopi auctoritas in appellationibus, post num.* 20. *in addit. lit. D. vers. censura Ecclesiastica*, & apud Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neap.* 3. *part. decis.* 40. *in fin.* Sed in prædictis ad constituendam iurisdictionem Metropolitani necesse est vt petatur à suffraganeo cum debitis instantijs, saltem ter dispensatio, absolutio, licentia, consensus, & similia, & ab illo negante appelletur ad Metropolitanum; tunc enim prædicta deuoluunt ad illum, & potest ea per se dare quia effectus appellationis est suspendere, & deuoluere, ad dicta per Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 61.

Collige secundò, quòd licèt ex hoc *cap. pastoralis* prohibeatur Metropolitano compellere subditum suffraganei ad acceptandam delegationem; poterit tamen compellere ipsum Episcopum suffraganeum, vt cogat subditum, talem delegationem acceptare; quòd si suffraganeus in hoc negligens fuerit, iurisdictio in subditum deuoluitur ad ipsum Metropolitanum, ita Felin. *in hoc cap. num.* 6. Seraph. *decis.* 1212. *num.* 3. Grat. *cit. cap.* 160. *num.* 6. Lotter. *cit. loc. num.* 70. *& seq.*

Nota primò, quòd per simplicem suspicionem suffraganei non deuoluitur iurisdictio ad Metropolitanum, est tamen suspicio proponenda coram suffraganeo, qui si illam non admiserit, tunc ex quo grauat potest ab illo appellari ad Metropolitanum, *cap. super quibusdam*, §. *fin. de offic. delegat.* nisi causa recusationis esset euidenter friuola, vel notoriè falsa, ita DD. *in cap. cum speciali, de appellat.* multa ad hoc adducit Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, num.* 19. *& seqq.* 7

Nota secundò, Metropolitanum non posse cognoscere de nullitate sententiæ inter subditos suffraganei sine appellatione; nec etiam posse adiri Metropolitanum per viam querelæ, docent Felin. *in cap.* 1. §. *post hæc, sub num.* 7. *vers. sed aduerte, de appell. in* 6. *& in cap. dilecto, sub num.* 67. *vers. secundus casus, eod. tit.* Genuen. *in prax. cap.* 70. *num.* 7. Scacc. *de appellat. quæst.* 19. *remed.* 1. *conclus.* 6. *num.* 85. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 67. 8

Nota tertiò, nec posse cognoscere Metropolitanum inter subditos suffraganei per viam restitutionis in integrum aduersus sententiam Episcopi suffraganei, quia Archiepiscopus adiri non potest, nisi per viam appellationis, ita Barbos. *cit. loc. num.* 68. post Abb. & Scacc. per ipsum adductos; immò nec potest subditus suffraganei priuilegiatus, si non appellauit, restitui aduersus non interpositam appellationem coram suffraganeo eadem ratione; & prædicta restitutio esset facienda coram Iudice à quo, vel coram Sanctissimo, vt optimè Sfort. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 69. *art.* 7. *num.* 41. 9

Secundò, Archiepiscopus Metropolitanus iurisdictionem habet in subditos suffraganei, quando Prouinciam visitat in concernentibus ipsam visitationem. In qua materia nota primò, quòd hodie ex Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 3. *de reformat.* Metropolitanus non potest visitare Prouinciam, nisi causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali, idest vocato, & audito super causam Episcopo cuius Diœcesis, & Ecclesia visitanda est; hoc enim important verba illa, *Causa cognita, l.* 3. §. *si causa cognita, de bon. poss.* Bald. *in l. nec quicquam*, §. *vbi decretum, de offic. Proconf.* Inn. *in cap. cùm olim, de re iudic. & in cap. præterea, de dilat.* Bart. *in l.* 1. *C. quorum bonor. l. in causa*, §. *causa autem cognita, de minorib.* & censuit Sac. Congreg. 17. Octob. 1585. 10

Nec sufficiunt querelæ, vel libelli oblatio aduersus suffraga-

fraganeos, vel personas Diœcesanas eorundem, vt ipsis suffraganeis inauditis, visitatio decernatur per Concilium Prouinciale, argumento *cap. eorum* 11. *quæst.* 3. nisi factum esset notorium, DD. *in cap. graue nimis*, *de præben.* aut periculum esset in mora, Iacob. de Conc. *lib.* 5. *art.* 8. *num.* 2. & voluit Congreg. *eodem supracit. die*.

11 Nota secundò, quòd postquam causa fuit cognita, & probata per Concilium Prouinciale, vt supra, Metropolitanus visitando Prouinciam, & eius Ecclesias habet omnimodam potestatem, quam de iure communi tenet, cùm in hoc nihil sit per Concil. Trident. immutatum. Hinc primò potest procurationes exigere à locis visitatis, *cap. cum Apostolus*, *cap. sopitæ*, *cap. super eo*, *de censib.* *cap.* 1. *& fin. de censib. in* 6. Secundò, potest confessiones subditorum suffraganorum audire, eosque absoluere, vt in *cit. cap. fin.* etiam à casibus, & censuris Episcopo reseruatis, Quarant. *in sum. Bull. verb. Archiepiscopi auctoritas*, *vers.* 33. Genuens. *in prax. cap.* 70. *num.* 9. in quibus confessionibus dum actu visitat, potest etiam in pœnitentialibus dispensare in foro conscientiæ, Quarant. *cit. loc. vers.* 40. *vbi addit.* Genuens. *cit. loc. num.* 9. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 90. & quòd possit dispensare, etiam extra visitationem, probat Dian. *tom.* 7. *tract.* 2. *resol.* 7. Tertiò, potest Archiepiscopus visitans Prouinciam notoria crimina subditorum suffraganeorum, quæ examinatione non egent, corrigere, & punire, ita deciditur *in cap.* 1. §. *sanè*, *vers. notoria*, *de censib. in* 6. qui text. loquitur in visitatione. Verùm DD. præsertim Abb. *in cap. ex frequentioribus*, *num.* 10. *de instit. ex eod. text.* quem sequuntur moderni communiter, extendunt hanc facultatem Archiepiscopi etiam extra visitationem, vide Quarant. *cit. loc. vers.* 24. & alios, quos sequitur, & refert Barbos. *cit. loc. num.* 75. Hæc opinio est communis, sed patitur difficultatem; indubitatum est enim prædictum §. *sanè*, loqui in visitatione, & quando Abb. & & cæteri DD. illum extendunt, etiam extra visitationem, hoc probant ex *cit. cap. ex frequentioribus*, vbi Archiepiscopus excommunicauerat subditum sui suffraganei. Verùm illa excommunicatio non fuit lata, nec Archiepiscopus processit contra talem subditum ob notorietatem criminis, sed ratione tollendæ prauæ consuetudinis in Prouincia, vt patet ex verbis ipsius text. *in princ. & in med.* in quo casu Ego cum communi admitto posse Metropolitanum procedere contra subditos suffraganei, etiam extra visitationem, vt dicemus inferius; igitur dicendum est remanere improbatam opinionem prædictam Abb. & aliorum. Vltimò in visitatione Prouinciæ habet Archiepiscopus iurisdictionem in omnibus, quæ illi per Concilium Prouinciale in specie committuntur, vt notat Barbos. post alios *in cit. loc. num.* 91.

12 Non tamen potest Archiepiscopus dum visitat, iurisdictionem contentiosam exercere in subditos suffraganei, nec illis Ordines conferre, aut Dimissorias concedere, aut Chrismatis Sacramentum ministrare, vt docet Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 92. An verò Metropolitanus possit suffraganei subditum ordinare, & quid si suffraganeus recuset illum ordinare, latè Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.* 9. *cap.* 8. *num.* 45.

13 Tertiò, Archiepiscopus cognoscit inter subditos suffraganei, & in illos iurisdictionem habet, quando extirpare intendit prauam consuetudinem, qua tota Prouincia laborat, habetur *in citat. cap. Pastoralis*, *de offic. Ord. cap. extirpandas*, *cap. fin. de fil. Presb.* eamque auctoritatem habet Metropolitanus etiam extra visitationem, docent DD. *in hoc cap. Pastoralis*, præsertim Abb. *in princ.* & Felin. *num.* 7. Quarant. *loc. cit. num.* 23. *vers.* 20. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 72.

14 Quartò, Archiepiscopus iurisdictionem habet in subditos suffraganei, & cognoscit inter illos in Synodo Prouinciali, in quo indicat causas ciuiles, vel criminales, quas Clerici habent cum eorum Episcopis, iuxta *cap. si clericus* 11. *quæst.* 1. *cap.* 1. 6. *quæst.* 2. & ex Concil. Trident. *sess.* 25. *decreto de inuocat. & venerat. & Reliquijs Sanctorum, & sacris imaginibus*. Potest extirpare difficiles abusus, & decidere dubia, & graues quæstiones, quæ in Prouincia oriuntur circa inuocationem, & venerationem Reliquiarum, ac sacrarum Imaginum, dummodò non decernatur quid nouum, & inusitatum in Ecclesia. Alia, quæ potest Metropolitanus in Concilio facere, ex Concilio Trident. vide congesta apud Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc. num.* 97. An verò Archiepiscopus possit dispensare in Decretis Synodi Prouincialis, vide Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 35.

Quantum verò ad personas ipsorum suffraganeorum, 15
Metropolitanus vocat eos ad Synodum, & in illa cognoscit de licentia absentiæ illorum, & eos compellit ad residentiam, refert decisum Armend. *in addit. ad recompilat. legum*, Nauar. *lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *sub rubr. vtrum Episcopus possit se absentare à suo Episcopatu*, *num.* 5. *&* 6. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 53. *num.* 5. *in fin.* Sanctarel. *var. resolut. quæst.* 4. *num.* 7.

Quintò, Archiepiscopus potest mittere Quæstores pro 16
fabrica Ecclesiæ Metropolitanæ per Prouinciam, *cap.* 1. *de pœnit. & remiss. in* 6. quòd extendunt ad quodlibet aliud opus pium DD. relati per Barbos. *cit. loc. num.* 78. docet etiam Quarant. *eod. loc. vers.* 26. sed in hoc est aduertendum, quòd id non potest Metropolitanus authoritatiuè, cum solum possit suffraganeos, & subditos ad prædicta charitatiuè monere; his enim verbis vtitur text. hinc dicunt DD. prædicti, quod si suffraganeus, vel alius resistat Quæstoribus prædictis, Archiepiscopus non potest contra illos procedere.

Sextò, Archiepiscopus potest ad querelam Episcopi 17
suffraganei castigare Canonicos, qui absque manifesta, & rationabili causa cessarunt à diuinis Officijs in Ecclesia Cathedrali, talibus censuris, ita vt metu pœnæ talia de cætero non præsumant, notant inter authoritatem Metropolitani, Quarant. *loc. cit. num.* 23. & Barbos. *num.* 74. & alij per eos relati; verùm hæc non est iurisdictio Metropolitani iure Metropolitano, sed potius ex delegatione, vt notat glos. *in eod.* §. *cæterum*, ex illis verbis *text. Metropolitanus ad querelam ipsius tanquam super hoc delegatus à nobis, &c.*

Septimò, Archiepiscopus concedere potest Indulgen- 18
tias per totam Prouinciam, etiam extra visitationem, deciditur *in cap. penult. de pœnit. & remiss.* docet Barbos. *cit. loc. num.* 80. post multos per eum adductos, qui id Archiepiscopo concedunt, dummodò statutum generalis Concilij non excedat; statuitur enim in generali Concilio prædicto, quòd Ecclesiarum Prælati in concedendis Indulgentijs non excedant Indulgentiam dierum quadraginta, vel vnius anni in dedicatione Basilicæ, etiam si à pluribus Episcopis dedicetur, ita habetur *in cap. cùm ex eo*, *de pœnit. & remiss.*

Octauò, concedunt generaliter DD. facultatem Ar- 19
chiepiscopo interdicendi alicui officium prædicationis per totam Prouinciam, ex dispositione text. *cap. tuorum*, *de priuileg.* ita Quarant. *cit. loc. vers.* 34. Genuens. *in prax. cap.* 70. *num.* 16. Barbos. *cit. loc. num.* 81. Sed verius hæc iurisdictio non competit Archiepiscopo per totam Prouinciam generaliter, sed tantùm in delicto in prædicto text. mentionato, & cùm text. loquatur in casu particulari, non debet fieri extensio, cum simus in pœnalibus; ibi enim datur facultas Archiepiscopo interdicendi officium prædicationis ijs, qui mittunt pro colligendis eleemosynis cruce falsò signatos.

Nonò, tribuunt facultatem Archiepiscopo faciendi exu- 20
les à tota Prouincia delinquentes in sua Diœcesi, ex text. *in cap.* 2. *de arbitr.* ita *in loc. cit.* Quarant. *vers.* 39. Genuens. *num.* 17. & Barbos. *num.* 82. hæc sententia seruatur in praxi, sed non probatur ex *præcit. cap.* 2. vbi tantùm asseritur quemdam presbyterum fuisse exulatum, sed non dicitur à quo.

Decimò, Archiepiscopus potest mittere edicta per to- 21
tam Prouinciam in ijs, quæ ad suam iurisdictionem spectant, probant DD. ex *cap.* 1. *de supplend. negligent. Prælat. in* 6. quæ edicta potest ipse Metropolitanus in Prouincia per se publicari facere, vel mandare suffraganeo, vt illam affigi, & publicari faciat, & ita testatur vidisse seruari Quarant. *cit. loc. vers.* 27. Quòd si Metropolitanus transmittat suam familiam per Prouinciam pro publicandis edictis, vel aliàs pro vtendo sua iurisdictione, illaque iniurietur, ita vt impediatur iurisdictio Metropolitani, potest ipse Metropolitanus contra iniuriantes prædictos, si iniuria notoria sit, procedere, illosque punire propria auctoritate,

tate, est text. expressus in *cap.1. de pœn. in 6.* & notant supracitati DD.

22 Vndecimò, Archiepiscopus exercet iurisdictionem in subditos suffraganei in casu quo Sedes Episcopalis suffraganea vacat per mortem, excommunicationem, aut capriuitatem Episcopi, & Capitulum infra octo dies neglexit Vicarium eligere; tunc enim potest Metropolitanus Vicarium deputare, per Concil. Trident. *sess. 24. cap. 16. de reformat.* latè Pauin. *de offic. & potest. Cap. Sed. vacant. part. 1. quæst. 10. sub num. 5.* Dicam multa, cum de Vicario Capitulari, solum hìc nota, quòd si Vicarius electus per Metropolitanum, ob negligentiam Capituli, decedat, tunc Metropolitanus non potest alium deputare, nisi post decem dies, intra quos potest Capitulum eligere, quia pro prima vice tantùm amisit ius, Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num.* 101. *in fin.* Nec potest in tali casu Archiepiscopus per se exercere iurisdictionem in Ecclesia vacante, sed potest tantùm deputare Vicarium, alias nullam aliam habet iurisdictionem, quia Concil. Trident. *sess. 24. cap. 16. de reform.* decidit, solam deputationem transire, in illis verbis: *Ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur.*

23 Nota primò, quòd hæc potestas eligendi Vicarium deuoluitur ad Metropolitanum, non solum quando Capitulum nullum elegit Vicarium, sed etiam quando elegit notoriè indignum, nam Concil. Trident. postquam voluit eligendum esse Vicarium infra octo dies, illum eligi mandauit graduatum, vel alias quantum fieri potest idoneum, immediatè subiungens, *Quod si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur.*

24 Nota secundò, Metropolitanum non posse ad nutum amouere Vicarium per ipsum deputatum in defectum, & negligentiam Capituli, vt supra, ita tenet Barbos. *de canonic. & dignit. cap. 42. n. 48.* qui testatur si voluisse Sacr. Congr. Concil. *in vna Liman. 19. Septemb.* 1625.

25 Duodecimò, Archiepiscopus de iure communi potest benedicere Populum per totam Prouinciam, non solum benectione priuata, quæ datur itinerando, sed etiam benedictione solemni, quæ datur cum illis verbis, *Sit nomen Domini benedictum.* Deseruit enim hæc benedictio ad delenda venialia, habetur in *Cæremon. Episc. cap. 4.* Eodem modo potest Archiepiscopus deferre ante se Crucem per totam Prouinciam, etiam in loco exempto intra eam posito, refert ad id multa Quarant. *cit. loc. vers.* 28. Quomodo possit Archiepiscopus celebrare diuina Officia in sua Prouincia solemniter, & priuatè, ac procedere contra impedientes, vide latè apud eundem Quarant. *cit. loc. vers.* 30. *vbi vers.* 32. habetur quomodo possit vti pallio.

26 Decimotertiò, Archiepiscopus Metropolitanus vigore Concil. Trident. *sess. 23. cap. 18. de reformat.* cum duobus Episcopis suffraganeis antiquioribus potest erigere in Prouincia vnum, aut plura Collegia Seminarij ob paupertatem Ecclesiarum. Cætera quæ possit Metropolitanus in subditos suffraganeorum, vide apud Quarant. Genuens. & Barbos. *cit. loc.*

Quantum ad secundam regulam, de qua in hoc *text. cap. Pastoralis*, nempè quòd Episcopus suffraganeus eidem Archiepiscopo suo Metropolitana lege sit subiectus, notandum est in quibus protrahatur hæc subiectio legibus Metropolitanis.

Et primò, Archiepiscopus ex lege Metropolitana confirmat Episcopus suffraganeos electos, interuenit, vel committit consecrationem illorum, & vocat alios consuffraganeos ad dictam consecrationem; hæc enim authoritas indubitata est in iure, vt refert Quarant. & alij supra citati. Verùm hodie prædicta pendent à prouisione Papæ, & vt plurimum non practicatur.

27 Secundò, conferunt authoritatem DD. Metropolitano, vt possit iniungere suffraganeis, quòd seruari faciant quod in Metropoli seruatur, idque decidunt ex *cap. dilectus il 2. de simon.* ita Qarant. *cit. loc. num. 7. vers. decimum*, Genuens. *cit. cap. 7. num.* 21. Barbos. *de iur. Eccl. loc. cit. num.* 11. Sed pace tantorum virorum, opinio prædicta generaliter non probatur ex text. prædicto in quo Summus Pontifex dat formam Archiepiscopo procedendi contra recipientes, & receptos per simoniam in Monasterijs, & Religiosis locis, subdens his verbis, *Iniungens Episcopis suis vt hanc formam per suas Diœceses studeant obseruare.* Ex quibus tantùm dici potest, quòd Archiepiscopus potest mandare suffraganeis, quod seruent dispositionem prædicti text. quæ dat formam puniendi simoniacos prædictos.

28 Tertiò, Metropolitanus iurisdictionem exercet in suffraganeos; nam illos quolibet triennio cogit venire ad Synodum Prouincialem, iuxta formam Conc. Trid. *sess. 24. cap. 2. de reformat.* vbi text. Concil. vtitur verbo, *cogere*. Ex quo collige, quòd si suffraganei recusant absque rationabili causa accedere, potest Archiepiscopus illos pœnis compellere, in qua Synodo Archiepiscopus præest, vt dicit glos. *in hoc cap. Pastoralis, post med.* & ad ipsum Archiepiscopum spectat destinare locum pro Synodo prædicta, nec est relinquenda Ecclesia Metropolitana, accedentibus commoditatibus, & iustis impedimentis cessantibus, ita testatur declarasse Sacr. Congr. Concil. Leo *in thesaur. for. Eccles. part. 1. cap. 9. num. 2.* In eodem Synodo Archiepiscopus cognoscit causas tam ciuiles, quàm criminales, quas suffraganei habent cum eorum Clericis, vt diximus supra *vers. 4 Archiepiscopus.*

29 Quartò, Metropolitanus exercet iurisdictionem in suffraganeos, nam vigore Concil. Trident. *sess. 23. cap. 1. de reformat.* curare tenetur vt suffraganei resideant in eorum Ecclesijs; & si absentes fuerint, potest inquirere de illorum absentia; quòd si inuenerit illos absque legitimis causis non residere, potest fructus earum Ecclesiarum fabricæ Ecclesiæ applicare, aut locis Pijs, & crescente contumacia id totum Papæ denunciare, iuxta disposita in *cit. loc.* Concil. Trid. Extat etiam de hac materia Const. Pij IV. incip. *De salute gregis*, emanata pridie Nonas Septempris 1560. notant Quarant. *cit. loc. vers.* 11. Barbos. *de potest. Episc. part. 3. alleg. 53. num. 5. in fin.* Armend. *in addit. ad recomp. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. sub tit. verum Episcopi possunt se absentare à suis Episcopatibus, num. 5. & 6.* De pœnis Episcoporum non residentium habetur in prædicta Const. Pij IV. & in alia eiusdem incip. *In suprema*, 7. Kal. Decembris 1564. de quibus Scort. *in select. Summorum Pontificum Constit. epist. 73.* & in alia Vrbani VIII. incip. *Sancta Synodus*, 10. Decemb. 1634. de qua apud Barbos. *cit. loc. n.* 21. & apud Cherub. *in Bullar. tom. 4. in append. pag. 46.*

30 Quintò dicitur, Metropolitanum habere iurisdictionem in suffraganeum ob negligentiam ipsius suffraganei, quòd quando verùm sit, habetur ex supradictis in *vers. ex dictis collige, & seqq.* hìc solum nota nonnullos DD. dicere, à Metropolitano posse cogi suffraganeum ad faciendum id, quod tenetur facere, & deinde distinctè subdunt aliam regulam, Metropolitanum posse supplere negligentiam suffraganei, quæ distinctæ regulæ probant opinionem Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 14. & 31.* supra positam *vers. supradicta, in fin.* nempè Metropolitanum in extraiudicialibus, puta dispensationibus, licentijs, Ordinibus conferendis, & similibus posse etiam per se supplere negligentiam suffraganei, vel mandare suffraganeo quod faciat id, quod tenetur facere, quod intellige quando sumus in dubio, an suffraganeus iustè, vel iniustè denegauerit supradicta, iuxta dicta *vers. cit.* In iudicialibus verò, & in causis cognoscendis vel decidendis dicendum est vt supra *vers. ex dictis.* Quando suffraganeus fuit ter monitus, & iustitiam non ministrauit, si pars appellauit, posse Metropolitanum supplere negligentiam per se procedendo in causa, iuxta opinionem Quarant. & *Rit. Cur. Archiepisc. Neap.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 12. num.* 83.

Sextò, in causis appellationum habet Metropolitanus iurisdictionem in suffraganeos in terminis, in quibus diximus supra *vers. 1. quantum ad primum, & seqq.* hìc solùm adde, quòd Metropolitanus in causa appellationis iurisdictionem exercet in ipsam personam suffraganei ei inhibendo, vt in causa non procedat, attentata reuocet, & acta transmittat.

31 Quæstio est difficilis, an Metropolitanus sit Iudex ordinarius suffraganeorum, ita vt in quacumque causa possit contra ipsum suffraganeum procedere. Quæstio ista non procedit in causis criminalibus; de illis enim cognoscit solus Summus Pontifex contra Episcopos, quando causæ priuatione, aut depositione dignæ sunt; si verò causæ crimina-

minales sunt minores, possunt contra Episcopos per Concilium Prouinciale cognosci, & terminari, vel per deputatos à Concilio, iuxta dispositionem Sacr. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 5. de reformat.* Nec procedit quæstio in causis ciuilibus, quas ipse Episcopus actor mouere intendit contra suum subditum; in his enim causis nec Episcopus ipse, nec Metropolitanus procedit, sed eliguntur Arbitri authoritate iuris, & à sententia prædictorum Arbitrorum ad Papam appellatur omisso medio, ita Gemin. *in cap. Romana, §. ab Archidiaconis, sub num. 4. de appellat. lib. 6.* vbi etiam Franc. *sub num. 4. limit. 4.* & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. sub num. 46.* procedit solum quæstio, quando conuenitur ipse suffraganeus vt reus in causis ciuilibus. In qua quæstione tenent aliqui indubitanter Archiepiscopum esse ordinarium Iudicem omnium suorum suffraganeorum Episcoporum, tenentes hanc opinionem adducit Ricc. *in prax. Cur. Archiepisc. tom. 3. resol. 22. in princ.* vbi etiam refert text. ex quibus probatur opinio. Alij verò tenent, Metropolitanum nullam habere neque in ciuilibus Iurisdictionem contra suffraganeum, nisi illam, quæ specialiter iure Metropolitano illi in iure conceditur ratione appellationis, & legitimæ deuolutionis, probat id rationibus, & authoritatibus Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 22. quasi per tot. sed concludit num. 61. & seqq. & 91.* & hæc opinio videtur verior, & iuxta eam refert rescripsisse Sac. Congreg. sub die 31. Maij 1588. Episcopo Regien. Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 47.* Aldan. *in compend. canon. resol. lib. 1. tit. 8. num. 18.* idem Barbos. *in sum. Apost. dec. verb. Archiepiscopus, num. 12.*

Septimò, habet Metropolitanus iurisdictionem in ipsos suffraganeos Episcopos, nam potest illos compellere ad suscipiendas delegationes in causis ad eum per appellationem deuolutis, vel alias iure Metropolitico spectantibus tam pro recipiendis testibus, quàm pro alijs articulis, ita deciditur apud Seraphin. *decis.* 1212. vbi etiam notatur, quòd Archiepiscopus potest mandare, idest cogere suffraganeum, vt compellat suum subditum ad suscipiendas tales delegationes, vel ad deponendum testimonium veritatis in supradictis causis, vt etiam notatur supra *vers. habet Archiepiscopus*, Gratian. *discept. for. cap. 169. num. 12.*

32 Nota primò, quòd Archiepiscopus debet cognoscere causas appellationum ad eum deuolutas in sua propria Ciuitate, vel Diœcesi, aut in eis, à quibus appellatum erit, nisi aliud seruetur de consuetudine, nec potest ingredi Diœcesim suffraganei, vt ibi aliquid agat, vel indicet, præterquam in casibus concessis, *cap. 1. & cap. vt litigantes*, vbi glos. *in verb. expensis, de offic. Ordin. in 6.* nec potest habere Tribunal erectum in Diœcesi suffraganei pro commoditate litigantium, Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 60.* quod intellige pro causis futuris, & non existente consuetudine, *cap. 1. cit.*

33 Nota secundò, quòd Archiepiscopus potest per Prouinciam ante se deferri facere Crucem, etiam transeundo, & declinando ad dicta loca exempta, vt per glos. *in Clem. Archiepiscopo, de priuileg.* Id adeò verùm est, vt possit etiam in locis exemptis intra Prouinciam sistentibus, docet ad id multa Gratian. *discept. forens. cap. 467. in princ. & num. 29. vbi num. seqq.* concedit eidem Archiepiscopo facultatem benedicendi Populo, Missas, & diuina officia solemniter celebrandi, ac etiam vtendi Pallio, tamen sine Pontificalibus.

34 Nota tertiò, non solum ipsum Archiepiscopum in supradictis casibus, & alijs à iure concessis posse iurisdictionem exercere in suffraganeos, sed id etiam posse Vicarium generalem ipsius Archiepiscopi in negotijs ad suum officium spectantibus, ad latè tradita per Iacob. Sbroz. *de Vicar. Episcopi, quæst. 58. per tot.*

35 Nota quartò, Metropolitanum non solum posse procedere contra ipsum suffraganeum in casibus supra notatis, & alijs de iure, sed etiam contra Vicarium suffraganei, quem Archiepiscopus potest cogere, sicut & suffraganeum, quia Episcopus, & Vicarius faciunt idem Tribunal, concludunt expressè Archidiac. *in cap. 1. §. nec etiam*, vbi etiam Innocent. *de for. compet. in 6.* vnde Ricc. *in prax. 3. part. resol. 22. num. 7.* post multos per eum relatos, tenet Archiepiscopum esse ordinarium Iudicem Vicariorum generalium suffraganeorum; quod non intelligas verum generaliter, sed in illis casibus, in quibus Vicarij subsunt suffraganeo lege Metropolitana, vt diximus supra de Episcopis cum Lotter. & alijs.

Hinc asserunt nonnulli DD. Metropolitanum posse punire Vicarium generalem suffraganei delinquentem circa officium suum, ita Ricc. *cit. loc.* post Quarant. *in sum. Bull. in verb. Archiepiscopi authoritas, num. 11.* Genuens. *in prax. cap. 70. n. 2.* nouissimè Donat. Anton. de Marin. *quotid. resolut. cap. 18. n. 3.* dicens, tunc censeri Vicarium in officio delinquere, quando authoritas officij est in causa vt delinquat, vt quia fauoris prætextu, & officij colore aliquid contra ius facit, & quoties Metropolitani mandatis in casibus à quibus iure permissis non obedit, probat latè opinionem principalem Sbroz. *de offic. Vic. q. 59. lib. 2. num. 1. & 2.* vbi ita distinguit, Metropolitanum posse punire etiam censuris Vicarium suffraganei peccantem in ijs, quæ sunt iurisdictionis, secus tamen quando aliquid faceret, aut possideret tanquam priuatus, quia tunc nullam in eum haberet iurisdictionem, sequitur Gratian. *discept. for. cap. 169. num. 14.* Prædicta sententia maximæ est authoritatis ratione Doctorum illius; attamen non est tuta, proinde verius dicendum est, Metropolitanum non posse procedere, nec punire Vicarium suffraganei delinquentis in officio, nisi quando deliquit offendendo iurisdictionem Metropolitani, veluti si noluit deferre appellationi ad eum legitimè emissæ, vel illius inhibitionem spreuit; in hoc enim casu est vera opinio supracitatorum, & liberè potest Metropolitanus procedere, etiam censura contra Vicarium prædictum, secundum verum sensum *cap. 1. de offic. Vicar. in 6.* secus tamen dicendum est, nempè non esse veram opinionem prædictorum, nec posse Metropolitanum procedere contra Vicarium suffraganei delinquentem in officio alio modo, vt quia per sordes, vel perperam iudicauit, vel alia via simpliciter partibus, & iustitiæ præiudicauit, hanc sententiam acerrimè defendit Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 22. num. 100. & seqq.* vbi etiam contrarijs respondet, & Campanil. *in diuer. iur. canon. rubr. 11. cap. 23. num. 157.* qui testatur, ita declarasse Sacram Congr. super Episcopos contra Archiepiscopum Salernitanum ad fauorem Vicarij Acernensis suffraganei.

Aduerte, quòd in casu, quo Metropolitanus potest procedere contra Vicarium delinquentem, vt supra, potest censuris contra illum procedere, vt habemus ex *cit. cap. 1.* & potest etiam illum carcerari facere, & ad suas carceres asportare, prout testatur fuisse seruatum in accuratissima, & præclarissima Curia Metropolitana Capuana, Donat. Anton. de Marin. *quotid. resolut. cap. 18. num. 5. in fin.* docens carcerationem prędictam esse faciendam circumspectè, & sine ignominia. 37

Dubitatur, quibus pœnis possit Metropolitanus punire, & compellere Episcopum suffraganeum contumacem, & inobedientem in casibus supradictis, & alijs, quibus suffraganeus est subditus Metropolitano ex iure metropolitico. 38

Resp. Metropolitanum processurum contra suffraganeum ad pœnas in casibus prædictis debere seruare formam *cap. quia Pontificalia, de offic. deleg. in 6.* vt primo illi interdicatur ingressus Ecclesiæ, vel sacerdotale ministerium, deinde ab officio suspendatur, & vltimo aggrauetur censura Ecclesiastica contra eum, nisi aliter suaserit nimia contumaciæ proteruitas, siue culpa, ita text. qui hos gradus requirit ob reuerentiam sacri officij, quod exercent præditi Pontificali dignitate, voluit Genuens. *in prax. cap. 70. num. 5.* Supradicta intellige, quando in casu particulari non est statuta certa pœna contra suffraganeum inobedientem, quia tunc est procedendum cum pœna statuta particulari, vt est in suffraganeo omittente congregare Synodum, qui est suspendendum, obseruat Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. n. 27.*

Ad prædicta notandum est, quòd contra suffraganeum, contumacem, & inobedientem vt supra, potest procedere non solum ipse Metropolitanus, sed etiam eius Vicarius generalis, qui quoad iurisdictionem est superior suffraganeo, licet inferior quoad ordinem, ita glos. *in cap. proximè citando, vers. nota vlterius*, nihilominus si contra suffraganeum est procedendum ad interdictum, suspensionē, 39

vel

vel excommunicationem, id debet facere Archiepiscopus, si est præsens, ratione reuerentiæ Pontificalis officij, licet factum à Vicario teneat, disponit *cap.1. §. Officiales, de offic. ord. in 6.*

40 Nota quartò, quòd licet per suspicionem Ordinarij non deuoluatur iurisdictio ad Metropolitanum, nihilominus in casu suspicionis potest Metropolitanus cogere suffraganeum ad eligendos Arbitros, ita probat Ricc. *in decis. Cur. Archiepisc. Neap. 3. part. decis. 323. per tot. qui decis. 265. ead. part.* tenet etiam posse Metropolitanum compellere Vicarium suffraganei ad eligendum Arbitros in casu suspicionis Episcopi, & ratio est, quia suspicio Episcopi tangit Vicarium, ita glos. *in cap. si contra vnum, verb. Episcopi, de offic. deleg. in 6.* Abb. *in cap. insinuante, n. 2. de offic. deleg.* Capyc. *decis.* 137.

41 Nota quintò, quòd Archiepiscopus Metropolitanus exercet iurisdictionem in suffraganeos etiam ante receptionem Pallij, nam licet ante receptionem prædictam non possit dici verè Archiepiscopus, per *text. in cap. nisi specialis*, vbi glos. *in verb. nominis, de auct. & vsu pall.* Genuens. *in prax. cap. 71. n. 19.* id procedit quoad exercitium eorum, quæ sunt ordinis, quæ non potest exercere ante receptionem Pallij, secus quoad ea, quæ sunt iurisdictionis, *cap. suffraganeis, & cap. sicut, §. super eo, vers. præterea, de elect.* Decian. *cons. 26. num. 3. lib. 3.*

42 Aduertant suffraganei, quòd ab eis debetur Metropolitano reuerentia, & obedientia, super qua iurant, iuxta *text. in cap. dilecti, de maior. & obed.* glos. *in cap. antiqua, in verb. fidelitatis, vers. sic & suffraganei, de priuileg.* notat Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 22. num. 26.*

34 Nota sextò, Archiepiscopum non posse in Ecclesijs suorum suffraganeorum absque ipsorum licentia Pontificalia exercere, per *text. in cap. sicut vnire, de excess. Prælat.* facit text. *in cap. Pastoralis, de offic. Ord. can. nullus Primas 9. quæst. 2.* notat etiam Tamb. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 21. num. 1.* & Gratian. *disceptat. forens. supracit. cap. 468. num. 33.*

44 Nota septimò, DD. præsertim Quarant. Genuens. & Barbos. nonnullos adducere casus particulares, in quibus Metropolitanus potest supplere negligentiam suffraganei faciendo id, quòd facere debuit suffraganeus, qui recusauit, vel negligens fuit id facere, vt est, instituere præsentatum, ponere Vicarium, executioni dare vltimas voluntates, absoluere, dispensare, præstare consensum, vel licentiam, ordinare, & similia. In quibus casibus, secundum opinionem, quam supra firmauimus, quia Metropolitanus nullam habet iurisdictionem, nec in subditos suffraganei, nec in suffraganeum ipsum, nisi in ijs, in quibus specialiter in iure conceditur lege metropolitana; dicendum est non posse Metropolitanum prædicta facere de per se, nisi ea specialiter concessa sint in iure. Verùm quia nonnulla reperiuntur expressa in particulari in iure, posset de facili dubitari, si posset ea de per se exequi Metropolitanus, ideò ad tollendas difficultates, & quæstiones inter suffraganeum, & Metropolitanum, consulendum est, vt prædicta petantur primo coram suffraganeo cum debita instantia tribus petitionibus, & si adhuc suffraganeus deneget illa concedere, potest liberè à tali denegatione appellari, & tunc per appellationem iurisdictio deuoluitur ad Metropolitanum, cui si constiterit ea esse concedenda, potest per se concedere. Ratio est clara, quia proprium appellationis est suspendere, & deuoluere iurisdictionem, iuxta regulam *cap. Pastoralis, §. verum, & cap. vt debitus, de appellat. cap. Romana, §. si verò, cap. cum appellat, & cap. non solum, eod. tit. lib. 6.* Sanch. *de matr. lib. 3. disput. 28. num. 4.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 61.* & est dictum etiam supra.

45 Limitatur iurisdictio Metropolitani in suffraganeos, & illorum subditos, vt illis iurisdictionem non habeat, nec inter eos possit cognoscere. Primò per viam nullitatis absque appellatione in causis coram illis vertentibus, docet Sebast. Cæs. *in relect. de Eccles. Hierarch. part. 1. disp. 5. §. 2. num. 14.* & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 7. num. 67.* Secundò, in causis sanctæ Fidei, in quibus ob eius grauitatem ad Papam debet appellari, Pen. *direc. inquis. part. 3. comment. 31.* Genuens. *in prax. cap. 70. num. 3.* Tertiò, in concedenda restitutione in integrum aduersus sententiam suffraganei, quo in casu non potest adiri Metropolitanus, vt dictum est supra, & notant Genuens. *cit. loc. num. 7.* post Franch. *in cap. dilectus el 3. de appellat.* Quartò, in causis in prima instantia coram suffraganeo vertentibus, cui in eis non est inhibendum, nec appellationi tenetur deferre, nisi in casibus Bullæ Gregorij XIII. quæ est 24. in Bull. refert decisum Zerol. *in prax. verb. appellatio, vers. decimum.* Quintò, ad fauorem veri contumacis, cuius appellatio non est recipienda per Metropolitanum, nec inhibitio emananda, durante contumacia, ita voluit Sacr. Congreg. in decretis editis iussu Vrbani VIII. relatis per Quarant. *cit. loc. auct. 18. vers. 8. decret. vlt.* Alias limitationes vide apud Barbos. *loc. cit.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Synodus Prouincialis conuocatur quolibet triennio.*
2 *An sit in vsu conuocatio, & quæ sit praxis.*
3 *Episcopus exemptus an teneatur accedere?*
4 *Archiepiscopus an possit compellere testes subditos suffraganeo ad deponendum in causa appellationis?*
5 *Archiepiscopus an cognoscat de causa salarij, quod petitur in sua Curia?*

Celebrari mandat Sac. Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 2.* Concilium Prouinciale quolibet triennio. Sed hæc species præsertim in Italia nimirum rara est, adeò vt in hac parte decretum Conciliare penè ab aula recessisse videatur, vt Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs. 30. num. 1.* 1

Prohibita fuit Synodus Prouincialis in consulta Sacr. Congregatione, quæ aliquando, sed raro suffraganeorum informationibus prius auditis omnibusque diligenter versatis id demandare solet, Card. de Luca *vbi supra num. 5.* 2

Diebus elapsis interrogatus fuit, vtrum ad Prouinciale Concilium vocari posset Episcopus exemptus? Negatiuam opinionem suadebat, quod Episcopus exemptus censeatur esse intra prouinciam Papæ, dum à Metropolitano sit exemptus, & sub immediata protectione Papæ, qui ideò Metropolitani partes ita cum eo gerere videatur, ita Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs. 1. num. 41.* 3

Præterea requirenda videatur nedum licentia Sac. Congregationis suo conuocanda Synodo Prouinciali, verùm etiam specifica, & expressa respectu Episcopi exempti.

Accedit quod causæ appellationum ab Episcopo exempto deuoluuntur ad Episcopum vicinum iure delegationis à Sede Apostolica impetratæ pro commoditate diœcesanorum, de quo etiam mentio expressissima esset facienda, & censetur redditus Antistes odiosus. Et ex duplici capite exemptus à Metropolitano.

Archiepiscopus an possit compellere testes subditos suffraganei ad perhibendum testimonium veritatis in causis appellationum? dilegit Gratian. *discept. 169. & text. in cap. 1. §. neque de for. compet.* Sed in Regno adesse consuetudinem contrariam, ex Ventrigl. *de iurisd. Archiep. cap. 145. num. 5.* dixi in Gratian. *num. 4.* 4

Vicarius suffraganei si in officio delinquat, an possit puniri ab Archiepiscopo? Quidquid censeat Genuens. *in cap. 71. in sua prax.* Distinguendum dixi in Gratian. *n. 8.* vbi vide.

Archiepiscopus an possit in causa appellationis agere partem ad soluendum salarium Aduocato petenti in sua Curia? Ad vtramque partem edissero in Gratian. *num. 9.* 5

Alia vide penes Gratian. & ibi per me tradita.



ANNOTATIO L.

De Renunciatione Filiæ dotatæ.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. An valeat renunciatio, non præmissa certioratione. A quibus bonis, & successione excludatur filia, quæ renunciauit, & à quibus personis. An excludatur à legitima, vel paragio. Quid si renunciatio est facta metu. Quid operetur promissio renunciationis facta per maritum. Et quomodo renuncians debeat esse congruè dotata.

§. II. Vires iuramenti præstiti vi, vel dolo, aut per errorem, vel contra bonos mores, & continentis peccatum. Quos contractus non firmet iuramentum, & alia.

SVMMARIVM.

1 R*Enunciatio facta per filiam, etiam non certioratam, valet, si est iurata. Et quid si non est certiorata de viribus patrimonij, num.* 10.

2 *Filia dotata, quæ renunciauit, excluditur non solum à masculis, sed etiam ab alijs fœminis non dotatis, in casu intestati, non autem ex testamento, num.* 3. *Et an excludatur à legato ei facto à patre ante renunciationem, num.*4.

5 *Renunciatio est stricti iuris, nec continet, nisi expressa; vnde renuncians successioni patris non excluditur à successione fratris, etiam hæredis patris, num.*6. *Et renuncians bonis maternis, & fraternis non excluditur à fraternis, num.* 7. *Et an hæc renunciatio liget hæredes renunciantis præmortua renunciante patri, vel fratri, num.* 8. *Nec extenditur ad donationem inter viuos, num.*9.

10 *Renuncians an excludatur à legitima, siue paragio. Et quid quando non fuit dotata, num.* 12. *Et quid quando fuit læsa num.* 11. *Quid quando renunciatum est fauore fratrum, qui viuo patre mortui sunt, num.*13.

14 *Renuncians vni fratri, an extendatur ad alios fratres vtilitas renunciationis. Et quid de legitimatis.*

15 *Renuncians metu reuerentiali non ligatur renunciatione. Et quid de filia post mortem patris ingrediente Monasterium, num.*16.

17 *Renunciatio promissa per maritum quid operetur, & si se obligauit ad pœnam, vel interesse.*

18 *Renuncians quomodo debeat esse congruè dotata, vt excludatur vigore Consuetudinis, & Constitutionis Regni.*

ANNOTATIO L.

§. I.

Ad Text. in Cap. quamuis pactum, de pact. in 6.

IN hoc Text. Bonifacius VIII. statuit valere renunciationem factam per filiam patri, quòd esset dote contenta, nec ad bona paterna regressum haberet, si firmata est iuramento non vi, nec dolo præstito, cum hoc iuramentum non vergeat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum, tractant de hac materia renunciationis Ciuilistæ in *l. pactum dotali, C. de collat.* notant multa Couar. *in eod. cap. tom.* 1. *part.* 2. Tiraq. *in tract. de iur. primogenit. in* 12. *quæst. & quæst.* 40. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 2. *cap.* 3. Neapodan. *in Consuet. Si moriatur*, Afflict. *decis.*350. & 178. Boer. *decis.*61. Gram. *decis.* 57. 63. & 101. Franch. *decis.*67. vbi Adden. Molfes. *de renunc.* Ricc. *collect. decis. part.* 1. *collect.* 30. & quia materia excedit terminos canonicos quoad renunciationem, notanda sunt aliqua breuiter.

Nota primò, quòd adeò valet talis renunciatio, vt 1
procedat etiam si mulier renuncians non esset certiorata, nam non requiri certiorationem tenent Dominic. de S. Gemin. & Archid. *in hoc cap.* refert decisum Guid. Pap. *decis.*227. sequitur Ricc. *cit. collect.* 30. *in princip.* & licet contrarium videatur defendere Gratian. *discept. forens. cap.*858. *num.*13. post multos per eum adductos, ille tamen loquitur in renunciatione non iurata, vt ibidem apparet *num.*18. hic verò sermo est de iurata.

Nota secundò, quòd filia renuncians non habet regres- 2
sum ad bona paterna, ita dicit text. idque ampliatur, vt à bonis paternis excludatur non solum ab alijs filijs masculis, sed etiam à fœminis non dotatis, ita Paris. *cons.*26. *n.*51. *& seq. vol.* 3. Gabr. *lib.*3. *tit. de iur. dot. &c. concl.* 1. *num.*3.

Sed prædicta exclusio intelligitur in casu intestati; nam 3
si ex testamento pater vocauit filiam, quæ renunciauit ad partem hæreditatis, debet admitti; nec per fratres potest excludi, ita Bart. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Couar. *citat. loc. num.* 8. nam pater in hoc casu disponens ad fauorem filiæ prædictæ videtur tacitè iuramentum illius remisisse, & proinde filia potest petere, quòd sibi debetur ex testamento eiusdem patris, docet Felin. *in cap.* 1. *col.* 2. *in fin. vers. vnum etiam relatione dignum, n.*5. *in fin. de iureiur.* Rom. *in d. l. stipulatio, col.* 11. post Bald. *in l. vlt. col.*3. *ad fin. vers. & ideo generales renunciationes, num.*15. *C. de pact.* Gratian. *discept. forens. cap.* 302. *num.* 72. Surd. *decis.* 14. *num.* 4. Quod procedit non solum quando post factam renunciationem pater ei in testamento aliquid reliquit, sed etiam quando legatum erat factum ante renunciationem, quia non mutando testamentum voluit cum prima voluntate decedere, Aret. *in l. qui superstites, col.*5. *vers. circa secundum, de acqu. hæredit.* Crot. *in d. l. stipulatio, num.*44. *vers. secundo extenditur*, Paris. *cons.*95. *num.* 36. *lib.* 3. Surd. *d. decis.* 14. *n.* 8. voluit Rota *in vna Romana legati* 22. *Iunij* 1607. *coram D. Manzanedo, ad med.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 25. *num.*39.

Quæro, quid dicendum, an filia, cui pater aliquid le- 4
gauit in testamento, & deinde post mortem patris fuit dotata ab eius fratre hærede patris, ad cuius fauorem renunciauit cum iuramento, possit petere legatum, vel potius est præsumenda compensatio.

Resp. quando nihil fuit actum de compensatione in constitutione dotis, non esse præsumendam compensationem, & proinde prædictam sororem renunciantem posse adhuc petere legatum, ex glos. *in l. fiaal. verb. idoneam*, vbi Bald. *C. de dot. promiss.* Alex. *cons.* 7. *num.* 16. *vers. facit ad prædicta, lib.*6. Bald. Nouell. *de dot. part.*6. *priuileg.*45. *num.*2. *vers. & ideo, col.*1. quicquid contrarium teneant Gomes. *var. resolut. tit.*1. *cap.* 12. *n.*27. & Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.*10. *tit.*2. *num.* 17. quia illorum opinio est vera in casu, quo testator legans erat debitor legatarij, & legauit expressè dicendo, quòd legatarius esset contentus, & nihil aliud petere posset, quæ verba probant animum compensandi; alias enim cum non constet de tali animo, tunc non est præsumenda compensatio, Alex. *cons.*7. *num.* 16. *lib.*6. & in specie declarat Rota *in cit. Romana legati*, & voluit Bald. *in l. liberti, libertæque n.*28. *C. de oper. libert.* Ruin. *cons.* 136. *num.* 7. *lib.* 2. & ita intelligendus est etiam Surd. *cons.*267. *lib.*2. qui tenet in renunciatione comprehendi legatum factum renuncianti, quia loquitur in casu, quo constabat ex verbis amplissimis, quòd renuncians voluit etiam renunciare legato, vt etiam declarat Rot. *cit. loc.*

Nota tertiò, quòd renunciatio est stricti iuris, ita vt 5
non contineat nisi expressa, & quæ veniunt in necessariam consequentiam expressorum, Card. *cons.* 12. Calder. *cons.*5. *de præben.* Dec. 452. *num.* 21. Aymon. *cons.* 243. *num.* 6. *ad med.* vnde in ea non fit extensio de vna persona ad aliam in bonis renunciatis, neque de aliquibus boni ad alia bona, *l. si vnus, §. ante omnia*, vbi Ias. *col.* 2. *ff. de pact. l. si domus*, vbi Bart. *ff. de seruit. vrban. præd.* Alex. *cons.*4. *col.* 5. *lib.*2. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.*25.

Hinc collige primò, quòd filia, quæ renunciauit 6
succes-

successioni patris, non excluditur à successione fratris, etiam si frater remaneat hæres patris, Roman. *cons.* 168. *in princ.* Capell. Tholos. *decis.* 159. *num.* 1. Natt. *in hoc cap. quamuis*, *col.* 58. *quæst.* 5. *versic. tertiò facit*, Castr. *in l. Paulus*, *§. idem respondit*, *ff. de acqu. hæred.* Alex. *in l.* 1. *§. veteres*, *col.* 6. *vers. expressius*, *ff. eod.* Dec. *cons.* 151. *num.* 1. *vers. hoc præmisso.*

Collige secundò, si filia renunciauit bonis paternis, & maternis, adhuc non excluditur à bonis fraternis, prout docent communiter DD. *in hoc cap. quamuis*, præsertim Couar. *part.* 3. *§.* 3. *num.* 2. Guttier. *pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 80. *num.* 5. Menoch. *consil.* 160. *num.* 3. *lib.* 2. Rot. *decis.* 38. *num.* 2. *part.* 2. *in recentior.* Vasq. *de success. creat. lib.* 2. *§.* 18. *num.* 176.

8 Collige tertiò, quòd renunciatio facta per filiam, aut sororem pro se, & hæredibus ad fauorem patris, vel fratris, præmortua filia, vel sorore renunciante, filij etiam si sint hæredes renunciantis, non excluduntur à successione patris, vel fratris, prout concludunt DD. communiter *in l. qui superstitis*, *ff. de acquir. hæred.* fuit decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum in iudicando integerrimum apud Vincent. de Franch. *decis.* 67. vbi multæ adducuntur rationes, & notat Ricc. ibi in Addit. qui obseruat, quòd cùm isti filij in hoc casu veniant ex persona propria, & non ex persona matris, quia illa renunciauit, si concurrant cum patruo, quia sunt in remoriori gradu, excluduntur ab illo, qui est proximior. An, & quando matris renunciatio noceat filijs, & de pluribus quæstionibus ad hanc materiam tangentibus, vide apud Matant. *cons.* 104. Merlin. *de leg. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 11.

9 Collige quartò, quòd renunciatio bonorum paternorum, vel maternorum ex testamento, vel ab intestato facta per filiam dote contentam non excludit illam à donatione inter viuos, quia acquirere ex testamento, vel ab intestato, & acquirere ex donatione inter viuos sunt diuersa, & proindè ab vno ad aliud non fit illatio, est decisum apud Afflict. *decis.* 350. vbi Vrsill.

10 Collige quintò, renunciationem iuramento firmatam factam per filiam nuptui traditam in beneficium patris, vel alterius, quantumuis amplam renunciationem non excludere a petendo legitimam, vel supplementum legitimæ, siue supplementum paragij, fuit decisum per Sacrum Consilium Neapolitanum apud Gram. *decis.* 101. vbi plura de hac materia, & præsertim *num.* 79. dicit, non procedere opinionem, quando mulier fuit certiorata, & informata de viribus patrimonij, & iuramentum facere præsumi certiorationem, per text. *in cap. ex rescripta*, *de iureiur.* vbi glos. & Bald. *vlt. notab.* & per alios per ipsum Gram. adductos, & ratio limitationis est; nam iuri, quod ignoratur, renunciari non potest, vt probat in ijsdem terminis idem Gram. *decis.* 57. *n.* 8. & in eadem *decis.* 57. extenditur sententia in filiam, quæ renunciauit bonis maternis, vt non excludatur à petitione legitimæ in bonis aui materni, obseruat etiam Mangrell. ad Bart. *in cit. l. pactum*, & est generale, quòd filia renuncians non intelligatur renunciare legitimæ, nisi expresse renunciasset, Ias. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. solut. matr.* Boer. *decis.* 14. Quomodo renuncietur legitimæ, latè Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 24. & 25.

11 Nota quartò, controuersum esse inter DD. an stante enormi, vel enormissima læsione, possit mulier, quæ renunciauit, absolutione à iuramento obtenta, venire contra renunciationem prædictam, vide omnes pro vtraque sententia penè innumerabiles adductos per Anton. Gabr. *comm. concl. lib.* 3. *tit. de iur. dot. & dot. promiss. conclus.* 1. *num.* 5. *& seqq. vbi num.* 11. tenet sententiam affirmatiuam, nempè posse mulierem prædictam venire contra renunciationem, esse magis communem, quàm indubitanter dicit procedere, quando læsio esset nimis excessiua, vt puta si esset vltra triplum, vel quadruplum iusti pretij, vel renuncians esset minor, ita *num.* 10. Cæuall. *comm. contra com. tom.* 1. *quæst.* 105.

12 Nota quintò, addendo ad supradicta, *vers. collige quinto*, quòd dispositio huius cap. quamuis locum habeat quando filia habuit dotem à patre, secus tamen dicendum est si nullam dotem habuisset, prout notat Petr. Anchar. *in eod. cap. not.* 2. Ciuilistæ *in d. l. pactum*, Gabr. *cit. loc. num.* 23. qui alios adducit pro hac opinione. Verùm *num.* 24. tenet, quòd prædicta dispositio *cap. quamuis*, procedit etiam in muliere, quæ nihil nomine dotis à patre est consecuta, & hanc testatur esse magis communem opinionem, quæ non extenditur, vt mulier non possit petere dotem, vel alimenta, aliàs iuramentum esset vinculum iniquitatis, ita Natt. *in eod. cap. quamuis*, *col.* 8. similiter si filia fuit ab alio dotata, potest non obstante renunciatione, recurrere ad bona patris, Dec. *in l. pactum cit. de collat. num.* 8. nisi renunciauit debenti tale ius.

Nota sextò, cessare dispositionem huius *cap. quamuis*, 13
& posse renunciationem regressum habere ad bona renunciata, quando renunciauit contemplatione fratrum masculorum, si viuo patre decesserint, ita Bal. *in l. pactum in* 4. *quæst. C. de collat.* Salic. *in l. pactum*, *col.* 3. *C. de pact.* Gemin. *in eod. cap. quamuis*, *col. fin.* Alex. *cons.* 39. *col.* 3. *volu.* 3. Bertr. *cons.* 6. *volum.* 1. Gabr. *cit. loc. num.* 35. contra Guid. Pap. *quæst.* 192.

Quæro hìc, si soror renunciauit hæreditati paternæ ad 14
fauorem vnius fratris præsentis, & recipientis, an accrescat tam ipsi, quàm alijs, an sibi soli.

Resp. omnibus accrescere, nisi aliud appareat in contrarium, nempè præsumptio donationis in recipientem collatæ, *l. in ædibus*, *vers. veluti*, *ff. de dol.* docet Bald. *in d. l. pactum*, *num.* 13. *C. de collat.* qui *num.* 14. vlterius dicit, quòd si renunciatum est vni fratri, & deindè ille non vult hæreditatem paternam, talis renunciatio etiam potest prodesse extraneis hæredibus, quia propter iuramentum potest acquiri ius etiam absentibus, idem Bald. *in l. illud*, *C. sacr. Eccles.* secus tamen dicendum est si renunciatio esset facta fauore fratrum, quia non prodest fratribus postea legitimatis, ita Ruin. *cons.* 83. *col. fin. volum.* 3. Gabr. *cit. loc. num.* 39.

Nota septimò, *cap. quamuis*, non habere locum, 15
quando filia renunciauit patri ob metum reuerentialem, tunc non obstante renunciatione, regressum habet ad bona patris, docet Bart. *in l.* 1. *§. quæ oneranda*, *ff. quæ re act. non dat.* Natt. *in hoc cap. quamuis*, *col.* 11. *limit.* 11. Paul. de Castr. *in d. l. pactum*, *col.* 1. *in fin. C. de collat.* Gabr. *cit. loc. num.* 41.

Nota octauò, nec habere locum *cap. quamuis*, quan- 16
do filia, quæ renunciauit, in sæculo remansit, & post mortem patris ingressa est Monasterium; tunc enim non obstante renunciatione, Monasterium poterit petere successionem, ita Purpur. *in l. final. num.* 190. *C. de pact.* quem refert, & sequitur Gabr. *cit. loc. num.* 6.

Nota nonò, quòd vxor potest liberè recursum habere 17
ad bona renunciata per maritum, immò ipse maritus, qui promisit ratificationem renunciationis faciendam per vxorem, vel facere modis omnibus, quòd vxor renunciet; excusatur faciendo quod potest, etiam à pœna, decisum apud Afflict. *decis.* 295. Boer. *decis.* 3. *num.* 16. Rot. *in vna Anconitana pecuniaria* 27. *Iun.* 1614. quæ est impressa post Galles. *decis.* 38. immò maritus promittens ratificationem, vel renunciationem, vt supra, si fecit diligentias, ita excusatur, vt nec illi possit retardari solutio fructus dotis, vt post multos docet Gratian. *discept. forens. cap.* 726. *num.* 12. *& seqq.* qui testatur id etiam procedere, si promissio fuerit iurata. Sed intellige supradicta quando fuit simpliciter promissa ratificatio, vel renunciatio; nam si alias maritus se obligauit ad damna, & interesse, non excusatur à solutione damnorum, & interesse, sub prætextu quòd adhibuit diligentias, idem sentit idem Gratian. *cit. loc.* faciunt dicta per Amend. *ad dec. de Franch.* 67. *in princip.*

Nota decimò, quòd adhoc vt per renunciationem, de 18
qua in hoc text. filia renuncians non possit habere regressum ad bona patris, & dicatur exclusa, iuxta terminos Consuet. Neap. & Constitut. Regni, requiritur vt ipsa filia sit congruè dotata, sic etiam dicendum est de sorore, aliàs renunciatio huiusmodi, & iuramentum superindè præstitum nihil operantur, ita Gram. *decis.* 57. *num.* 12. & *decis.* 101. *num.* 14. 25. & 60. & adhuc filia non excluditur à successione patris, nisi frater ipsius offerret se paratum eidem supplere vsque ad paragium, & congruitatem legitimæ, ita consuluit Corn. *cons.* 11. *col.* 2. *volum.* 2. Neapodan. *in Consuet. contra instrumentum autem dotale*, *in glos. fin. vers. item quod si filia*, Gram. *d. decis.* 57. *n.* 13. Et dicitur congruè dotata habita ratione ad facultates tem-

pore

pote dotationis, ita vt si filia fuerit congruè dotata tempore constitutionis dotis, sed postea tempore mortis patris facultates sint auctæ, tenetur frater, si vult illam à successione patris excludere, supplere eidem secundum quantitatem bonorum tempore mortis, ita Gram. *cit. loc. num.* 14. *vbi num.* 16. tenet idem dicendum esse, si filia sit præmortua ante tempus augmenti facultatum, & hoc ius transire ad hæredes. Et quia materia hæc excedit terminos canonicos, me remitto ad Ciuilistas.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filia exclusa per renunciationem, & existentiam fratris, an defuncto fratre sine liberis succedat fratri?*

2 *Renunciatio quando est ampla.*

3 *Renunciatio facta per filiam matri, vel per sororem fratri, an illa prædecedente noceat filijs ex propria persona venientibus?*

1 Filia exclusa per renunciationem, & existentiam masculi an censeatur exclusa à successione fratris decedentis sine liberis? Distinguendum erit: Aut frater decessit viuo patre, & non excluditur. Aut post mortem patris, & hoc casu excluditur si frater decessit condito testamento. Quia adhuc si frater obtinuerit renunciationem à sorore pro se, & suis hæredibus, intelligitur pro hæredibus ex corpore quoties ab intestato decesserit, vt ex Decio *cons.* 3. Capyc. *decis.* 190. Pisanell. & alijs scripsi *in tract. de linea legal. art.* 28. *num.* 29. *&* 30. Quidquid inuoluat Andreol. *contr.* 332. *num.* 11.

2 Nisi renunciatio sit adeò ampla, vt si contigerit patrem, vel fratrem renunciatarios mori, & ab intestato, non succedat renuncians, sed venientes ab intestato de Marito ad Reuerter. *obs.* 581. dixi *d. art.* 28. *num.* 32.

3 Renunciatio hæreditatis facta per filiam matri, vel per sororem fratri suo, an obstet filijs ex propria persona venientibus, si prædecesserit renuncians? Ventrigl. refert Præs. de Franch. *decis.* 67. pro negatiua opinione, Ego fusè edissero *in obs.* & in Gratian. *cap.* 785. vbi refello Kellembenek. *in tract. de renunc. quæst.* 23. oppositum probantem si renunciatarius stipulatus sit renunciationem à renunciante pro se, & hæredibus, & qualiter sit intelligendus Kellebenk.

Renuncians bonis paternis, & maternis an possit succedere fratri in bonis à patre obuentis? Dic quòd non ex Ventrigl. sed vide quæ scripsi in Gratian. *cap.* 685. *per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum vi, vel dolo an confirmet contractum inualidum iure ciuili, discutitur* text. in cap. si verò, & cap. verùm, de iureiur. & auth. sacramenta puberum, *& notatur etiam num.* 7.

2 *Iuramentum quomodo liget enormissimè læsum.*

3 *Iuramentum vi, vel metu extortum est validum, sed relaxandum. Et relaxatio à quo præstanda, num.* 4. *Quid si quis iurauerit non contrauenire, num.* 5.

6 *Iuramentum præstitum per errorem esse nullius efficaciæ, quomodo intelligatur.*

8 *Iuramentum, quod vergit in æternæ salutis dispendium, non obligat.*

9 *Iuramentum contra bonos mores naturales non obligat, secus contra bonos mores ciuiles. Et declarantur termini clarius, num.* 20.

10 *Iuramentum confirmat donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, item donationem non insinuatam, num.* 11. *Item donationem inter virum & vxorem, num.* 12.

13 *Iuramentum an impediat allegationem exceptionis non numeratæ pecuniæ. Et an confirmet contractum alienationis rei dotalis, num.* 14. *Vel donationem minoris, num.* 15. *An pactum legis commissoriæ, num.* 16. *An donationem inter patrem, & filium, num.* 17. *An renunciationem priuilegij fori, n.* 18.

19 *Iuramentum, quod continet peccatum veniale, dicitur in dispendium salutis æternæ, declarantur verba text.*

21 *Iuramentum appositum in contractu prohibito principaliter ob publicam vtilitatem non ligat, secus si minus principaliter. Nec indiget relaxatione, n.* 22.

23 *Iuramentum de non ferendo testimonium non valet, nec de tenendo secretum priuatim commissum, si iurans deducitur in testem, num.* 24.

25 *Iuramentum, quo maritus renunciat pacto, quòd non possit conueniri vltra quam facere potest, non ligat.*

26 *Iuramentum non firmat pactum, quod debitor possit à creditore propria auctoritate capi. Et an pactum, quod quis non possit cedere bonis, num.* 27.

28 *Iuramentum an confirmet contractum simulatum, & suppleat defectum consensus. Respondetur ad* cap. debitores, de iureiur. *& declaratur, num.* 29. *&* 30.

31 *Iuramentum contra bonos mores non ligat, etiam si habeat sua requisita. Et quid si quis iurauerit non recipere Clericatum.*

32 *Iuramentum in detrimentum tertij non ligat, vnde non firmat renunciationem Macedoniani, quæ redundat in detrimentum patris.*

ANNOTATIO L.

§. II.

In eodem text. *cap. quamuis pactum de pact. in* 6. in illis verbis, *Si firmata est iuramento non vi, nec dolo præstito, cùm hoc iuramentum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.*

Nota primò, in illis primis verbis, nempè, *Non vi, nec dolo præstito*, quæ verba videntur disponere, quòd iuramentum præstitum non vi, nec dolo teneat, & obligationem inducat; hinc potest colligi argumentum à contrario sensu, si iuramentum est præstitum vi, aut dolo non tenere, nec obligationem inducere, quòd est expresè contra text. *in cap. si verò, & cap. verùm, de iureiur.* vbi apertè deciditur, quòd si iuramentum per metum extortum seruari potest sine interitu salutis æternæ, seruandum est, licèt Ecclesia possit, & soleat à tali iuramento absoluere. Occasione horum text. grauiter pugnant DD. an 1
scilicet contractus inualidus, & à iure reprobatus confirmetur iuramento præstito vi, vel metu, pro cuius quæstionis dilucidatione. Supponendum est, differre inter se contractum firmari iuramento, & non firmari, sed iuramentum obligare, donec relaxetur, prout probat Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 32. *num.* 3.

In hac igitur quæstione tenet vna sententia tale iuramentum non obligare, & proindè iurantem non teneri relaxationem, siue absolutionem petere, ita Abb. *in cap. cùm contingat, de iureiur. num.* 3. Franch. *in hoc cap. quamuis pactum, num.* 5. *&* 11. Felin. *in cap. præterea, de sponsal. num.* 35. *& cap.* 2. *num.* 2. *de iureiur.* Hippol. de Marsil. *in l. penult. num.* 75. *ff. de Quæst.* Rolan. *cons.* 10. *num.* 130. *volum.* 4. *& cons.* 2. *num.* 80. *& seq. volum.* 1. Gram. *decis.* 103. *num.* 70. Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 13. *quæst.* 2. *num.* 12. & alij.

Aliam verò sententiam, nempe iuramentum appositum in contractibus aliàs à iure approbatis, & inualidis, & metu graui extortum obligationem inducere, & indigere relaxatione, siue absolutione, tenent Archid. *in hoc cap. quamuis pactum, num.* 1. Bald. *in cap.* 2. *de iureiur. n.* 1. *& in l. pactum dotali, num.* 1. *quæst.* 1. *C. de coll.* Card. *in cap. cùm contingat, cit. num.* 1. vbi etiam Imol. *num.* 3. Afflict. *decis.* 322. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 394. *num.* 10. *&* 11. Couar. *in* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 3. §. 5. *num.* 2. *& in hoc cap. quamuis pactum,* 3. *part.* §. 4. *num.* 2. Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 3. *num.* 12. *&* 13. Guttier. *de iuram.* 1. *part. cap.* 37. *num.* 19. Seraphin. *de priuileg. iur. priuileg.* 110. *num.* 8.

image
not
available

in l. si quis pro eo, *col.* 3. *verſ. tertiò dixi*, *ff. de fideiuſſor.* Bald. Nouell. *in tract. de dot. 7. part. princ. in vlt. limit. ad primum ſpeciale*, vbi etiam ampliando dicit tale iuramentum tranſire ad hæredes mulieris, Angel. Imol. & alij *in l. qui ſuperſtitis*, *ff. de acqu. hæredit.*

15 Collige ſextò, donationem factam à minore ſine auctoritate Curatoris, & decreto Iudicis iure ciuili improbati, nihilominus ſi confirmetur iuramento, tenet *auth. ſacramenta puberum*, *ſi aduer. vend.* quia iuramentum ſupplet defectum ætatis, vt obſeruant *in eadem auth.* DD. communiter, præſertim Bart. Bald. *in cap.* 1. *§. item ſacramenta*, *num.* 3. & Afflict. *num.* 44. *de pact. iur. ſir.* Curt. Sen. *conſ.* 43. *num.* 29. & eſt commune, vt teſtatur Corn. *conſ.* 72. *num.* 1. *lib.* 3. & etiam ſuprapoſita ratione, quia hoc iuramentum ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ.

16 Collige ſeptimò, pactum legis commiſſoriæ eſſe à iure ciuili improbatum, nihilominus iuramento confirmatur, *cap. ſignificante*, *de pignor.* quia tale iuramentum non eſt contra bonos mores naturales, vel canonicos, & ſine periculo animæ ſeruari poteſt, Valer. *diff. vtriuſque iur. verb. iuramentum*, *diff.* 9. *num.* 2. *ad fin.*

17 Collige octauò, quòd licèt donatio inter patrem, & filium valere non poſſit iure ciuili; cùm id, quod filius acquirit ex bonis paternis, patri acquiratur, cum ſit peculium profectitium, *l. placet*, *de acquir. hæred. l.* 1. *ff. ſi à par. quis fuer. manumiſſ.* & *l. cum oportet*, *in prin. de bon. quæ lib.* & *Inſt. per quas perſon. nobis acquir. in princ.* Bald. *in l.* 2. *num.* 1. *ff. de inoff. don.* nihilominus ſi tali donationi acceſſerit iuramentum, valet, nec amplius conſideratur ius patriæ poteſtatis, quæ eſt inducta à iure ciuili, & hoc eadem ratione, quia iuramentum poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, docet Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 21. *tit.* 8. *num.* 42.

18 Collige nonò, quòd licèt alias quis non poſſit renunciare priuilegio fori; nihilominus ſi tali renunciationi acceſſerit iuramentum eſt ſeruandum, quia in hoc caſu iuramentum ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, docet Alex. *conſ.* 89. *num.* 5. *lib.* 7. hoc tamen intellige, quando quis renunciat priuilegio particulari, non autem ſi renunciat priuilegio inducto in fauorem Vniuerſitatis.

19 Quæro hìc, quid ſignificent illa verba text. videlicet, *Cum hoc iuramentum non vergat in æterna ſalutis diſpendium?*

Reſp. verbum illud, *diſpendium*, idem ſignificare, ac præiudicium, ſiue detrimentum, non autem iacturam, ita vt non ſolùm iuramentum, cuius obſeruantia continet peccatum mortale, non eſt ſeruandum, ſed etiam quando continet peccatum veniale; quia peccatum veniale affert detrimentum, & præiudicium ſaluti æternæ, ita declarat Georg. Natt. *in hoc cap. quamuis*, 7. *not. n.* 34. & ibi etiam Archid. *ad fin. in verb. æternæ ſalutis*, Franch. *num.* 12. & alij, aduertit Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib.* 21. *tit.* 8. *n.* 37. *verſ. ſecundo reſpondeo.*

20 Idque ampliant primò DD. dicendo iuramentum redundare in diſpendium ſalutis æternæ, nec eſſe ſeruandum, quoties iuratur, quòd in ſe eſt iniuſtum, vel turpe, & quotieſcumque iuramentum repugnat bonis moribus, iuxta terminos *cap. non eſt obligatorium*, *de regul. iur. in* 6. & *cap. quanto*, *de iureiur.* quòd vt notatum eſt ſupra, intellige, quando iuramentum eſt contra bonos mores naturales, non autem ciuiles, explicat Couar. *de pact.* 3. *part. in princ. num.* 1. Minchaca *de ſucceſſ. creat.* §. 28. *num.* 9. & alij.

21 Ampliant ſecundò, iuramentum non eſſe obligatorium, ac poſſe dici in diſpendium ſalutis æternæ, vel ſaltem contra bonos mores, quando eſt appoſitum in contractu prohibito principaliter ob publicam vtilitatem, & fauorem, *cap. ſignificante*, *de pignor.* & *cap.* 1. & *cap. debitores*, *de iureiur.* Bart. *in l. ſi quis pro eo*, *num.* 10. *ff. de fideiuſſor.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 26. *tit.* 2. *num.* 27. ſecus ſi contractus prohibeatur principaliter ob priuatam vtilitatem, & fauorem, & minus principaliter ob publicam vtilitatem, vt clarè patebit inferius.

22 Nota, quòd in his caſibus iuramentum adeò non eſt obligatorium, ſed inualidum vt ſecundum aliquorum opinionem non indigeat relaxatione, & iurans propria auctoritate poſſit illi contrauenire, reſoluit Couar. *in hoc cap. quamuis* 2. *part. in princ. num.* 3. *in fin.* Abb. *in cap. cum contingat*, *de iureiur. num.* 22. Maſcard. *de probat. volum.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 48. & probatur *ex cap. ſi diligenti*, *de for. comp.* ſed in praxi petitur relaxatio.

Ex dictis collige primò, quòd ſi teſtis iurauerit nolle teſtimonium ferre, & nullo modo adduci poſſe vt ſuper hoc teſtificetur, non obſtante tali iuramento, eſt cogendus teſtimonium ferre, & propria auctoritate poteſt huic iuramento repugnare; nam iuramentum eſt temere prolatum, nec poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ, cum agatur de veritate celanda, *cap. quiſquis* 11. *quæſt.* 3. *cap. ſicut noſtris*, *de iureiur. cap. intimauit*, & *cap. peruenit*, *de teſtib.* Specul. *in tit. de teſte*, *verſ. ſed quod*, Abb. *in d. cap. peruenit.* idque firmatur etiam alia ratione: quòd cum ferre teſtimonium ſit munus publicum, ad quod etiam inuitus quis compellitur, non poteſt aliquis iuri publico derogare, etiam intercedente iuramento, *cap. ſi diligenti*, *de for. comp.* Abb. *in cap. intimauit*, *de teſtib. in princ.* licet ſecundum Caſiſtas peccet temerè iurando. 23

Collige ſecundò, quòd ſi quis iuramento promiſit alicui non reuelare ſecretum ſibi priuatim commiſſum, ſi producatur in teſtem, teneri illud detegere, eadem ſuprapoſita ratione: & vlterius, quia aut cogitauit iſtum caſum quando iurauit, & illicitum fuit iuramentum, vt dictum eſt *verſ. præced.* & ideò non eſt ſeruandum, *cap.* 4. *de iureiur.* aut non cogitauit iſtum caſum, & ad illum non extenditur iuramentum, *cap. humanæ aures* 22. *quæſt.* 5. Innoc. *in cap. qualiter*, & *quando*, *de accuſat. il* 1. Abb. *in cap. intimauit*, *de teſtib. in princip.* & *in cap. ſi Sacerdos*, *de offic. ordin. col.* 2. Id tamen fallit, & non procedit in Sacerdote confeſſario producto in teſtem contra reum criminis, qui non obſtante ſcientia in confeſſione, poteſt dicere ſe nihil ſcire, nam quod ſcit, ſcit vt Deus, & vt Deus non producitur in teſtem, ſed vt homo, & tanquam homo ignorat illud, ſuper quo producitur, text. eſt in *cap. dilectus*, *de exceſſ. Prælat.* & *in cap. omnis*, *de pœnit.* & *remiſſ.* Abb. *loc. vlt. cit.* 24

Collige tertiò certum eſſe in iure, maritum non poſſe renunciare priuilegio, ne conueniatur vltra quam facere poteſt, iuxta diſpoſita *in l. alia*, *§. eleganter*, *ff. ſolut. matrim.* vbi Bart. *in princ.* dicit hoc priuilegium concedi viro ob reuerentiam ei debitam ab vxore; ſi igitur pacto renunciaretur tali priuilegio, in effectu contineret, quòd mulier poſſet venire contra debitam reuerentiam, quod pactum tanquam repugnans bonis moribus, valere non debet, *l. pacta, quæ contra*, *C. de pact.* concludunt DD. communiter in *d. l. alia*, *§. eleganter*. Vnde etiam ſi confirmetur iuramento, non valet, nec eſt obligatorium, immò iurans propria authoritate poteſt illud non ſeruare, quia repugnat bonis moribus, & etiam quia in hac renunciatione iurata mulier peccat mortaliter, quia venit contra bonos mores naturales, & maritus adimplendo videtur conſentire delicto vxoris, & conſequenter iuramentum dicetur in diſpendium ſalutis æternæ, & proinde nulla indigere relaxatione, probat Barboſ. *ſolut. matr. in d. l. alia*, *§. eleganter*, *num.* 34. *verſ. ex communi*. Contra Capell. Tholoſ. *quæſt.* 258. vbi habetur talem renunciationem cum iuramento non valere, ſed maritum teneri petere relaxationem. 25

Collige quartò, non valere pactum iuramentum, quòd creditor poſſit capere debitorem propria authoritate, quia per tale pactum nimis infringitur libertas, & committitur delictum carceris priuati, *l. vnic. C. de carcer. priuat.* docet Barboſ. *cit. loc. num.* 42. 26

Collige quintò, pactum, quòd quis non poſſit cedere bonis, ſed debeat perpetuo manere in carcere, donec integrum debitum ſoluat, non valere, quia inducit quandam ſpeciem ſeruitutis; vnde prædicto pacto non obſtante, poterit quis cedendo bonis, ab eo ſe liberare, iuxta *l.* 1. *C. qui bon. ceder. poſſ.* docet Bald. *in d. l.* 1. *num.* 9. ratio adducitur, quia talis renunciatio tollit miſericordiam, & conſequenter repugnat bonis moribus, ita Felin. *in cap. ſi diligenti*, *de for. comp.* Iaſ. *in l. penult. num.* 11. *in fin. C. de pact.* Gulielm. *in cap. Raynutius*, *verb. qui cum alia*, *num.* 134. *de teſtam.* quod adeò verùm eſt, vt ſi prædicto pacto accedat iuramentum, adhuc non teneat, & iuramentum non ſit ſeruandum, quia renunciatio prædicta 27

liber-

libertatem restringit, *l. Titia centum, §. Titia 2. de condit. & demonstrat.* Bart. *in l. frater à fratre, num. 36. eod. titul. de condit. & demonstr.* & libertas est publica res, non priuata, *l. si quis rogatus, 52. ff. de fideicommiss. libert.* sed iuramentum repugnans volitati publicæ seruandum non est, *l. iuris gentium, §. si paciscar, ff. de pact. cap. si diligenti, de for. comp.* Immò reouociatio prædicta repugnat bonis moribus, vt tenet Felin. *in cap. si diligenti, num. 16.* nam repugnat charitati, & affectui humanitatis insito in pectoribus hominum, ergo tale iuramentum repugnans charitati, & bonis moribus non debet esse obligatorium, & hanc opinionem tenet Rot. *decis. 176. & decis. 210. in antiq. aliàs decis. 31. de re ind. in antiq. & decis. 4. de renun. in antiq.* Bero. *q. 133. num. 5.* Couar. *resol. lib. 2. cap. 1. n. 7. ad fin.* Thesaur. *decis. Pedemont. 35. num. 4.* licet alij, quos refert Thesaur. *decis. Pedemont. 36. num. 4.* teneant contrarium, nam contra prædictos est verior, & probabilior opinio.

28 Controuersum est in hac materia, an iuramentum confirmet contractum simulatum. Pro vtraque sententia sunt diuisi DD. ita vt vtraque iudicetur communis, ita Cæuall. *commun. contra commun. quæst. 804.* ipse verò testatur veriorem, & magis receptam esse sententiam illorum, qui defendunt iuramentum non firmare contractum simulatum, secundum quam opinionem testatur iudicasse oculatissimum Sacrum Consilium Neapolitanum, Afflict. *decis. 60.* sequitur Gratian. *discept. forens. cap. 255. n. 28.* qui tenet, quòd iuramentum non operatur, vt non possit opponi huiusmodi exceptio simulationis; & ratio adducitur, quia licet iuramentum suppleat defectum solemnitatis, non tamen supplet defectum deficientiæ formalis, & veri consensus iurantis, quem consensum excludit simulatio, ita Cæuall. *cit. loc. num. 9.* sicut idem dicimus in simili, iuramentum supplere defectum solemnitatis in minore, non tamen supplere defectum falsæ causæ; vnde contractus venditionis factus à minore cum falsa causa non conualidatur iuramento. Et ratio est, quia minor videtur ex illa causa motus, & si causa est falsa, non adest consensus, & iuramentum non supplet consensum, docent Dec. *cons. 403. col. penult. vers. secundo ad iuramentum*, Aymon. *cons. 144. num. 16. & 17.* Paul. de Castr. *cons. 122. in nouis*, Put. *decis. 204. lib. 3. num. 4. & seqq.*

29 Contra supra firmatam conclusionem fortiter viget *text. in c. debitores, de iureiur.* vbi Alex. III. determinauit cogendos esse iurantes soluendo vsuras, reddere domino iuramentum; licet cum vsuræ solutæ fuerint, sint compellendi creditores ad eas restituendas; & licet solutio vsuræ non sit peccatum, vt tenet *gloss. fin. in eod. text.* tamen negari non potest, quòd soluens vsuras dat occasionem peccandi, & consentit in delicto vsuræ, & sic peccat, *cap. 1. de offic. deleg.* & iuramentum reprobatur non solum quando continet peccatum, sed etiam quando potest esse occasio peccati, iuxta dicta per Abb. *in cap. cum contingat, num. 22. vers. item iuramentum, de iureiur.* sequitur Mantic. *de tacit. & ambigu. conuent. lib. 13. tit. 41. num. 11. vers. vnde etiam.*

Resp. quòd accipiens mutuum à parato mutuare sub vsuris non peccat, quia non dat occasionem vsurario peccandi, sed ipse ex propria malitia eam arripit; nam mutuum petens magis vellet gratis accipere, & licet vsurarius peccet, tamen licuit mutuum accipienti, eius peccato vti ad bonum, idest ad succurrendum propriæ necessitati suæ, vel alterius, D. Thom. 2. 2. *quæst. 78. art. 4.*

Obijcies, verùm esse, quòd petens mutuum sub vsuris non peccet ob prædictam rationem, tamen postea soluendo videtur peccare, quia consentit in delicto vsurarij, *cap. 1. de offic. deleg.*

Respondet huic obiectioni Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 246. ad fin.* & vltra prædictam responsionem, potest dici, quòd obiectio viget si ille, qui soluit vsuras, soluit ea intentione, vt solutum remaneret irreuocabiliter penes vsurarium, secus tamen dicendum est quando quis vsuram soluit, non prædicta intentione, sed vt Deo redderet iuramentum. Vnde post solutionem, & satisfactionem iuramenti potest id, quod soluit repetere tanquam indebitum, vt in prædicto text.

30 Ex dictis nota, quòd si quis iuraret in tali casu non repetere vsuras solutas, vel non petere relaxationem iuramenti, non teneretur iuramentum seruare, quia consentiret peccato alterius, & sic iuramentum redundaret in dispendium salutis æternæ, notant D. Thom. *cit. loc. q. 89. art. 7. ad 3.* Couar. *in hoc cap. quamuis, 2. part. §. 3. num. 2.*

31 Sed aduertendum est, quòd quando dictum est supra, iuramentum, quod præiudicat saluti æternæ, vel est contra bonos mores, non est obligatorium; intelligitur, etiam si iuramentum habeat sua requisita, nempè veritatem, iudicium, & iustitiam, vt diximus supra: nam si illa omnia non habeat, iuramentum non ligat, etiam si possit seruari sine dispendio salutis æternæ, nec sit contra bonos mores. Vnde si quis iurauerit non fieri Clericum, vel Episcopum, non tenetur obseruare hoc iuramentum, quamuis in eo obseruando nullum vertatur peccatum, quia deest comes iustitia, *cap. 1. 83. dist.*

32 Vltimo nota ad illa verba *text. Nec redundet in alterius detrimentum*, quòd iuramentum, quod redundat in alterius detrimentum, non est obligatorium. Hinc filiusfamilias, qui se obligauit ex mutuo renuncians expressè Macedoniano cum iuramento, non ligatur iuramento, quia cum contractus mutui inferat læsionem tertio, idest patri, non potest iuramento confirmari, etiam post mortem patris, quia secundum regulas iuris ea, quæ ab initio irrita, & nulla sunt, tractu temporis non conualescunt. & hanc opinionem dicit esse veriorem, & tenendam in iudicando, & consulendo, Cæuall. *comm. cont. comm. quæst. 776.* secundum quam sententiauit iustissimus Senatus Neapolitanus apud Gram. *decis. 12.* de Graff. *tract. de except. except. 27.* vbi latè, Amendol. ad Franch. *decis. 477. num. penult.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

Vide Andreol. *controuers. 134. & controuers. 240.*

ANNOTATIO LI.

De rescindenda venditione ob læsionem.

ARGVMENTVM.

Notatur, quibus remedijs succurratur læsus. An læsio rescindat permutationem Beneficiorum, & an locationem, diuisionem, vel transactionem factam ab vna Ecclesia alteri, vel donationem. Quæ læsio rescindat venditionem. Et de quo tempore sit computando hæc læsio. Quomodo probetur. Et quibus in casibus non rescindat contractus. Et alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *VEnditor succurritur remedio* cap. cum dilecti. de empt. & vend. & l. 2. de resc. vend. *etiam si sit læsus vltra dimidiam in vno nummo. Et an recuperet fructus, vel interesse, num. 2.*

3 *Remedium* cap. cum dilecti, de empt. & vendit. & l. 2. de resc. vend. *habet locum in omnibus contractibus bonæ fidei, etiam deductis in stipulatione. In permutatione, num. 4.*

5 *Permutatio Beneficiorum an rescindatur sub prætextu læsionis vltra dimidiam, latè.*

6 *Locatio an rescindatur sub prætextu læsionis. Et quid si locatio sit finita, an competat remedium* l. 2. *num. 7. Quid in locatione operarum, num. 8.*

ANNOTATIO LI.

§. VNIC.

Ad Textum in Cap. cum dilecti, de empt, & vendit,

IN hoc Text, Alexand. III. statuit emptionem factam, in qua venditor deceptus est vltra dimidiam iusti pretij, valere: sed tenere emptorem vel pretium iustum supplere, vel venditionem rescindere, & tenetur venditor, si in iudicio intendit conuenire emptorem, petere alternatiuè vel supplementum iusti pretij, vel rescissionem venditionis, ita vt si alterutrum præcisè petat, succumbat. De hac materia extat solemnis text, ciuilis in *l. 2. C. de resc. vend.* vbi Ciuilistæ omnes, Couar. *var. resolut. lib.2. cap.3. & 4.* Anton, Gabr. *commun. conclus. lib. 3. de empt. & vendit. concl.* 1. Mascard. *de probat, concl.* 961. *2. vol.* Azor. *in sum. C. de resc. vend.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *in glos.*18. Fabian. *de empt. & vend.* latè Pinell. *in d. l. 2.* Ricc. *collect. dec. part.* 4. *collect.* 881. Thor. *in compend. dec. c. verb. electio est emptoris, fol.* 176. Hæc materia est communis inter Ciuilistas, ideò hic notanda sunt aliqua breuiter.

1 Nota primò, quòd venditor potest vti beneficio huius text. petendo supplementum pretij, vel rescissionem contractus, quando deceptus est vltra dimidium iusti pretij, etiam si deceptus sit vltra dimidiam prædictam in vno nummo, aduertunt DD. *in cit. l.2.* præsertim Bald. *col.* 7. *vers. sed nunquid,* Salyc. *col.*1. Felin. *in cap. causam, col.*1. *de testib.* Alex. *cons.*107. *col.*3. *ad* 4. Abb. *in cap. cum causa, 2. notab. & col.*10. *hoc tit. de empt. & vend.*

2 Nota secundò, controuersum esse apud DD. an emptor conuentus remedio huius text, ad supplendum iustum pretium, vel ad restitutionem rei, rescisso contractu, si eligat rem restituere, teneatur etiam restituere fructus; vel si eligat supplere iustum pretium, teneatur ad interesse, & communior sententia videtur inclinare in illam partem, quòd in primo casu non teneatur ad restitutionem fructuum, & in secundo nec teneatur ad interesse, de qua re extant duæ *decis. de Franch. videlicet* 495. & 496. quam opinionem declarat, ampliat, & limitat Ricc. *cit. collect.*881. vbi latissimè dicta per Consil. Ann. *cons.* 24. *vol.*1. & per Reg. de Ponte *cons.* 28. *vol.* 1. nouissimè elaboratissimus Thor, *cit. loc. col.* 2. *vers.*2.

Nota tertiò, dispositionem huius text. quòd læsus vltra dimidiam iusti pretij habeat regressum, vel ad supplementum iusti pretij, vel ad rescissionem contractus ad arbitrium Rei, procedit non solum in contractu emptionis, & venditionis, sed etiam in omnibus contractibus bonæ fidei, ita aduertit Bart. *in cit. l. 2, C. de resc. vend. col.* 1. *vers. quid in alijs contractibus,* & ibi etiam Bald. 7. *opposit. col.*4. *vers. tertiò quæro,* Salyc. *col.*3. *vers. quæro quartò,* Ias. *in l. de quibus, num.* 29. *ff. de leg.* qui testatur de communi, & in *l. si quis cum alter, num.* 18. *ff. de verb. oblig.* Guid. Pap. *singul.*736. Quod ampliatur, etiam si contractus bonæ fidei deductus sit in stipulationem, ad dicta per Bart. *loc. cit. col.*2. *vers. quæro quid si contractus,* & Imol. *in hoc cap. dilecti,* & sequitur Gabr. *cit. loc. num.*20. 3

Hinc dispositionem prędictam habere locum in contractu permutationis probatur ex *l. si quis cum aliter, de verb. obligat.* permutatio enim sine fraude fieri debet, *cap. 1. de rer. permut. lib.6.* & iura subueniunt deceptis in permutatione, *cap. cum vniuersorum, eod. tit. cit.* notat de Bott. ad Bart. *in cit. l.2. de resc. vend. vers. rem maioris.* 4

Dubium potest esse in hac materia, an dispositio huius text. habeat locum in permutatione Beneficiorum, ita vt si vnus ex permutantibus sit læsus vltra dimidiam possit supplementum petere, vel rescissionem permutationis. 5

Et ad dubitationem videtur respondendum affirmatiuè, nempè prædictam dispositionem procedere in permutatione Beneficiorum, ita vt si vnus ex permutantibus sit læsus vltra dimidiam, possit petere, vel rescissionem permutationis, vel supplementum, siue æqualitatem; & hoc ea potissimum ratione, quia in hac permutatione ratione tantæ læsionis dicitur interuenire dolus re ipsa, & dolus, ac fraus patrocinari nemini debet, alias pro hac opinione rationes adducit Ricc. *in prax. 2. part. resol.*463. *in princ.* multum ad hoc faciunt dicta per Lotter. *de re benefic. lib.2. quæst.*15. *num,*101. tenenr hanc opinionem, nempè permutationem prædictam esse rescindendam, Calder. *cons.* 4. *de rer. permut.* & alij, quos refert, & sequitur Arius Pinel. *in d. l. 2. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. vbi etiam respondet fundamentis, quæ in contrarium possent adduci.

Prædicta opinio est probabilis, sed contraria est communior, nempè permutationem Beneficiorum ratione læsionis quoad fructus, & inæqualitatem illorum non esse rescindendam, sed valere, ea potissimum ratione, quia in his permutationibus non attenditur vtilitas permutantium, sed Ecclesiarum, ita Ricc. *cit. loc. num.* 7. *& seqq.* vbi respondet contrarijs, in hanc etiam sententiam videtur inclinare Ioan. Nicol. Gimont. *in suo Enchirid. de Benefic. tit.*5. *cap.*5. *num.*7. vbi tenet, quòd si nil aliud mali addatur tali permutationi, quam inæqualitas Beneficiorum, licet in illa videatur aliqua præsumptio fraudis, cum non sit, præsumendum, quem Beneficium pingue, quod habet, cum tenui velle permutare, nec res suas iactare velle, *cap. super hoc, de renunc.* illam valere, nec sufficere solam prædictam probationem inæqualitatis: quia fieri potest aliquem pingue Beneficium habens id aliquando contemplationem alicuius, vel gratia amicitiæ forsan cum tenui velle permutare, ita Gimont. prædictus, & secundum hanc opinionem fuit iudicatum annis elapsis per Curiam Archiepiscopalem Capuanam in causa permutationis factæ inter D. Iulium Panebianco, & D. Cæsarem Mazzia Capuanos, eademque sententia fuit confirmata in secunda instantia per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam vigore Delegationis Apostolicæ, contra mea scripta, quibus tunc conabar læsum defendere, ea ratione, quia in illa permutatione non solum interuenerat dolus re ipsa proueniens ex inæqualitate Beneficiorum, sed etiam ex proposito; nam vnus ex permutantibus, qui prius habebat Beneficium tenue, adhoc vt induceret socium ad credendum Beneficium esse æquiualentis redditus, alterauit affectatè locationem bonorum Beneficij vltra solitum, quibus adhuc non obstantibus, fuit absolutus conuentus ab impetitis per Actorem prætendentem læsionem, & redire ad suum Beneficium.

Habet etiam locum dispositio huius text. & dispositio *l.2. C. de resc. vend.* in locatione, ita Bald. *in d. l. col.* 4. 6
versic.

verſic. tertiò quæro, & Salyc. *col.3. verſ. quartò quære*, & Paul. de Caſtr. *col. penult. in 3. quæſit.* Anton. de But. *in hoc cap. cum dilecti*, vbi etiam Imol. *col. penult.* Gabr. *lib.3. de empt. & vend. concl.1. num.30.* Notatum eſt in terminis locationis bonorum Eccleſiæ quomodo ſuccurratur Eccleſia læſa remedio *l. 2. cit.* & remedio reſtitutionis in integrum, ſupra ad *text. in cap. ad audientiam, de reb. Eccl. alien. vel non, num. 10. & 11. Annot. 40.*

7 Ampliatur ſupradicta ſententia, vt diſpoſitio buius *text. & l.2. cit.* habeat locum in locatione, etiam ſi locatio fuiſſet finita, prout latè concludit Pinell. *in d. l. 2. part. 1.* quem refert, & ſequitur Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.185. num.1. & cap.777. num. 11.* contra Dec. *conſ. 573. num. 8.* qui voluit contrarium, quaſi tunc effectus fuerit conſummatus, cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. eius, qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.*

8 Limitatur tamen ſupradicta ſententia, vt diſpoſitio huius *text. & cit. l. 2.* non habeat locum in locatione operarum, in qua non eſt conſideranda læſio, cum illarum eſtimatio emanet ab illis, qui locant operas, quarum non eſt vniformis valor; nam plerumque robur hominis, ætas, temporiſque opportunitas naturalem cauſam operarum mutat, *l. ſi non fortem, §. libertus, ad med.* & ibi gloſ. *in verb. robur, de cond. indeb. l. penult.* & ibi gloſ. *in verb. fabriles, ff. de præſcript. verb. l. nemo eſt, qui neſciat*, & ibi gloſ. *in verb. eaſdem de duob. reis*, Corn. *conſ. 257. num.6. lib.4.* & in terminis ita concludit Rot. coram R. P. D. Orano *Romana mercedis 23. Ianuarij* 1591.

9 Controuerſum eſt inter DD. an diſpoſitio buius *text. & cit. l. 2.* locum habeat in diuiſione. Tres refert opiniones de Franc. *deciſ. 675.* vbi caſus non fuit deciſus; ſed inter opiniones prædictas illa videtur communior, quòd talis diſpoſitio habeat locum in diuiſione, ita tenet Bald. *in d. l. 2. col.4. verſ. tertio quære*, & Salyc. *col. 3. verſ. quartò quære*, & alij, quos refert, & ſequitur Gabr. *lib.3. de empt. & vendit. concl.1. num. 25.* Ricc. *ad d. deciſ. de Franch.* licet contrarium teneat in *collect. 1. part. collect. 8. circa med.* Facchin. *lib. 8. controuer. iur. ver. ſed alia, cap. 36.* Ludouiſ. *deciſ.496. num.7.*

10 Controuerſum eſt etiam inter DD. an diſpoſitio huius *text. & l. 2.* habeat locum in tranſactione; ita vt tranſactio poſſit reſcindi ſub prætextu læſionis. Tenentes vtramque ſententiam refert Gabr. *lib. 3. de empt. & vendit. concl.1. num.68.* ipſe verò cum alij videtur concordare pugnantes opiniones, vt tunc reſcindatur tranſactio virtute læſionis, quando læſio eſt maxima, ſecus tamen quando læſio eſt modica, conſiderato tamen dubio litis euentu, & pro hac opinione quod poſſit agi contra tranſactionem ſub prætextu magnæ læſionis, videtur ſentire Seraphin. *deciſ.638. num.4. & deciſ.895. in princ.* Rot. *diuerſ. part.1. deciſ.222. num.6. & part. 2. deciſ.235. in princip. & ſeq.* Caualer. *deciſ. 644. num. 1. & 2.* Farinac. *deciſ. nouiter nouiſſ. 221. num.13.* qui dicit, quòd læſio eſt attendenda iuxta tempus tranſactionis: & hæc ſententia ſine dubitatione procedit in minore tranſigente læſo enormiter, iuxta dicta per Gabr. *cit. loc. num. 73.*

11 Nota quartò, quòd diſpoſitio huius *text. & l. 2.* habet locum etiam quando vna Eccleſia emit ab alia Eccleſia, & hic eſt proprius caſus huius text. cuius deciſio procedit etiam quando Eccleſia vendens ſcit fuiſſe læſam, quia Prælatus vendens non habet poteſtatem vendendi, etiam ſcienter cum damno Eccleſiæ, ita Genuenſ. *pract. Eccl. q. 126. in fin.*

Nota quintò, dubiam eſſe in iure ſententiam, an diſpoſitio huius *text. & l. 2. citat.* locum habeat in venditione facta ſub haſta. DD. pro vtraque ſententia adducit Gabr. *cit. loc. num.61. & ſeqq.* tamen veriorem eſſe ſententiam tenentium, quòd in dicta venditione facta ſub haſta per Officialem habeant locum huius *text. & l. 2.* diſpoſitiones, ſecus in venditione facta ſub haſta à domino, tenet idem Gabr. *cit. loc. num.62.* teſtatur etiam Pinel. *in d. l. 2. n. 25.* vbi Cagnol. *num.161.* Card. Seraph. *deciſ.148. n.1. part.2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.460. num.30.* Idque ampliatur vt prædictæ diſpoſitiones habeant locum in venditione facta ſub haſta, data ſolum læſione in ſexta parte, iuxta doctrinam Bart. *in l. ſi duo ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſoc.* Vrſill. ad Afflict. *deciſ.340.* idque in Eccleſia procedere indubitatè docet Genuenſ. *cit. loc. num. 6.*

12 Nota ſextò, diſpoſitionem huius *text. & l. 2. cit.* non habere locum in venditione, ſeu conceſſione ſtabilium, in quibus poſt emptionem fuit repertus theſaurus; nam venditor non poteſt petere ab emptore ſupplementum pretij, vel reſciſſionem contractus, habito reſpectu ad valorem theſauri, docet Gabr. *cit. loc. num. 111.* Idque ampliatur etiam ſi emptor, vel emphyteota ſciuerit, & venditor, ſiue concedens neſciuerit ante conceſſionem, ſiue venditionem in fundo eſſe theſaurum reconditum, quaſi emptor, vel emphyteota non habeat theſaurum ex emptione, ſeu ex vi contractus emphyteutici, ſed ex ratione inuentionis, & ſic ex cauſa, & titulo diuerſo, Valaſ. *de emphyt. q.15. num.5. & 6.* poſt Roman. *in l. ſi quis cum aliter, de verb. obligat.* Iaſ. *in l.3. §. Neratius, num.8. de acq. poſſ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.453. n.26.*

13 Nota ſeptimò, quòd licet geminatio multum operetur, *l. Baliſta, ff. ad Trebell.* Corſett. *de verbor. geminat.* tamen geminatio conſenſus non tollit remedium huius *text. & d. l. 2.* nam geminatio non attenditur, quando ratificatur actus nullus, ita Menoch. *conſ. 918. num. 24. & ſeqq. lib.10.* Aymon. *conſ. 114.* de Bott. ad Bart. *in d. l. 2. ad verb. rem maioris*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 824. num.59.*

14 Nec etiam habet locum diſpoſitio huius *text. & l. 2. cit.* quando venditor ſciebat verum valorem rei venditæ; tunc enim non poteſt petere reſciſſionem contractus, vel ſupplementum pretij, ita docet Bart. *in d. l. 2. col. pen. verſ. quæro quid ſi dictum eſt*, & Bald. *col. 5. verſ. quartò quæro*, & Salycet. *col. 4. verſ. ſeptimò quære*, & Paul. de Caſtr. *col. 2. in 2. concl.* Azoc. *in ſum. C. de reſc. vend. col.1. verſ. quid niſi dixerit*, Pariſ. *conſ.128. col. pen. vol.1.* Gabr. *ſup. cit. loc. num. 98.* Hæc enim ſcientia probatur, quando in inſtrumento adeſt clauſula, *Ex certa ſcientia*, Mantic. *conſ. 82. col. 2.* vel ex alijs coniecturis, docet Bald. in *d. l. 2. verſ. ſextò quæro*, Gabr. *cit. loc. n.101.* In dubio verò præſumitur potius ignorantia ſtante læſione vltra dimidiam, ita Bald. *cit. loc.* Abb. & Imol. *in cap. penult. col.1. de empt. & vendit.* Alex. *conſ. 1. col. 1. vol. 6.* ſimiliter præſumitur ignorantia, etiam ſi appareant coniecturæ in contrarium, in minore, ruſtico, vel muliere, in quibus præſumitur potius ſimplicitas, quam animi deliberatio, ita Gabr. poſt alios per ipſum citatos *ſupradict. loc. num.* 104.

15 Eodem modo ſi in inſtrumento venditionis venditor dedit, & donauit illud, quòd plus valebat, non poteſt aliquid petere ſub prætextu læſioni vltra dimidiam, ſi habebat ſcientiam veri valoris rei venditæ; ſi verò ignorabat, vel ſumus in dubio, & tunc poteſt vti remedio huius text. ita Gab. *cit. loc. num. 52.* qui licet loquatur generaliter non facta diſtinctione ignorantiæ, vel ſcientiæ in caſu prædicto, eſt tamen intelligendus ſecundum hanc diſtinctionem, vt latè docent Cæuall. *commun. contr. commun. q.112. per tot.* & Boer. *deciſ.142. per tot. qui in fin.* dat cautelam, vt in inſtrumento venditionis apponantur hæc verba: *Qui quidem ſciens valorem rei prædictæ cum ſuis iuribus, & pertinen. & plus valere, ac pretium aſcendere prædictum, illud totum, & quidquid plus valet, quantumcumq; ſit, ſiue magnum, ſiue paruum ex ſua certa ſcientia, & non aliquo ductus errore eidem emptori tanquam benemerito dedit, & donauit purè, & liberè, ac ſimpliciter, etiam ſi excederet dimidiam iuſti pretij*, quam clauſulam operare, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit venditor valorem rei, ait Boer. *cit. loc.* Eodem modo operantur illa verba, *Si plus valet, donat*, ſi in inſtrumento fuerint repetita, ſecundum eundem Boer. quem etiam ſequitur Gabr. *cit. loc. num.55.* qui alios citat, & declarat *num.56.* Prædicta verba habere prædictum effectum, quando principaliter ſunt poſita in inſtrumento, ſecus ſi incidenter, Pariſ. *conſ. 128. num. 33. vol. 1.*

16 Nota octauò, quòd non ſolum venditor quando vendit læſus vltra dimidiam, ſed etiam emptor quando emit læſus vltra dimidiam poteſt petere reſtitutionem pretij excedentis, vel reſciſſionem contractus, iuxta terminos huius *text. & l. 2. cit.* ita docet *gloſ. 1. in cap. cum cauſa, verſic. & ſic etiam, eod. tit. de empt. & vendit.* vbi etiam Imol. *col.12.* Bart. *in cit. l. 2. verſ. quæro ſecundo*, vbi etiam Bald. *verſ.16.* & alij, Abb. *in hoc cap. cum dilecti, notab. 2.*

17 Nota nonò, remedium huius text. non habere locum in ſimplici donatione, Aymon. *conſ.* 414. *num.* 12. quòd non procedit in donatione ob cauſam; in ea enim habito reſpectu ad cauſam donationis, poſſe peti reſciſſionem, vel ſupplementum, iuxta terminos huius *text.* & *l.* 2. *cit.* docet Gabr. *cit. loc. num.* 46. poſt Aymon. per eum adductum.

18 Controuerſum eſt in hac materia, an diſpoſitio huius *text.* & *l.* 2. *cit.* habeat locum in venditione facta authoritate, & decreto Iudicis, in quo caſu DD. pro vtraque ſententia adducit Gabr. *cit. loc. num.* 57. & *ſeqq.* nihilominus illa videtur ſecurior opinio, quòd etiam in venditione facta decreto Iudicis poſſit peti reſciſſio, vel ſupplementum pretij, ſtante læſione, ſeruata diſpoſitione huius *text.* & *l.* 2. *prædicta*, quia licet decretum Iudicis magnam faciat præſumptionem contra læſionem, tamen læſione euidentiſſimè probata, cedere debet præſumptio veritati, latè docet Grat. *conſ.* 5. *col.* 2. *vol.* 2. DD. pro hac ſententia adducit Gabr. *cit. loc. num.* 60. *verſic.* & *propterea*, & quotidie videmus ſeruari in praxi; nam Eccleſia, cuius bona non poſſunt vendi ſine Iudicis decreto, læſa agit contra venditionem vigore huius diſpoſitionis, & idem practicatur in venditionibus ſub haſta, in quibus ſolet interuenire decretum.

19 Controuerſum eſt etiam in eadem materia, an remedium huius *text.* & *citat. l.* 2. locum habeat re non tradita, & licet vtraque opinio iudicetur communis, affirmatiua tamen, nempè quod prædictum remedium procedat re adhuc non tradita, habetur pro magis communi, vt refert Cæuall. *com. cont. com. q.* 510. *verſ. ſed contra*, vbi cumulat DD. & rationes pro hac ſententia.

20 An autem quis poſſit venire contra contractum iuratum remedio huius *text.* & *cit. l.* 2. vide Gabr. *cit. loc. num.* 78. & *ſeqq.* vbi fusè diſcutitur quæſtio, & notata per me ſupra ad *text. in cap. quamuis pactum, de pact. in* 6. §. 2. *num.* 2. *Annot.* 50. vbi firmatum eſt, enormiſſimè læſum adhoc vt poſſit contra inſtrumentum iuratum venire, teneri petere relaxationem à iuramento, antequam agat, Abb. *in cap. cum cauſa, num.* 13. *eod. tit. de empt.* & *vend.*

21 Quando remedium huius *text.* & *cit. l.* 2. poſſit intentari contra tertium poſſeſſorem, vide latè Couar. *var. reſol. libr.* 2. *cap.* 23. *num.* 10. & poſt eum Cæuall. *com. cont. com. quæſt.* 443. qui tenent, quòd ſi tertius poſſeſſor habuit rem à primo emptore titulo lucratiuo, vel cum eodem titulo læſionis, & primus emptor non eſt ſoluendo, ex æquitate prædictum remedium competit contra tertium poſſeſſorem, ſecus tamen eſt ſi ſecundus emptor emit iuſto pretio; tunc enim non eſt agendum contra tertium poſſeſſorem prædictum, niſi in caſu, quo tertius poſſeſſor emit iuſto pretio, ſciens vitium rei; nam tunc etiam poteſt agi contra tertium poſſeſſorem remedio huius text. ſi primus emptor non eſt ſoluendo, ita Couar. & Cæuall. *cit. loc.* qui alios adducunt.

22 Quid autem ſit dicendum, quando res eſt perempta, & non extat? Reſp. Canoniſtas in hoc *cap. cum dilecti*, tenere venditorem poſſe remedio huius *cap.* agere ad pretium, quia cum in hoc caſu obligatio emptoris ſit alternatiua ad rem, vel ad pretium, re perempta manet obligatio quoad pretium, text. eſt in *l. emptione, de verb. oblig.* Nihilominus alij communiter diſtinguunt, aut res perempta eſt penes emptorem ſine illius culpa, & venditor non poteſt agere nec ad integrum iuſtum pretium; aut res perempta eſt penes ſecundum emptorem ſine illius culpa, qui tamen primo emptori ſoluerat iuſtum pretium, & tunc primus emptor omnino tenetur ad integrum pretium; è contra verò ſi emptor emendo deceptus eſt vltra dimidiam iuſti pretij, & penes ipſum res eſt perempta ſine ſua culpa, venditor tenetur reſtituere quod pluris iuſto pretio accepit, & ad id conueniri poteſt, quia licet res ſit perempta, loco tamen illius venditor pretium habet, ita diſtinguit Couar. *cit. loc. cap.* 4. *ſub num.* 14. quem ſequitur Cæuall. *cit. loc. num.* 3. & *ſeqq.* Alios caſus, in quibus detur, vel denegetur remedium huius *text.* & *cit. l.* 2. vide apud DD. *in ead. l.* & idem Gabr. *loc. cit.* Add. ad Bart. *in d. l.* 2. Ricc. *collect.* 81. *part.* 1. Couar. & alios citatos.

23 Nota decimò, modum cognoſcendi læſionem vltra dimidiam, quem ponit Abb. *in hoc cap. num.* 2. procedere tam ex parte emptoris, quàm venditoris, videlicet in emptore, qui tunc dicitur læſus vltra dimidiam, quando res, quæ valebat 10. emit vltra 20. In venditore, qui tunc dicitur læſus vltra dimidiam, quando res, quæ valebat 10. vendidit pro quatuor, eodem modo computatur etiam per Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. qui teſtatur, hunc eſſe modum communem, & practicabiliorem, licet alios referat contrarios.

24 Ad cognoſcendam enim hanc læſionem eſt attendendum iuſtum pretium rei habito reſpectu ad tempus celebrati contractus, non autem ad tempus anterius, vel poſterius; non eſt tamen neceſſario attendendus dies præciſus celebrati contractus, ſed tempus circa diem contractus per aliquot dies, vel menſes ante, & poſt, & ita DD. communiter aduertunt in *cit. l.* 2. & notat Gabr. *cit. loc. n.* 47. Idque non ſolum procedit in rebus profanis, ſed etiam in Eccleſiaſticis; Eccleſia enim, quæ prætendit læſionem, tenetur illam probare tempore contractus, ita Cald. *conſ.* 5. *tit. de rer. permut.* Iaſ. *conſ.* 57. *vol.* 1. non enim ſequitur, res hodie eſt tanti redditus, ergo olim etiam fuit, ita Alex. *conſ.* 77. *ad fin. num.* 20. *vol.* 1. quam quidem eſſe communem opinionem etiam Canoniſtarum tam in rebus Eccleſiæ, quàm profanis, docet Guid. Pap. *deciſ.* 157.

25 Sed aduerte, quòd ad cognoſcendam prædictam læſionem non attenditur tempus contractus, ſed tempus ſolutionis, quando illa differtur in tempus futurum, dubiumq; exiſtit, an ſolutionis tempore res ſit minus, vel plus valitura, & venditor non erat alias venditurus tempore contractus pro valore tunc currente, & hæc eſt bona limitatio ad communem opinionem præcedentem, probatur ex *cap. ciuitate*, & *cap. fin. de vſur.* vbi Ab. 2. *notab. num.* 3. Cagnol. *in d. l.* 2. *nu.* 213. *ad fin.* Veron. *de ſimulat. contract. in* 2. *præſumpt. num.* 28.

26 Aduerte etiam, quòd in prædicta conſideratione pretij tempore contractus, eſt habenda ratio oneris appoſiti in ipſa re, puta retrouenditionis, & ſimilium, Paul. de Caſtr. *d. l.* 2. *poſt num.* 55. *verſ.* 4. *limit.* Gabr. *cit. loc. num.* 51. qui alios citat, nam ſecundum veram opinionem, & communem res minus valet ex tali onere, ita Tiraquell. *de retract. conuent. in præfat. num.* 20. Cagnol. *in l.* 2. *num.* 53. *C. de pact. inter empt.* & *vend.* Abb. *in cap. in aliquibus, de decim.* quicquid aliud dicat *Add.* 1. *ad Abb. eod. loc.* Similiter eſt habenda ratio de canone, & ſeruitutibus debitis à re, quia prædicta faciunt ſemper rem minus æſtimari, & ſunt pars pretij, Cagnol. *in l.* 2. *num.* 243. *C. de reſc. vend.* Boer. *conſ.* 30. *num.* 8. Oſaſch. *deciſ.* 91. *n.* 10. Menoch. *conſ.* 258. *nu.* 30. *lib.* 4. cum alijs per Card. Mantic. *de tacit.* & *ambig. conu. tit.* 20. *lib.* 4. *num.* 37. & 38. prout idem dicimus de qualitate venditoris implicati ære alieno, ac pluribus debitus, quæ diminuunt valorem pretij, vt in *deciſ. Spoletana prædij, coram D. Pamphilio* 27. *Iunij* 1614. iuxta diſpoſitionem *l. cum, quis*, §. *melior, de in diem adiect.* Bart. *in l.* 1. §. *ſi hæres*, *n.* 3. vbi Rip. *n.* 28. *ad Trebell.*

27 Altercantur DD. in hac materia, an ad cognoſcendam læſionem prædictam ſit attendendum iuſtum pretium commune, an autem ſingulare; & quòd ſit attendendum iuſtum pretium commune, videtur frequentius apud Ciuiliſtas, quos adducit Gabr. *cit. loc. n.* 50. Verùm Canoniſtæ amplectuntur ſententiam, quod ſit attendendum iuſtum pretium ſingulare, & hæc videtur æquior ſententia, quam tenet Imol. *in cap. cum cauſa, col.* 11. *de empt.* & *vendit.* Ioan. Andr. *in tit. de empt.* & *vendit. in vlt. addit.* Mag. Anton. de Butr. *in cap. cum Ioannes*, per illum *text. de fid. inſtrum.* Fallit tamen hæc ſecunda opinio, quando pretium ſingulare eſſet affectionis, quod non debet attendi, *l. pretia rerum, ad leg. falcid. cap.* 1. *de empt.* & *vendit.* Couar. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 4. Valaſc. *conſult.* 43. *num.* 13. latè Maſcard. *concl.* 657. *n.* 6.

28 Quomodo ſit probanda læſio in his terminis, & *d. l.* 2. Quomodo debeant deponere teſtes de pretio, & valore rei, & quibus teſtibus, vel inſtrumentis ſtandum ſit, vide latè tradita per Maſcard. *concluſ.* 961. & latius, ac accuratius per Gratian. *diſcept. for. cap.* 461.

29 Nota vltimò, quòd finitur, & preſcribitur remedium huius *cap. cum dilecti*, & ſæpius *cit. l.* 2. *de reſc. vend.* ſpatio triginta annorum, vt per Cagnol. *in ead. l. nu.* 194. Pinell. *ibid. in* 2. *p. c.* 1. *n.* 26. Seraph. *dec.* 602. *n.* 11. Grat. *diſcept. for. c.* 777. *num.* 12. Verùm quia hæc materia eſt ciuilis, & apud Ciuiliſtas reperitur ſatis diffuſa, ad illos me remitto.

OBSER-

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *LAeſio in locatione qualiter conſideretur?*

COnductor finita conductione an poſſit agere ex remedio *l. 2. C. de reſcind. vendit.* dixi in Gratian. *cap.* 185. vbi alia.

ANNOTATIO LII.

De Electione Sepulturæ.

ARGVMENTVM.

Notatur, quis valeat ſepulturam eligere; & quam, & in qua Eccleſia. Et quis non poſſit electionem prædictam facere. Electione non facta, vbi ſepeliendum cadauer. Semel facta electio, quando poſsit, vel non poſsit mutari. Hæc electio quomodo probetur. De pœnis inducentium ad eligendam ſepulturam voto, iuramento, vel promiſsione. De reuocatione huius electionis. Et alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *SEpulturam poteſt quiſquis ſibi eligere etiam extra Patriam, num. 2. Quid ſi eligat ſepeliri in ſepulchro alieno, quis debeat conſentire, num. 3. Et quid ſi ſint plures Patroni, num. 4. Et quid ſi Patronus diſſentiat, an dicatur quis deceſſiſſe ſine electione ſepultura, num. 5.*

6 *Sepulturam, quando poſſit eligere filiusfamilias, & quando mulier, num. 7. Et quid de Nouitio, num. 8. Vel de Epiſcopo, vel Abbate, num. 9.*

10 *Sepultura electio extra Parochiam non poteſt impediri per Parochum, immo ſi Parochus vocatus recuſet accedere ad ſepeliendum cadauer, poteſt ſepeliri ſine illo.*

11 *Sepulturam an poſſit ſibi eligere impubes, & quis dicatur talis. Et quid poſt factum puberem, n. 12. Et an pater pro eo, n. 13. Et an ſit ſepeliendus in ſepultura electa à patre, ſi factus eſt pubes, n. 14. Quid de filio emancipato, n. 15. Et an poſſit mater pro filio, n. 15. & 16. Vel dominus pro ſeruo, n. 17. Et an poſt mortem filij, vel ſerui, n. 18.*

19 *Sepulturam non poſſunt eligere Regulares profeſſi. Et quid ſi decedant extra Monaſterium. Nec Vniuerſitas pro ciuibus, n. 20. Nec alij omnes, qui carent Eccleſiaſtica ſepultura, n. 21.*

22 *Sepulturam non poteſt eligere frater pro fratre minore, auus pro nepote, tutor pro pupillo, & amicus pro amico.*

23 *Sepultura non electa, vbi ſepeliendum ſit cadauer. Et vbi non habentes propriam ſepulturam, n. 26. Et vbi vagi, & peregrini, n. 27.*

24 *Capitulum Neapolitanum laudatur.*

25 *Expoſiti vbi ſint ſepeliendi.*

28 *Sepultura electio quando confirmetur voto, iuramento, vel pacto. Et quid ſi facta eſt ad alterius ſuaſionem, num. 29. Et an poſſit committi alterius voluntati, num. 30.*

31 *Sepultura electio an poſſit mutari. Et quid ſi fuerit iuramento firmata, num. 32. Et quid veniente noua cauſa, num. 33. Et quid ſi eligens ad ſalutem redierit, num. 34.*

35 *Sepultura electione facta ex inductione, qua pœna puniatur inducens, num. 36. & 37. Et quando excuſetur, num. 38. 39. & 40. Et quas pœnas incurrant laici, num. 41. Et an Nouitij, num. 42. Et an Parochus, num. 43. An reſtitutio cadaueris ſit facienda ante omnia, num. 44.*

45 *Sepultura electio quomodo probetur.*

46 *Sepulturam non eligens, ſed mandans non ſepeliri, vel ſepeliri ſine pompa an ſit audiendus. Et hæres contrafaciens an incurrat pœnas.*

47 *Sepultura an poſſit eligi in Eccleſia Monialium.*

ANNOTATIO LII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. 1. de ſepult. in 6.

HIc Bonifacius Papa VIII. diſponit quid ſeruandum in electione ſepulturæ, prohibens pactum de ſepultura eligenda, & mandans, quòd non obſtante pacto de ſepultura eligenda, vel electa non mutanda, ſepeliendus ſit quis vbi aliàs erat de iure ſepeliendus, aliàs ſepultus cum omnibus obuentionibus occaſione prædicta reſtituendus ſit, & hoc ſeruari præcipit ſub pœna interdicti Eccleſiæ, & Cæmeterij, prout latius in text. de qua materia extat & alius *tit. in Decretalib.* vbi DD. omnes, & habetur *in can. vnaquæque 3. §. è contra Adam* 13. *quæſt.* 2. *can. dictum* 1. *quæſt.* 1. tractant etiam Ciuiliſtæ *in l. ſunt perſonæ, & tot. tit. ff. de relig. & ſump. funer. & in l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* extant particulares Tractatus, præſertim Sebaſt. Medic. *de ſepult.* Petr. de Vald. *de can. part. cap.* 6. Perez de Lara *de anniuer. & capell. lib.* 1. *cap.* 25. Bellet. *diſquiſit. cleric.* 1. *part. de cler. debit.* §. 3. *num.* 9. *& ſeqq.* Ricc. *in prax.* 3. *part. reſol.* 570. *& ſeqq.* Lauor. *var. elucub. tit.* 2. *cap.* 11. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10. *& in ſum. Apoſt. deciſ. verb. ſepultura, & poteſt. Paroch. cap.* 26. Nouat. *Lucer. Regul. verb. ſepultura*, Marant. 2. *tom. controuerſ. reſponſ.* 14. Vulp. *in prax. cap.* 10. Macerat. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol. fin. caſ.* 59. Fulc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 25. Genuenſ. *in prax. cap.* 61. Bonac. & alij.

Nota primò, ex illis verbis text. ibi, *Sepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent*, vnicuique licitum eſſe ſibi eligere ſepulturam ei benè viſam, cùm id ſit actus propriæ voluntatis, vt habemus *ex cit. can. vnaquæque, & cap. cum liberum, de ſepult. cap.* 1. *& cap. de vxore, eod. tit.* & eſt commune, ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina, dummodò habeat debitam ætatem, & à iure non prohibeatur, Lauor. *cit. loc. num.* 1. 1

Ampliatur primò ſuprapoſita ſententia communis, vt liberè quis poſſit ſibi eligere ſepulturam etiam extra propriam Patriam, in diuerſa, & remota prouincia, idque probatur exemplo Redemptoris Noſtri Ieſu Chriſti, qui natus eſt in Betheleem, educatus in Nazaret, & ſepultus fuit in Hieruſalem in ſepulchro Ioſeph, & habetur *in cit. cap.* 1. *vbi gloſ. verb. alienam*, & obſeruat Bellet. *cit. loc. num.* 13. 2

Sed hic aduerte, quòd ſi quis eligat ſepeliri extra Patriam, vel etiam in Patria, ſed in alieno ſepulchro, non debet ibi ſepeliri, niſi conſentientibus Patronis ſepulchri, quia quod noſtrum eſt, abſque facto noſtro auferri à nobis non poteſt, *l. id, quod noſtrum, ff. de regul. iur.* notat Sebaſt. Med. *de ſepult. cap.* 9. *num.* 4. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10. & in hac materia non dicitur Patronus Rector Eccleſiæ, vel Superior Regularis, ſed ille, cui per Rectorem, vel Regulares facta eſt conceſſio ſepulturæ; vnde in ſupradicto caſu prædictus Patronus, vel eius ſucceſſores ſunt requirendi pro licentia prædicta, ſine qua Rector, vel Regulares in prædictis ſepulturis aliquem ſepelire non poſſunt; & hoc de iure eſt, quod in fundo, in quo quis habet vſum, non poteſt dominus inhabitare inuito vſufructuario, *l. ſi hæres, §. fin. ff. de vſufruct. & habit.* Quod tamen limitatur, ſi Patroni eſſent extincti; tunc enim Rector Eccleſiæ, vel Regulares poſſent non ſolùm ibidem alium mortuum ſepelire, ſed etiam ſepulchrum alteri concedere; quia mortuo vſufructuario, ille vſus redit ad proprietarium liberè, *l. penult. C. de vſufruct.* ita Sebaſt. Med. *loc. cit. quæſt.* 18. *num.* 3. Limitatur etiam ſi fieret cauſa neceſſitatis, Lauor. *var. elucubr. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 36. poſt Abb. & Roman. locis per eum adductis. 3

4 Dubi-

4 Dubitatur primò, quid dicendum, si sint plures Patroni, an omnes debeant consentire, vel an sufficiat maior pars, adhoc vt cadauer illius qui elegit sepulturam in alieno sepulchro, possit ibidem sepeliri.

Resp. non sufficere partem maiorem, sed omnes consentire debere, adhoc vt quis in tali sepulchro alieno sepeliri possit, text. est ad literam *in l. si plures, ff. de relig. & sumptib. funer. &c.* tenet Medic. *cit. loc. num. 5.*

5 Dubitatur secundò, an qui decessit facta electione sepulturæ alterius Patroni, dicatur decessisse non facta electione, si Patronus deneget consensum, nec intendat admittere cadauer ad eius sepulturam.

Resp. sine dubio prædictum dici decessisse sine electione sepulturæ stante prædicto dissensu; nam idem est aliquid non esse factum, & nulliter factum; & quod nulliter factum est, inducatur non factum, argumento eorum, quæ habentur *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Parif. *consil. 95. num. 11. lib. 1.* contrarium dicendum esset, si accederet Episcopi, vel Rectoris Ecclesiæ dispensatio, qui possunt illam concedere in casu necessitatis, etiam inuito Patrono sepulturæ, docet Bonac. *tom. 2. de contract. disp. 3. quæst. 21. punct. 3. num. 4.*

6 Ampliatur secundò principalis suprapositæ sententia, vt etiam filiusfamilias possit sibi eligere sepulturam, *cit. can. vnaquaque, §. exemplo 13. quæst. 2.* Imol. *in cap. ex parte, de restit. spoliat. num. 6.* Cuman. *in l. tam is, §. filiusfamilias, num. 5. ff. de donat. mort. causa*, quomodò sit pubes, & habeat liberum arbitrium, *cap. 1. de sepult. & cap. licèt, hoc eod. tit. & lib. 6.* Molin. *de iustit. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 214.* Layman. *Theolog. moral. lib. 3. de iust. tract. 5. cap. 12. quæst. 3. n. 5.* & hoc etiam si sit minor viginti quinque annis, Imol. *cit. loc. n. 6.* Bellet. *disquis. cler. part. 1. de cler. defunct. §. 3. n. 14.* dommodò non sit minor quatuordecim, vt dicemus infetius. Quodque indubitatè procedit in filio emancipato, dicit Cuman. *cit. loc.* & alij, quos refert, & sequitur Medic. *cit. loc. 1. part. quæst. 8. n. 19.*

7 Ampliatur tertiò, vt etiam mulier possit sibi eligere sepulturam, adhuc viuente eius viro, cùm electio prædicta ad eum statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri, *cap. de vxore, hoc tit. de sepult.* docet Medic. *cit. loc. quæst. 8. num. 10.* Bellet. *disquis. cler. part. 1. de cler. defunct. §. 3. num. 15.* Vbi sit sepelienda Vxor, quando non elegit sibi sepulchrum, & quid quando habuit plures Viros, vide adnotata ad *cap. vnaquaque 13. quæst. 2. supra annot. 25.* Lauor. *var. elucub. tit. 2. cap. 11. num. 130. & seqq.*

8 Ampliatur quartò, vt etiam Nouitius possit sibi eligere sepulturam, etiam extra Monasterium, & in alia Ecclesia, quia cùm hic possit viuus discedere à Monasterio, & ad sæculum redire, id etiam debet illi permitti in morte, disponit *cap. cum consuluisti, & cap. tractaumus, de Regul.* & aduertit Sebast. Medic. *1. part. quæst. 8. num. 18.* contra Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 11. num. 10.* qui *num. 99.* videtur contra ipsum sentire. Quòd si Nouitius habeat bona patrimonialia, est sepeliendus expensis bonorum patrimonialium, secus si nulla habeat bona; vnde Monasterium, quod tenetur restituere bona Nouitiæ defunctæ ante professionem, potest sibi retinere expensas funeris, est indubitatum, & docet Medic. *de sepult. 2. part. q. 4. n. vlt.*

9 Ampliatur quintò, vt Episcopus possit sibi eligere sepulturam etiam extra Ecclesiam suam Cathedralem, & in alia, habemus ex *cap. benè 12. quæst. 2. cap. Apostolicæ, de donat.* glos. *in cap. vbicumque 13. quæst. 2.* Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 11. num. 60.* vbi aduertit, quòd si Episcopus eligit sepeliri extra Prouinciam, Capitulum Cathedralis non tenetur ad expensas. Idque etiam in Abbate non recognoscente Superiorem, nisi Papam, etiam si Regularis sit, qui potest sibi eligere sepulturam etiam extra Monasterium, quia ille habet velle, & nolle, *cap. si Religiosus, de elect.* quod limitat Medic. *cit. loc. 1. part. quæst. 8. n. 12. ad fin.* in Abbate deposito, vel qui renunciauit Abbatiæ, vt non sepeliatur in sepultura electa, quia inspicitur tempus mortis, secus de alio Abbate Regulari, Lauor. *var. elucub. cit. loc. num. 91.*

10 Ampliatur sextò, vt electio sepulturæ liberè facta adeò sit exequenda, & sepeliendum corpus in sepultura electa, vt Parochus non possit illam impedire sub prætextu quòd sit extra Ecclesiam Parochialem, quia liberum est vnicuique eligere sepulturam in quacumque Ecclesia relicta Parochia, quæ aliud non potest prætendere, nisi funalura, est commune, & indubitatum. Hinc Sac. Congreg. Rit. procurante V. I. D. D. Iosepho de Natale mihi beneuolentissimo, Canonico, & maiori Pœnitentiario Metropolitanæ Ecclesiæ Capuanæ meritissimo, decreuit Parochum loci Casapullæ Capuanæ Diœcesis non posse prohibere Fundatori, & successoribus de prædicta familia de Natale ius sepulturæ in Ecclesia per ipsos de Natale ædificata in loco prædicto, reseruata quarta funerali eidem Parocho. Imò si Parochus prædictus vocatus accedere, vel licentiam dare recuset licitum esse sepeliri corpora in dicta Ecclesia absque illius licentia, ita Sac. Congreg. prædicta duabus declarationibus, vna sub die 31. Martij 1629. & altera sub die 22. Decembris eiusdem anni, quas declarationes vidi oculatim in forma authentica, dum tanquam vouus ex visitatoribus interfui visitationibus prædictæ Ecclesiæ, illasque refert Alphons. de Leon. *de offic. Capell. part. 1. quæst. 2. sect. 1. num. 7. & 8.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 22. & seq. & in sum. Apost. decis. verb. sepultura, num. 11.* Id etiam si electio fiat in Ecclesia Regulari, Lauor. *cit. loc. num. 22.*

Suprapositæ regula, quòd vnusquisque possit sibi eligere 11
sepulturam, cùm sit pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non potest, *l. 1. C. de sacros. Eccl. cap. 2. quæst. 2.* Limitatur primò in impubere; impubes enim non potest sibi eligere sepulturam, nisi impubes esset, in quo malitia suppleret ætatem, quia tunc posset, deciditur in hoc text. *cap. 1. de sepultur. in 6.* & obseruat Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 10. sub num. 27.* post Lap. Iul. Lauor. Sperell. & alios per eum relatos, & est commune. Quod dubitatur in hoc casu, est, quis dicatur impubes in his terminis. Rationem dubitandi affert opinio Sebast. Medic. *cit. tract. de sepult. quæst. 8. num. 19. 1. part.* vbi afferit, filiumfamilias posse sibi eligere sepulturam post decimum quartum annum, siue masculus sit, siue fœmina, quasi videatur sentire, quòd fœmina ante decimum quartum annum non possit sibi eligere sepulturam. Verùm in hoc opinio Medic. est damnabilis, licèt in alijs sit sequenda; & proindè dicendum est, impuberem inter masculos dici, qui decimum quartum annum non habet; inter fœminas verò, qui duodecimum. Est indubitatum, & in his terminis obseruat glos. *in cit. cap. licèt*, & notat Barbos. *cit. loc. num. 28.* in hoc etiam non est sequenda opinio Bell. *disquis. cler. 1. part. de cler. def. §. tertius, num. 14. ad fin.* vbi tenet quòd filiusfamilias adhoc vt possit sibi eligere sepulturam, requiritur, quòd sit maior decem, & octo annis.

Suprapositæ sententia ampliatur, vt impubes etiam fa- 12
ctus pubes non sit sepeliendus in sepultura electa tempore impubertatis, nec illa electio conualidetur, nisi eam post pubertatem ratam habuerit, & id deducit ad exemplum illorum, quæ dicuntur de Matrimonio spirituali in *cap. 1. de regul. iur. in 6.* Sebast. Medic. *cit. quæst. 8. num. 3.* Lauor. *cit. loc. num. 110.*

Sed nota in hoc casu, quòd licèt filiusfamilias impubes 13
sibi eligere non possit sepulturam, illam tamen pro eo potest eligere pater, si ita est consuetudo loci, tenent locis citatis Bellet. *num. 17.* & Barbos. *num. 28.* & est casus *cit. cap. licèt, hoc tit. de sepult. in 6.* vbi videtur Summum Pontificem concedere facultatem prædictam patri, si id consuetudo permittat, *in eod. loc.* Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 11. num. 118.* Verùm hodiè generaliter, & nulla facta mentione consuetudinis, permittitur parentibus eligere sepulturam in quacumque Ecclesia etiam Regulari pro eorum filijs minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt; nec à Parochis locorum impediri debent, præsertim si in dictis Regularium Ecclesijs sepeliri consueuerunt, vel in eis habuerunt sepulchrum Maiores, ita Sac. Congreg. Regul. die 20. Ianuarij 1640. vt post Laur. de Peyrin *de priuileg. Regul. tom. 3. in fin.* vbi de Decretis noulissimis Sac. Congreg. pag. 570. refert. Barbos. *in sum. Apost. dec. verb. sepultura, num. 14.*

Aduerte, quòd si pater elegit sepulturam pro filio impu- 14
bere, qui non decessit tempore impubertatis, sed conualescens factus est pubes; prædictus filius decedens tempore pubertatis non est sepeliendus in sepultura prædicta electa per patrem, nisi filius factus pubes ratam habuerit electionem factam per patrem, docet Seb. Medic. *part. 1. quæst. 8. num. 3. ad fin. de sepultur.* sequitur Barbos.

de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. n. 28. vers. qua quidem, Lauor. *cit. num. 118. in fin.*

15 Extenditur facultas concessa patri eligendi sepultutam pro filio impubere, per cit. *cap. licèt*, vt illa procedat etiam in filio impubere emancipato, prout communiter aduertunt DD. in eodem *cap. licet*, & refert Medic. *cit. loc. num. 7.* Secundò, in filio adoptiuo impubere, cui potest pater adoptiuus durante adoptione eligere sepulturam, quia per adoptionem filius transit in potestatem patris adoptantis, *l. 1. ff. de adopt.* quod procedere dicit Medic. *cit. loc. num. 8. ad fin.* quando filius impubes decessit patre adoptiuo adhuc viuente; nam eo mortuo secus est, *cap. vnic. de cognat. leg.* Lauor. *cit. loc. num. 124.*

Vlterius mater quoque potest eligere sepulturam pro filio spurio impubere, quia illum habet in sua potestate, vt aduertunt DD. *in d. cap. licèt*, dummodò non sit legitimatus, quia tunc hæc facultas transit ad patrem, ita Medic. *cit. loc. num. 5.* Intellige, si est in potestate matris, vel adsit consuetudo, Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 11. num. 129.*

16 Controuertitur tamen, an hæc facultas eligendi sepulturam competat etiam matri pro filijs legitimis; & competere tenent multi, quos refert, & sequitur Barbos. *cit. loc. num. 28. in princ. fin.* testans hanc esse crebriorem Scribentium sententiam, quæ licèt sit magnæ auctoritatis DD. tamen contraria sententia est iuri conformior, idque probatur ex ratione text. *cap. licèt cit.* vbi DD. dicunt, hanc facultatem competere patri, & matri in filios naturales tantùm: quia pater, & mater naturalis dicuntur habere filios in potestate; sed non est sic in matre quoad filios legitimos, quos non habet in sua potestate; ergo, &c. tenet Bellet. *disq. cler. 1. part. de cler. debit. §. 3. num. 18.* qui alios citat. Id tamen permittit tantum matri, absente patre, Lauor. *loc. cit. num. 119.*

17 Eadem suprapòsita ratione potest dominus eligere sepulturam pro suo seruo impubere, qui si factus sit pubes, potest sibi ipsi eligere sepulturam, docet Seb. Medic. *cit. loc. num. 9.* Ricc. *in prax. part. 1. res. 577. in princ.*

18 Nota hìc, quod hæc facultas eligendi sepulturam, quæ per *cap. licèt cit.* conceditur patri, & DD. extendunt ad matrem pro filijs naturalibus, & ad dominum pro seruo, est intelligenda, dummodò electio prædicta fiat in vita filij, vel serui, secus si post mortem illius, vt aduertit Barbos. *cit. loc. num. 28. vers. qua quidem*, post Lauor. & Sperel. per eum adductos, & declarasse Sacr. Congreg. Episcoporum in vna Faglinen. 27. Octobris 1587. testatur Dian. *tom. 5. tract. 3. de casib. occurrentib. temp. mortis, resolut. 107. circa med.*

19 Limitatur secundò suprapòsita generalis sententia, vt vnusquisque possit sibi eligere sepulturam, in Regularibus professis; illi enim non possunt sibi ipsis eligere sepulturam, quia non habent nec velle, nec nolle, ideò in sepulturis proprij Monasterij vbi sunt addicti, *cap. 1. §. placet, & c. placuit 16. quæst. 1.* sunt sepeliendi, est text. *in cap. vlt. hoc tit. de sepult. in 6.* vbi tantùm permittitur Regulari electio sepulturæ, quando reperitur adeò remotus à Monasterio, vt cùm moritur, ad illud commodè asportari non possit, & notant DD. omnes in eodem text. Laurent. de Franch. *de controuers. inter Episcop. & Reg. quæst. 6.* Lauor. *var. elucub. tit. 2. cap. 11. num. 96.* & est commune. Hæc adeò vera sunt, vt etiam si Regularis extra Monasterium decedat, electa sepultura extra illud, & commodè ibi asportari possit cadauer, tunc adhuc Parochis inconsultis, est transferendum ad sepulturam Monasterij, testatur declarasse Sac. Congreg. Concil. Trident. Interpr. die 2. Iulij 1620. Laurent. de Peyrin. *in Constit. sui Ordin. Minimor. tom. 2. Constit. 7. Pij V. num. 13. vers. ad decimum, fol. 194.* Quòd si Regularis decedat in remotis, ita vt commodè asportari non possit ad sepulturam sui Monasterij, est sepeliendus in Ecclesia Parochiali ad instar sæcularium decedentium in itinere, vt aduertunt Anchar. & Franch. *in d. cap. vlt.* Lauor. *cit. num. 96.* & idem est seruandum, etiam si Regularis decedat extra Monasterium in loco vbi adest Monasterium sui Ordinis, nam adhuc est sepeliendus in Parochia, si non potest asportari ad proprium Monasterium, notat glos. *in cit. cap. vlt. vers. nota primo*, & sequitur Barbos. *cit. loc. sub n. 30.* quòd non procedere restatur, quando Regularis ibi fuerit causa perpetuæ residentiæ.

Quod diximus, Regulares non posse eligere sepulturam, non procedit quoad Nouitios, vt notatum est, nec quoad Conuersos non professos, qui possunt sibi eligere sepulturam, cùm ad sæculum redire possint, *cap. 1. de priuileg.* aduertit Medic. *de sepultur. 1. part. cap. 8. num. 15.* Diàn. *tom. 5. tract. 3. resol. 109.* dummodò non sint plenè translati, quia tunc sepeliuntur in sepultura Monasterij, Lauor. *cit. loc. num. 105.*

Limitatur tertiò principalis regula in Vniuersitate; illa enim non potest eligere sepulturam pro suis ciuibus, ita vt si Vniuersitas construxerit sepulchrum pro omnibus ciuibus suis non dicuntur ciues mori cum electione sepulturæ, nisi ipsi ciues in particulari, & peculiariter, & vnusquisque eorum elegerit sepeliri in tali sepultura. Ratio est clara, quia electio sepulturæ est actus propriæ voluntatis cuiusquam, *cap. licèt*, & ibi DD. *hoc tit. de sepult. in 6. Clem. dudum, §. huiusmodi, de sepult.* Cæl. de Grass. *de sepult. decis. 1. num. 1.* Maceraten. *var. resol. resolut. 112. cas. 59. versic. primo nam licet*, qui pluribus rationibus, & auctoritatibus probat non esse attendendam electionem sepulturæ factam per Vniuersitatem; & fabricationem sepulturæ factam per Vniuersitatem, non habere vim electionis sepulturæ, cùm sit actus indifferens, tenet etiam Bellet. *loc. cit. num. 24.* Bonac. *tom. 3. de contract. disp. 3. quæst. 21. punct. 4. num. 9.* 20

Limitatur quartò regula illa, quòd vnusquisque possit sibi eligere sepulturam, in omnibus morientibus, quorum cadauera Ecclesia priuat Ecclesiastica sepultura; nam carens sepultura, frustratoriè illam eligit, huiusmodi sunt Infideles, & Hæretici etiam post mortem apparentes, *cap. Ecclesiam, de consecr. dist. 1. cap. sanè 24. quæst. 2.* Morientes in torneamentis causa illa exercendi, iuxta disposita *in cap. 1. de torneament.* Morientes in agitatione Taurorum, vt in Constit. Pij V. de anno 1567. Morientes in singulari certamine, seu duello, iuxta disposita per Concil. Trident. *sess. 25. cap. 19. de refor.* Occidentes se ipsos ex desperatione, vel iracundia, *cap. quibus 13. q. 2. cap. placuit 23. quæst. 5.* Morientes non confessi, & communicati semel in anno, iuxta terminos *cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* Monachi Proprietarij morientes absque emendatione, *cap. super quodam de stat. Monach.* Blasphemantes Deum publicè, qui pœnitentiam non egerunt, *cap. 2. in fin. de maled.* Morientes in notorio peccato mortali sine pœnitentia, & signis contritionis, *cap. quibus, cap. non æstimemus 13. quæst. 2. cap. qui recedunt 26. quæst. 6.* Excommunicati excommunicatione maiori notoria *cap. sanè 24. quæst. 2. Clement. 1. de sepult.* Interdicti nominatim, iuxta terminos *Clement. 1. de sepultur.* Nati mortui, & è ventre egressi; illis enim pater non potest eligere sepulturam, hoc idem si viui nati sunt, & mortui sine Baptismo, Raptores manifesti, qui possidentes recusarunt ablata restituere, nec aliquis pro illis restituere intendit, iuxta latè dicta per D. Anton. *3. part. tit. 10. cap. 5. §. 9.* Fures, & latrones, qui in furando, vel depredando occisi sunt, *cap. fures, de furt.* vbi DD. Suspensi impœnitentes, *cap. fin. 13. quæst. 2.* & cæteri apud Casillas, & Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. n. 4. & seqq.* de his omnibus Lauor. *var. elucubr. tit. 2. c. 12. per tot.* 21

Diximus, quis possit pro alio eligere sepulturam, notandum est etiam, quòd non possunt eligere sepulturam frater etiam maior pro minore, auus pro nepote, tutor pro pupillo, & amicus pro amico, Medic. *cit. loc. quæst. 8.* Bellet. *disquis. cler. 1. part. de cleric. deb. §. 3. num. 18.* 22

Quæro hìc, si quis decedat nulla facta electione sepulturæ, in qua sepeliendum sit eius cadauer. Non loquor de particulari consuetudine, possessione, vel priuilegio, vt est Neapoli, vbi intentionem fundatam sepeliendi, vel concedendi licentiam alibi sepeliendi, contra omnes mortuos in dicta Ciuitate sine electione sepulturæ habet Ecclesia S. Restitutæ antiquitate, & deuotione celebris, quæ est nobilissimi Capituli Neapolitani, in quo emicarunt, & ad præsens emicant tanquam in eminenti candelabro, vt luceant omnibus, qui in mundo sunt, triginta Reuerendiss. Canonici nobilitate, literis, ac virtutibus omnibus ornatissimi; sed tantùm de iure. Et proindè 23 24

Resp. Episcopos, Canonicos, Rectores, Vicarios perpetuos, Cappellanos, & alios habentes Ecclesias cum onere residendi, quia ibi censentur habere domicilium vbi continuè residere tenentur, sepeliendos esse in sepul-

turis

turis earum Ecclesiarum. Est commune, & habetur apud Sebast. Medic. *de sepult. 1. part. cap. 7. num. 6. & seqq. vbi num. 9.* dicit, quòd si quis habuerit plura beneficia cum onere residendi, cum dispensatione, sepelitur in sepultura illius Ecclesiæ, vbi residentiam fecerit, etiam priuatiuè quoad Parochiam, ita de Canonico dicit Diana *tom. 5. tract. 3. resol. 111.* Lauor. *var. elucub. tit. 2. cap. 11. n. 88.*

Alij verò qui morte præuenti nullam electionem sepulturæ fecerunt, sepeliendi sunt in sepulchro Maiorum, *cap. is, qui, eod. tit. & lib.* & est indubitatum. Dicitur sepulchrum Maiorum, idest vbi pater, & auus sepulti sunt; quòd si non in eadem sepultura sepulti sint pater, & auus, sed in diuersis, tunc decedens sine electione sepulturæ sepeliendus est in sepulchro patris, Abb. *in cap. 1. num. 5. de sepult.* Sperell. *decis. 88. num. 7.* etiam si omnes cæteri Maiores in vna sepultura, pater verò in alia sepulti fuerint, adhuc filius sepeliendus est in sepultura patris, dummodò id non sit factum casu, vel ex accidenti, Medic. *de sepult. quæst. 7. num. 22. 1. part.* Sperell. *cit. loc. num. 9.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 10. sub num. 32.* qui dicit id procedere, quando contrarium non suadetur ex qualitate personarum, vel sepulchri, ex quibus posset coniecturari præsumpta intentio defuncti. Quòd si quis moriatur superstite adhuc patre, sepeliendus est in sepulchro aui, & sic vicinioris ascendentis, ita Petr. de Vbald. *de Canon. Episcop. cap. 9. num. 8.*

Prædicta regula, quòd decedens sine electione sepulturæ sit sepeliendus in sepulchro Maiorum, non procedit è conuerso, ita vt si moriatur pater, vel auus, non est sepeliendus in sepulchro filij, vel nepotis, quia ascendentes non sequuntur sepulchrum descendentium, nec transuersales sepulchrum transuersalium, nisi sint hæredes, & sepultura sit hæreditaria, nec sit facta electio, ita Medic. *cit. loc. num. 24.* Lauor. *vbi supra, num. 121.*

Et quòd sepultura Maiorum familiaris, vel hæreditaria sit, probatur Inscriptione, quæ in illa apponi solet, tenet Auctor modernus doctrina, nobilitate, & integritate satis conspicuus, huius inclitæ Patriæ Neapolitanæ ornamentum, Inuictissimo Regi Nostro in sedandis differentijs Fidelissimi Populi Neapolitani mira prudentia vtilis quàm maximè, & toti Regno pro illius optimo regimine necessarius, Dom. Hector Capyc. Lat. Patritius Neapolitanus, Marchio Torelli, olim Aduocatus strenuissimus, Consiliarius prudentissimus, & ad præsens dignissimus Regens Regiam Cancellariam, *cons. 94. num. 17. lib. 2.* qui alios citat.

25 Infantes expositi sepeliendi sunt in sepultura Hospitalium, *cap. 1. de infant. & lang. l. fin. C. de infant. expos.* docet Medic. *cit. loc. num. 25.*

26 Verùm si quis nullam habeat sepulturam Maiorum, nec aliquam elegerit, sepeliendus est in sepultura Ecclesiæ Parochialis, vbi Sacramenta suscepit, *cap. ex parte, cap. in nostra, de sepult.* Medic. *cit. loc. part. 2. quæst. 6. num. 1. & seq.* est indubitatum, & procedit etiam si in Parochia, vbi quis decessit, & Sacramenta suscepit, reperiebatur animo alibi se transferendi, vt est in officialibus, famulis, conducentibus domum ad annum, & similibus, est etiam commune; & quòd in hoc casu præsumatur quis eligere sepulturam in Parochia, vbi recepit Sacramenta, & quòd ius sepulturæ dependeat multum ab administratione Sacramentorum, docuerunt Gratian. *discept. forens. cap. 95. num. 74.* Rot. apud Seraphin. *in vna Hispalen. iuris sepeliendi 9. Iuny 1595.* Petr. de Vbald. *de quart. Parech. c. 6. num. 18. & seq.* latè Barbos. vbi alios citat, *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 10. sub num. 33.* & id etiam extendit ad exteros, & forenses habentes domicilium in loco, vbi decesserunt.

27 Notandum est hìc, quòd vagi, & peregrini, quorum paternum sepulchrum vel ignoratur, vel commodè haberi non potest, si moriantur dum sunt in via, ex communi DD. sententia sepeliendi erant in Parochia, in qua decesserant, etiam si Parochus illis Sacramenta non administrasset, ex quo repertus non fuerat, vel quia ex improuiso decesserant, testatur Gratian. *cit. loc. num. 73.* Seraphin. *decis. 1135.* & alij. Hodie verò ex Decreto Sac. Congreg. Cardin. negot. Episcop. & Regul. Præpositæ sub die 5. Iunij 1592. statutum est, tales sepeliendos esse in Cathedrali, refert Sperell. *decis. 87. n. 14.* & sequitur Barbos. *cit. loc. n. 35.* Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 11. n. 144.*

Nota secundò principaliter in illis verbis text. *Ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum, vt apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, &c.* electionem sepulturæ debere esse liberam, probatur etiam ex *cap. cum sit liberum, de sepult. & cap. is, qui, §. fin. eod. tit. in 6.* Vnde est, quòd votum, iuramentum, vel pactum de eligenda sepultura non valet vt hìc, quòd intellige, tunc non valere, quando electio sepulturæ cum voto, iuramento, vel pacto fuerit facta ad suggestionem alterius, vt disponit text. Quòd si facta fuerit motu proprio, non autem suasione alterius, tunc electio sepulturæ conualidatur voto, iuramento, vel pacto, & vouens, iurans, vel paciscens tenetur seruare votum, iuramentum, vel pactum, explicant DD. in hoc text. & Medic. *cit. loc. q. 15. num. 50. & seq.* sequitur Ricc. *in prax. 1. part. resol. 573.* nec potest reuocari, Marant. *controu. part. 2. resp. 14. num. 8.* & notandum est infra. 28

Ampliatur primò suprapositа libertas sepulturæ, vt sola suasio sepulturæ electionis illam infirmet, ita vt si Parochus interrogando infirmum, dicat, *Vis sepeliri in Parochia, vel tali Ecclesia*, nominando illam specialiter, electio non valet tanquam facta ad suggestionem alterius, docet post alios per eum adductos, Ricc. *cit. loc. num. 3.* Bellet. *cit. loc. num. 26.* vbi dicit, multò minus valere electionem sepulturæ verbis indignatiuis, seu adulatorijs, & conditionalibus factam, Purpur. *cons. 413. per tot. volum. 2.* 29

Dubium est in hac materia, an electio sepulturæ possit committi voluntati alterius. In quo dubio dicendum est primò, quòd non valeat commissio, seu mandatum prædictum eligendi sepulturam in præiudicium Parochialis, nisi Commissarius eligat viuente, & sciente committente, prout docet Lap. *in cap. 1. hoc tit. de sepult.* Anchar. *cons. 214.* Bellett. *disq. cler. 1. part. de cler. deb. §. 3. num. 25.* & ita seruari Neapoli testatur Ricc. *in prax. 1. part. resol. 574. num. 4.* Secundò dicendum est quoad alios effectus valere electionem prædictam post mortem committentis: quia mandatum, cuius effectus necessario confertur post mortem mandantis, non expirat morte committentis, ita tenet Gutier. *in tract. iuram. confirm. part. 2. cap. 4.* Spinol. *in specul. testam. gloss. 2. princ. tit. de elect. sepult. num. 41.* & latè defendit Ricc. *cit. resol. 574. per tot.* vbi segregata consuetudine, quæ Neapoli seruatur, testatur in reliquis talem electionem esse validam, Dian. *cit. loc. resol. 105. ver. verum*, qui ad tollendas lites consuluit dictam electionem esse faciendam ante mortem committentis, Lauor. *loc. cit. num. 7. & seqq.* 30

Nota tertiò super illis verbis *text. vel iam electam vlterius non immutent*, electionem sepulturæ semel, vel pluries factam posse mutari toties quoties eligendi videbitur vsque ad finem vitæ; est enim electio sepulturæ pars vltimæ voluntatis, ita Sebast. Medic. *cit. loc. quæst. 8. n. 1.* quem sequitur Marant. *cit. loc. num. 5.* sed omnis actus vltimæ voluntatis sua natura est reuocabilis, vt optimè firmat idem Marant. *eod. loc. num. 3.* ergo electio sepulturæ validè reuocari potest, est commune, & indubitatum, firmat etiam post alios Barbos. *de iur. Eccl. lib. 2. cap. 10. num. 24.* quæ reuocatio potest fieri non solum expressè, sed etiam tacitè per secundam electionem; regulare enim est in actibus causa mortis, vt secunda voluntas reuocet primam, docet accuratè Marant. *cit. loc. num. 4.* 31

Fallit tamen supradicta libertas reuocandi electionem sepulturæ, quando illa fuit iuramento, vel voto confirmata, motu proprio, & non ad suggestionem alterius; tunc enim electio sepulturæ non potest reuocari ratione iuramenti, vel voti, *cap. si verò, de iureiur.* Genuens. *in prax. cap. 76. num. 15. in annot.* de Grass. *decis. 2. de sepultur. num. 12.* Marant. *cit. loc. n. 7.* vbi firmat, quòd si quis donauerit aliquid Ecclesiæ, & in eodem instrumento donationis elegerit in eadem Ecclesia sepulturam, iuramentum appositum in dicto contractu confirmat tantum donationem, non vero se extendit ad electionem, firmat etiam principalem sententiam Lauor. *var. elucub. tit. 2. cap. 11. num. 16. & num. 4.* 32

Potest tamen reuocari electio sepulturæ, cui accessit votum, vel iuramentum quoties noua causa orta est post votum, vel iuramentum, de qua non fuit cogitatum tempore voti, vel iuramenti, ita docet Medic. *cit. loc. quæst. 15.* 33

quæst.15.num.fin. vbi exemplificat hunc casum, si quis fuerit creatus Episcopus, vel Religiosus, sequitur Lauor. *cit. cap.11.num.4.*

34 Non tamen censetur reuocata electio sepulturæ, si illa fuit facta tempore infirmitatis, & deinde eligens conualuit, quia non præsumitur mutata voluntas; sicut testamentum factum in articulo mortis non infirmatur ex eo, quod testator conualuerit, *l.fin.* & ibi Bald. & alij *ff. de hered. instit. cap. licet, de procur. in 6.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit.1. num.2.* Vnde infirmus eligens sepulturam si conualuerit, & postea moriatur ex alia infirmitate, etiam post longum tempus, dicitur mori cum electione sepulturæ; nam illa facta, non præsumitur reuocata, docet Bellet. *disquis. cler. 1. part. de cler. debit. §.3.num.29.*

35 Nota quartò pœnas, quas profert Bonifacius VIII. in hoc text. Et primò prohibet in virtute sanctæ obedientiæ, & interminatione maledictionis æternæ, ne Religiosi, aut Clerici sæculares aliquos inducant ad eligendam sepulturam in eorum Ecclesijs mediante voto, iuramento, vel promissione, vel vt electionem factam non mutent, sub pœna quoad eligentium nullitatis electionis, ita vt non possint sepeliri in Ecclesijs electis, nec in alijs, sed omnino quacumque contradictione cessante sint sepeliendi in Ecclesijs, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si sine electione decessissent, ita *text. in §. statuentes.* Secundò Ecclesiastici præsumentes sepelire contra prohibitionem prædictam in suis Ecclesijs teneantur ipsa corpora, si petantur, & omne emolumentum occasione præfatæ sepulturæ obtentum, etiam si non petatur, intra decem dies integraliter restituere illis Ecclesijs, apud quas aliàs sepeliendi de iure fuissent; quod si non fecerint ipsorum restituentium Ecclesiæ, apud quas tales defuncti sepulti fuerint, & Cæmeteria earundem tandiu remaneant ipso facto supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio omnium bonorum, ita *text. in §. si vero.*

36 Hic notandum est, quid importet pœna apposita in *text. in princ.* videlicet in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ. Et quantum ad pœnam obedientiæ, idem est ac sub pœna peccati inobedientiæ, ita vt transgressores incurrant in peccatum inobedientiæ, quod est grauissimum, cum omnes obedire teneamur Summo Pontifici supremo Prælato, & Vicario Christi, & ideò transgressor punitur canonis pœna depositionis, vbi alia non est statuta, docet Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 31. num. 8. & 9.* quantum ad pœnam maledictionis æternæ, secundum veriorem opinionem, per eam non infertur excommunicatio, ita Lap. *in cap. Romana, §. procurationes, de censur. in 6. num.2.* Gemin. *num. 8.* & ibi etiam Franc. infertur tamen pœna æterna, quæ debetur pro peccato mortali transgressionis huius præcepti; & ideò significat, præceptum obligare sub peccato mortali, ita Ioan. Andr. *in cit. cap. Romana*, vbi etiam Lap. *num. 1.* Gemin. *num. 8. in §. procuratores*, Mar. Alter. *to. 1. disp. 22. lib. 5. cap. 8. super verb. indignationem.*

37 Vlterius transgressores huius *cap. 1.* inducentes aliquem ad eligendam sepulturam, vel electam non mutandam medio voto, vel iuramento, vel pacto vltra pœnas prædictas, incurrunt eo ipso excommunicationem Papæ reseruatam, vt in *Clement. cupientes §. sane, de pœn.* Quam excommunicationem incurrunt, etiam si effectus sepulturæ non sit subsequutus, vt aduertit Bonifac. *in d. Clement. num. vlt.* non tamen incurrunt excommunicationem prædictam, nisi sequutus sit effectus immediatus inductionis, idest electio per iuramentum, vel votum, aut pactum; vnde non sufficit promissio de eligendo, vt dicatur inductio facta, ita Bonifac. *loc. cit.* & ibidem Cardin. Gemin. *in hoc cap. 1.* Roderic. *quæst. Regular. 58. art. 7. dub. 5.* Sylu. *verb. excommunicatio 7. num. 49.* contra Bonac. *tom. 3. de excommun. in partic. disp. 2. quæst. 5. punct. 4. n. 2. vers. secundò.*

38 Sed aduertendum est, quod pœnæ appositæ in hoc *cap. 1. & cit. Clement. cupientes*, non procedunt quando quis inducitur ad eligendam sepulturam in testamento, seu vltima voluntate, ita Bonifac. *in d. Clement. num. 74.* Roderic. *art. 7. cit. in fin.* Tolet. *lib. 1. cap. 36. §. quarta*, Suar. *disp. 22. de censur. sect. 4. num. 25.* Sayr. *lib. 5. cap. 12. num. 9.*

39 Nec pœnæ prædictæ procedunt contra inducentes ad eligendam sepulturam in aliena Ecclesia; sed necessario requiri vt quis inducat ad sepeliendum in Ecclesia ad se pertinentem, & probatur ex apertis verbis text. huius *cap. 1.* ibi, *Vt apud eorum Ecclesias sepulturam eligant*, & *in d. Clement. cupientes, §. sane*, ibi, *Vt sepulturam apud eorum Ecclesias eligant*, docet etiam Bonac. *cit. loc. vers. secunda conditio*, vnde Medic. *cit. loc. quæst. 8. num. 17.* dicit, Religiosos S. Francisci posse sine timore dictæ pœnæ inducere aliquem ad eligendam sepulturam in Ecclesia Ordinis Sancti Dominici, Lauor. *var. elucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 10.*

40 Sed aduertendum est etiam, quod in pœnis prædictis latis contra inducentes ad electionem sepulturæ per hunc *cap. 1. & cit. Clement. cupientes, §. sanè*, incurrunt inducentes scienter, vel cum ingenti temeritate, quæ scientiæ æquiparatur, vt probatur ex verbis huius text. ibi, *Præsumpserint sepelire*, & *cit. Clement.* ibi, *Sanè temerarios violatores.*

42 Nota quartò, ex illis verbis, *Vniuersis Religiosis, & sæcularibus Clericis*, pœnas contra inducentes ad electionem sepulturæ esse tantum latas contra Religiosos, & Clericos, non autem contra Oeconomos sæculares Ecclesiæ; vnde si sæculares inducerent aliquem ad eligendam sepulturam, vel mutandam electam contra dispositionem huius text. non possent puniri pœnis in illo appositis, Medic. *de sepult. 1. part. quæst. 8. num. 18.* post Petr. de Vbald. *de can. Episc. cap. 11. num. 15.*

43 Sub nomine Religiosorum in hoc casu veniunt tantùm Professi; nam Nouitij in materia pœnali non veniunt nomine Religiosorum; comprehenduntur tamen Religiosi vtriusque sexus, ita vt etiam Moniales inducentes ad electionem sepulturæ voto, iuramento, vel pacto incurrant pœnas prædictas, docet Bonacin. *cit. loc. num. 4.*

44 Nota quintò, hanc Constitutionem *cap. 1.* & illam *Clement. cupientes cit. at.* fuisse editam in fauorem Parochorum, vt ibidem aduertunt DD. omnes; vnde si ipse Parochus induceret aliquem ad eligendam sepulturam in sua Parochia, vel mutandam electam medio iuramento, voto, vel pacto, non incurreret pœnas prædictas, licet malè ageret, quia quod inductum est in fauorem alicuius, in ipsius odium retorqueri non debet, *l. nulla, ff. de leg. cap. quod ad gratiam, de regul. iur. in 6.* id etiam procedit si Parochus induceret aliquem ad eligendam sepulturam in alia Ecclesia, & ad mutandam electionem factam in sua Parochia, quia iuri suo vnusquisque renunciare potest, *cap. si terra, de priuileg. cap. cuis, de testib. l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric.* tenet Bonac. *tom. 3. de excom. in partic. disp. 2. quæst. 5. punct. 4. num. 5.*

46 Nota sextò, inter pœnas notatas contra inducentem aliquem ad electionem sepulturæ contra text. reperiri pœnam, quod Ecclesia, in qua cadauer sepultum est, ex inductione teneatur restituere ossa, & oblationes Ecclesiæ, in qua alias sine inductione erat sepeliendum cadauer; in qua restitutione si contigerit lis inter dictas Ecclesias, posset dubitari, an Ecclesia, cui facienda est restitutio, possit ante omnia opponere exceptionem spolij, & allegare non esse audiendam Ecclesiam spoliatricem, nisi ante omnia facta restitutione, vt indubitatum est in causis spolij, & restitutionis, spoliatum ante omnia esse restituendum, vulgatis iuribus. Respondeo negatiuè, quia Ecclesia, quæ prætendit restitutionem, nunquam fuit in possessione, vnde non potest dici spoliata; & hoc etiam, quia corpus defuncti non facilè vexandum est, & loco dimouendum, *l. fin. C. de sepulchr. viol. & in l. nemo, C. de relig. & sumpt. funer.* Innocent. *in cap. cum liberum, de sepultur.* Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 9. n. 112.* Rot. *decis. 854. in antiq.*

47 Nota septimò, electionem sepulturæ probari per testamentum, vel aliam authenticam scripturam, vel saltem per duos testes, qui etiam si sint singulares, probant electionem prædictam, secundum originalem opinionem Guid. Pap. *decis. 544.* quem sequitur Mascard.

de probat. 3.*vol. concl.*1297. Ricc. *in prax.* 1.*part. resol.* 575. *per tot.* vbi plura ad id cumulat, & testatur ita decisum in Curia Archiepiscopali Neapolis, Bonac. *tom.* 2. *tit. de contract. disp.* 3. *quæst.* 21. *punct.* 3. *num.* 10. Lauor. *var. elucubr. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 18. vbi vlterius dicit probari electionem sepulturæ etiam codicillo inualido, & per scripturam manu propria subscriptam, Molfes. *in sum. tom.* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 32. qui etiam addit, talem electionem probari per solum dictum Confessarij, & ita practicari in Curia Archiepiscopali Neapolitana testatur Ricc. *cit. loc. versic. & patet, ad finem.*

Aduertendum, quod non dicitur probata electio sepulturæ, si probetur propositum sine electione, vt si testes deponant, infirmum dixisse desiderare in tali Ecclesia sepeliri; nam desiderium, seu propositum eligendi non est electio, nec est actus efficax, sed inefficax, ita Medic. *de sepultur. quæst.* 8. *num. vlt. in fin.* Bonac. *cit. loc. vers. addo ad probandum*, Diana *resol. moral. tom.* 5. *tract.* 3. *de casib. occurrentib. temp. mort. resol.* 106. Lauor. *loc. cit. num.* 15.

46 Nota, extra text. in hac materia electionis sepulturæ, quod eligens, & mandans corpus suum non sepeliri, non est obediendus, neque hæres incidit in aliquam pœnam, si eum congruè sepeliri faciat, DD. *in l. quidam in suo, ff. de condit. institut.* Anton. de Butr. *rubr. de sepultur. num.* 1. Lauor. *cit. loc. num.* 29. Quod ampliatur, vt si quis eligens mandauit corpus suum poni in vna storea, siue panno, ipsumque sepeliri cum vna candela, priuans hæredem hæreditate si contrafaceret; adhuc non est audiendus; & hæres, qui eum sepeliuit honorificè iuxta suæ conditionis statum, non venit priuandus hæreditate, quia tales voluntates tanquam ineptæ circa sepulturam non sunt seruandæ, *l. seruo*, §. *fin. ff. de legat.* 1. Paul. *in d. l. quidam in suo, n.* 3. vbi testatur non fuisse seruatam dispositionem cuiusdam Doctoris Paduani, qui mandauerat, quod corpus suum portaretur cum tubis, & corneis ad Ecclesiam, vtque fierent nuptiæ; & vxor indueretur pannis rubeis, alias priuaretur hæreditate.

47 Nota vltimò, quod electio sepulturæ potest fieri in Ecclesia Monialium, dummodo hodie non fiat intra septa Monasterij, ita Natta *cons.* 452. *vol.* 2. Lauor. *var. elucub. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 22. & 23. nisi intra septa prædicta reperiretur sepulchrum familiare, & hæreditarium, quia ibi potest fieri electio, docet Medic. *de sepult.* 1. *part. quæst.* 9. *num.* 11.

Et quoniam superioribus Annis ad meas peruenit manus elegans, ac docta subsequens Epistola ab eximio V.I.D. Domino Flauio Ventriglia, Consanguineo, & Compatre meo dilectissimo, in Literarum mearum responsum missa, illam hic iure edere visum est, ad aliorum peretissimorum DD. exemplum, qui tantùm Virum simili honore condecorarunt, vtpote quæ mei styli insuauitatem dulcedine sua temperare potest, cùm tam digni Auctoris sit Opus, vt eiusdem tum in legalibus, tum in politioribus Literis, breui in lucem prodenda scripta testantur.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Sepulturam quis non potest eligere in loco Monialium, & quando secus.*
2 *Sepulturæ electio suggestiua non valet.*
3 *Religiosi professi an possint eligere sepulturam.*

Electio sepulturæ in Ecclesijs Monialium fieri prohibetur à Sac. Congregatione Episcoporum, siue sit in Ecclesijs Monialium interioribus, siue exterioribus, nisi de licentia Sac. Congregationis, quæ licentia requiritur etiam pro construendo sepulchro, ita contra Pellizar. & alios, Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. part.* 3. *tit.* 38. *num.* 131. 1

Est pariter irrita electio sepulturæ factæ ad suggestionem, siue ad interrogationem, scilicet vt non possit interrogari, si velit sepeliri in tali loco, sed vbi velit sepeliri, *cap.* 1. *de sepult. in* 6. cum Ricc. Dian. & alijs, Marchet. *num.* 134. 2


Religiosi professi an possint eligere sepulturam, & etiam milites Hierosolymitani si decedant in loco remoto à Monasterio, & in hoc casu posse vult, Marchet. *vbi supra num.* 125. sed videndus in contingentia facti. 3

F I N I S.

Hæc ad laudem Dei, Deiparæque Virginis Mariæ, Diui Philippi Nerij, ac Sanctorum omnium, pro I. Parte Annotationum ad nonnullos Textus Canonicos, & Pontificias Constitutiones dicta sufficiant.

D. D. IO. BAPTISTÆ VENTRIGLIA I. C. &c.

FLAVIVS VENTRIGLIA S. P.



Hæredes, an possint pro Dote in solidum conueniri.

Vre optimo dignam defensione dotem defendendam mihi obiectas; pro cuius patrocinio fortissimi quique nauiter pugnant. Immò Leges, quas Dij Generi dederunt humano, Legislatores cœlesti Numine afflati, Themidos ipsa filia, Iustitiæ Antistita, pro dote arma capiunt. Acuerem ego argumentorum iacula, rationum sagittas depromerem, & in arenam vel loricatus pro dotis libertate descenderem. Sed non desunt qui aliter opinantes, aduersus illam strennè certant. Quot capita, tot sententiæ. Tuentur multi, oppugnant plerique, & adhuc sub Iudice lis est. Problematicè disseram ego. Tu verò, qui potiora nosse consueuisti, vtramlibet sine offensione, sequaris opinionem.

Pro affirmatiua sententia est text. in *l. cum ab vno, ff. de leg.* 2. istamque sequuntur, Accurs. *d. l.* per illum text. Dyn. Cyn. ac Bart. ibi, & in *l. continuus, §. fin. num.* 10. *ff. de verb. oblig. ac in l. debitorem pactionibus, C. de pact.* idemq; Dyn. & Cyn. *in l. 2. C. de hared. action.* Imol. *in l. seruo legato, §. si testator, ff. de legat.* 1. Cuman. *d. l. cum ab vno*, Alber. *ibid.* & Crauet. *d. l. 2. C. de hared. act. col.* 1. Salyc. *num.* 7. Castrens. *d. l. debitorem*, Bald. *Nouell. de dot. priuileg.* 33. *part.* 8. Euerar. *argum. à dote ad piam causam*, Ronchegal. *de duob. re. cap.* 15. *Si id, quod ego, num.* 12. alijque Classici innumeri, quos referre prætereo, cùm recenseat omnes, Dom. Præses de Franch. *decis.* 581. & Dom. Addent. *ibidem*, Surd. *decis.* 90. vbi insignis ille I. C. Dom. Io. Baptista Hodierna, Gizzarel. *decis.* 50. ac Dom. Addent. inter quos, Dom. Balthasar. de Angelis, Magnæ Curiæ Vicariæ perpetuus Criminum Iudex integerr. Afflict. *decis.* 332. *&* 210. ibique Dom. Addent. Pellic. *ad Consuet. Auers. cap. 7. num.* 140. Molfes. *ad Consuet. Neap. tit. de iur. dot. part. 4. quæst. 9. num. 9. & seq.* Borrell. *in Sum. decis. volum. 3. tit. 5. num. 490. cum seq.* Cornaz. *decis. Lucens.* 35. *num.* 6. Grat. *decis. March.* 176. Horat. Roual. *decis.* 140. Cost. *de port. rat. quæst.* 23. *in fin.* Couar. *variar. lib. 3. cap.* 7. Gomes. *tom. 2. cap.* 12. *de Contr. tit. de Indiuid.* atque alij relati ab allegatis.

Et hanc opinionem esse communem, inquit Flor. *d. l. cum ab vno*, Gratian. *Discept. Forens. vol. 1. cap. 16. num.* 15. (reiecta distinctione illa, si dos legata fuerit, vel ex contractu debeatur, cum in vtroque casu hæredes in solidum conueniri posse, dixerit idem Grat. *decis. March.* 146. *num.* 8. & Dom. Io. Baptista Hodierna ad Surd. *d. decis.* 90. *sub num.* 1. & ipse latius Respons. pro D. Lucretia de Schiauettis, & nostris in Comment. ad Consuet. Capuan. ratione ea, nempè ex speciali dotis fauore, & priuilegio, vt cit. DD. *d. l. cum ab vno*, dixerunt)

Amplia in hæredibus in feudalibus, vt teneantur ad dotis exonerationem, & contributionem cum hæredibus in burgensaticis, Dom. de Franch. *decis. 1. num. 41. & decis.* 159. vbi Dom. Addent. Capyc. *decis.* 198. & ibi Dom. Addent. imò Glossatores, ac præsertim D. D. Prosper Petra, Vasti Girardi Regulus, Regni Prouinciarum Regius Auditor, & Consiliarius amplis. D. D. Caroli Petræ, I. V. D. egregij, Amici perquam cari, Auus, Frec. *de Subfeud. diff.* 13. Ann. *allegat.* 96. Amic. *tit. Qui feud. dar. poss. num.* 7. Ferron. *ad Consuet. Burdeg. tit. de Testam. lib.* 2. *§. 2. ver. Hoc loco interdum*, ante istos, Alex. *cons. 31. post num. 9. volum.* 1. Tiraquel. *de Primogen. quæst.* 30. *num.* 27. atque nos abundè post omnes cit. nostris Comment. ad Consuet. Capuan. sed cum declaratione, quam studiosè posuit Dom. Io. Baptista Hodierna dict. Surd. *decis. 90. num. 15. per totum*, præfatum nostrum Opus summo cum gaudio memorans, 2. & 3. Impress.

Amplia in legatis ad piam causam, vt possint pro illis, hæredes in solidum conueniri, Fachin. *Controuers. Iur. lib.* 12. *cap.* 51. Dom. Reg. Rouit. *ad Pragmat. 1. de Legat. pijs, num.* 6. quia valet argumentum de dote ad piam causam, Euerard. *loc. de dote ad piam causam*, & affirmarunt mihi R. D. D. Thomas Guerrinus, Amandulensis, Proton. Apost. Neap. Eccles. S. Antonij de Vienna Vicar. General. Compater beneuolentiss. ac R. D. D. Iulianus Pacconius, Colleg. Eccles. Sanct. Mariæ Maioris Capuæ suæ Patriæ Primicerius laudatiss. Proton. Apost. Legum Doctores ambo luculentissimi.

Amplia in obligationibus factis per defunctum, vt possint pro illis hæredes in solidum conueniri, Gratian. *Discept. Forens. discept.* 766. *num. 32. volum.* 4. Dom. Addent. ad Gizzarel. *d. decis. num.* 7.

Amplia tandem in actione reali, vt possit pro ea vnusquisque ex hæredibus in solidum conueniri, cit. Dom. Addent. ad Gizzarel. *d. decis. num. 19. cum seq.* & vide Dom. Episcop. Ric. *Collect. decis. collect.* 1544. *circa med.*

Pro negatiua, est text. *in d. l. seruo legato, d. §. si testator, ff. de legat.* 1. quam vti quoque communem fuere sequuti, Dom. Præses de Franch. *d. decis.* 581. Gizzarell. *d. decis.* 50. Dom. Ioan. Baptista Thorus laboriosissimus Doctor, & almi Collegij Neapol. Senator, in *Compen. Dec. part. 2. ver. Dos*, Surd. *cit. decis.* 90. vbi Dom. Ioan. Baptista Hodierna, Didac. Spin. *Spec. Testam. glos.* 11. *num.* 81. Thesaur. *Quæst. Forens. lib. 2. quæst. 67. num.* 7. Ob illam rationem, quia omnes actiones, tam actiuæ, quàm passiuæ inter hæredes pro hæreditarijs portionibus diuidendæ sunt, eosque nullatenus posse, nisi pro dictis portionibus hæreditarijs conueniri, habetur in *l. 2. C. de hæred. act.* ibique Classici ferè omnes cum concord. adductis per Accurs. & notator in *l. 1. C. si cert. pet. in l. in exequutione, in princ. ver. Prima species, ff. de verb. obligat. in l. si vxor, C. de bon. mater, in l. licet, C. ad leg. falcid. & in l. cum à matre, C. de rei vendic.* Boer. *decis.* 66. Viu. *decis.* 335. Mastrill. *decis.* 234. Gratian. *Discept. Forens. vol. 1. discept.* 150. Gomes. *vol. 2. cap.* 12. *de Contract. tit. de Indiuid.* Viscon. *concl. hæres*, & alij penes relatos.

Et quilibet hæres repræsentat defuncti personam pro ea parte, & portione, pro qua est hæres, & in alia dicitur extraneus, *l. 2. §. fin. cum glos. ff. de præt. stipul. & d. l. cum à matre, in fin.* Bart. *d. l. 2. d. §. fin.* post Accurs. *col. pen. ver.*

Ad hæc respondet, *num.* 3. Gomes. *vbi supra*, Robles *de Repræsent.* & cæteri per Surd. *d. decis.* 90. per Dom. Vincent. de Franch. *d. decis.* 581. ac per Gizzarell. *d. decis.* 50.

Amplia, vt etiam si testator iusserit vnum ex hæredibus totum æs alienum soluere, adhuc hæredes pro rata conueniendi sunt, & non in solidum, *d. l. seruo legato*, *d. §. si testator*, *l. si vnus ex hæredibus*, *§. item Papinianus*, *l. si filia*, *§. si pater*, *ff. famil. ercisc.* Dom. Ioan. Baptista Hodierna, Aduoc. præstantiss. ad Surd. *cit. decis. num.* 6. *in fin.* facit Gratian. *d. decis.* 146. Dom. de Franch. *d. decis.* 581. & Dom. Addent. ad Gizzarell. *d. decis.* 50. *num.* 11.

Amplia, vt hæredes pro ea parte, pro qua sunt hæredes, possint instrumenta liquidare, Alexan. Soc. & alij in *l. 2. §. 1. ff. de verbor. obl.* Galter. cæteros referens in *Prax. Instrum. ver. Aduertat Creditor ad personam suam num.* 14.

Amplia, vt hæredes pro parte possint vendicare integram rem alienatam, restituta emptori illa pretij parte, pro qua sunt hæredes, Pinell. *de bon. matern. in l.* 1. *part.* 3. *ver. Et his autem*, *sub num.* 8. scripsitque mihi D. Blasius Michalorius Vrbinas, ac D. Io. Franciscus Andreolus Eugubinus celebratissimi I. C. qui multa ad Iurisperitorum vtilitatem doctissima, non sine gloria, iam Prælo dederunt.

Amplia denique, vt ex hæredibus quilibet possit soluere debitum pro rata, & erit liberatus, inuito creditore; ac, vt, si hæredum aliquis non soluendo efficiatur, alij cohæredes non teneantur pro illo, Gratian. *d. decis.* 146. *num.* 4. & Dom. Addent. ad Gizzarell. *d. decis.* 50. *num.* 4. *&* 5.

Quæstio perplexa est, Cæsareaque opus habet decisione; pro conciliatione, vide Glos. *in l. reos*, *§. cum in tabulis*, *siue cum tabulis*, *ff. de duob. rei.* Vale Compater, & Gentilis mi coniunctissime. Neap. quarto Idus Sextiles. M. DC. XXXV.



INDEX

I N D E X

Locupletiſſimus rerum, verborum, ac ſententiarum omnium, quæ in hoc Primo Tomo continentur.

A D. ALEXANDRO VENTRIGLIA

I. C. Capuan. Aduoc. Neapol. Auctoris Conſanguineo elaboratus, ac editus.

A

Abſolutio.

Actus Iudicialis.

Actio, & Actor.

Adulterium.

Alexander.

Alienatio.

B

Beneficium.

Vltra-

Diuisio.

Diuortium.

Dominus.

Donatio.

Donatus Antonius de Marinis.

Dos.

E

Ecclesia.

Eccle-

Mo-

Vir.

Vniuersitas.

Vtilis, Vtilitas.

Vxor.

FINIS.

INDEX

INDEX

RERVM, ET SENTENTIARVM OMNIVM,

Quæ in Obſeruationibus

D. CAROLI ANTONII DE LVCA MELPHICTENSIS

Continentur.

Eſt primus numerus folij, numerum indicat alter.

A

E

F

G

H

I

L

Ma-

M

N

O

P

Pa-

R

S

T

Index Obſeruationum.

V

FINIS.